JOA. SIMONIS

IN ACADEMIA HALENSI OLIM PROFESS.

LEXICON

MANUALE

HEBRAICUM ET CHALDAICUM

IN

VETERIS TESTAMENTI LIBROS

POST

JOA. GODOFR. EICHHORNII

CURAS

DENUO CASTIGAVIT,

EMENDAVIT, MULTISQUE MODIS AUXIT

DR. *GEORG. BENEDICT. WINER,*

POTENT. REGI BAVAR. A CONSIL. ECCLES., THEOL. IN ACADEM. ERLANGENSI PROF. P. O., SEMINARII EXEGET. DIRECTOR.

EDITIO QUARTA.

LIPSIAE, 1828.

APUD FRIDERICUM FLEISCHER.

LEXICON

MANUALE

HEBRAICUM ET CHALDAICUM

IN

VETERIS TESTAMENTI LIBROS

ORDINE ETYMOLOGICO

DESCRIPTUM

EDIDIT

Dr. *GEORG. BENEDICT. WINER.*

Potent. Regi Bavar. a consil. eccles., Theol. in Academia Erlang. Prof. P. O., Seminarii exeget. Director.

LIPSIAE, 1828.

APUD FRIDERICUM FLEISCHER.

JOA. SIMONIS

LEXICON

MANUALE

HEBRAICUM ET CHALDAICUM

EMENDAVIT, MULTISQUE MODIS AUXIT

DR. *GEORG. BENEDICT. WINER.*

Prostat hoc Lexicon in omnibus Germaniae librariis, exterorum autem emturis procurabunt bibliopolae potissimum hi:

LONDINI:
Howell et Stewart.
J. R. Priestley.
Rivington et Cochrane.
Black Young et Young.
Treuttel et Würz.
Baynes et Fil.

OXONII:
J. Parker.

CANTABRIGIAE:
Deighton et Fill.

EDINBURGI:
Adam Black.

GLASCOVII:
Smith et Fil.

AMSTELODAMI:
J. Müller et Soc.
C. G. Sülpke.

ULTRAJECTI:
J. Altheer.

LUGDUNI BATAVORUM:
S. et J. Luchtmanns.

BRUXELLIS:
Frank.

PARISIIS:
De Bure.
Ponthieu et Soc.
Dondey Dupré.
Treuttel et Würz.

MEDIOLANI:
Stella et Fil.
Giegler.
F. Fusi.

FLORENTIAE:
J. Molini.

VENETIIS:
Minsiaglia.

PESTI:
Hartleben.
Kilian.
Eggenberger.
Wigand.

PRESBURGI:
Wigand.
Landes.

VARSOVIAE:
Glücksberg.

RIGAE:
Deubner.

PETRIBURGI:
Graeff.

HAVNIAE:
Gyldendahl.
Brummer.
Reitzel.

UPSALAE:
Palmblad et Soc.

BOSTONI ET NEO-EBORACI:
J. Hall.

Praefatio.

Lexici hebraici a Simonisio olim conscripti, posthac Eichhornii studio castigati exemplaria cum divendita essent omnia, redemtor libri honestissimus, quae est ejus in literas optima voluntas, me, ut libri denuo edendi curam susciperem, rogavit. Ego primum renui, bene memor, Ven. Gesenium, qui multos annos in hebraicis literis emendandis juvandisque laudabiliter consumsit, et de minore lexico suo tertium emittendo cogitare et thesaurum linguae hebraicae, latino sermone conscribendum, moliri. Sed institit bibliopola, monens, Batavis potissimum et Anglis novam libri Simon. editionem destinatam esse nec metuere sese, ut exempla lexici hujus manualis pro literarum hebraicarum, quae nostris temporibus ceperint, incrementis castigati distraherentur. Tum nolui amplius deesse boni viri precibus, praesertim cum intelligere mihi viderer, in emendanda lexicographiae hebraicae ratione haud pauca praestanda superesse *), quae si ego praestare conatus fuissem, certe non detrimentum illatum iri his studiis, quibus inde a pueris mirifice delector.

Jam vero, ut scias, in quibus potissimum rebus elaborandum mihi putaverim, haec accipe. *Primum*, praeterquam quod *nativa* vocabula a derivatis ipsâ literarum forma versuumque longitudine distinguere placuit, in radicibus, quas dicunt, investigandis omnem quam potui operam collocavi nonnullasque originationes a praestantissimo Schultensio vel ab ipso Simonisio propositas, quae injuriâ exterminatae mihi videbantur, revocavi. Ita factum, ut longe plurimas voces a *verbis* tanquam stirpe sua repetitas conspicias; quo minus vero aliquot certe nomina et particulas in primitivorum numero ponerem,

*) Cf. H. Hupfeldi, Prof. Marburg., Comment. de emendanda ratione lexicographiae Semiticae. Marb. 1827. 4.

temperare mihi non potui; persuasum enim habeo, simplicissimas rerum notiones, quae in istis nominibus insunt, ne apud Hebraeos quidem a verbis originem traxisse, quanquam nonnulles nunc ita existimare scio. Id autem facile tolerabis, incertae originis vocabula primitivis interposita esse, cum meum non esset, e pluribus conjecturis eam, quae mihi placeret, in lexicon invehere; singulis vero in locis, ubi forte talia vocabula quaerere possis, relegatum te animadvertas ad eum, quo a me collocata sunt. — *Deinde* hoc egi, ut appellativis vocabulis illa adjicerem, quae hominum oppidorumve sunt, si non omnia (sic enim chartarum spatium deficeret), ea certe, quae vel maxime frequentantur in V. T. libris vel homines locosve memorabiles designant; qua in re exemplum mihi Eichhornius partim praeiverat. — *Tum* nihil potius nihilque prius habui, quam ut vocum significationes naturali quodam ordine componerem. Exorsus enim a simplicissima unius cujusque vocabuli potestate eas, quae sensim natae viderentur, ita adjeci, ut in earum descriptione non latinorum verborum, quibus responderent, sed ipsarum *notionum*, quas exprimerent, rationem haberem. Ita si quis accidisse dicat, ut tironibus varias alicujus vocis significationes conquisituris majus passim exhibeatur negotium, quam si singulae potestates, sine discrimine, angustae et late patentes, propriae et translatae, numeris adhibitis, compositae essent, haud equidem repugnabo: verum, si utilitatem spectaveris, quae inde ad notionum necessitudinem et naturam accuratius subtiliusque perspiciendam haud dubie redundabit, non, puto, mihi succensebis, *hanc* describendi rationem, a latinae etiam linguae ingenio difficiliorem, illi, quae longe facillima est, praeoptanti. *Porro* magna laboris pars posita in eo fuit, ut particularum significatus, qui mirifice et praeter modum aucti in contrariasque saepe partes versi, immo detorsi fuerant, non solum deminuerem, sed ex uno omnes fonte repeterem, quo appareret, Hebraeos non temere istis vocibus quasvis potestates attribuisse, sed hoc etiam in genere sobrios sese ac prudentes exhibuisse. Nam dici vix potest, quot errores istorum opinio hominum, qui in explicandis particulis hebr. effusissimo arbitrio uterentur, in ipsorum librorum div., N. etiam Test., interpretationem invexerit *). *Postremum*, qui a Simonisio larga manu adscripti fuerant, verborum nominumque declinatus, eos maximam partem resecandos

*) v. libr. a me edit.: exeget. Studien, Vol. I, p. 27—58.

existimavi, servatis duntaxat iis, qui vel irregularium verborum essent vel a legitima inclinatione aliquantulum deflecterent.

His ita institutis factum est, ut Simonisii lexicon aliam plane formam induerit ac vix amplius Simonisii dici recte possit. Id non puto fore, qui mihi vitio vertant. Spectanda erat et eruditionis hebraicae, qualis nunc est, ratio et eorum, quibus hic liber traditur, utilitas; nec horum quisquam, opinor, ea quae a Simonisio scripta erant, sed quae suis conducant studiis, postulabit. Utrum vero mihi contigerit hunc librum ita corrigere, ut et a tironibus utiliter adhiberi possit et ipsis literis hebraicis aliquem fructum attulisse videatur, id judicent intelligentes et simul aequi harum rerum existimatores. Sed ne ipse egomet justo honorificentius de opere meo statuere videar, paucis dicam, quae mihi aliquantulum displiceant. Primum vehementer doleo, me ad vocum hebr. significationes nativas illas et principales e linguis orientalibus, quae hebraicae finitimae sunt, illustrandas nihil novi afferre potuisse, quanquam probe scio, in hoc etiam genere non omnes jam errores esse excussos. Itaque, quod unum mihi licuit, doctorum hominum, qui in his rebus sapiunt, libris diligenter usus sum, inprimis vero sabaea et talmudica *) vocabula cum hebraeis contuli, si quid inde lucis peti posset. Deinde synonymis h. e. iis vocc., quae idem significare et in eandem rem dici existimantur, discernendis operam dare constitueram, sed facile intellexi, hac in re ne hilum quidem effici posse nisi ab eo, qui subtilissime linguarum orientalium scientia et singulari ingenii acumine floreret. Tum vellem aliquanto pauciora vocabula pro nativis a me habita esse; hoc etiam improbo, tam crebro a me bipartitas vel tripartitas radices ad Gesenii exemplum propositas esse; nam saepe, quae diversae existimari solent, accuratius consideranti ad unam redire videbuntur **). Denique nonnullarum vocum significationes probabilius

*) Thesauri ling. hebr. e Mischna augendi Partic. I—III. scrips. Ant. Theod. Hartmann. Rostoch. 1825. 26. 4.

**) In quo tamen negotio probe videndum, ne vana specie decipiamur; omninoque ultra eam aetatem, qua lingua semitica *seorsum* coli coepta est, in lexico hebr. adscendere vix licebit; quae de vocabulorum nexu ex indica vel aliis linguis vetustis disseruntur, ea religiose secernenda puto ab his, quae *historica* ratione evinci possunt, quemadmodum, ut exemplo utar, in lex. german. sermonis sejungenda haud dubie sunt verba *zeugen* testari et *zeugen* procreare, nec non *mahlen* molere et *malen* pingere, etiamsi quodam modo demonstrari possit, haec verba a communi stirpe proficisci.

poterant describi, quanquam in hoc genere reprehendere quam corrigere facilius est. Ego certe in explicandis iis vocabulis, quae maximam varietatem habent, integros saepe dies absumsi multumque inter duas aut tres describendi rationes fluctuavi; quapropter hos, qui vituperare voluerint, magnum in modum rogo, ut non singula quaedam notent, sed integrae alicujus vocis sollertius expediendae exemplum praeeant, quo in me ipsum aliqua utilitas redundet.

Sed nolo te amplius morari, benevole lector. Utaris hoc libro, si poteris, ad tua literarum hebraicarum studia sive promovenda sive sublevanda; ita non omnem operam perdidisse, nec oculorum aciem frustra in hoc labore consumsisse mihi videbor. Vale.

Scrib. Erlang. m. Nov. CIↃCCCXXVII.

* * *

1. Grandioribus literis exscripta sunt vel nativa vocabula *(Stammwörter)* vel ea, quorum obscura est origo, vel denique extera h. e. ab alia, quam semitica stirpe orta.

2. Nomina hominum e duabus partibus conflata quaere sub iis verbis, a quibus ordiuntur, יְהוֹצָדָק sub יְהוָֹה (היה), מַלְכִּיצֶדֶק sub מֶלֶךְ, אֱלִיקִים sub אֵל rell.

3. *Romana* numerorum signa, vocabulis praefixa, declarant, sub una forma complures voces a diversa stirpe ortas copulatas esse, v. גאל, חלה, ידה etc.

4. Numeri *arabici* praemissi sunt vocabulorum significationibus; contra, ubi una eademque significatio in varios sive sensus sive translationes versa est, adhibitae sunt literae latinae minores.

LEXICON

VETERIS TESTAMENTI

MANUALE.

א

א, prima Hebraeorum litera, quae in utraque lingua et formandis et declinandis vocabulis adhibetur. De declinatu, qui fit per lit. א, consulendi Grammatici sunt. Ad formationem spectat inprimis hoc, quod א nominibus ab initio saepe adjicitur ad mitigandam literarum asperitatem (*aleph prostheticum* vocant), ut אֶזְרוֹעַ pro זְרוֹעַ, אֶתְמוֹל pro תְּמוֹל, אֶכְזָר pro כָּזָר; rarius (apud Chald. potissimum) ubi nulla fuit pronunciandi difficultas, ut in his: אֲבַטִּיחִים pro בַּטִּיחִים, אֶגֶן pro גַּן cf. Gesen. Lehrgeb. p. 140. Ewald. krit. Gramm. p. 74.

אָב m. pater, *genitor* (arab. أَبٌ, cujus formae vestigium superest in אֲבוּגַיִל 1 Sam. 25, 18., syr. ܐܒܐ), nomen primitiv. onomatopoëticum (ut *papa, πάπας* etc.) Gen. 9, 18. 26, 3. 37, 1. 1Reg. 2, 12. Prov. 1, 8. 10, 1. etc.; אֲחִי אָב Gen. 29, 12. Levit. 18, 14. *avunculus*, אֲחוֹת אָב Levit. 18, 12. *amita*. Sed voc. *patris* saepe latius patet: dicitur enim a) de quovis ex majoribus (*Ahn, Ahnherr*), ut de avo Gen. 28, 13. (cf. tamen Gen. 28, 2 אֲבִי אֵם *avus maternus*), de proavo Num. 18, 1. 2., de abavo 1Reg. 15, 11. 24.; hinc b) de conditore gentis (*Stammvater*) Gen. 17, 4. 5. 36, 43. Jos. 24, 3. (plur. אָבוֹת *majores* Gen. 47, 9. 48, 16. Num. 20, 15. Ps. 22, 5. Esr. 9, 7. etc.); eodem fere sensu Jova vocatur *pater Israelit.* h. e. conditor gentis Israel. e reliquarum numero exemtae Jes. 63, 16. 64, 7. (coll. Joa. 8, 41.); c) de *auctore* alicujus rei Job. 38, 28., aut artis Gen. 4, 20. 21. (v. Olear. ad Philostr. vit. Soph. I, p. 490). In his omnibus *originis* notio spectatur; aliae translationes proficiscuntur a *pietate* vel *cura parentis*. Nam d) אָב significat eum, qui parentis partes sustinet, curatorem, nutritorem alic. Job. 29, 16. Jes. 22, 21. Ps. 68, 6. (πατὴρ Xenoph. Anab. 7, 6, 38.); spec. vero *pater regis* est is, quem rex in consilium adhibet Gen. 45, 8. (cf. Esth. 13, 6. 16, 11. Lxx. et 1Macc. 11, 32.; simil. turc. اتابك *Atabeg* de vesiris Arabum v. Jablonsky Opusc. I, p. 206. Rosenm. *Morgenl.* I, p. 213.). De רָאשֵׁי הָאָבוֹת v. sub voc. ראשׁ. Praeterea honoris caussa *patres* compellantur principes 2Reg. 5, 13. et prophetae 2Reg. 6, 21. 13, 14. (quorum quidem alumni vocantur בָּנִים, v. s. h. v.). Poetice dicta haec sunt Job. 17, 14.: לַשַּׁחַת קָרָאתִי אָבִי אַתָּה *patori acclamo: tu es pater meus* h. e. tam arcte mihi conjunctus, ut naturali quasi vinculo adhaereas. De loco Job. 34, 36. v. sub אבה. — In regimine אֲבִי (אַב Gen. 17, 4. 5.), cum affixis אָבִי Gen. 19, 34. Exod. 15, 2. Jud. 11, 36., אָבִיךָ Gen. 12, 1., אָבִינוּ Gen. 31, 29., אֲבִיהֶם Gen. 9, 23. etc. Plur. in regim. אֲבוֹת Exod. 6, 28. Num. 31, 26., cum affixis אֲבוֹתֵיכֶם Gen. 48, 21. et אֲבוֹתְכֶם Deut. 1, 11., אֲבוֹתָם Exod. 4, 5. et אֲבוֹתֵיהֶם 1Chron. 4, 38. Esr. 8, 1. etc. [Vid. de hoc voc. Fesselii Advers. sacr. 4, 6.].

אַב m. chald. *id.*, unde cum affixo אָבִי *pater meus* Dan. 5, 13. tono praeter morem manente in penultima. Alibi ante affixa assumit י (v. supra arab.), ut אֲבוּךְ Dan. 5, 11. 18., אֲבוּהִי Dan. 5, 2. Plur. cum termin. foem. (ut hebr.) אֲבָהָן (syr. ܐܒܗ̈ܐ) *patres, majores*, unde cum affixis אֲבָהָתִי Dan. 2, 23., אֲבָהָתָךְ Esr. 4, 15., אֲבָהָתַנָא Esr. 5, 12.

Ab hoc voc. אָב multa virorum, imo etiam mulierum nomina ordiuntur, quorum praecipua his notasse sufficiat: a) אֲבִיאֵל (*pater roboris* i. e. robustus v. Herbelot Bibl. orient. p. 17.) 1Sam. 9, 1. 14, 51. 1 Chron. 11, 32. — b) אֲבִיאָסָף (*pater collectionis*) Korachita Exod. 6, 24., al. אֶבְיָסָף Chron. 8,

8. etc. — c) אֲבִיגַיִל (*pater exultationis*) 1 Sam. 25, 3. 14. 1 Chron. 2, 16., al. אֲבִיגַל 2 Sam. 17, 25. — d) אֲבִיחַיִל Num. 3, 35. Esth. 2, 15. 1 Chron. 5, 14. —

e) אֲבִימָאֵל (*pater pinguis* coll. arab. مَأل) unus e posteris Joctanis Gen. 10, 28. 1 Chron. 1, 22. Sunt, qui gentis arab. nomen in eo latere putent (v. Bochart. Phal. 2, 24.), sed cf. Michael. Spicil. II, 179. — f) אֲבִימֶלֶךְ nom. regibus Philistaeor. commune Gen. 20, 2 sqq. 21, 22 sqq. 26, 1 sqq. Jud. 9, 3 sqq. Ps. 34, 1. Simil. Aethiopes hodienum regem suum appellant አባ: ንጉሥ: (*pater rex*), et turc اتابك (*pater dominus*) est cognomen regum Schiras. — g) אֲבִינָדָב (*pater ingenui, nobilis*) 1 Sam. 16, 8. 17, 13. 31, 2. 1 Reg. 4, 11. etc. — h) אֲבִינֹעַם (*pater jucunditatis*) Jud. 4, 6. 5, 1. — i) אֲבִיעֶזֶר (*pater auxilii*) filius Gileadi Jos. 17, 2., ejusque stirpis Jud. 6, 34. 8, 2. al., אִיעֶזֶר Num. 26, 30. Patron. אֲבִי הָעֶזְרִי Jud. 6, 11. 24. et אִיעֶזְרִי Num. l. c. Cet. cf. *Adolph*, quod nomen compositum arbitrantur ex *Atta* pater et *Holf* i. e. *Hülfe*. — k) אֲבִינֵר dux militum Sauli 1 Sam. 14, 51. 17, 55. 20, 25. etc., al. אֲבִינֵר 1 Sam. 14, 50. Lxx. Ἀβεννήρ. — l) אַבְרָם (*pater excelsus*) conditor gentis Israel. Gen. usque ad 17, 5. Ab hoc inde loco vocatur אַבְרָהָם (*pater magnae, copiosae gentis* Gen. 17, 4. 5. Sir. 44, 19. coll. arab. رُهام *multitudo*); זֶרַע אַבְרָהָם de gente Israel. 2 Chron. 20, 7. Ps. 105, 6. Jer. 33, 26. Lxx. Ἀβραάμ. — m) אַבְשָׁלוֹם (*pater pacis*) filius Davidis tertius 2 Sam. 3, 3. 13, 1. Lxx. Ἀβεσσαλώμ, 1 Macc. 11, 70. Ἀβεσσαλῶμος. Alius est אֲבִישָׁלוֹם 1 Reg. 15, 2. 10., qui tamen et ipse 2 Chron. 11, 20. אַבְשָׁלוֹם vocatur.

אָבַב rad. Hebr. non usit. *viruit, progerminavit*; chald. אַנְבֵּב *primum* vel *praecocem fructum produxit*, arab. أبّ *quidquid viroris terra producit*, syr. ܐܒܒ *floruit, flores produxit* cf. Schultens. ad Job. 8, 12. Inde oritur:

אָבִיב m. *spica* Exod. 9, 31. הַשְּׂעֹרָה אָבִיב *hordeum* jam erat *spica* h. e. *spicatum*, Levit. 2, 14. אָבִיב קָלוּי בָּאֵשׁ *spica* (matura) *igne tosta*. Hinc חֹדֶשׁ הָאָבִיב *mensis* novarum *spicarum* (in aliis quidem Palaestinae regionibus maturarum, in aliis vero maturescentium), recentius *Nisan* dictus, Martio partim, partim Aprili nostro respondens Exod. 13, 4. 23, 15. 34, 18. Deut. 16, 1. (quo Israelitae Aegypto egressi sunt), *primus mensis anni* vett. Hebraeorum (אב in Mischna II, 147. 315. V, 189.) v. Michaelis *de mensibus Hebraeorum* in Commentatt. Soc. Reg. Scient. Gott. oblatis per annos 1763—68. p. 16 sqq. In medio relinquimus, an Hebraei hac mensis circumscriptione nomen ejusdem mensis aegypt. ἐπιφὶ imitari ita voluerint, ut sono paullulum inflexo nomen emergeret, quo mensis ipsius conditio exprimeretur, ut in vv. מֹשֶׁה, אַבְרֵךְ aliis factum esse videbimus, cf. hujus sententiae patronum Andr. Mueller. in *gloss. S.* p. 4 sqq. nec non Bocharti *Hieroz.* P. I, p. 557. — תֵּל אָבִיב Ezech. 3, 15. v. sub תֵּל.

אֵב m. *viror* (أبّ *pabulum viride* etc.) Job. 8, 12. עֹדֶנּוּ בְאִבּוֹ (achu) *adhuc viride (est)*; אִבֵּי הַנַּחַל *virores rivi* h. e. herbae virentes in rivi margine Cant. 6, 11.

אֵב m. chald. *fructus* (ܐܒܐ et ܐܒܒܐ *poma, fructus omnes molliores, quibus nulli sunt cortices*, ὀπώρα, v. loca in Castelli et Schaafii *Lexx.*). Cum affixo אִנְבֵּהּ (resoluto dagesch forti in Nun v. Winer. Gramm. chald. p. 19.) Dan. 4, 9. 11. 18.

אֲבַגְתָא nom. propr. eunuchi persici. Bohlenius confert بغتا *fortunatus* vel بختا *coctus* h. e. versutus.

אָבַד 1) propr. (coll. arab. أبد *abiit e conspectu,* hinc *aberravit,* in desertis *vagatus est* (de pecore) Jes. 27, 13. Ps. 119, 176. Jer. 50, 6. Deut. 26, 5. Ezech. 34, 4. 16., it. *exulavit* הָאֹבְדִים בְּאֶרֶץ אַשּׁוּר exulantes in terra assyriaca Jes. 27, 13. 2) *periit, interiit* alicui aliquid sq. dat. pers. 1 Sam. 9, 3. וַתֹּאבַדְנָה הָאֲתֹנוֹת לְקִישׁ *perierunt Kiso asinae* h. e. *amisit asinas,* it. sq. מִן pers. Ezech. 7, 26. תֹּאבַד עֵצָה מִזְּקֵנִים *peribit senibus consilium,* Job. 11, 20. Ps. 142, 5. Jer. 18, 18. 25, 35.; גּוֹי אֹבַד עֵצוֹת *gens cui periit consilium* i. e. consilii inops Deut. 32, 28. Deinde gener.: *periit, interiit, perditus est* quacunque ratione, ut de spe Job. 8, 13. 14, 19. Ps. 9, 19. Prov. 10, 28. Ezech. 19, 5., de animi fortitudine (*Muth*) Jer. 4, 9., inpr. de terra quae *vastatur* Exod. 10, 7. Jer. 9, 11., de aedibus quae *destruuntur* Am. 3, 15., de hominibus et animalibus quae *occiduntur* Jon. 1, 6. Jes. 57, 1. Esth. 4, 14. Ps. 2, 12. 49, 11. Num. 17, 12., atque hoc sensu passim additis verbis מֵעַל הָאָרֶץ Deut. 4, 16. Zach. 9, 5. Job. 18, 17. Spec. *irritum fieri* Ezech. 12, 22. (de vaticinio) Ps. 146, 4. (de consiliis et studiis hominum).—Part. praes. אֹבֵד *periturus* (qui in praesenti periculo versatur), *miser* Job. 29, 13. 31, 19. Prov. 31, 6.—Infinit. absol. אָבֹד Deut. 4, 26. 8, 19., constr. אֲבֹד Deut. 7, 20., cum affixo אֲבָדְךָ Deut. 28, 20., in pausa אֲבָדֶךָ Deut. 28, 22. — Fut. יֹאבַד et יֹאבֵד (Job. 3, 3. Jer. 4, 9. v. Gesenii Lehrg. p. 376.).

Piel אִבַּד 1) *dispersit* Jer. 23, 1. 2) perdidit Eccles. 3, 6., ut divitias Prov. 29, 3., hinc *abstulit* Eccles. 7, 7. sq. מִן Jer. 51, 55., *evertit, destruxit* Num. 33, 52. Deut. 12, 2. 2 Reg. 19, 18. Thren. 2, 9. Ezech. 6, 3., *delevit, exstirpavit* populum Jer. 12, 17. Esth. 3, 9., gentem (*Familie*) 2 Reg. 11, 1., exercitum 2 Reg. 13, 7. Fut. 1. sing. cum affixo et vau convers. וָאַבֶּדְךָ pro וָאֲאַבֶּדְךָ Ezech. 28, 16. v. Gesenii Lehrgeb. p. 137. et 378. (simil. מְלֶּךְ Job. 35, 11., תֵּזֵר 2 Sam. 22, 40.).— Hiph. הֶאֱבִיד *perdidit* Job. 14, 19. (spem al.), sq. מִן pers et acc. rei *abstulit* alicui al. Jer. 25, 10., deinde *vastavit* Num. 24, 19. Zeph. 2, 5. הֶאֱבִיד הָאָרֶץ מֵאֵין יוֹשֵׁב *vastavit terram, ut non superesset incola,* it. *delevit, exstirpavit* populum Deut. 8, 20. 9, 3. vel singulos homines Jer. 49, 38., sq. מִקֶּרֶב עַם Levit. 23, 30.; ה׳ אֶת־שֵׁם פ׳ מִתַּחַת הַשָּׁמַיִם *delere alic. nomen* (memoriam) *e terris* Deut. 7, 24. Fut. c. ה paragog. אֹבִידָה Jer. 46, 8., prima radicali א in cholem quiescente, ex dialecto aram. v. Michaelis Gr. syr. p. 118. Wineri Gram. chald. p. 50. Gesenii Lehrgeb. p. 377.

אֲבַד chald. *periit* Jer. 10, 11.—Aphel *perdidit, exstinxit* aliquem Dan. 2, 12. 18. 24. 7, 26. Fut. יְהוֹבֵד. — Hoph. הוּבַד *perditum fuit* Dan. 7, 11.

אֹבֵד *pernicies, interitus* (chald. אוֹבָד *id.*) Num. 24, 20. 24.

אֲבֵדָה f. 1) *perditum, res perdita* vel *amissa* (ܐܒܕܢܐ *id.*) Exod. 22, 8. Levit. 5, 22. 23., in regim. אֲבֵדַת Deut. 22, 3. 2) *locus perditionis, orcus* sec. Cthib Prov. 27, 20., i. q. אֲבַדּוֹן, quod tanquam voc. usitatius Masorethae substituerunt.

אֲבַדּוֹן m. 1) *exitium, perditio, internecio* Job. 31, 12. ܐܒܕܢܐ *id.* 2) *locus perditionis, abyssus, orcus* Job. 26, 6. Prov. 15, 11. et sec. Kri Prov. 27, 20. (v. אֲבֵדָה).

אַבְדָן m. *perditio, excisio, occidio* (active) Esth. 9, 5.

אָבְדָן m. *perditio, excisio* (passive), *interitus* Esth. 8, 6.

אָבָה 1) *voluit* sq. infin. vel solo Job. 39, 9. Deut. 10, 10. Jes. 28, 12. 30, 9. 1 Sam. 15, 9. vel c. praef. לְ Jud. 19, 25. Ezech. 3, 7. Levit. 26, 21. Exod. 10, 27. Deut. 1, 26. 2 Sam. 13, 14. 16., semel sq. acc. Prov. 1, 25. תּוֹכַחְתִּי לֹא אֲבִיתֶם *castigationem meam non voluistis* h. e. repudiastis eam. 2) *pronus, proclivis fuit;* אִם תֹּאבוּ וּשְׁמַעְתֶּם Jes. 1, 19. Prov. 1, 10.; sq. לְ pers. alicui proclivem se praestare h. e. vel *obedire* Ps. 81, 12. vel *concedere, annuere* (precibus) Prov. 6, 35. 1, 10. Deut. 13, 9. 1 Reg. 20, 8. (*nachgeben*). — Praet. 3. plur. cum א *paragog.* אָבוּא Jes. 28, 12., fut. יֹאבֶה Deut. 13, 9., 2. p. תֹּבֵא Prov. 1, 10. sec. analog verbor. ל״א v. Gesenii Lehrgeb. p. 432. Adde, hoc voc. praeter locos Jes. 1, 19. et Job. 39, 9. ubivis connecti cum לֹא, אַל aliave particula negativa. [Arab. أَبَى contrar. *recusavit, noluit*].

אָב v. supra suo loco.

אֵבֶה m. *arundo, papyrus* (أَبَاءٌ collect. أَبَاءَةٌ *arundo, arundinetum* ab أَبَى *recusavit*, quia arundines transitum impediunt); Job. 9, 26. אֳנִיּוֹת אֵבֶה *naves* (cymbae) *arundineae, papyraceae,* ex papyro nilotica textae (de quibus v. interpp. ad Jes. 18, 2. Plinii H. N. 7, 56. 13, 22.) admodum celeres (Heliodor. aethiop. X, p. 460. ἔστι δὲ ὀξυδρομώτατα τῆς δὲ ὕλης ἕνεκα καὶ ἄχθος πλὴν ὅτι δύο που καὶ τρεῖς ἄνδρας οὐκ ἀνεχόμενα add. Kimchi ad l. c., quanquam ea de re dubitationem movit Harmarus *Beobacht. üb. d. Orient.* Tom. III, p. 142 sq.). Alii, in his nuper Umbreit. ad Job. p. 72 sq., vertunt: *naves desiderii* (ab hebr. אבה) h. e. quae summo cum desiderio ad portum properant; alii (ut Chardin. ap. Harmar. l. c. quocum facit Rosenm. in Scholl.) *naves fluctuum* (coll. aethiop. ለበበ: *fluctus, unda*) h. e. quae sola fluctuum vi devehuntur. Cf. Schultens. ad Job. l. c.

אֶבְיוֹן m. *egenus, pauper* (ab אָבָה *velle, cupere* i. e. *indigere*) Deut. 15, 4. 7. 12. 1 Sam. 2, 8. Exod. 23, 6. Ps. 72, 4. etc. (syr. ܐܒܝܘܢܐ *id.*), *miser, afflictus,* inpr. sine sua ipsius culpa (unde *pietatis* quaedam notio accedit) Ps. 12, 6. 69, 33. 72, 12. Jes. 29, 19 (21) Am. 2, 6.; plur. אֶבְיוֹנִים de Israelitis patriae exsulibus Jes. 41, 17.

אֲבִיּוֹנָה f. Eccles. 12, 5. *bacca capparis* (sec. Lxx. Syr. Arab. et Lat.), a *desiderando,* quod harum baccarum ea vis est, ut et appetitum provocent et veneris concupiscentiam incitent. Rabbinis אביונות vocantur minuti arborum fructus, ut lauri, olivae et spec. א׳ נצפה *baccae capparis* v. Buxtorf. in *Lex.* p. 12. et 2098.

אֲבוֹי interjectio gementis et dolentis, *eheu!* (idem quod הוֹי s. אוֹי) Prov. 23, 29.

אִבְחָה f.; אִבְחַת חֶרֶב Ezech. 21, 20. vel *apertio gladii* h. e. gladius quo *palam* utuntur ad trucidandos homines (ut Schnurrerus voluit cf. dissertatt. philol. p. 461 sq.) a rad. بَاحَ *apertum, in omnium conspectu positum esse,* vel *comminatio gladii* (quemadmodum Rosenm. vertit) h. e. gladius qui ad portas quasi comminatur omnemque effugiendi viam praecludit, a rad. نَبَحَ *minari.* Certe non opus est Gesenii conjectura,

מִבְחַת legi jubentis: *mactatio gladii*, nam vett. intptes (Lxx. σφάγια ῥομφαίας, Targ. קְטָלֵי חַרְבָּא) divinasse potius, quam alius lectionis sensum expressisse videntur.

אֲבַטִּיחִים *pepones* v. sub rad. בטח.

אָבַךְ in Kal inusit., Hithpael Jes. 9, 17. וַיִּתְאַבְּכוּ גֵּאוּת עָשָׁן i. e. *convolvuntur* (convoluti surgunt, evanescunt) *elatione fumi* coll. بَاكَ *convolvi* (v. Schultens. Lex. hebr. p. 13.). Aliorum explicationes, minus illas probabiles, recenset Gesenius ad h. l., adde Hartmann. Einl. p. 76.

אָבַל luxit ore, habitu omnique cultu (chald. syr. arab. *id.*) Am. 8, 8., sq. עַל *über etw.* Hos. 10, 5. Job. 14, 22. Poet. res quoque inanimatae *lugere* dicuntur, regiones, urbes, agri, segetes etc., quae vastatae, pessumdatae sunt Am. 1, 2. Jes. 24, 4. 7. 33, 9. Joel. 1, 10. etc. — Fut. יֶאֱבַל Job. 14, 22. Jer. 4, 28. — Hiph. הֶאֱבִיל *lugere fecit, luctum attulit* Ezech. 31, 15., trop. Thren. 2, 8. וַיַּאֲבֶל־חֵל *lugere fecit antemurale* h. e. vastando antemurali luctuosum spectaculum praebuit. — Hithpaël הִתְאַבֵּל *lugentem se gessit, luxit* i. q. Kal (quod minus in usu fuit) 2 Sam. 14, 2. Dan. 10, 2. Nah. 1, 4. Exod. 33, 4., sq. אֶל: הִתְאַבֵּל אֶל־שָׁאוּל *luxit Saulum* 1 Sam. 15, 35. 16, 1., sq. עַל: הִתְאַבֵּל עַל בְּנוֹ *luxit filium suum* Gen. 37, 34. 2 Sam. 13, 37.

אָבֵל m., אֲבֵלָה f. (Thren. 1, 4.) *lugens* Gen. 37, 35. Esth. 6, 12. (arab. أَبِيل). In regim. אֲבֵל, sq. *Makkeph* אֲבֶל־ Ps. 35, 14. Plur. אֲבֵלִים Jes. 61, 2. Job. 29, 25., in regim. אֲבֵלֵי Jes. 61, 3.

אֵבֶל m. *luctus* Mich. 1, 8. Esth. 4, 3. 9, 22., spec. propter mortuum Gen. 27, 41. אֵבֶל אָבִי *luctus patris mei* (i. e. quo patrem m. lugeo) Deut. 34, 8. Jer. 6, 26. Am. 8, 10., בִּגְדֵי אֵבֶל *vestes lugubres* 1 Sam. 14, 2.; עָשָׂה אֵבֶל לְ Gen. 50, 10. dic. de luctu solenni (cf. Judith 16, 29.). Cum affixo אֶבְלֵךְ Jes. 60, 20. etc.

אֲבָל particula affirmandi, *verum* Esr. 10, 13., *veruntamen* 2 Chron. 33, 17. Dan. 10, 7., *profecto, utique* Gen. 42, 21., *immo* 17, 19. (arab. بَلْ *sed, at vero, quin, quin imo*; א, ab initio additum, est mere prostheticum).

אָבֵל propr. *viretum, campus herbosus, graminosus* (أَبَلَ *longum evasit gramen,* أَبِلٌ *humidus,* it. *gramen recens,* إِبِّيلَة *fascis graminis et foeni,* syr. ܝܒܠܐ *gramen, alga,* cf. rad. יבל), sed praemissum aliis vocabulis abiit in nomen propr. locorum complurium (fere ut nostr. *Aue*): a) אָבֵל בֵּית מַעֲכָה 1 Reg. 15, 20. 2 Reg. 15, 29., s. אָבֵל מַיִם 2 Chron. 16, 4., s. אָבֵל simpl. 2 Sam. 20, 14. 15. 18. oppidum Manassitar. trans Jordan. — b) אָבֵל כְּרָמִים pagus Ammonitar. Jud. 11, 33. — c) א׳ מְחוֹלָה opp. haud procul a Scythopoli situm Jud. 7, 22., patria Elisae proph. 1 Reg. 19, 16. v. Reland. Pal. p. 522. — d) א׳ מִצְרַיִם Gen. 50, 11. area trans Jord.; perperam hoc nomen l. c. explicatur: *luctus Aegypti* v. Rosenm. — e) א׳ הַשִּׁטִּים locus in Moabitide Num. 33, 49., al. שִׁטִּים Num. 25, 1. (ubi v. Rosenm.) Mich. 6, 5. — De אָבֵל הַגְּדוֹלָה 1 Sam. 6, 18. dissentiunt interpretes. Pro nom. propr. habuerunt Vulg. et Arabs;

contra LXX. CHALD. SYR. vertunt *lapis magnus*, אבן הגדלה, quemadmodum in aliquot codd. legitur v. DE ROSSI ad h. l. Sed fortasse *viretum magnum* appellata fuit planities in finibus Philistaeorum; nam quod seq. אֶבֶן־־בְּבִית, declarare videtur, נ א non esse nomen loci aut oppidi proprium.

אֶבֶן f. lapis in universum, cujuscunque generis, rudis et politus, major et minor, tam scopulus quam scrupulus (syr. sam. aeth. *id.*) Gen. 31, 45. Num. 35, 23. etc., collect. *lapides* Gen. 11, 3. 31, 45. Levit. 20, 2.; אַבְנֵי הַשָּׂדֶה *lapides agri* Job. 5, 23., אבן יד *lapis manuarius*, qui manu projici potest Num. 35, 17., אֶבֶן פִּנָּה *lapis angularis* (i. q. ראש פנה Ps. 118, 22.) h. e. is, qui in extremo angulo fundamenti positus duos parietes sibi innixos sustinet et conjungit (et Jer. 51, 26. a *fundamento ipso* distinguitur) Job. 38, 6. Jer. 21, 26., אֶבֶן הָרֹאשָׁה *lapis capitalis*, fundamentum ipsum Zach. 4, 7., אֶבֶן בָּרָד *lapis grando* (grandinis) Jes. 30, 30. coll. Jos. 10, 11. — Spec. a) *gemma, lapis pretiosus* Exod. 35, 33. 31, 5. 28, 9. 10. 11. 17. 21. etc. In eundem sensum dic. אֶבֶן יְקָרָה Ezech. 28, 13., אֶבֶן חֵן Prov. 17, 8., אַבְנֵי חֵפֶץ Jes. 54, 12., אַבְנֵי אֵשׁ *lapides ignis* h. e. splendentes, fulgentes Ezech. 28, 14. 16. b) id quod est ex lapide factum, ut *vas lapideum* Exod. 7, 19. (cf. עֵצִים *vasa lignea*), *idolum lapideum* (ut עֵץ *idolum ligneum*) Deut. 4, 28. 28, 36. 64. 29, 16. Jes. 37, 19. Jer. 2, 27. 3, 9. Habac. 2, 19. Ezech. 20, 32. Sic *Jupiter lapis* CIC. Famil. 7, 12. (v. ERNESTI clav. s. h. v.) et „velatum vertier ad *lapidem*" Lucret. lib. 5. c) *pondus librae*, quoniam olim lapidibus utebantur pro ponderibus; אֶבֶן וָאָבֶן *diversa pondera*, magnum et parvum Deut. 25, 13. Prov. 20, 10. 23., אַבְנֵי צֶדֶק Levit. 19, 36. et אֶבֶן שְׁלֵמָה Prov. 11, 1. *pondus justum*, cui opponuntur אַבְנֵי מִרְמָה *pondus fallax* Mich. 6, 11.; אַבְנֵי כִיס *pondus quod in marsupio gestatur* Prov. 16, 11., שֶׁקֶל בְּאֶבֶן הַמֶּלֶךְ *siclus ex pondere regio* 2 Sam. 14, 26. v. שקל. Hinc אֶבֶן הַבְּדִיל Zach. 4, 10. *pondera stannea*. d) *pondus perpendiculi*, a filo pendens (primitus absque dubio lapideum, postea etiam stanneum aut plumbeum), quo caementarius structurae rectitudinem et architectus singulas aedificii exstruendi partes solet examinare, adeoque *perpendiculum ipsum*; נָטָה אַבְנֵי בֹהוּ *extendit perpendiculum vastitatis* i. e. ad regulam et perpendiculum h. e. datâ operâ omnia omnino vastavit Jes. 34, 11. — *Metaphorice* a) 1 Sam. 25, 37. *Nabal* הָיָה לְאָבֶן *diriguit instar lapidis*, obstupuit quam maxime. b) לֵב הָאֶבֶן *cor lapideum*, durum Ezech. 11, 19. 36, 26., coll. לֵב יָצוּק כְּמוֹ אָבֶן *cor lapidis instar fusum*, concretum, durum Job. 41, 15. c) Jova, populi sui tutor, appellatur אֶבֶן יִשְׂרָאֵל *lapis Israelis* Gen. 49, 24. cf. צור. — Cum affixo אַבְנוֹ 2 Reg. 3, 25., plur. אֲבָנִים Gen. 31, 46. 1 Chron. 29, 8., in regim. אַבְנֵי Exod. 25, 7. Levit. 19, 36. etc. [De origine vocis ita statuit SCHULTENS. ad Job. 28, 6.: esse propr. *massam firmius concretam*, ab arab. أبن *coaluit* sanguis in vulnere, *concrevit*, unde أبنة *nodus* etc.].

אֶבֶן f. chald. *lapis* Dan. 2, 34. 45. 6, 18. Esr. 5, 8. 6, 4., emphat. אַבְנָא Dan. 2, 35. 5, 4. 32.

אֹבֶן m., unde dual. אָבְנַיִם: 1) Exod. 1, 16. בְּיַלֶּדְכֶן אֶת־הָעִבְרִיּוֹת וּרְאִיתֶן עַל־הָאָבְנָיִם אִם בֵּן הוּא etc. ubi vel cum plurimis intelligenda

sella parturientium est, vel cum Gesenio *labrum* (lapideum) s. *alveus,* in quo lavari solebant pueri recens nati (cum operculo lapid.?). Alias conjecturas magnam partem ineptas recenset Rosenm. ad h. l. 2) Jer. 18, 3. (הַיּוֹצֵר) עֹשֶׂה מְלָאכָה עַל־הָאָבְנָיִם, ubi significari videtur *rota figlina,* quae constabat duobus *lapidibus,* quemadmodum auctor est Abulwalid (Rabbi Jona) in Lex. Ms., quod Oxoniae contulit Gesenius.

אֲבָנָה nomen propr. v. sub אֲמָנָה.

אַבְנֵט v. sub rad. בנט.

אבס ap. Chald. et Talm. *saginare.* Inde Pahul אָבוּס Prov. 15, 17. 1 Reg. 5, 3.

אֵבוּס m. (ex syriasmo pro אבוּב) *praesepe* Job. 39, (9) 12. Jes. 1, 3. ad quem loc. v. Gesen., *stabulum* Prov. 14, 4. Plur. אֲבוּסִים Job. l. c.

מַאֲבוּס m. *locus pabulo asservando destinatus, horrearium.* Plur. Jer. 50, 26.

אֲבַעְבֻּעוֹת f. plur. *pustulae* v. sub rad. בּוּעַ.

אָבָק m. *pulvis* (syr. chald. sam. *id.*) et quidem *tenuis* ac *subtilis,* qualis per leves auras facile dispergitur Jes. 5, 24. (29, 5.) Exod. 9, 9., qualemque equi inter currendum excitant Ezech. 26, 10., divers. ab עָפָר *pulvere densiore* et *crassiore.* Hinc in aëris siccitate, qua omnia in pulverem mutata sunt pulvisque per aërem fertur, dicitur *loco* pluviae de coelo demitti אָבָק וְעָפָר omnis generis *pulvis* (minutior et densior) Deut. 28, 24. — Poët. *pulvis pedum Dei* Nah. 1, 3. appellantur nubes, quibus vehitur Jova.

אֲבָקָה vel אַבְקָה f. Cant. 3, 6. אַבְקַת רוֹכֵל *pulvis negotiatoris, institoris* h. e. aromaticus.

אָבַק verb. denomin., in Kal inusitat., Niphal נֶאֱבַק recipr. *luctari* Gen. 32, 25. 26. Haec significatio eodem modo ex אָבָק *pulvere* oriri videtur, quo κόνις dat κονίζεσθαι *pulvere conspergi, ad pugnam se parare, luctari,* et quo παλαίω *luctari* et πάλη *lucta* proficiscitur a πάλη, quod notat *tenuissimum pulverem* (v. Petr. Faber *Agonist.* lib. III. c. 22. Hier. Mercurialis *de arte gymnast.* lib. I. c. 8. lib. II. c. 2.).

אבר 1) radix inusitata *valere, pollere,* v. derivata. 2) Hiph. הֶאֱבִיר *volavit* Job. 39, 26 (29) cf. quod statim sequitur, אֵבֶר.

אֵבֶר m. 1) *penna major,* qua volucrium alae *pollent* (cf. אבר), ut columbae et aquilae (oppos. *alae ipsi* et *plumis*) Ezech. 17, 3. Jes. 40, 31. 2) collect. *pennae* pro *ala* (אֶבְרָא et גַּף *id.*) Ps. 55, 7. quemadmodum apud poëtas latinos *penna* saepissime pro *ala* sumitur, adeo in singulari.

אֶבְרָה f. 1) *penna* (alae inprimis) *major, longior, crassior* (oppos. *plumis*) Job. 39, 16 (13). 2) *ala* ipsa Ps. 68, 14. Deut. 32, 11., trop. de Deo Ps. 91, 4.

אָבִיר m. *validus, fortis.* Semper de *Deo* adhibetur in his formulis: אֲבִיר יַעֲקֹב Deus *fortis Jacobi* (*Jacobitarum*) Gen. 49, 24. Jes. 49,

26. 60, 16. Ps. 132, 2. 5., אֲבִיר יִשְׂרָאֵל Deus *fortis Israëlitarum* Jes. 1, 24.

אַבִּיר m. 1) *robustus, validus* Job. 24, 22.; אַבִּיר לֵב valens animo i. e. fortis Jud. 5, 22. Jer. 46, 15. Thren. 1, 15. Ps. 76, 6. Jes. 10, 13. semel in malam partem: *contumax* Jes. 46, 12. Poët. אַבִּירִים *validi, fortes* sunt vel tauri Ps. 22, 13. 50, 13. Jes. 34, 7. (trop. *tauri populorum* Ps. 68, 31. de regibus) vel equi Jer. 8, 16. 47, 3. 50, 11. cf. Gesen. Lehrg. p. 651. — 2) *potens, nobilis* Job. 34, 20.; *princeps*: לֶחֶם אַבִּירִים *cibus principum* h. e. cibus exquisitus, delicatus, eximius Ps. 78, 25. coll. Exod. 16, 31. (ut סֵפֶל אַדִּירִים est *patera pretiosa* Jud. 5, 25.), אַבִּיר הָרֹעִים *princeps pastorum*, a quo reliqui tanquam a duce et praefecto regebantur 1 Sam. 21, 8.

אַבְרֵךְ Gen. 41, 43. Forma quidem prodere videtur infinitivum vel imperativum aram. conj. Aphel (ut אַשְׁכֵּם Jer. 25, 3.), hoc sensu: *in genua procumbe* s. *procumbite*, a בָּרַךְ *genua flexit*, ut Clericus ad l. l. et Vitringa in *observ.* sacr. p. 71. voluerunt; quibus tamen jure opponi potest, formam aramaeam a casto Geneseos dicendi genere prorsus esse alienam, nisi doceatur, aramaeismum peculiari et satis idonea de caussa l. c. fuisse illatum (v. infra). Hinc disciplinae Schultensianae alumnis est superlativus, arabico more per א praefixum servile formatus: *fortunatissimus, felicissimus* (v. Rateleand diss. *de convenientia dialecti arab. cum hebr. sub praesidio* Alb. Schultensii *defensa*, Lugd. Bat. 1740. c. 3. §. 6. et Lette *in Biblioth. Brem. nova* Cl. I, p. 42.); cui tamen rationi obstat partim hoc, quod ex tali praeconum exclamatione populo Aegyptio nondum patebat, ad quam dignitatem evectus fuisset Josephus, partim quod melior adhuc interpretatio in promptu est. Nec immoramur eorum conjecturae, qui *patrem regis* (אָב, et nom. talm. parum cert. רַךְ *rex*, v. Castell. s. v. רכך p. 3580.) ob locum Gen. 45, 8. (qui tamen huc prorsus non pertinet) cum Onkel., Targ. Hieros. et Hieron. vertunt (v. Hottingeri *smegm.* p. 131.). Imo videtur potius haec vox aegypt. originis esse. Possis igitur cum Pfeiffero (in *dub. vex.* p. 582.) a copt. ϱεϰ *inclinavit se* s. *demisit venerabundus* et αὐ nota tertiae personae (αυϱεϰ), sensu optativo vertere: *inclinet se quisque*, quod sono adeo ab hebr. אַבְרֵךְ non multum abest. Si tamen major auctoritas desideratur, audiamus la Grozium et Jablonskium, qui ⲞⲨⲂⲈ-ⲢⲈⲔ ουβε - ϱεϰ *contra inclinate* (ex ουβε *contra* et ϱεϰ *inclinavit*) explicant (v. *Repertorium litt. bibl. et orient.* T. XIII, p. 3. Jablonsk. Opuscc. ed. te Water. Tom. I, p. 4.), vel Forster. (in libro *de bysso veterum* p. 111.), qui confert ϨⲀ-ⲠⲢⲎ-ϬⲎⲔ *Haprechek, a rege cinctus* vel *vestitus*, ad contextum quidem satis apte, quanquam ad priorem rationem animus magis inclinat. Fuit autem Hebraeis in more positum, vocabula extera, quoties in suam linguam reciperent, ita inflectere, ut et hebraice sonarent et cum voce peregrina vel eundem vel vicinum saltem sensum funderent, quod in nomine מֹשֶׁה et aliis factum esse suo loco docebitur. Cet. cf. Rosenmuell. in Commentat. de versione Pent. pers. (Lips. 1813. 4.) p. 31. et in Scholl. ad h. l.

אֲגַג nom. propr. regum Amalecitarum Num. 24, 7. 1 Sam. 15, 8. 20, 32.

Origo voc. non liquet. Arab. أَجَّ sign. inter alia: *cucurrit, celeravit gradum.*

אָגַד radix inusitata, chald. *ligavit, colligavit* (unde talm. אגודים *fasciculi*), arab. مُوجَد *firmus, compactus, firmatus, firmiter constrictus* (nodus), *firmum compagine* (aedificium) cf. Schultensius in *Lex.* et post eum Michaelis in *Suppl.*

אֲגֻדָּה f. 1) *adstrictio, nodus,* אֲגֻדּוֹת מוֹטָה *nodi, lora jugi* Jes. 58, 6., hinc *id quod (nodo) colligatum est, manipulus:* אֲגֻדַּת אֵזוֹב *manipulus, fasciculus hyssopi* Exod. 12, 22. Transfertur etiam ad *agmen conglobatum* 2 Sam. 2, 25. (Simil. חֶבֶל *funis* et *caterva;* عِصَابَة *vinculum* et *caterva hominum;* حِزْق *agmen, multitudo hominum,* apud Latinos *manipulus militum* etc., german. *Bande*). 2) *opus fornicatum suo se nisu adversantium* et *compactorum* lapidum sustinens (إِجَاد *fornix firmae compaginis* et *structurae,* quasi *structura colligata,* coll. קָשַׁר Neh. 3, 38.; sim. Malabariae incolis *domum ligare* dicitur pro *aedificare* v. Relatt. Malabar. contin. 38. p. 285.) Am. 9, 6., ubi *Deus fornicem* אֲגֻדָּתוֹ *super terra fundasse* dicitur h. e. coelum quasi fornicatum, quod horizonte sustentari videtur (ut Galli dicunt *la voute des cieux*) v. Faber in *archaeologia* T. I, p. 422.

אֱגוֹז m. *nux* Cantic. 6, 11. גִּנַּת אֱגוֹז *hortus nucum.* Consentit Vulg; arab. جَوْز et syr. ܓܘܙܐ *nux.* Celsius in *Hierobot.* p. 28. *nucem juglandem* dici putat, ut Rabbini ad unum omnes, consentiente etiam Shawio. *Nucis* significationem in dubitationem adduxit etiam Castellus, quod *nuceti* nomen parum conveniat horto, cujus *poma, vites* et *malogranata* tantum memorentur. Temere. Et qui ipsi placet, *hortus putatus,* ut אגוז vel pro nomine habeatur (hortus *putationis*), vel punctis neglectis tanquam verbum efferatur (hortus *quem putaturus sum*), a גָּזַז (quod nunquam de arborum putatione adhibetur), a contextu prorsus alienus et longius quaesitus est.

אָגַל radix Hebr. non usitat., arab. أَجَلَ *coërcuit, conclusit, stare coëgit,* II. *congregavit, collegit in unum locum* (ut aquam), تَأَجَّلَ *collecta* ac *congregata* et *detenta* et *conclusa fuit* (aqua), أَجِيل *conveniens in unum, congregatus,* peculiariter *collecta in unum locum* (aqua), مَأْجَل et مَوْجَل *stagnum, piscina,* seu potius *locus ipse ubi aqua confluit et consistit.*

אֵגֶל m. *receptaculum* (aquae). Inde in plurali אֶגְלֵי טָל *receptacula roris* Job. 38, 28. cf. v. 22. Alii: *guttae roris* (ut Rosenm. et Umbreit.). Sed illud praestat.

אֶגְלַיִם Jes. 15, 8. vicus moabiticus, de quo Eusebius *in locis:* Ἀγαλλειμ κώμη πρὸς Νότον Ἀρεοπόλεως, διεστῶσα σημείοις η (h. e.

1⅗ milliar. german.) add. Josephi Antt. 14, 2. Voc. proprie *gemina aquae receptacula, geminas piscinas* notat.

אגם rad. Hebr. non usitat., arab. أجم med. fatha *ferbuit* (dies), med. kesre (aqua) *corrupta* (adulterata) *fuit* (sc. q. d. conferbuit quando aqua stagnans post aestum foetorem exhalat), deinde أجم *nauseavit, fastidivit, abhorruit*, تأجم عليه وتأثم *excanduit in illum* et *aegritudinem ac molestiam animi concepit*; chald. אֲגַם *tristatus est*. cf. עגם.

אָגֵם vel אָגָם m. *tristis* (v. rad.) Jes. 19, 10. אַגְמֵי נֶפֶשׁ *tristes animo*.

אֲגַם (אָגָם?) 1) *lacus, stagnum* (ab aqua corrupta, foetente dictum; syr. ܐܓܡܐ et chald. אַגְמָא *id.*) Jes. 35, 7. 42, 15., saepius אֲגַם מַיִם Jes. 41, 18. Ps. 107, 35. 114, 8. Spec. ita dici videntur *stagna Nili*, quae hodie ab incolis بركة *Birce* vocantur Exod. 7, 19. 8, 1. 2) *arundinetum*, palus arundine obsita (arab. أجم *id.*) Jer. 51, 32. ad quem l. vid. post Vitringam (Observ. sacr. 6, 5.) Rosenm. — Plur. אֲגַמִּים Jer. 51, 32., sed in regim. אַגְמֵי Jes. 14, 23. et cum affixo אַגְמֵיהֶם Exod. 7, 19. v. Gesen. L. p. 582.

אַגְמוֹן m. 1) *ahenum, lebes major* Job. 41, 12. (vel metaphora a *stagno* desumta, ut λάκκοι pro *amplissimis lebetibus* apud Athenaeum p. 131., vel tanquam *aestuarium* a *fervendo*, ut jam Schultensius explicuit). 2) *juncus, arundo*, qualis in *palude* plurima nascitur. Legitur a) proverbialiter Jes. 58, 5. *curvare caput* כְּאַגְמֹן *arundinis instar*, quo modo lugentes et moesti solent; b) metaphorice Jes. 9, 14. 19, 15., ubi *arundines* oppositae *ramis* notant *infimae sortis homines* coll. Dan. 4, 11. Ezech. 31, 12. v. Celsii *Hierobot.* P. I, p. 477 sqq. Meton. Job. 40, 26. de fune junceo, v. Plin. H. N. XIX, 2.

אגן radix Hebr. non usitat., arab. أجن *contudit* (pannos), ut fullones et lotores facere solent *ad expurgandas sordes*, unde ميجن *tudes* seu *lignum*, quo fullones aut lotores contundunt vestes ad eluendas sordes, إجانة *labrum* seu *vas lapideum instar pelvis, in quo lavantur vestes*.

אַגָּן m. *crater, pelvis* Cant. 7, 3.; syr. ܐܓܢܐ *crater, hydria*, in qua vasa *abluebant* Judaei, λουτήρ, cf. utramque vers. syr. Jos. 2, 6. 7. v. fem. sequens.

אַגָּנָה f. *labrum, pelvis* (إجانة *phiala, crater, urceus* v. Joa. 2, 6., *labrum* v. 1 Reg. 7, 38.). Plur. אַגָּנוֹת (quae tamen forma possit etiam ab אַגָּן oriri, velut אוֹצָרוֹת ab אוֹצָר et multa alia) Jes. 22, 24. Exod. 24, 6.

אֲגַף vel **אֲגַף** m., plur. אֲגַפִּים Ezech. 12, 14. 17, 21. 38, 6. 9. 22. 39, 4. *alae* (exercituum) h. e. *exercitus ipsi.* Etenim 1) chald. et talm. גַּף, אֲגַף sign. *alam;* 2) cornua exercituum orientalibus quoque et talm. dicta sunt *alae* cf. כְּנָפַיִם Jes. 8, 8., الخيل جناح *ala equitum.* V. Gesenium de hoc voc. subtiliter disputantem in Commentar ad Jes. T. I, p. 335 sq.

אָגַר *collegit, congessit* (fruges) Prov. 6, 8. 10, 5.; fut. יֶאֱגֹר Deut. 28, 39.

אֲגוֹרָה 1 Sam. 2, 36. *numulus, obolus,* a *colligendo,* quod qui stipem petunt, ejusmodi numulos *colligunt.*

אָגוּר Prov. 30, 1. nom. propr. viri sapientis (vel *collectus* vel *qui studio sapientiae se applicat,* ut ܐܓܘܪ apud Castellum in *Lex.*)

אִגֶּרֶת f. *epistola* (chald. *id.,* ܐܓܪܬܐ) Ezech. 9, 26. 29. Neh. 2, 8., plur. אִגְּרוֹת 2 Chron. 30, 1. 6. Neh. 2, 7. 9. 6, 17. 19. Posterioris Hebraismi vocabulum est, quod de regum potissimum edictis legitur. Origo non satis certa: vel proficiscitur a voce אגר, in qua notio *cogendi, adigendi* inest (syr. enim ܐܓܪ, chald. אֲגַר, arab. أَجَرَ est: *mercede conducere,* אֲגִיר أَجِير *mercenarius,* rabb. אַנְגַּרְיָא *adactio ad ferendum onus, ad praestandum opus*), vel ab aethiop. አገረ *indicavit, annunciavit,* quemadmodum vult Eichhornius in 3. edit. huj. Lex. — vel denique persicae originis est cf. انگاره *angare* (unde Graecis ἄγγαρος, ἀγγαρεύειν) v. Lorsbach in Staeudlin. *Beiträg. zur Philos. u. Gesch. d. Relig.* Tom. V, p. 20., nisi forte hoc ipsum voc. ad semiticam illam radicem אגר revocandum est.

אִגְּרָא f. chald. *epistola* Esr. 4, 8., emphat. אִגַּרְתָּא Esr. 4, 11. 5, 6.

אֲגַרְטָל m. *pelvis.* Plur. in regim. אֲגַרְטְלֵי Esr. 1, 9. Aben Esrae et ceteris Rabbinis est *patera, qua victimarum sanguis excipitur,* vel, ut Talmud hierosolymitan. loquitur, שאגרו שם דם *ubi colligunt sanguinem,* compositum a rad. אָגַר *collegit* et טָלֶה *agnus:* in qua tamen originatione non temere reprehendas id, quod parum commode dicitur *colligere agnum* pro *colligere sanguinem agni.* Melius igitur Simonis et qui eum sequitur Michaelis in *Suppl.* repetunt ab אָגַר *collegit* et טל, arab. طَلّ *sanguis* (vel طَلّ *pluvia tenuis*): cui origini puncta vocalia status constructi, quae dagesch forte nullum in consonante ל comitatur, non videntur obstare (quemadmodum opinati sunt Michaelis et Eichhornius): possit enim haec vocis origo incognita fuisse punctorum auctoribus. Al. e graeca lingua sumtum putant, ubi κάρταλος, κάρταλλος sign. *corbem vimineum in angustum desinentem* v. LXX. 2 Reg. 10, 7. Deut. 26, 2. (cf. Schleusner. Thes. philol. Tom. III, p. 187.), quod quidem vocab. *Syri* etiam et *Rabbini* nec non *Arabes* in suam transtulerunt linguam cf. קרטיל, ܩܪܛܠܐ, قُرْطَلَة. Ceterum, quid-

quid statuis, nomen certe hoc late patet vasaque aurea variae formae et usus significat, id quod locus ipse suadet, quo *triginta* אגרטלים *aurei* memorantur, quos certe non soli sanguini excipiendo sed aliis quoque usibus destinatos fuisse, credere licet.

אַד v. sub rad. איד et אִיד.

אָדַב *contabescere, confici* (v. דאב), in Kal inusit.; Hiph. *defatigavit, confecit* 1 Sam. 2, 33. אֶת נַפְשֶׁךָ (pro וּלְהַאֲדִיב (וְלַאֲדִיב לְכַלּוֹת אֶת־עֵינֶיךָ *ad consumendos oculos tuos et ad conficiendam* (summo moerore) *animam tuam*, cf. formula persimil. כִּלְיוֹן עֵינַיִם וְדַאֲבוֹן נָפֶשׁ *consumtio oculorum et animae defatigatio* Deut. 28, 65.

אָדוֹן v. sub rad. דון.

אֱדַיִן chald. adverb. temporis: *tunc*, hebr. אָז et אֱזַי (mutato ז in ד) Dan. 2, 15 17. 19. 25. 48. 3, 24. Esr. 4, 9. 23. etc. Cum praefixis a) בֵּאדַיִן *illo (ipso) tempore* (pro בְּאֱדַיִן) Dan. 3, 3. 13. 19. 21. 26. 30. Esth. 4, 24. etc. b) מִן אֱדַיִן *ab illo tempore* Esr. 5, 16., ut hebr. בָּאָז.

אֲדַלְיָא nom. propr. viri Esth. 9, 8. auctore Bohlenio pers. دال *aquila*, cum א prosth.

אָדַם *rubuit, rufus, rubicundus fuit* (chald. אֲדַם *id.*, arab. أَدُمَ *fuscus fuit*, أَدِمَ *fuscus factus est* v. derivv. hebr.) Thren. 4. 7 (de coralliis), ubi tamen nonnulli hoc voc. de *lucido candore* (qui a *rubore* dictus esse potest) exponunt v. Bochart. *Hieroz.* P. II, p. 688 et 694. Maji dissert. sacr. L. IV. c. 1. §. 14. et Ludolfi *Comment. histor. aethiop.* p. 206. Hartmann. Hebräerinn III, p. 81. — Pyh. part. מְאָדָּם *rubefactus, rubore tinctus* Nah. 2, 4. (de clypeo vel *rubro colore* ad terrendos hostes vel *sanguine* hostium infecto v. Rosenm. ad h. l.); עֹרֹת אֵילִם מְאָדָּמִים *pelles rubrae* Exod. 25, 5. 35, 7. 23. etc. — Hiph. *colorem rubrum referre, rutilare, rutilum dare adspectum* Jes. 1, 18. — Hithpa. *rubescere, rutilare* (de vino) Prov. 23, 31.

אָדֹם m., אֲדֻמָּה f. 1) *ruber, rutilus,* ut de *veste* sanguine conspersa Jes. 63, 2., de *facie* subrubicunda juvenis formosi Cant. 5, 10. 2) *rufus, fuscus* (v. arab.), ut de *equo* fusco *(Fuchs)* Zach. 1, 8. 6, 2., de *vacca* rufa s. fusca Num. 19, 2. (germ. *rothe Kuh*), de *lentibus (rothe Linsen)* Gen. 25, 30. — Plur. אֲדֻמִּים 2 Reg. 3, 22.

אֱדוֹם 1) m. (rufus) nom. *Esavi* Gen. 25, 25. 30. et gentis idumaeae ab Esavo originem repetentis Gen. 36, 9. 43. Num. 20, 20. cf. Thren. 4, 11. 12.; שְׂדֵה אֱדוֹם *terra edomitica* Gen. 32, 4. 2) foem. *terra Edomitarum, Idumaea* Jer. 49, 17. — Nom. gentil. אֲדֹמִי Deut. 23, 8. 1 Sam. 21, 8.

אֹדֶם m. Exod. 28, 17. 39, 10. Ezech. 28, 13. *gemma rubicunda* (Syr. ܣܡܩܬܐ, Chald. uterque סַמְקָן *rubrum*), *Sardius* veterum, ex

auctoritate Lxx. Vulg., Hieron., Epiphanii, et quidem ea forlasse *Sardii* species indica, quae vicino nomine *Demius* dicitur Plinio H. N. lib. 37. c. 7., gemma αἱματοειδής Epiphanio, σάρδιον αἱματόεν Orpheo. *Rubet* quidem verus Sardius, sed *palloris* aliquid habet admixtum (conf. אֲדַמְדָּם); unde recentioribus *Carneolus* vocatur a carne humana conf. Braun. de *vestitu sacerdot.* lib. 2. p. 501 sqq. et Bellermann. *Urim et Thummim* (Berol. 1824.) p. 36 sq.

אַדְמוֹנִי m. *rufus, fuscus* (πυῤῥάκης Lxx.), de puero et juvene fuscum sive pilum sive cutem habente Gen. 25, 25. 1 Sam. 16, 12. 17, 42. Versiones antiquae, utrum de capillis an de facie explicandum sit, non declarant.

אֲדַמְדָּם m. *subrubicundus, subrutilus, subrufus* (etenim *colorum* nomina, quae formam קְטַלְטַל referunt, pleraque omnia significant aliquam tantummodo ejus coloris, quem primitivum voc. notat, viciniam v. Gesenii Lehrgeb. p. 497., contra quem disputavit nuper Ewaldus Gramm. p. 242.) Levit. 13, 19. 14, 37. בַּהֶרֶת לְבָנָה אֲדַמְדֶּמֶת *vitiligo alba in rubicundum deflectens* v. Schilling de lepra p. 7.; שְׁקַעֲרוּרוֹת אֲדַמְדַּמּוֹת *demersiones, valliculae rubrae* s. *cava rubra* in pariete leproso Levit. 14, 37. tanquam a sing. אֲדַמְדָּמָה, geminata, ut in nominibus colorum fit, tertia radicali.

אֲדָמָה f. 1) terra i. e. a) *humus,* unde aliquid effingitur Gen. 1, 25. Exod. 20, 24., qua caput conspergunt lugentes 1 Sam. 4, 12. 2 Sam. 15, 32. Neh. 9, 1. (a *fusco* colore dicta v. Vriemoet ad *Dicta class.* T. I, p. 228. et Scheid. in *observv. etymol.*); b) *rus, ager,* qui colitur Gen. 4, 2. 22. Jes. 30, 23. Prov. 12, 11., hinc אֹהֵב אֲדָמָה *agriculturae deditus* 2 Chron. 26, 10.; אֲדָמָה meton. de *frugibus agrorum* Jes. 1, 7.; c) *tractus terrae, regio* Gen. 4, 14. 28, 15. Am. 7, 17. Jes. 15, 9.. אַדְמַת נֵכָר *terra peregrina* Ps. 137, 4., אַדְמַת יְהוָֹה *terra Jovae* i. e. Palaestina Jes. 14, 2., א׳ הַקֹּדֶשׁ *terra sancta* (Judaea) Zach. 2, 16. (quae הָאֲדָמָה κατ᾽ ἐξοχὴν vocatur Zeph. 1, 2.), אַדְמָתִי *terra* h. e. patria *mea* Jon. 4, 2. (Jer. 27, 10. 42, 12.); meton. de alicujus regionis incolis Joel. 2, 21. Plur. אֲדָמוֹת *terrae* Ps. 49, 12.; d) universus *terrarum orbis, tellus* Gen. 6, 7. Exod. 10, 6. — 2) nom. propr. oppidi in agris Naphtal. Jos. 19, 36.

אָדָם m. 1) homo (a *rubicunda* facie) Gen. 1, 27. 5, 1. Levit. 5, 3. Num. 19, 16. 1 Sam. 15, 29. etc.; פֶּרֶא אָדָם *homo onagro similis* (*ein Waldesel von einem Menschen*) Gen. 16, 12., אָדָם בְּלִיַּעַל *homo nequam* Prov. 6, 12.; saepe collect. 2 Reg. 23, 14. 20. Ps. 68, 19. 76, 11. 2 Chron. 6, 18. Spec. a) opp. Deo: homo fragilis, imbecillis, *mortalis* Ps. 56, 12. 118, 6. 144, 3. Jes. 31, 3., opp. nobilibus aut viris (אִישׁ): homo ignobilis, vilis Ps. 82, 7. Jes. 2, 9. 5, 15. add. Jes. 29, 21. b) oppos. certo cuidam homini aut populo: *reliqui homines* collect. Jer. 32, 20. יִשְׂרָאֵל וְאָדָם *Israelitae et reliqui homines* coll. Jes. 43, 4. Ps. 73, 5. Jud. 16, 7. 18, 7. 28. — Passim abundare, certe sine ulla emphasi dictum videtur, ut Prov. 23, 28. בֹּגְדִים בְּאָדָם *perfidi* (inter homines), Hos. 13, 2. זֹבְחֵי אָדָם *sacrificantes,* Jes. 29, 19. אֶבְיוֹנֵי אָדָם *miseri* etc. — Pro אָדָם ap. poet. haud raro legitur בֶּן אָדָם, sive in pa-

L. I. c. 15, *seras* dixit COLUMELLA L. V. c. 9., et *novissimas*, sub hiemem maturescentes, PLINIUS L. XXIII. c. 7., quasque בְּנוֹת שׁוּחַ vocant Talmudici, quae non maturescunt ante tertium annum, vid. LIGHTFOOTI *Horae Talmud.* ad Matth. 21, 19.). Gen. 3, 7. intelligunt nonnulli *Musam Paradisiacam* (*Pisangfeigenbaum*), cujus folia 12 fere ped. longa, 2 ped. lata sunt. Sed parum probabiliter v. CELSII Hierobot. II, p. 398 sq. Cum tam ob foecunditatem, quam ob fructus dulcedinem et nobilitatem cum uvis inter fructus autumnales principatum obtineat ficus, et in pedestri et in elatiore poetarum sermone frequenter jungitur viti tum in celebranda *fertilitate* Palaestinae Deut. 8, 8. coll. Cant. 3, 13. tum in annuncianda *saeculi mess. felicitate, securitate* et *quiete* Joel. 2, 22. (unde יָשַׁב תַּחַת תְּאֵנָתוֹ *sub ficu sedere*, est *placide* et *fortunate vivere* Mich. 4, 4. Zach. 3, 10. 1 Reg. 4, 25. (5, 5.) Jer. 36, 16. 2 Reg. 18, 18.) et contra in describenda *calamitate* Num. 20, 5. Am. 4, 9. Hagg. 2, 19., aut in comminandis *poenis* et *vastationibus* Jer. 5, 17. 8, 13. Hos. 2, 14. In oratione symbolica Jer. 24, 1. ficus *populum israeliticum* repraesentat. — Plur. תְּאֵנִים 2 Reg. 20, 7. Jer. 8, 13., in regim. תְּאֵנֵי Jer. 24, 2., c. affixo תְּאֵנֵיכֶם Am. 4, 9. Cet. v. sub בִּכֻּרָה.

תְּאֻנִים m. plur. *defatigationes, labor multus, molestia* Ezech. 24, 12.

אוֹן s. אֹן *Heliopolis* Gen. 41, 45. 50. 46, 20., אָוֶן Ezech. 30, 17. (v. ROSENM., nisi אוֹן legendum), urbs Aegypti, in honorem *solis* condita et hinc OEIN (Oein *lux*) *urbs lucis* s. *solis* ab Aegyptiis appellata, ut ab Arabibus عين شمس *fons solis*; Hebraeis etiam nomine domestico בֵּית שֶׁמֶשׁ Jer. 43, 13. v. ROSENM. ad h. l. Antiquis Aegypti regibus sedem haud incelebrem nonnunquam praebuit; nunc vastata est nec nisi ruderibus tantum iisque paucis prope vicum *Matarie*, duabus a Cahira horis versus orientem et septentrionem dissitum, superstes. LXX. ubique substituunt Ἡλιούπολιν, et interpretes copt., licet hebraeae linguae ignari solam Alexandrinorum versionem prae oculis haberent, Ἡλιούπολιν verterunt *On*, antiquo urbis nomine, ut adeo vetustissimi nominis memoria inter Aegyptios sec. IV. post Chr. adhuc superstes fuerit. Cf. JABLONSKI *Panth. Aeg.* P. I, p. 137 sqq. *Repertorium litt. bibl. et orient.* T. XIII, p. 11. MICHAELIS *Suppl. ad Lex.* p. 44. HARTMANN. *Erdbeschreib. v. Africa* Tom. I, p. 879.

אוּפָז nomen propr. regionis auriferae Jer. 10, 9. (jungitur *Tartesso*) Dan. 10, 6.; videtur ab *Ophir* non diversa fuisse (affines etiam literae sunt ר et ז ap. Arab., et Jer. l. c. CHALD. SYR. THEODOT. posuerunt *Ophir*), quanquam illi argumento, quo plerumque utuntur, non magna tribuenda vis est, scil. 1 Reg. 10, 18. זָהָב מוּפָז (i. e. מֵאוּפָז) appellari, quod v. 11. זָהָב מֵאוֹפִיר dictum sit.

אוֹפִיר, passim אֹפִר, nom. regionis Gen. 10, 29. maritimae, auroque et lignis ac lapidibus pretiosis nec non ebore, pavonibus, simiis uberrimae, quam Salomonis (ac Josaphati 1 Reg. 22, 49.) naves petierunt. De *situ* magna est virorum doctorum contentio. Alii enim, ut RELANDUS (Dissertatt. misc. I, p. 165 sqq.), in *India orientali* quaerunt, ubi, au-

ciore Abulfeda, sita fuit urbs سوفارة, in quam quidem sententiam videntur etiam LXX. inclinare, reddentes Σωφίρ, Σώφειρα, Σώφιρα, quod fuit apud Aegyptios nomen (totius) Indiae orient. v. Jablonski Opusc. ed. te Water Tom. I, p. 337. Alii transferunt in Africae litus orientale, in quo, insulae Madagascar adversa, urbs *Sofala* jacet v. Schulthess Paradies p. 310 sq. Sed praeferenda haud dubie eorum sententia, qui Arabiae tractum esse contendunt: nam a) Gen. l. c. medias inter arabicas gentes ponitur; b) in provincia arab. *Oman* dicta reperta nuper a Seetzenio est urbs *el Ophir* satis nobilis et opulenta (v. Zach monatl. Correspond. XIX, p. 331 sqq.); c) Arabiam *auro* praeditem esse, uno ore celebrant veteres scriptores v. Bochart. Phal. II. c. 27. quanquam *natum* ibi esse, vix credere licet v. Mannert Geogr. VI, 1, p. 8. Itaque videtur *Ophir* emporium fuisse, quod auro, ebore, pavonibus, ex aliis terris, fortasse ex Africa importatis, simiis vero et gemmis tanquam indigenis, abundaret. Adde Michael. Spicil. II, p. 184 sq. Bredow hist. Untersuch. II, p. 253 sqq. Tychsen de commercio Hebr. in Commentatt. Gotting. XVI, p. 164 sqq. Wineri Lexic. bibl. II, p. 498 sq. Ritter Erdkunde II, p. 201 sq. — Auri *ophiritici* tanquam purissimi mentio quoque fit Ps. 45, 10. Job. 28, 16. Jes. 13, 12. (כֶּתֶם א׳) 1 Chron. 29, 4. (זְהַב א׳) et per meton. Job. 22, 24. אוֹפִיר pro *auro ophiritico* ponitur. Ceterum originem vocis ab arab. وَفَرَ *divitiis abundavit* repetendam esse putat Paulus in Memorabb. V, p. 112.

אוּץ 1) *arctus, angustus fuit* Job. 17, 15. (aliis *instans* i. e. *vicinus fuit*). 2) *pressit, ursit, institit* Exod. 5, 13. (sine casu). 3) pressus h. e. *incitatus est, festinavit* Prov. 19, 2., sq. infin. Prov. 28, 20.; *praeceps ruit* Prov. 21, 5. 29, 20. אָץ בִּדְבָרָיו *praeceps* (temerarius) *in sermonibus*; proripuit, *subtraxit se* Jer. 17, 16. לֹא־אַצְתִּי מֵרֹעֶה אַחֲרֶיךָ, quae verba, a multis perperam intellecta, sic explicuit Schnurrerus: *non proripui me, quo minus pastor essem post te* h. e. non recusavi munus prophetae mandata ex tuo ore excepturi. — Hiph. *ursit, institit* sq. בְּ pers. Jes. 22, 4. Gen. 19, 15.

אוֹר *lucidum fieri, lucescere, clarescere* 1 Sam. 14, 27. 29. (de oculis), *illucescere* Gen. 44, 3. (de die) coll. 1 Sam. 29, 10. (ubi praet. est imperson. dictum), *illuminari* trop. Jes. 60, 1.. *lucere* Prov. 4, 18. — Niph. נָאוֹר *illucescere* 2 Sam. 2, 32 (ubi fut. יֵאֹר), *illuminari, collustrari* Job. 33, 30. לֵאוֹר בְּאוֹר הַחַיִּים (pro לְהֵאוֹר) *ut collustretur vitae lumine* (ut in vitam quasi redeat). Particip. נָאוֹר *illustris, gloriosus* Ps. 76, 5. — Hiph. הֵאִיר 1) *lucere fecit* aliquid. Trop. a) הֵאִיר עֵינֵי פ׳ Ps. 19, 9. 13, 4. Esr. 9, 8. Prov. 29, 13. al. et ה׳ פְּנֵי פ׳ Ps. 80, 4. 8. Eccles. 8, 1.: *oculos alic. lucere fecit* h. e. *exhilaravit, recreavit* aliquem (cf. Thren. 5, 17.); b) הֵאִיר פָּנָיו Ps. 80, 4., sq. עַל pers. Ps. 31, 17. Dan. 9, 17., sq. בְּ pers. Ps. 119, 135., sq. אֶל pers. Num. 6, 25, sq. אֵת (*cum*) Ps. 67, 2., semel simpl. הֵאִיר לְ, dicitur Jova, quando *propitium se exhibet* alicui (austerus enim et truculentus vultus irascentium est). Lucere facere ramos Jes. 27, 11. vel altare Mal. 1, 10. est: *accendere, incendere* (cf. arab. أَوَرَ *incendit*). 2) *collustravit, illustravit* aliquid, quod obscurum est Neh. 9, 12 (viam) Ps. 77, 19

97, 4. (mundum) 185, 39 (noctem), trop. ad mentem refertur Ps. 119, 130. 3) *lumen sparsit* i. e. *luxit* Gen. 1, 15. Exod. 13, 21. Jes. 60, 19. Num. 8, 2. — Fut. apoc. יָאֵר Ps. 67, 2.

אוֹר m, semel f. (Job. 36, 32.) lux Gen. 1, 3. 4. 5. 18. Jer. 25, 10. Jes. 45, 7. Job. 17, 12., אוֹר הַבֹּקֶר *lux matutina, lux oriens* Jud. 16, 2. 1 Sam. 14, 36., מִן־הָאוֹר *a prima luce* Neh. 8, 4. Job. 24, 14. Spec. a) *lux splendens, splendor* solis Jes. 18, 4. Prov. 4, 18. Job. 31, 26 (Lxx. ἥλιος) 37, 21. vel fulminis Job. 36, 32., hinc meton. pro *fulmine* ipso Job. 37, 3. 11. 13. b) *lux vitae* (ut graec. φῶς) Job. 3, 16. (plenius אוֹר הַחַיִּים Ps. 56, 14. Job. 33, 30.), ipsa *vita* Job 3, 20. — Late patet translatus hujus voc. usus. Nam a) אוֹר פָּנִים est: *hilaritas vultus* (frontis), *vultus hilaris, serenus* Ps. 104, 15. Job. 29, 24., hinc *benevolentia, gratia* regis aut Dei Prov. 16, 15. Ps. 4, 7. 43, 3. 44, 4. 36, 10.; b) אוֹר vero simpl. dicitur ap. poetas α) de *intelligentia* et *cognitione* Jes. 2, 5, concr. de illustri doctore Jes. 49, 6. 51, 4. (cf. φάος Aristoph. Plut. 640.); β) de *salute* et *felicitate* Jes. 9, 1. Job. 18, 5. 22, 28. 30, 26. Ps. 97, 11. 27, 1. (sim. φάος Iliad. VIII, 282., φόως VI, 6., add. Thryphiod. ed. Wernicke p. 361.; *lux* ap. Liv. 7, 30.); hinc Jova vocatur אוֹר יִשְׂרָאֵל Jes. 10, 17. h. e. *praesidium Israel., auctor salutis et felicitatis Isr.* — Plur. אוֹרִים *lumina* (sidera) Ps. 136, 7. [אֹר Am. 8, 8. per aphaeresin dicitur pro יְאֹר, quod vid. suo loco].

אוּר m. 1) *ignis* Ezech. 5, 2. Jes. 44, 16. 47, 14.; sed non tam ignis *ardorem*, quam ejus *flammam, splendorem* exprimit, unde ab אֵשׁ distinguitur Jes. 50, 11. 2) Jes. 24, 15., plur. אֻרִים vel *septentrio* (coll. arab. أُور), quae fuit Doederlinii sententia, vel *oriens* (ubi *lux* oritur), quemadm. suspicatus est Schellingius; v. Gesen. ad h. l. 3) אוּרִים Num. 27, 21. 1 Sam. 28, 6, plenius אוּרִים וְתֻמִּים Exod. 28, 30. Deut. 33, 8. Esr. 2, 63.: *lumina et (integritates) veritas*, sortes sacrae, quas summus pontifex pectorali indutus conjicere solebat, ut, quid faciendum, quid omittendum esset, divinitus constaret. Varias viror. doctorum de hoc oraculo sententias collegerunt Carpzovius in Appar. p. 75 sqq. Bellermannus die Urim u. Thummim. Berl. 1824. 8. Saalschuetzius in Illgenii hist. theol. Abhandl. II, p. 31 sqq. et, qui subtiliter hanc rem exposuit, Theilius in n. krit. Journ. d. Theol. V, p. 185 sqq. 4) אוּר כַּשְׂדִּים Gen. 11, 28. Neh. 9, 7. *Ur Chaldaeorum*, cujus vestigium haud dubie deprehenditur in castello persico *Ur*, quod auctore Ammiano Marcell. XXV, 8. centum millia pass. a Corduena remotum fuit v. Bocharti Phaleg. lib. II, c. 6. p. 87. cf. sub כַּשְׂדִּים. In d'Anvillii *l'Euphrate et le Tigre* invenies sub gradu long. 60′. 12″. latit. 36′. 4″. Alii putant, *Ur* non diversum esse a Ptolemaei *Orchone* (Cellarii Notit. II, 3, 15. 27.) vel ab *Edessa*, quae syr. *Urhoi* dicitur (v. Hyde rel. vett Pers. 2. p. 73.). Gesenius nuper statuit, hoc nom. indicae originis esse, coll. *ur* i. e. *urbs, pagus*. Sed talis voc. in lingua sanscritica vix invenies vestigium.

אוֹרָה f. 1) *lux* Ps. 139, 12., metaph. de felicitate Esth. 8, 16. 2) plur. אוֹרוֹת *herbae, olera* 2 Reg. 4, 39. (v. Celsius in *Hierobot.* T. I, p. 459 sqq.), dicta a *splendore* i. e. *virore;* vocabula enim *splendoris* ad *virorem* referri, multis exemplis declaravit Simonis in *Ar-*

cano Form. p. 352. conf. et *Onomast. V. T.* p. 617 et 629. Hinc locum Jes. 26, 19. כִּי טַל אוֹרֹת טַלֶּךָ sic interpretantur: *nam ros olerum est ros tuus* (Dei) h. e. vis divina rori consimilis est plantas recreanti novamque quasi vitam iis largienti.

מָאוֹר m. 1) *lux* Ps. 90, 8. 74, 15., trop. מְאוֹר עֵינַיִם i. e. *vultus hilaris, serenus* Prov. 15, 30. cf. sub אוֹר; it. *lumen,* hinc plur. מְאֹרוֹת *lumina* Gen. 1, 15. 16. de sideribus. 2) *candelabrum* Exod. 25, 6. 27, 20. 35, 14. (alibi מְנֹרַת הַמָּאוֹר Num. 4, 9. 16.).

מְאוּרָה f. *foramen* (proprie per quod *lux* illabitur), deinde *caverna* (nostr. *Loch*) Jes. 11, 8. Alii dict. putant pro מְעוּרָה.

אוּרִיאֵל (*lux Dei*) nom. propr. viror. 1 Chron. 6, 9. 15, 5. 11. 2 Chron. 13, 2.

אוּרִיָּה (*lux Jovae*) nom. propr. 1) mariti Bathsebae 2 Sam. 11, 3. 23, 39. 2) sacerdotis jud. regnante Ahaso Jes. 8, 2. 2 Reg. 16, 10. etc. Sed אוּרִיָּהוּ fuit propheta Jer. 26, 20.

אֹרָה vid. sub rad. ארה.

יָאִיר nom. propr. viror. Num. 32, 41. Deut. 3, 14. Jos. 13, 30.; Jud. 10, 3.; Esth. 2, 5. coll. Ἰάειρος Mr. 5, 22.

אות vel אוֹת in Kal inusit., Niph. *consentire,* hinc *morem gerere* 2 Reg. 12, 9., sq. dat. pers. Gen. 34, 15. 22. 23. (arab. alia forma أَتَى, III. آتَى *convenit, consensit, adstipulatus est, obsecutus est* etc., V. تَآتَى *socium se praebuit, se accommodavit*). Fut., quod solum occurrit, יֵאוֹת.

אוֹת com. *signum,* v. sub אָוָה.

אָז (vox primitiva? secus statuit Schultens. ad Prov. 8, 22.) adverb. *temporis,* notans *tum, tunc* (ut إِذْ), idque vel temporis *futuri (dann)* Ps. 96, 12. Zeph. 3, 9. Job. 3, 13. vel *praeteriti (damals)* Gen. 4, 26. 12, 6. 1 Reg. 8, 12. etc. (cum verbo *praeter.*) Exod. 15, 1. Deut. 4, 41. (cum *futuro* v. Gesen. Lehrgeb. p. 773. Ewald. Gr. p. 542.). De tempore, non de caussa dictum etiam est Mich. 3, 4. Jer. 22, 15. Ps. 40, 8. (ad quem loc. v. H. Michaelis) 56, 10. Passim incipit apodosin non sine vi, ut nostrum *dann,* lat. *tum, tum denique,* graec. τότε, Job. 13, 20., praesertim post particulas *conditionales* (Iliad. 4, 36. Odyss. 11, 112.) אִם Prov. 2, 5. Job. 9, 31., לוּלֵא Ps. 119, 92. 124, 3. 4. 5. — Cum praefixo מֵאָז 1) adv. *ab antiquo tempore, antiquitus* (parall. מֵעוֹלָם) Ps. 93, 2. Prov. 8, 22., *olim, antea, jam pridem* 2 Sam. 15, 34. Jes. 16, 13. 45, 21. 48, 5. 2) praepos. *inde a* Ruth. 2, 7. מֵאָז הַבֹּקֶר *inde a matutino tempore,* Ps. 76, 8. מֵאָז אַפֶּךָ *inde ab ira tua* h. e. ubi ira tua exarserit; c. infin. Exod. 4, 10. מֵאָז דַּבֶּרְךָ *ex quo locutus es,* atque inde etiam c. verbo fin. Jos. 14, 10. מֵאָז דִּבֶּר יְהֹוָה *ex quo locutus est Jova,* Exod. 5, 23. מֵאָז בָּאתִי *ex quo veni,* Gen. 39, 5. Jes. 14, 8.

אֲזַי *tunc* Ps. 124, 3. 4. 5., cf. chald. אֱדַיִן.

אזא vel **אזה** chald. *accendit, succendit* fornacem (cf. arab. أزّ). Part. Pehil אזה (ex syriasmo pro אזה) Dan. 3, 22., infin. מזא (pro מאזא et hoc per contractionem pro מאזא) Dan. 3, 19., unde cum affixo מזיה (mutata tertia radicali א in Jod mobile v. WINERI Grammat. chald. p. 78.) Dan. 3, 19.

אזב rad. Hebr. inusit., coll. arab. أزب *hirsutus fuit* (unde أزب *hirsutus, magnis praeditus superciliis*). Inde videtur proficisci

אזוב m. (ex syriasmo pro אזב) Exod. 12, 22. Levit. 14, 4. 6. 21. 49. Num. 19, 6. 18. Ps. 51, 9. etc. *hyssopus* v. BOCHARTUS in *Hieroz.* P. I, p. 587 sq. et CELSIUS in *Hierobotan.* P. I, p. 407 sq. Frequenter eam nasci in Galilaea testantur RADZIVILIUS in *Itiner.* et DAPPERUS. Contra *mentham* intelligunt L. DE DIEU ad Exod. 12, 22. HOTTINGERUS et JOBUS LUDOLFUS in historia Aethiop. p. 204. coll. aethiop. ሐሣብ፡ quod Matth. 23, 23. respondet graeco ἡδύοσμον; *rutam murariam* vel *capillum Veneris* dici volunt LEMNIUS *de herbis bibl.* c. 26. et DEODATIUS in *notis* ad Vers. Ital. 1 Reg. 5, 13., quibus favere creditur et nominis origo (est enim herba *pilosa*) et locus 1 Reg. 5, 13.; *origanum* denique *creticum* tanquam genuinam Graecorum hyssopum optavit J. E. FABER in KEIL u. TZSCHIRNER. Analect. I, 1, p. 3 sqq.

אזד chald. *elapsus est, abiit* Dan. 2, 5. 8. (THEOD. ἀπ' ἐμοῦ ἀπέστη). Hoc sensu vicinum esset rad. אזל *abiit:* nisi potius conferenda est aut (permutatis ז et צ) rad. arab. أصل, cui vicina alia وصل *firmus fuit*, aut rad. rabb. אזר *robustus, firmus fuit*, unde esset *firmiter destinatum decretumque fuit* negotium, quod optime quadrat. Ita SYR. ABENESRA al.

אזה vid. antea אזא, אזר v. sub אז.

אזל Duplex radix esse creditur: I) *abiit, discessit* (syr. chald. et sam. *id.*) Jer. 2, 26. (ubi 2. f. הזלי pro האזלי) Prov. 20, 14 (sq. dat. pron. reflex. pleon.), de aquis: *diffluxit* Job 14, 11.; it. *defecit, consumtus est* Deut. 32, 36. (ubi 3. praet. f. אזלת v. GESEN. L. p. 264.) 1 Sam. 9, 7. — II) *texuit, nevit* (talm. *id.*, syr. et arab. ܥܙܠ, عزل, permutatis inter se ע et א, ut אגם et עגם) Ezech. 27, 19. ודן ויון מאוזל בעזבוניך נתנו *Vedanitae et Graeci in emporia tua attulerunt texta.* Sed v. sub אוזל.

אזל chald. *abiit, discessit* (in aliq. locum) Dan. 2, 17. 24. 6, 19. 20. Esr. 4, 23. 5, 8. Imper. אזל־ Esr. 5, 15. ablato tono pro אזל et hoc ex syriasmo pro אזל.

אזל m. *abitus, discessus* 1 Sam. 20, 19. Aliis est nomen propr.

אוזל v. supra suo loco.

אזן 1) denominat. a nomine אזן *auris*, Hiph. האזין *audivit*, quod v. sub אזן. 2) *ponderavit*, sed in Piel tantum: אזן Eccles. 12, 9. translato sensu: *ponderavit* h. e. *examinavit, exploravit*, arab. وزن. Inde:

מֹאזְנַיִם *bilanx* Jes. 40, 12. Jer. 32, 10. Ps. 62, 10. etc. forma *dualis* ob *geminam* ejus *partem.* Quid differat a פֶּלֶס, docet Reimarus de *differentiis vocum Hebr.* Dissert. I, p. 62 sq., v. sub h. v.; מֹאזְנֵי צֶדֶק Levit. 19, 36. Ezech. 45, 10. et מֹאזְנֵי מִשְׁפָּט Prov. 16, 11. *lances rectae* (sic Latini: *aequa lance*), quibus opponuntur מֹאזְנֵי מִרְמָה *lances fallaces* Prov. 11, 1. 20, 23. Am. 8, 5., quae etiam מֹאזְנֵי רֶשַׁע *lances iniquae* vocantur Mich. 6, 11. Hos. 12, 8. Dicitur עָלָה בְמֹאזְנַיִם *ascendit in bilance* h. e. impositus est bilanci Ps. 62, 10., שָׁקַל בְּמֹאזְנַיִם *ponderavit in bilance* Jes. 40, 15. Job. 31, 6.

מֹאזְנַיִן chald. dual. *id.*, unde stat. emphat. מֹאזַנְיָא Dan. 5, 27.

אָזֵן m., plur. אֲזֵנִים Deut. 23, 14. vel *suppellex* omnino omnis, vel spec. *arma* coll. rad. chald. זוּן, זַיֵּן *armavit.* Ita nostrum *Zeug* et latiore et angustiore sensu (de armis) dicitur. Aliter de hujus voc. significatione censet Schultens. in *Animadvv. philol.* ad Prov. 17, 4.

אֹזֶן f. *auris* (arab. أُذُن, chald. אוּדְן, syr. ܐܶܕܢܳܐ, ܐܶܕܢܳܐ, graec. οὖς, ὠτός, quae nomina consonant omnia) Exod. 29, 20. Levit. 8, 23. 1 Sam. 9, 15. etc. Cum affixo אָזְנִי 1 Sam. 20, 2. et sec. Kri 22, 17. (ubi Cthib habet אָזְנוֹ). Dual. אָזְנַיִם *utraque auris, aures* Deut. 29, 3. Ps. 40, 7., הַשְׁמָעוּת אָזְנַיִם *auditus aurium* h. e. narratio auribus percipienda Ezech. 24, 26.; in regim. אָזְנֵי Gen. 23, 13. 16. Exod. 10, 2., cum affixo אָזְנֶיךָ 1 Sam. 20, 12. 13. Jes. 30, 21.; בְּאָזְנֵי פ׳ *audiente aliquo, coram al.* Gen. 20, 8. 44, 18. Exod. 10, 2. 1 Sam. 18, 23. 2 Sam. 3, 19. (etiam de Deo Num. 11, 1. 14, 28.) etc. De formulis הִכְבִּיד אָזְנַיִם, הִטָּה אֹזֶן, גָּלָה אֹזֶן פ׳, שׂוּם בְּאָזְנַיִם etc. v. sub his vv. Inde oritur verb. denomin. Hiph.:

הֶאֱזִין *auscultavit, attendit* (voc. poet.) Jud. 5, 3., sq. acc. rei Gen. 4, 23. Jes. 42, 23. Job. 33, 1., sq. לְ rei Job. 34, 2., sq. אֶל pers. Ps. 77, 2. Jes. 51, 4., sq. עַד pers. Num. 23, 18. Saepius emphat. legitur a) de Deo: *audivit, exaudivit, admisit* preces, sq. acc. Ps. 5, 2. 17, 1. vel dat. Ps. 54, 4. Job. 9, 16. vel אֶל Ps. 39, 11. nominis, quod preces significat; b) de hominibus: *obedivit* 2 Chron. 24, 19. Neh. 9, 30., sq. dat. nominis, quod legem aut praeceptum significat Exod. 15, 26. Part. מֵזִין Prov. 17, 4., irregulariter pro מַאֲזִין, fut. 1. p. אָזִין (contract. pro אַאֲזִין) Job. 32, 11.

אֲזִקִּים *catenae, vincula,* quod voc. Schultens. (ad Hamas. p. 325.) ab arab. أَزِقَ *coarctatus, pressus fuit,* repetit, v. sub rad. זקק.

אָזַר *cinxit* (atque adeo compressit) Job. 30, 18., sq. acc. vel cinguli 1 Sam. 2, 4 (trop.) vel membri Jer. 1, 17. Job. 38, 3. 40, 2., אֵזוֹר אָזוּר *accinctus balteo* 2 Reg. 1, 9. Imp. אֱזָר, fut. יֶאְזֹר, c. affixo יַאַזְרֵנִי Job. 30, 18. — Niph. part. נֶאְזָר *accinctus* Ps. 65, 7. — Pih. *accinxit* (firmiter) aliquem aliqua re sq. dupl. acc. Ps. 18, 33. 40. (trop. 30, 12.), it. *accinxit* aliquid Jes. 50, 11. מְאַזְּרֵי זִיקוֹת *accingentes sagittas ignitas* h. e. accincti, instructi sagittis ign. Fut. c. affixo semel תְּאַזְּרֵנִי

2 Sam. 22, 40. pro תְּאַזְּרֵנִי. — Hithpah. *accinxit se* Jes. 8, 9. (ubi *accingi* pro *armari* ponitur; sim. Graecis *ζώννυσθαι* et Latinis *cingi* pro *armari, succinctus,* qui *ad pugnam paratus* est), sq. acc. rei, *qua* quis se accingit Ps. 93, 1.

אֵזוֹר m. (ex syriasmo pro אֱזוֹר) *cingulum* Jes. 5, 27. Jer. 13, 1. 2. 4. 6. 7. 10. 11., it. *vinculum* Job. 12, 18. (إزار *cinctus lineus, succinctorium,* quali medium corpus et inferiora cingunt). Adde has phrases: פִּתַּח אֵזוֹר *solvit cingulum* Jes. 5, 27., אָסַר אֵזוֹר *substrinxit cingulum* Job. 12, 18., דָּבַק אֵזוֹר אֶל־מָתְנֵי אִישׁ *zona lateribus adhaeret* Jer. 13, 11.

אֶזְרוֹעַ v. sub זְרוֹעַ.

אָח interjectio (a sono factitia) dolentis et gementis: *ah, eheu!* Ezech. 6, 11. 21, 20.; sed הֶאָח, quae est interjectio *gaudentis, exsultantis: evax! euge!* v. infra. Inde derivandum

אָחַח Hebr. inusit. (cf. tamen arab. أحّ *vocem ah! tussiendo edidit atque iteravit*), unde oritur:

אֹחִים plur. m. Jes. 13, 21. genus animalium vel avium a *clamore gemebundo* sive *ululatu* dictum, ut sunt *ululae, bubones, striges* etc.; sed Bochartus, Castellus aliique (Lxx. Syrum aliosque vett. interpretes secuti) ipsos *clamores, rugitus, ululatus,* quibus deserta personant ferae, intelligunt, parum probabiliter.

אָח m. **frater** (arab. أخ, syr. ܐܚܐ, chald. אַח) Gen. 4, 2. 8. 9. 11. 22. 10, 21. etc., etiam (ubi non attinet accurate loqui) is, qui ex altero tantum parente natus est *(Halb-Stiefbruder),* sive ex eod. patre Gen. 42, 15. 43, 3. Jud. 11, 3. 2 Sam. 13, 8. 26. (coll. v. 1. et 1 Chron. 3, 1. 2. 9.) 2 Reg. 2, 7., sive ex ead. matre (*frater uterinus*) Jud. 9, 19. (accuratius dicunt בֶּן־אִשָּׁה אַחֶרֶת Jud. 11, 2.). Sed multis in locis aliquanto latius patet hoc voc.; *frater* enim Hebr. vocatur: a) *cognatus* et *consanguineus* quivis (ubi, quae sit cognationis ratio, nihil refert dicere) Gen. 24, 27. 31, 23. 25. 32. 37. Jud. 14, 3. 1 Chron. 5, 13.; hinc spec. de consobrino 2 Sam. 20, 9. coll. 1 Chron. 2, 16. 17. 23, 22. coll. 21., de nepote ex fratre vel sorore Gen. 14, 14. 16. (coll. 11, 31.) 24, 48. (coll. 11, 27. 24, 24.) 29, 12. 15. 2 Reg. 10, 13. (coll. 2 Chron. 22, 8.), de patruele et matruele Gen. 13, 8., de patruo Gen. 20, 5. 13. 16., de patruelis filio Levit. 10, 4. coll. 6, 18 sqq., de affine 2 Sam. 1, 26.; b) *contribulis* Num. 8, 26. 16, 10. 1 Sam. 3, 8. 19, 12. 2 Chron. 31, 15. et *popularis* Exod. 2, 11. 14, 18. Levit. 10, 6. Deut. 15, 2. coll. 3. Job. 22, 30.; c) *socius* Am. 1, 9, *familiaris* 2 Sam. 1, 26. Job. 6, 15. 1 Reg. 9, 13. 20, 32. cf. Xenoph. Anab. 7, 2, 25.; d) is qui alicui *consimilis* est ingenio et moribus, Prov. 18, 9. *frater prodigi* coll. Job. 30, 29. Ezech. 18, 10. (ibiq. Rosenm.) cf. ἀδελφός Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 569., *frater* ap. Ovid. *Trist.* I, 1, 107. Calpurn. *Eclog.* I, 8.; e) *alius* quivis (*Nächster, Nebenmensch*) Levit. 19, 17., praecedente אִישׁ: *alter,* ut Gen. 13, 11. אִישׁ מֵעַל אָחִיו *alter ab altero,* 26, 31. Jud. 6, 29. Exod. 25, 20. Jer. 31, 34. Denique f) adhibetur אָח in allocutionibus ad captandam benevolentiam Gen. 19, 7. 29, 4.

1 Sam. 30, 23. 2 Sam. 19, 13. — In regim. אֲחִי Gen. 10, 21. Levit. 18, 14., cum affixis אָחִי Gen. 4, 9., אָחִינוּ Gen. 31, 32. Num. 36, 2., אָחִיךָ Gen. 4, 9—11., אָחִיךְ Gen. 20, 16., אֲחִיכֶם Gen. 42, 15., אָחִיו Gen. 4, 2. Exod. 10, 23. et אֲחִיהוּ 2 Chron. 31, 12. Jer. 34, 9., אָחִיהָ Gen. 24, 53. 55. etc. Plur. אַחִים Gen. 13, 8. Num. 27, 10., in regim. אֲחֵי Gen. 34, 25. Num. 27, 4., cum affixis אֲחֵיכֶם Levit. 10, 4. Num. 18, 6., אֲחֵיהֶם Gen. 48, 6. Sed ante suff. levia kamez suum in patach et dagesch forte implicitum resolvit, ut אַחַי Gen. 19, 7. Exod. 4, 18. (in pausa אֶחָי 1 Sam. 20, 29. Ps. 22, 23.), אַחֵינוּ, אַחֶיךָ, אַחַיִךְ, אֶחָיו, אַחֶיהָ.

אַח m. chald. *frater;* plur. cum affixo אַחָיךְ Esr. 7, 18.

אָחוֹת (forma contracta pro אֲחוֹת, chald. אֲחָת, arab. أُخْت) soror Gen. 4, 22. 25, 20. Levit. 18, 12. 2 Sam. 13, 1. 4. 20. 22. 32. 1 Chron. 3, 9., etiam (ubi nihil refert, accurate dicere) ea, quae ex *altero* tantum parente prognata est *(Stiefschwester)*, sive ex eod. patre 2 Sam. 13, 2. 5. 6. 11. 1 Chron. 3, 9. Levit. 18, 9. 11., sive ex eadem matre *(soror uterina)* Deut. 27, 22. Levit. 18, 9. 11. 20, 17. Latiore sensu *soror* vocatur: a) *cognata, consanguinea* Gen. 24, 59. Jer. 22, 18. Job. 42, 11. (al. 15.), ut fratris filia Gen. 12, 13. 19. 20, 2. 5. 12., patruelis filia Gen. 26, 7. 9.; b) *popularis, gentilis* Num. 25, 18.; c) *socia* Jer. 3, 7. 8., max. civitas foedere cum alia quadam juncta Ezech. 16, 46. 23, 31. 33., poet. adeo de re arctissime cum aliquo copulata Prov. 7, 14. *dic sapientiae, tu soror mea* es, Job. 17, 14. cf. Petron. Sat. 84.; d) ea, quae alii cuidam *similis* est ingenio et moribus Ezech. 16, 45. coll. Jer. 3, 7.; e) praecedente אִשָּׁה *altera* (de rebus) Exod. 26, 3. 5. 6. 17. Ezech. 1, 9. 23. 3, 13. Adhibetur denique f) tanquam vox caritativa de *amasia* Cant. 4, 9. — In regim. אֲחוֹת Gen. 4, 22. Exod. 6, 23., cum affixo אֲחוֹתִי Gen. 12, 13. 19., אֲחֹתוֹ Exod. 2, 4. 7. (pro quo semel recurrit אֲחֹתוֹ Num. 6, 7.). Sic cum reliquis affixis אֲחוֹתֵנוּ, אֲחוֹתְךָ, אֲחוֹתֵךְ, אֲחוֹתָהּ, אֲחוֹתָם. Plur. c. affix. אַחְוֹתַיִךְ, אַחְוֹתֵיכֶם Ezech. 16, 55. Hos. 2, 3., it. אַחְיוֹתַי Ezech. 16, 52., אַחְיוֹתָיו Job. 42, 11., אַחְיוֹתֵיכֶם 1 Chron. 2, 16 (tanq. a sing. אַחְיָה).

אַחְאָב *(frater patris) Ahabus* 1) rex Israel., filius Omri (918—897. a. Chr.) 1 Reg. 16, 28 sqq. 2) pseudopropheta Jer. 29, 21.

אַחֲוָה f. *fraternitas, foedus fraternum* Zach. 11, 14. (syr. ܐܚܘܬܐ, arab. أُخُوَّة). Sed אַחֲוָה et אַחֲוָיָה v. sub rad. חוה.

אֲחִיָּה nom. propr. 1) sacerdotis 1 Sam. 14, 3. 18. ejusdem qui אֲחִימֶלֶךְ appellatur; 2) prophetae, qui Jerobeami tempore vixit 1 Reg. 11, 29. 12, 15.; 3) patris Baesae, regis Israel. 1 Reg. 15, 27. 33.; 4) aliorum hominum 1 Chron. 8, 7. 26, 20. etc.

אֲחִימֶלֶךְ nom. propr. 1) sacerdotis Nobensis 1 Sam. 21, 2. Ps. 52, 2. 2 Sam. 8, 17.; 2) Hethitae cujusdam, qui Davidis Saulum impugnantis socius fuit 1 Sam. 26, 6.

אֲחִימַעַץ *(frater irae,* coll. مغص) nom. propr. 1) soceri Sauli 1 Sam. 14, 50.; 2) filii Zadoci sacerdotis 2 Sam. 15, 27.; 3) 1 Reg. 4, 15.

אֲחִינֹעַם f. nom. propr. uxoris et Sauli 1 Sam. 14, 50. et Davidis 1 Sam. 25, 43.

אֲחִיתֹפֶל (*frater insulsitatis?* v. Maji Oecon. jud. p. 133 sqq.) m. nom. viri nobilis, qui Davidi a consiliis fuit 2 Sam. 15 sqq.

אָח foem. *olla* portatilis, in qua ignis alebatur vel carbones Jer. 36, 22. 23., أَخّ (cujus voc. origo latet) *id.* In aedibus Hebraeorum ante captivitatem babylonicam neque fornaces neque camini memorantur, sed reges adeo ipsi, ut ex loco l. patet, ad calefaciendum utebantur olla prunis ardentibus impleta. R. Jona explicat מחתה *receptaculum ignis aut prunarum,* Arabs كانون نار *foculus,* prunarum ardentium receptaculum, LXX. ἐσχάρα πυρός. Conf. S. Rau diss. *de aedibus Hebraeorum* p. 78. Celsii *Hierobot.* T. I, p. 323. Michaelis *Suppl.* p. 57. Niebuhrii *Itinerar.* T. I, p. 154. et ex his Rosenm. Morgenl. IV, p. 286 sqq.

אֶחָד m. (fortasse pro אַחַד v. Ewald. Gr. p. 491.), אַחַת (pro אַחֶדֶת), in pausa אֶחָת (Gen. 11, 1. Exod. 23, 29.) f. 1) *unus, una* Gen. 1, 9. 2, 21. 24. Exod. 8, 27. 12, 49. Num. 1, 41. etc. (arab. أَحَدٌ i. q. وَاحِدٌ, aethiop. አሐዱ:, chald. אֲחַד et חַד, syr. ܚܰܕ, unde in recentioribus libris hebr. etiam חַד legitur Ezech. 33, 30. Dan. 2, 31. 7, 5.). In regim. אַחַד Gen. 21, 15. 2 Sam. 6, 20. 2 Reg. 18, 24. Dan. 10, 13. etc., quod tamen etiam extra regimen ante praep. מִן usurpatur Levit. 13, 2. Deut. 25, 5. etc. Valet praeterea אֶחָד i. q. *primus,* ubi nomina mensium adjiciuntur Gen. 8, 5. Esr. 10, 16. Exod. 12, 18. (quemadmodum et reliqua numeralia *cardinalia* 2 — 10 eadem lege pro *ordinalibus* venire solent, et Latini *unum* pro *primo* dixerunt, ut Cicero de *Senect.* c. 5. imo et Graeci, ut Homerus *Iliad.* XVI, 173. ἰῆς (pro *μιᾶς*) *στιχὸς* dixit pro πρώτης στιχός, et Euripides in *Bacch.* v. 680. ἑνὸς pro πρώτου. Vid. *Biblioth. Brem.* Class. V, p. 428.). Continuo repetitum: *unus, alter, tertius* 1 Sam. 10, 3. 13, 17. 18., duplicatum saltem: *unus, alter* (distributive) Exod. 17, 12. Levit. 5, 7. Num. 6, 14. Jud. 16, 29. vel *singuli de singulis* Num. 34, 18. נָשִׂיא אֶחָד נָשִׂיא אֶחָד מִמַּטֶּה *principes singuli de singulis tribubus,* 13, 3. 17, 6. Jos. 3, 12. etc.; לֹא אֶחָד *non unus* (sed plures) Jos. 17, 17., *ne unus quidem* 2 Sam. 13, 30. Job. 14, 4., אֵין אֶחָד *non* est *unus* (ne unus quidem est) Dan. 10, 21.— 2) *unicus, singularis* Ezech. 7, 5. (v. Schultens. ad Job. 9, 22.). — 3) *quidam, aliquis* (ut german. *einer,* εἷς Matth. 8, 19. Luc. 24, 18. et ap. serior. Graecos), אַחַד הָעָם *aliquis e populo* Gen. 26, 10. 21, 15. 22, 2. Deut. 12, 14., אַחַד מֵאֶחָיו *aliquis e fratribus ejus* Levit. 25, 48. 13, 2. Num. 16, 15. 1 Sam. 16, 18., plenius נַעַר אֶחָד מֵהַנְּעָרִים 1 Sam. 25, 14. Hinc passim est, in recentioribus max. libris, pro artic. indefin. Dan. 8, 3. אַיִל אֶחָד *ein Widder,* 1 Reg. 9, 19. 19, 4. 20, 13. Gen. 22, 13. — Plur. m. אֲחָדִים 1) *uni, uniti* Gen. 11, 1. וַיְהִי כָל־הָאָרֶץ דְּבָרִים אֲחָדִים *fuit universa terra unorum* quasi *verborum* h. e. *unius linguae* (quemadmodum Romani: *unae literae, unae nuptiae* Terent. Andr. 4, 1, 50. Cic. ad Att. 11, 17. cf. Ramshorn. lat. Gramm. p. 328.), Ezech.

37, 17. 2) *aliquot* (ut nostr. *einige*) Gen. 27, 44. יָמִים אֲחָדִים *aliquot dies,* 29, 20. Dan. 11, 20. — Foem. אַחַת adverbialiter interdum sumitur pro *semel* (per ellipsin nominis פַּעַם) idque vel nude 2 Reg. 6, 10. Ps. 62, 12. Job. 40, 5. etc. vel cum בְּ, בְּאַחַת Num. 10, 4. Job. 33, 14., it. *simul, pariter* (q. d. *in uno,* ad unum omnes) Jer. 10, 8. — Cum praefixo: כְּאֶחָד *sicut unus* h. e. a) *unà* Jes. 65, 25.; b) *pariter* Esr. 6, 20. Eccles. 11, 6.; c) *in universum, ne uno excepto* Esr. 2, 64. Eodem sensu dicitur כְּאִישׁ אֶחָד Jud. 20, 8. כָּל־הָעָם כְּאִישׁ אֶחָד *totus populus in universum* h. e. nullo excepto, ad unum omnes, 1 Sam. 11, 7.

חַד m. chald. (sed v. tamen sub אֶחָד) *unus* Dan. 6, 3. 7, 5., *primus* Dan. 7, 1. Esr. 5, 13., *aliquis* Dan. 7, 16., pro articulo indefinito Dan. 2, 31. 6, 18. Esr. 4, 8.; חַד שִׁבְעָה *unum septem* i. e. *septuplo* Dan. 3, 19. (simil. Jer. 17, 18. ܚܰܕ ܬܪܶܝܢ *duplo,* ܚܰܕ ܫܒܰܥܳܐ *septuplo* Gen. 4, 15.). Foem. חֲדָא Dan. 4, 16. 6, 18. Esr. 4, 8. et חֲדָה Dan. 2, 9. 7, 1. Esr. 5, 13. 6, 3. Cum praefixo כַּחֲדָה adverbialiter: *simul, pariter* Dan. 2, 35. Ita sexcenties in Targum. [Aliud v. sub rad. חדד].

אָחַד *unus fuit* vel *factus est, unitus est,* in Kal inusitat. (sed v. יחד), Hithpah. imper. f. הִתְאַחֲדִי Ezech. 21, 21. *uni te* (gladium triplicem compellat v. 19.) h. e. unitis, conjunctis viribus grassare, saevi in hostes, ut recte explicuit Rosenm. ad h. l. Sed Schnurrer. in diss. philol. p. 463 sq., coll. arab. اِسْتَأْحِدْ, vertit: *operam da, attende,* non male quidem et ad poeticam sublimitatem satis accommodate, sed non est, cur a trita et certa voc. אחד significatione recedas.

אַחַד vel sec. Kri אַחַת Jes. 66, 17. הַמִּתְקַדְּשִׁים ... הַמִּטַּהֲרִים אֶל־הַגַּנּוֹת אַחַר אַחַד plurimis nomen est *Dei* cujusdam, et aliis quidem 1) *Adadi,* Syro-Phoenicum Dei summi (Ἄδωδος βασιλεὺς θεῶν ap. Sanchuniathon. in Fragm. ab Orellio editis p. 34.; Plinio etiam H. N. lib. 37. §. 71. *Adad* dicitur coll. Salmasii *Exercitt.* in Solin. c. 27. p. 248. Hall. Encyclop. I, 357 sq.), quod quidem voc., auctore Macrobio *Saturnal.* 1, 23., significat *unum* h. e. אֶחָד, *Adad,* ut adeo adspirationis vitandae caussa, quam Graeci in mediis vocibus non facile admittunt, litera *h* cum *d* permutata sit. Cui tamen rei obstat, non solum quod *Adad* rectius scribitur הֲדַד (ut in nomin. בֶּן־הֲדַד, הֲדַדְעֶזֶר), verum etiam, quod, cur non *Achad,* Ἀχαδὸς ad literarum orientt. sonum accommodatius dici potuerit, nequaquam intelligitur. Accedit, levem etiam esse Macrobii in vocabuli exteri origine declaranda auctoritatem v. Seldenus de *Diis Syris* p. 179. Michaelis append. ad Bibl. orient. T. XIV, p. 212 sqq. Ceterum defendunt hanc opinionem Scaliger, Drusius, Vossius, Grotius, Bochartus, Marshamus, Vitringa ad Jes. l. c., Rosenmuellerus in Scholl. 2) Aliis est *Hecate* s. *Proserpina* (*Luna*), μονογενὴς dicta ab Hesiodo, in cujus sacris caro suilla adhibebatur apud Aegyptios teste Herodoto 2, 47. v. Clericus ad Jes. 65, 11. et 66, 17. Millii dissert. select. n. 5. Lakemacher. Observ. philol. IV, p. 18 sqq. Addit schola Schultensiana, nomen ipsum esse formae superlativae per א a rad. חדד, unde אחדד et media rad. elisa אחד, *acutissimum* (ut أَحَدُّ in excerptis ex Ispahan. p. 14.) h. e. *necessitas inflexibilis, rigi-*

dissima, qualis est mortis vel fati mortem infligentis v. LETTE *de idolo Achad* in *Bibl. Brem. nova* Cl. 1. p. 48 sqq. Nugae! v. MICHAEL. l. c. 3) Hinc copulata lectione marginali אַחַת cum ea, quae in textu est, אחד D. MICHAELIS in Bibl. l. c. vertit: *qui* in medio horto *se lavant* אַחַד אַחַת *unicus unica* h. e. *unicus cum unica* vel אַחַר אַחַר אַחַת *unicus post unicam,* adeoque post lotionem Venerem explent (v. Vers. syr.). 4) Alii denique simpliciter vertunt: *qui se mundant, unum sequentes* ducem s. choragum. Ita PFEIFFER. in dubiis vexat. ad h. l. ac nuper GESENIUS in Commentar. Alias aliorum conjecturas, quas omnes recensere longum est, v. in J. F. SCHELLINGII Animadvv. ad diffic. Jes. loca p. 129 sqq.

אֲחִידָן f. plur. chald. *aenigmata* vid. sub rad. חוד.

אָחוּ m. *omne quod virens in palude nascitur, juncus,* vocabulum copticum, ut refert HIERONYMUS ad Jes. 19, 7. (c. artic. ⲡⲓ-ⲁϩⲓ, *piachi*); hinc Pentateucho inprimis (Gen. 41, 2. 18.) ac Jobo (8, 11.) nec non Alexandrinis interpretibus (locis citt. Jes. 19, 7. Ἄχει, Ἄχι) et, qui in Aegypto scripsit, Siracidi (40, 16) familiare v. JABLONSKII Opusc. ed. TE WATER I, 45. N. 160. Arabes fortasse ex eodem fonte hauserunt اخيّة et plur. أواخيّ *res pascuales* v. *Repertorium litt. bibl. et orient.* T. XIII, p. 3. Add. CELSII *Hierobotan.* P. I, p. 340 sqq. SCHULTENSII *Commentar.* ad Job. 8, 11.

אַחְוָה v. sub rad. חוה.

אָחַז (arab. أخذ, aram. أحد, אחד) 1) *prehendit, comprehendit,* propr. manu (synon. verbi חָזַק) Exod. 4, 4., sq. בְּ pers. vel rei 2 Sam. 4, 10. 6, 6. Jud. 20, 6. Job. 23, 11. Cant. 7, 9. Gen. 25, 26. *(fassen an, anfassen),* sq. accus. Jud. 12, 6., sq. acc. pers. et ב membri 2 Sam. 20, 9. (*er fasste den Joab beim Barte*), ut λαμβάνειν τινὰ ποδῶν; hinc: a) *cepit* (*fangen*), ut homines in bello vel feras, pisces etc. Eccles. 9, 12. Cant. 2, 15. Jes. 5, 29. b) *legit, elegit* (lat. etiam *cepit*) Num. 31, 30. 1 Chron. 24, 6. c) *occupavit* (ut λαμβάνειν) de animi commotionibus, ut de metu ac terrore Exod. 15, 14 sq. Ps. 48, 7. Jes. 33, 14. (dicitur etiam vicissim: *capere, occupare metum* Job. 18, 20. Jes. 13, 8.). — 2) prehensum captumve *tenuit, retinuit* sq. acc. rei אָחַז צִנָּה *tenuit clypeum* 2 Chron. 25, 5. (אֲחוּזֵי חֶרֶב *tenentes gladium* v. EWALD. p. 233.), sq. ב rei אָחַז בָּזֶה *tenuit hoc* (*er hielt daran fest*) Eccles. 7, 18. — 3) *adhaesit:* quidquid enim rem aliquam *apprehendit* et *tenet,* id illi *adhaeret* (sic graec. ἔχεσθαι etiam significat *adhaerere, conjunctum, contiguum esse*) sq. ב: אָחַז בַּקִּירוֹת *adhaesit parietibus* 1 Reg. 6, 6. Ezech. 41, 6. Hinc 4) *clausit, occlusit* Neh. 7, 3. coll. 3, 3. 13. (ita SYR. Matth. 6, 6. et chald. Targ. Gen. 19, 7. Am. 3, 5.), sec. nonnullos etiam Job. 26, 9. Huc refer אָחַז אֶת־הַבַּיִת בַּעֲצֵים *contignavit domum* etc. 1 Reg. 6, 10. — Praet. 3. foem. cum affixis אֲחָזַתְנִי Ps. 119, 53., אֲחָזָתָה Jer. 49, 24., אֲחָזָתַם Ps. 48, 7. Infin. constr. אֱחֹז 1 Reg. 6, 6., sed cum praefixis: בֶּאֱחֹז Ps. 56, 1., לֶאֱחֹז Job. 38, 13. 1 Chron. 13, 9., imper. אֱחֹז Exod. 4, 4., foem. אֶחֱזִי (pro אִחֲזִי) Ruth. 3, 15., plur. אֶחֱזוּ Cant. 2, 15., in pausa אֱחֹזוּ Neh. 7, 3., fut. יֹאחֵז Job. 17, 9. 18, 9., cum vau convers. וַיֹּחֶז 2 Sam. 20, 9., plur. c. affixo יֹאחֲזוּךָ Jer. 13, 21.; al. יֶאֱחֹז 1 Reg. 6, 10. Eccles. 7, 18.

Niph. נֶאֱחַז 1) *prehensus, captus est* Eccles. 9, 12., hinc *haesit* Gen. 22, 13. 2) *possessor factus est* (a *tenendo* v. Kal) Gen. 34, 10. 47, 27. Jos. 22, 19. (إسم *possedit,* it. *dominatus est, rexit*). — Pih. *occlusit* (h. e. *operuit*) Job. 26, 9. — Hoph. part. plur. מָאֳחָזִים *inclusa* 2 Chron. 9, 18.

אָחָז *Ahasus* a) rex Judaeor., filius Jothami (743—728. a. Chr.) 2 Reg. 15, 38. 16, 1 sqq. Jes. 1, 1., Ἄχαζ Mt. 1, 9. b) alius quidam 1 Chron. 8, 35. 9, 42.

אֲחֻזָּה f. *possessio* Gen. 47, 11. Levit. 14, 34. Num. 27, 4. Jos. 22, 4. Adhibetur de *mancipiis* Levit. 25, 45. 46., frequentius de *agro* s. *terra,* jam addito, jam omisso שָׂדֶה Levit. 27, 16. 22. Num. 27, 4., spec. de *Palaestina* tanquam Hebraeis a Deo data Gen. 17, 8. 48, 4. Num. 35, 8. Levit. 14, 34. 25, 24. Conjungitur אֲחֻזַּת נַחֲלָה Num. 27, 7. 32, 32. et נַחֲלַת אֲחֻזָּה Num. 35, 2.

אֲחַזְיָה et אֲחַזְיָהוּ nom. propr. 1) regis Israelitarum, filii Ahabi (897—896. a. Ch.) 1 Reg. 22, 40. 2 Chron. 20, 35. Lxx. Ὀχοζίας. 2) regis Judaeorum, filii Jorami (884 a. Ch.) 2 Reg. 8, 24. 9, 16. etc., pro quo 2 Chron. 20, 6. עֲזַרְיָהוּ, v. Wineri Lex. bibl. I, p. 26.

אָחַת v. sub. אָח interject.

אַחְלַי et אַחֲלֵי v. infra sub rad. חָלָה.

אַחְלָמָה vid. sub rad. חלם.

אַחְמְתָא Esr. 6, 2. *Ecbatana,* urbs Mediae regia (Tob. 3, 7.), vid. Michaelis *Suppl.* p. 60. Hoeck vet. Med. et Persiae Monumenta (Gott. 1818. 4.) p. 144 sqq. Ilgen Commentar. ad libr. Tob. p. 160—169. De origine voc. dubitatur. Alii putant esse persicum آبادان (*locus cultus et incolis frequens*) v. Hyde rel. Pers. p. 541., alii repetunt a pers. آق (turc. *aga*) *dominus* et talm. מחא *urbs* (v. Heinii Dissertat. sacr. p. 107 sqq.), alii e semiticis linguis totum explicant, ut sit *urbs foci* (ignis) coll. אָח et מְחָא v. Ilgen l. c.

אָחַר *posterior fuit, moratus, cunctatus est* (أَخَّرَ II. *distulit, tardavit, procrastinavit,* ܐܘܚܪ et ܐܬܘܚܪ *moratus est,* chald. אַחַר *id.*) Gen. 32, 5., ubi fut. cum vau convers. וָאֵחַר (ut אֱהַב Prov. 8, 17.). — Pih. אִחַר (compensato dagesch forti) 1) *tardavit, moratus est* aliquem Gen. 24, 56., *distulit* Exod. 22, 29., sq. dat. pers. Deut. 7, 10. לֹא יְאַחֵר לְשֹׂנְאוֹ *non differt* (poenam promeritam) *osori suo.* 2) *cunctatus, moratus est* Jud. 5, 28. 2 Sam. 20, 5. Hab. 2, 3., sq. infin. Gen. 34, 19. Deut. 23, 22. Eccles. 5, 3.; מְאַחֲרִים עַל־הַיַּיִן *morantes super vino* h. e. ad multam noctem bibentes Prov. 23, 30. cf. Jes. 5, 11. Ps. 127, 2. Spec. *morari* s. *cunctari* dicitur Jova, quando auxilium differt Ps. 40, 18. 70, 6. Dan. 9, 19. — Praet. plur. אֵחֲרוּ (pro אִחֲרוּ) Jud. 5, 28., fut. יְאַחֵר, plur. תְּאַחֲרוּ. Cet. v. rad. יחר.

אָחוֹר m. 1) substant. *pars posterior, postica,* plur. אֲחֹרִים *posteriora, partes posticae* Exod. 26, 12. 33, 23. 1 Reg. 7, 25. Ezech. 8, 16.;

hinc אָחוֹר spec. est *occidens* Jes. 9, 11. (cf. קֶדֶם; orientales enim situm locorum determinaturi, faciem convertunt ad orientem solem). 2) adverb. (opp. קֶדֶם et פָּנִים) *pone, a tergo* Ezech. 2, 10. 1 Chron. 9, 10.; *retro, retrorsum* Gen. 49, 17. 2 Sam. 1, 22. Jes. 1, 4. etc.; *in occidentem* Job. 23, 8. Cum praefix. בְּאָחוֹר *retrorsum* Prov. 29, 11. חָכָם בְּאָחוֹר יְשַׁבְּחֶנָּה sc. כָּל־רוּחוֹ *sapiens* (omnem spiritum suum) *reprimit* (*zurückdrängen*); לְאָחוֹר *pone, a tergo* Jer. 7, 24., *retrorsum* Ps. 114, 5., *in posterum* Jes. 41, 23. 42, 23.; מֵאָחוֹר *a tergo* (من أخراء) 2 Sam. 10, 9., *ab occasu* Jes. 9, 11.

אַחֵר (pro אַחַר) m., אַחֶרֶת f. *alius* (cf. *secundus* a *sequendo*) Gen. 37, 9. Levit. 6, 11. Num. 23, 13. Deut. 29, 28. Jud. 11, 2., אֵל אַחֵר et simpl. אַחֵר *Deus alius* praeter Jovam Exod. 20, 3. 34, 14. Jes. 42, 8. 48, 11. Ubi de duobus agitur: *alter* 2 Sam. 13, 16. 1 Reg. 3, 22.; בַּיּוֹם הָאַחֵר בַּשָּׁנָה הָאַחֶרֶת *altero* h. e. sequenti *die*, *altero*, sequenti *anno* 2 Reg. 8, 15. Gen. 17, 21. — Plur. m. אֲחֵרִים Gen. 8, 10. 12. Exod. 20, 3. etc. et more chald. אָחֳרִין Job. 31, 10., fem. אֲחֵרוֹת Gen. 29, 27. 30. 41, 3. 19. Levit. 14, 42.

אַחַר propr. *posterius*, *pars posterior* s. *postica* vel *extrema* 2 Sam. 2, 23 (plur.). Sed plerumque abit 1) in adverbium *loci* ac *temporis*, notans *pone*, *post* Gen. 22, 13. הִנֵּה אַיִל אַחַר נֶאֱחַז בַּסְּבַךְ *aries post* (h. e. *a tergo Abrahami*) *vepribus implicitus*; *postea* Exod. 5, 1. 1 Chron. 2, 21. (c. praeter.) Hos. 3, 5. Num. 5, 26. Jud. 19, 5. (c. futur.); אַחַר כֵּן *id.* Levit. 14, 36. Deut. 21, 13. 1 Sam. 10, 5. Huc videtur etiam אַחֲרִי Prov. 28, 23. spectare (c. termin. adv. v. Gesen. L. p. 625.). — 2) in praepositionem: *post*, *pone* a) de *loco* Cant. 2, 9., Exod. 3, 1. אַחַר הַמִּדְבָּר *post desertum* h. e. *ad occidentem deserti*. Hinc הָלַךְ אַחַר פ׳, בּוֹא, רָדַף Gen. 37, 17. Num. 25, 8. 2 Reg. 25, 5., trop. 2 Reg. 13, 2. הָלַךְ אַחַר חַטֹּאת פ׳ *peccata alicujus sectari, imitari*, Job. 31, 7. אַחַר עֵינַי הָלַךְ לִבִּי *oculorum cupiditate ductus est animus m.* Jes. 65, 2. v. sub his verb.; b) *de tempore* Gen. 9, 28. 1 Reg. 13, 33., אַחַר נְדָרִים *post vota* h. e. *nuncupatis votis* Prov. 20, 25., אַחַר עוֹרִי *post cutem meam* h. e. consumta cute Job. 19, 26.; sq. infin. Jer. 40, 1: אַחַר שַׁלַּח אֹתוֹ *postquam dimisit eum*, Num. 6, 19. adeo sq. verbo fin. Job. 42, 7. אַחַר דִּבֶּר יְהוָה *postquam locutus est Jova* Levit. 14, 43. — Frequentius in plur. אַחֲרֵי, et cum affixis אַחֲרָיו, אַחֲרֶיךָ etc.: 1) *pone*, *post*, de *loco* Gen. 19, 6. Jos. 6, 8., hinc: *ab occidente*, *in occidentem* Jud. 18, 12. Cet. persaepe jungitur cum verbis *eundi*, ut עָלָה, ירד, רדף, יצא, בוא (v. haec vv.) et praegnant. c. זנה, מלא, החרים rel.; adde קָרָא אַחֲרֵי פ׳ 1 Sam. 20, 38. *jem. nachrufen.* 2) *post*, de *tempore* Gen. 17, 8. 2 Chron. 35, 20., sq. infinitivo Gen. 50, 14. Num. 30, 16. Deut. 1, 4., sq. verbo fin. Levit. 25, 48.

Cum praefixis 1) מֵאַחַר *von hinter - - weg* Ps. 78, 71. 2 Sam. 7, 8. de iis, quae, cum post aliquem essent, illinc revocantur aut removentur; מֵאַחֲרֵי *id.* Num. 14, 43. Deut. 7, 4. 2 Sam. 20, 2. Hos. 1, 2., alibi i. q. אַחֲרֵי Jer. 9, 21. Jos. 8, 2. Exod. 14, 19, (propr. *a parte* alicuj. *posteriore*, ubi מִן non remotionem sed directionem tantummodo significat). 2) אֶל אַחֲרֵי *post* aliquem, *hinter* (c. acc. et c. dat.) 2 Reg. 9, 18. Zach. 6, 6. 3) עַל־אַחֲרֵי *pone* Ezech. 41, 15 (opp. אֶל־פְּנֵי). — אַחַר אָשֵׁת

postquam sq. praeter. Ezech. 40, 1.; אַחֲרֵי אֲשֶׁר *postquam* sq. praeter. Jos. 9, 16. Deut. 24, 4. 2 Sam. 19, 31. — De אַחֲרֵי כֵן v. sub כֵּן.

אַחֲרֵי chald. id. quod hebr., unde אַחֲרֵי דְנָה *post hoc, postea* Dan. 2, 29. 45., cum affixo אַחֲרֵיהוֹן *post illos* Dan. 7, 24.

אָחֳרִי f. chald. per apocopen pro אָחֳרִית *alia* Dan. 2, 39. 7, 5. 6. 8. 20.

אַחֲרִית f. 1) propr. *postremum, extremum alicujus rei* א׳ הַיָּם *extremum mare* Ps. 139, 9., hinc 2) *residuum, reliquiae* Am. 4, 2. 9, 1., spec. *posteritas, posteri* Ps. 109, 13. Dan. 11, 4. 3) *finis, exitus* Num. 23, 10. Dan. 8, 19. Prov. 5, 4. etc.; אַחֲרִית הַשָּׁנָה *finis anni*, opp. רֵאשִׁית הַשָּׁנָה Deut. 11, 12., hinc *exitus* rei Jes. 41, 22. 46, 10., hinc *postrema hominum fata*, sive in praemiis Prov. 23, 18. 24, 14. sive in poenis cernantur Thren. 1, 9., hinc *interitus* populorum regnorumve Num. 24, 20. Deut. 32, 29. Jes. 47, 7. 4) אַחֲרִית הַיָּמִים *posterior, futura aetas* Gen. 49, 1. Deut. 4, 30. Num. 24, 14. Jer. 48, 47., max. de aetate messiana Jes. 2, 2. v. Bertholdt. Christol. p. 38.

אַחֲרִית f. chald. *id.*; א׳ יוֹמַיָּא *tempus posterius, futurum* Dan. 2, 28.

אַחֲרוֹן m., אַחֲרוֹנָה f. 1) *posticus* (opp. *anteriori*), hinc i. q. *occidentalis* Job. 18, 20., הַיָּם הָאַחֲרוֹן *mare occidentale* h. e. mediterraneum Deut. 11, 24. 34, 2. Joel. 2, 20. Zach. 14, 8. 2) *posterior* (opp. *priori*), *posterus* sive ordine Gen. 13, 2. Exod. 4, 8., sive tempore 2 Chron. 9, 29. 12, 15.; hinc דּוֹר אַחֲרוֹן *generatio postera, ventura* Ps. 48, 14. 78, 4. 6., יוֹם אַחֲרוֹן *tempus posterum, futurum* Prov. 31, 25. Jes. 30, 8.; הָרִאשׁוֹן וְהָאַחֲרוֹן *primus et postremus* (ultimus) Jes. 44, 6. coll. 41, 4. et Coran. 57, 3. Plur. אַחֲרֹנִים *posteri* Eccles. 4, 16. — Foem. אַחֲרוֹנָה adv. *postea, denuo* Dan. 11, 29., בָּאַחֲרֹנָה Deut. 13, 10. *postea*, לָאַחֲרֹנָה *in posterum, postea* Eccles. 1, 12. (أَخِيرًا *tandem, postremo*).

אָחֳרֵין vel sec. Kri אָחֳרָן chald. *id.*, unde עַד אָחֳרֵין *ad postremum, tandem* Dan. 4, 5.

אָחֳרָן m. chald. *alius* Dan. 2, 11. 44. 3, 29. 5, 17. 7, 24.

אֲחֹרַנִּית f. adverb. *retrorsum* Gen. 9, 23. 1 Sam. 4, 18. 1 Reg. 18, 37. 2 Reg. 20, 10. 11. Jes. 38, 8.

אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים m. plur. *archisatrapae*, qui compluribus provinciis praeerant rerumque et civilium et bellicarum potestatem habebant, Esth. 8, 9. 9, 3., in regim. אֲחַשְׁדַּרְפְּנֵי Esth. 3, 12. Esr. 8, 36. Vox origine persica, quam Pfeifferus conflatam putat ex آخش *pretium, dignitas, excellentia*, et ستراب *satrapa* (Castellus vero postremam voc. partem quaerit in دربند h. e. *servus*, german. *Trabant*, ut significentur *praefecti satellitum*).

אֲחַשְׁדַּרְפְּנִין m. plur. chald. *id.*, in statu emphat. אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא Dan. 3, 2. 3. 27. 6, 2. 3. 4. 7. 8.

אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ *Ahasverus*, nom. propr. regum Pers., ut Astyagis Dan. 9, 1., Cambysis Esr. 4, 6., Xerxis Esth. 1, 1. De postremo v. *Repertorium litteraturae bibl. et orient.* T. XV, p. 1 sqq. Vox habet originem persicam: proficiscitur enim ab اخش *excellentia*, ور et ش (quae sunt multorum vocabulorum syllabae postremae v. Bohlen. Symbol. p. 19.), ac signif. *praestantem, nobilem, principem*.

אֲחַשְׁתְּרָנִים m. plur. *muli praestantiores, nobiliores* Esth. 8, 10. 14., vox et ipsa persica, sec. Bohlenium corrupta ex خوش استاران (add. Pfeifferi Dub. vex. p. 488.). Castello altera compositionis pars est شتر *camelus*, ut intelligendi sint *cameli praestantiores* (in quam sententiam inclinavit etiam R. Salom.); sed, ut recte monet Bochartus in *Hieroz.* P. I. L. II. c. 20., animalia illa vocantur *filii equarum* Esth. l. c., ergo non possunt esse *cameli*. *Asturcones* (v. interptt. ad Petron. Satir. 86.) intelligit J. G. Schelhornius in *Miscell. Lipsiens.* T. X. p. 231 sq.

אָטָד m. *rhamnus* (أَطَدٌ, ܐܛܕ, אֲטַד), *rhamnus paliurus* L., Jud. 9, 14. 15. Ps. 58, 10., a *firmitate* radicum, coll. arab. أَطَدَ *stabilis, firmus fuit*, أَطَّدَ *firmavit*; est enim, auctore Prospero Alpino (*de plantis Aegypti* p. 21.) frutex *radicibus multis, duris, lignosis, oblique incedentibus*, longitudine 3 cubitorum et plus observatis. Conf. Locmanni *Fab.* 22. Celsii *Hierob.* T. I, p. 199 sqq. — גֹּרֶן הָאָטָד Gen. 50, 10. 11. nomen propr. regionis transjordanensis, a frequentia rhamnorum fortasse dictae.

אטט radix Hebraeis non usit., arab. *levem, tenuem sonum edidit, murmuravit*. Inde est

אַט m. 1) *levis strepitus*, hinc plur. אִטִּים concr. *leviter, submissa voce loquentes* i. e. necromantes (v. sub אוֹב) Jes. 19, 3. 2) *lenitas*, ut incessus 1 Reg. 21, 27., hinc לְאִטִּי *ad lenem incessum meum* h. e. pro commoditate mea Gen. 33, 14.; alibi adverb. לְאַט *leniter* Jes. 8, 6. (de animo: 2 Sam. 18, 5.) et אַט 1 Reg. 21, 27. Adde Job. 15, 11. דָּבָר לָאַט עִמָּךְ *verbum secundum lenitatem* (leno) *tecum* (ad te) factum.

אָטַם *clausit, obturavit*, ut labia Prov. 17, 28., aures 21, 13. Jes. 33, 15.; חַלֹּנִים אֲטֻמוֹת Ezech. 40, 16. 41, 16. 26. coll. 1 Reg. 6, 4. sunt *fenestrae* clathris (*Jalousien*) *clausae*, *fen. reticulatae* (LXX. θυρίδες δικτυωταί) vel, auctore Symmacho ad Ezech. 40, 16., θυρίδες τοξικαί h. e. *fenestrae* intus latae, foris angustae, quales hodienum in munimentis conspiciuntur cf. Hieron. ad h. l. — Hiph. Ps. 58, 5. יַאְטֵם אָזְנוֹ *obturat aurem*, ad quem l. v. Rosenm.

אֵטוּן m. (ex syriasmo pro אֵטוּן) *filum* (chald. *funiculus, instita*), metonymice *linteum ex filis contextum*, graec. ὀθόνη Prov. 7, 16. Si semiticae originis est, conferri potest cum rad. aethiop. אטן *ligavit*, unde arab. أطن *funes, quibus inferiores tentorii partes ad paxillos*

alligari solent. Saepe enim inter se permutantur literae צ et ט. Aliis tamen magis placet derivatio e lingua coptica, in qua *Athi-ou-nian* est *stamen* seu *vestis lintea* (Forster *de bysso*), unde etiam Graecorum ὀθόνιον *linum* fluxit. *Linum* autem *Aegypti* h. e. linum bombycinum, *byssus*, merx fuit Aegyptiorum celebratissima cf. Celsius in *Hierobotan.* T. I, p. 89 sqq. Schultens. in Comment. ad Prov. l. c. Salmasius in not. ad Achill. Tatium p. 747. Michaelis Biblioth. orient. T. X, p. 186. Ceter. v. סדין. — Castellus in *Lex.* et Jobus Ludolfus in Commentar. ad *Histor. Aethiop.* p. 204. אֵטוּן idem esse volunt quod aethiop. ዕጣን: *thus, suffitus.* Sed Aegyptus suffitu nobilitata non fuit.

אָטַר *clausit, conclusit.* (arab. أَطَرَ *flexit, circumdedit*). Fut. foem. תֶּאְטַר Ps. 69, 16.

אִטֵּר *clausus, ligatus* Jud. 3, 15. 20, 16. אִטֵּר יַד יְמִינוֹ *ligatus* (captus) *manu dexterâ* h. e. scaevola, qui dexterâ recte uti nequit.

אֵי (ab absol. אַי, v. אַיֵּה) vocab., quod pronominibus aut adverbiis, quibus praemittitur, vim interrogandi addit: אֵי־זֶה הַדֶּרֶךְ *quaenam via?* 2 Reg. 3, 8., אֵי זֶה בֵּית הָרֹאֶה *quaenam est domus vatis?* 1 Sam. 9, 18. Job. 28, 12. 38, 19. Jer. 6, 16.; alibi אֵי זֶה adverb. legitur (v. זֶה) *ubi?* Esth. 7, 5. Job. 38, 19 (in quo poster. loco scriptum est אֵיזֶה). — אֵי מִזֶּה עִיר *quanam ex urbe?* 2 Sam. 15, 2. Jon. 1, 8., etiam adv. אֵי מִזֶּה *unde?* Gen. 16, 8. Job. 2, 2. 1 Sam. 30, 13. — אֵי לָזֹאת *quare? cur?* Jer. 5, 7., אֵיכֹה et אֵיפֹה *ubi?* v. infra (adde talm. אֵי מָתַי *ecquando?*). — Passim אֵי simpl. de *loco* ponitur, ut sit *ubi* (quemadmodum זֶה *hic* significat) Gen. 4, 9. Deut. 32, 37. 1 Sam. 26, 16. etc. (De loco Prov. 31, 4. v. sub אוה). — Cum he demonstrat. (v. Ewald. Gr. p. 172.) אַיֵּה *ubi?* Gen. 19, 5. 2 Sam. 16, 3. 17, 20. Jer. 2, 8. Mal. 2, 17. Job. 15, 23. (ubi v. Umbreit.), in interrog. obliq. Nah. 3, 17. Cum affixis אַיֶּכָּה *ubi tu?* (cum nun *epenthet.* et ה *paragog.*) Gen. 3, 9., אַיּוֹ *ubi ille?* Exod. 2, 20. 2 Reg. 19, 13. Mich. 7, 10. etc., אַיָּם *ubi illi?* Jes. 19, 12. Nah. 3, 17., sed Zach. 1, 5. אַיֵּה הֵם. [Arab. أَيّ latius patet, est enim graec. τίς].

אַיִן *ubi;* מֵאַיִן *unde* Gen. 29, 4. Num. 11, 13. Jos. 2, 4. etc.

אָן (pro אַיִן) *quo?* 1 Sam. 10, 14. Jes. 10, 3.; — מֵאָן *unde?* 2 Reg. 5, 25. (sec. Cthib; עַד־אָן *quousque?* Job. 8, 2. — Cum he paragog. אָנָה a) *quo, quorsum?*, tam in interrogat. recta Gen. 16, 8. Jud. 19, 17. 2 Sam. 2, 1. quam obliquâ Jos. 2, 5. Neh. 2, 16., *ubi?* Ruth. 2, 19. Jes. 10, 3., עַד־אָנָה *quousque, quamdiu?* Exod. 16, 28. Jer. 47, 6. Hab. 1, 2., adde Job. 18, 2. עַד־אָנָה תְּשִׂימוּן קִנְצֵי לְמִלִּין *wie lange (währt's, bis) ihr ein Ende macht?* b) אָנָה וָאָנָה *huc aut illuc* 1 Reg. 2, 36. 2 Reg. 5, 25.

אֵיכֹה vel sec. Kri אֵיכוֹ *ubi?* 2 Reg. 6, 13.

אֵיכָה (ex אֵי et כָּה chald. pro hebr. כֹּה) 1) *ubi?* Cant. 1, 7. 2) *quomodo?* Deut. 1, 12. 18, 21. 2 Reg. 6, 15. (in interrog. obliq. Jud. 20, 3.); passim quiritantium est: *ah, (eheu) quo modo?* Thren.

1, 1. 2, 1. Ps. 73, 11. — Apocop. אֵיךְ *quomodo?* 2 Sam. 1, 5. 1 Reg. 12, 6. Jud. 16, 15. (in interrogat. obliq. Ruth. 3, 18.), negandi sensu Gen. 44, 34. *quomodo ascendam?* (i. e. nullo modo ascendere possum), Hos. 11, 8. Passim non tam interrogantium, quam exclamantium est Prov. 5, 12. Jer. 9, 19. Ps. 73, 19.

אֵיכָכָה (v. sub כָּכָה) *quo modo?* Cant. 5, 3. Esth. 8, 6. (sq. fut., sensu negat.).

אֵיפֹה (v. פֹּה) *ubi?* 1 Sam. 19, 22. Ruth. 2, 19. Jes. 49, 21. (in orat. directa), Jer. 36, 19. (in orat. obliq.), it. *quomodo?* Ruth. 8, 8.

אֵי v. sub rad. אוה et אַיִן.

אָיַב *odisse, infestare, infensum esse* alicui Exod. 23, 22. Alibi legitur particip. praes. אֹיֵב *infestans* 1 Sam. 18, 29. et subst. *inimicus* Exod. 23, 4. Ps. 6, 11. Job. 13, 24. Prov. 24, 17., it. *hostis* Levit. 26, 34. Num. 10, 9. Deut. 20, 3. Jos. 22, 8. 1 Sam. 14, 30. etc., cum affixis אֹיְבִי 1 Sam. 19, 17. Ps. 13, 3. 5., אוֹיִבְךָ Exod. 23, 4. 2 Sam. 4, 8., plur. אֹיְבִים Ps. 127, 5. Thren. 1, 2. 1 Sam. 20, 15. Esth. 9, 1. Gen. 22, 17. Num. 24, 19. Foem. אוֹיֶבֶת *inimica,* unde cum Jod paragog. אֹיַבְתִּי Mich. 7, 8. 10.

אֵיבָה f. *inimicitia* Gen. 3, 16. Num. 35, 21. 22., in regim. אֵיבַת Ezech. 25, 15. 35, 5. Magis de *actionibus* infestis dicitur, ut שִׂנְאָה magis de *animo.*

אִיּוֹב m. nom. propr. *Jobi,* q. d. *infestatus* aerumnis, miseriis v. Bernstein in Keil u. Tzschirner Analecten I, 3, p. 6. Aliis videtur esse id quod أوّاب *is qui serio se convertit ad Deum* ab. آب *reverti,* v. sub אוב. Cf. Rosenm. Scholl. V, p. 3 sq.

אֵיד m. vid. supra sub rad. אוד.

אַיֵּה vid. sub אֵי.

אַיָּה f. Levit. 11, 14. Deut. 14, 13. Job. 28, 7. nom. avis rapacis, sec. Lxx. ἰκτῖν i. e. *milvi,* sec. Vulg. *vulturis* (quod in loc. Job. bene cadit), sed Bocharto dici videtur *aesalo,* qui putatur esse ex accipitrum genere, arab. يويو, vox a sono factitia, cf. rad. אוה n. 2.

אִיזֶבֶל f. nom. propr. uxoris Ahabi, regis israel. 1 Reg. 16, 31. 18, 4. etc. Nominis origo non liquet. Sunt, qui interpretentur: *non-stercus* coll. 2 Reg. 9, 37., inepte. Simonis in Onom. dictum putat pro בְּאִי זְבֻל *mansio habitationis* (habitatio tutissima), Gesenius explicat: *cui nemo concubuit* coll. זבל Gen. 30, 20. Sed satius est ignorantiam fateri quam argutari.

אַיִל, אֵיל, אַיָּל, אֱיָל, אֵילִם etc. vid. supra sub rad. אול.

אֵילַת Deut. 2, 5. 2 Reg. 14, 22., אֵילוֹת 1 Reg. 9, 26. et אֵילוֹת 2 Reg. 16, 6. 2 Chron. 8, 17. 26, 2. *Aelana,* arab. أَيْلَة, urbs celeberrima ad maris arabici sinum orientalem extremum, a qua et ipse sinus dictus est *ae-*

laniticus, v. Cellarii *orb. ant.* T. II, p. 686. 687. Reland. Pal. p. 554 sqq. Wineri Lex. bibl. I, p. 190. A *terebinthis* dictum putat Bochartus v. Simon. Onom. p. 230.

אָיַם rad. inusit. *terribilis fuit,* chald. in Pahel אַיֵּם *terruit,* samar. *id.*

אָיֹם m. *terribilis* Hab. 1, 7., foem. אֲיֻמָּה Cant. 6, 4. 10.

אֵימָה f. *terribilitas, terror* Gen. 15, 12. Deut. 32, 25. Jes. 33, 18. etc.; אֵימַת מֶלֶךְ *terror regis* h. e. quem injicit rex Exod. 23, 27., אֵימָתִי *terror meus* i. e. quem ego injicio Job. 33, 7., אֵימַתְכֶם *terror vester* i. e. quem vos injicitis Jos. 2, 9. Cum. ה parag. אֵימָתָה Exod. 15, 16. Plur. אֵימוֹת Ps. 55, 5. et אֵימִים s. אֵמִים Job. 20, 25. Ps. 88, 16., quod semel meton. legitur de *idolis,* quae a cultoribus suis habentur *terribilia* et *formidabilia* Jer. 50, 38. conf. מִפְלֶצֶת.

אֵימִים *(terribiles)* m. *Emaei,* nom. propr. populi, qui olim Moabitidem incoluit Deut. 2, 10. 11. Gen. 14, 5.

אֵמְתָנִי chald. v. sub rad. מתן.

אֵין vid. supra sub rad. און et sub אַי.

אֵיפָה f. Num. 5, 15. Deut. 25, 14. 15. Jud. 6, 19. Zach. 5, 6 et defect. אֵפָה Levit. 5, 11. 6, 13. *Epha,* mensurae nomen, tantum aridorum continentis, quantum *batus* liquidorum Ezech. 45, 11., sc. tres seas sive sata Exod. 16, 35. v. Joseph. Antt. 15, 12. Fortasse Hebraei hoc mensurae genus ab Aegyptiis acceperunt, adeoque ipsum nomen copticae est originis. Aegyptiis *Απι* dicitur *numerus,* unde *Ωιπι certum* aliquod *mensurae genus,* quod Hebraei, ut hebraice sonaret (v. אברך), ad אֵיפָה detorserunt, cujus tamen in locum Lxx. interpretes, coptice docti, genuino sono convenientius *οἰφι* et *οἰφεῖ* saepius substituerunt v. Jablonsky *Panth. Aegypt.* P. II, p. 229 sqq. Aliis, qui originem in linguis semiticis quaerunt, ortum videtur a rad. inusit. אוף alias אפף ܐܦܦ *circuivit, ambivit* (v. B. Michaelis *lumina syriaca* in Potti Sylloge I, p. 235.), ut *Epha* sic dictum sit a *rotunditate.* אֵיפָה וְאֵיפָה *Epha et Epha* i. e. *Ephae diversae,* major et minor Deut. 25, 14. Prov. 20, 10., אֵיפָה שְׁלֵמָה *Epha justa, integra,* opp. *fallaci* Deut. 25, 15., אֵיפַת רָזוֹן *Epha imminutionis,* imminuta Mich. 6, 10.

אֵיכֹה v. sub אַי.

אִישׁ m. vir Gen. 24, 58. 25, 27. Exod. 2, 1. Levit. 15, 2. Deut. 3, 11. etc., passim (ut graec. *ἀνήρ* Mt. 1, 16. Theophr. Char. 13, 3. Xenoph. Hier. 3, 3, 4. Anab. 4, 5, 24. et lat. *vir* Cic. Famil. 8, 7.) *maritus* Gen. 3, 6. 16. Num. 5, 15. Jud. 14, 15. 1 Sam. 1, 8., et ubi de sexu tantum agitur, *mas* Gen. 7, 2. 2, 23. Ceterum adde: a) interdum cum emphasi dic. pro *viro strenuo* et *forti* 1 Sam. 26, 15. 1 Reg. 2, 2. (Ps. 4, 3.?), ut nostr. *ein Mann* et graec. *ἀνήρ* Iliad. 14, 185. Xenoph. Anab. 7, 1, 21. v. Heindorf. ad Plat. Phaedr. §. 34.—b) distributive: *quisque, unusquisque* Jud. 9, 55. וַיֵּלְכוּ אִישׁ לִמְקֹמוֹ *iverunt in suum quisque locum,* Gen. 40, 5. 10, 5. (etiam de rebus inanim. Zach. 10, 1. Joel. 2, 7.), max. si geminatur Exod. 36, 4. וַיָּבֹאוּ כָּל־הַחֲכָמִים -- אִישׁ אִישׁ

מִמְּלַאכְתּוֹ *venerunt sapientes — a suo quisque opere,* Levit. 20, 2. Num. 9, 10. Esth. 1, 8., alibi אִישׁ אִישׁ *singuli* Num. 1, 4.; sed אִישׁ וְאִישׁ Ps. 87, 5. sunt *homines varii generis.* — c) pro imperson. *man* (quod non differt a *Mann*) legitur 1 Sam. 9, 9. כֹּה אָמַר אִישׁ *sic dicebatur, so sprach man.* — d) vocibus אָח, רְעוּת, רֵעַ etc. praemissum designat *alterum* e duobus, ut Gen. 11, 3. וַיֹּאמְרוּ אִישׁ אֶל־רֵעֵהוּ *dixit alter ad alterum,* 26, 31. Exod. 25, 20. Levit. 19, 11., idque non de hominibus solum, sed etiam de rebus (quae nominibus masc. significantur), Exod. 25, 20. וּפְנֵיהֶם אִישׁ אֶל־אָחִיו *facies alterius ad alterum* (alterius faciem) conversa, Job. 41, 9. — e) constructum cum aliis nominibus, quae *virtutes* aut *vitia* significant, saepe exprimit concretum denominativum et possessivum: velut אִישׁ תֹּאַר *homo formosus* 1 Sam. 16. 18., אִישׁ מִדָּה *homo eximiae staturae* 1 Chron. 11, 23., אִישׁ שֵׂיבָה *senex* Deut. 32, 25., אִישׁ שְׂפָתַיִם in malam partem *garrulus* Job. 11, 2, אִישׁ דְּבָרִים in bonam partem *eloquens, facundus* Exod. 4, 10., אִישׁ לָשׁוֹן *calumniator* Ps. 140, 12., אִישׁ מִלְחָמָה vel אִישׁ מִלְחָמוֹת *bellator, heros* Exod. 15, 3. Jos. 17, 1. 2 Sam. 8, 10., אִישׁ חַיִל *fortis* Jud. 3, 29., אִישׁ דָּמִים וּמִרְמָה *sanguinolentus et fraudulentus* Ps. 5, 7. 2 Sam. 16, 7., אִישׁ חָמָס *crudelis* Ps. 140, 12. Prov. 16, 29., אִישׁ אָוֶן *malus, iniquus* Jes. 55, 7. Prov. 6, 12., אִישׁ חֶסֶד vel אִישׁ חַסְדּוֹ *homo benignus* Prov. 11, 17. 20, 6., אִישׁ תּוֹכָחוֹת *qui castigationem admittit* Prov. 29, 1., אִישׁ מְדָנִים *contentiosus* Prov. 26, 21., אִישׁ רִיב *qui litem habet* Jud. 12, 2. Jer. 15, 10. Job. 31, 35., אִישׁ תְּרוּמוֹת *qui* donis *facile corrumpitur* Prov. 29, 4., אִישׁ מַתָּן *liberalis* Prov. 19, 6., אִישׁ שֶׂכֶל Esr. 8, 18. אִישׁ דַּעַת Prov. 29, 5. אִישׁ תְּבוּנָה Prov. 15, 21. אִישׁ תְּבוּנוֹת Prov. 11, 12. *vir sapiens,* אִישׁ אֱמוּנִים vel אִישׁ אֱמוּנוֹת Prov. 20, 6. אִישׁ אֱמֶת Neh. 7, 2. *vir fidelis,* אִישׁ חֵמָה Prov. 15, 18. אִישׁ חֵמוֹת Prov. 22, 24. *iratus, iracundus,* אִישׁ עָוֶל Prov. 29, 27. *impius,* אִישׁ שָׁלוֹם *probus* Ps. 37, 37., אִישׁ שְׁלוֹמִי *amicus meus* Ps. 41, 10., אִישׁ שָׂדֶה Gen. 25, 27. et אִישׁ הָאֲדָמָה *agricola* Gen. 9, 20., אִישׁ מָוֶת *morte dignus* 1 Reg. 2, 26., אִישׁ חֶרְמִי *is quem mortis reum declaravi* 1 Reg. 20, 42., אִישׁ בְּשׂוֹרָה *laetus nuncius* 2 Sam. 18, 20., אִישׁ מַחְסוֹר *egenus* Prov. 21, 17. אִישׁ מַכְאֹבוֹת *doloribus affectus* Jes. 53, 3., אִישׁ תְּכָכִים *oppressor* Prov. 29, 13., עֶבֶד אִישׁ מִקְנַת כָּסֶף *servus argento emtus* Exod. 12, 44., אִישׁ אֱלֹהִים *vir cultu Dei illustris* Deut. 33, 1. 1 Sam. 2, 27. Ps. 90, 1., אִישׁ עֲצָתִי *consiliarius meus* Jes. 46, 11., אִישׁ חֲסִידֶךָ *vir tui studiosissimus* Deut. 33, 8., אִישׁ חֲמֻדוֹת *vir carus* Dan. 10, 11., אִישׁ רֵעִים *(multorum) hominum amicus* Prov. 18, 24. — f) passim construitur cum nomine substantivo per appositionem, ut אִישׁ סָרִיס *eunuchus* Jer. 38, 7., אִישׁ כֹּהֵן *sacerdos* Levit. 21, 9., (simil. *ἐχθρὸς ἀνήρ* Xenoph. Anab. 1, 3. 20., *ἀνὴρ φονεύς* Act. 3, 14., *ἀνὴρ τύραννος* Xenoph. Hier. 11, 1.), cum numeralibus tanquam indeclinabile, ut עֶשְׂרִים אֶלֶף אִישׁ רַגְלִי 2 Sam. 8, 4. (ut nos: 20,000 *Mann*); אִישׁ הַיִּשְׂרְאֵלִי *Israëlita* Levit. 24, 10. (al. אִישׁ יִשְׂרָאֵל Num. 25, 8. Jud. 7, 14., quod in libris Josuae, Judicum, Samuelis reliquisque historicis collective pro *Israelitis* legitur constr. cum verbo vel singulari Jos. 9, 7. Jud. 12, 1. 20, 39. 1 Chron. 10, 1. vel plurali Jud. 8, 22. 20, 36. 1 Sam. 14, 22. 1 Chron. 10, 7.): simil. *ἀνὴρ Πέρσης* Xenoph. Anab. 1, 8, 1., *ἀνὴρ Αἰθίοψ* Act. 8, 27.

Cum affix. אִישִׁי Gen. 29, 32. 2 Sam. 14, 7., אִישֵׁךְ Gen. 3, 17. Num. 5, 19., plur. אִישִׁים Ps. 141, 4. Prov. 8, 4. Jes. 53, 3., alibi semper אֲנָשִׁים, quod v. sub rad. אנשׁ.

De origine vocis ambigitur. Multi dictum putant ab arab. أَيْسٌ *vis, robur;* alii pro nom. primitivo habent, quod ab Indis acceptum fuerit: sanscrit. enim îsa sign. *dominum, virum,* îs vero *dominari, possidere.* Sed probabilius cum Ewaldo (Gr. p. 456.) statues: איש ab אֱנֹשׁ (אִישׁ, אֱנֹשׁ) oriri, quemadmodum pro הֵן Job. 41, 3. scribitur חִין.

אִישׁוֹן m. (com.? v. Ps. 17, 8.) forma deminutiva *homulus, homunculus;* אִישׁוֹן עַיִן Deut. 32, 10. Prov. 7, 2. quasi *homunculus oculi* h. e. *pupilla,* plenius אִישׁוֹן בַּת עַיִן (إِنْسَانُ بِنْتِ ٱلْعَيْنِ) Ps. 17, 8. Eodem modo Arabes frequentant إِنْسَانٌ *hominem,* et deminutive أُنَيْسِيَانٌ *homuncionem,* Persae مردک et مردچشم *homuncionem oculi* (v. Bohlen. Symbol. p. 29.). Graecis denique Latinisque simili modo dicitur κόρη, *pupilla.* Translate אִישׁוֹן לַיְלָה *pupilla noctis* et אִישׁוֹן חֹשֶׁךְ *pupilla tenebrarum* Prov. 7, 9. 20, 20. h. e. *media nox, mediae tenebrae.* Ita Arab. بؤبؤ, quod *pupillam* significat, de eo quod *medium* est dicunt, Persae vero دل شب *cor noctis* appellant *mediam noctem* (v. Bohlen. l. c.), denique Euripides νυκτὸς ὄμμα pro ipsa *nocte* posuit *Iphigen. Taur.* v. 110. item Aeschylus in *Pers.* v. 427.

אִישׁ (אוּשׁ) verb. denominat., in Kal non usitat., Hithpal. הִתְאוֹשֵׁשׁ *virum* h. e. fortem, strenuum, prudentem *se gessit,* ἀνδρίζεσθαι Jes. 46, 8. v. Bocharti Hieroz. I, p. 667. et Gesen. ad h. l.

אִשָּׁה f. (pro אֱנָשָׁה, sed aliter nuper statuit Ewaldus Gr. p. 346. 457.) *femina* Gen. 7, 2 (animalium), *mulier* Deut. 21, 11. Ps. 58, 9., freq. in regim. et c. affix., ut אֵשֶׁת Gen. 20, 11., אִשְׁתְּךָ Gen. 6, 18. et אֶשְׁתְּךָ Ps. 128, 3., אִשְׁתּוֹ Gen. 3, 21. Exod. 4, 20. Cet. saepe *uxorem* signif. Gen. 2, 24. 7, 13., ut graec. γυνή Xenoph. Anab. 1, 2, 26. Hier. 3, 3, 4. (hinc אֵשֶׁת נְעוּרִים *conjux in ipsa juventute ducta* Jes. 54, 6. Mal. 2, 14. Prov. 5, 18., אֵשֶׁת בְּרִית *conjux legitimo matrimonio juncta* Mal. 2, 14., אֵשֶׁת זְנוּנִים *conjux scortationi dedita* Hos. 1, 2., אֵשֶׁת חֵיק *conjux carissima* Deut. 28, 53., א׳ אָב uxor patris h. e. *noverca* Levit. 18, 8. v. Kallii Proverb. arab. p. 110.), et cum aliis nominibus, praesertim iis, quae virtutes vitiave notant, copulatum facit concretum denominativum sive possessivum, ut *mulier gratiae* i. e. *gratiosa* Prov. 11, 16., *mulier stultitiae* h. e. *stulta* Prov. 9, 13.

אִישׁ בֹּשֶׁת v. sub אֵשׁ.

אִיתַי chald. i. q. יֵשׁ (targ. et syr. ܐܺܝܬ; sed illud ortum est e ܐܝܬ, אִית et א prosthet.) Dan. 2, 30. חָכְמָה דְּאִיתַי בִּי *sapientia, quae est in me,* 3, 25. 5, 11.; Esr. 4, 16. חֲלָק בַּעֲבַר נַהֲרָה לָא אִיתַי לָךְ *pars (terrae) trans Euphratem non erit amplius tua;* Dan. 4, 32. לָא אִיתַי דִּי יְמַחֵא בִידֵהּ *non est, qui percutiat manum ejus;* 2, 11. וְאָחֳרָן לָא אִיתַי דִּי יְחַוִּנַּהּ *non est alius, qui hoc indicet.* Cum particip. (pro verbo fin.) אִיתַי

אֱלָהַנָא יָכִל *est Deus noster potens* Dan. 3, 17. Cum affixis אִיתַנָא *nos sumus* Dan. 3, 18, אִיתֵיכוֹן *vos estis* 3, 14., אִיתָךְ *tu es* 2, 26., אִיתוֹהִי *is est* (etiam ubi in eadem sententia nomen praecedit, ita ut sufficisse videatur אִיתַי) 2, 10.

אִיתִיאֵל nomen propr. est (pro אִתִּי אֵל *mecum Deus*) Neh. 11, 7. nec non 1 Chron. 27, 32. ubi tamen א ob praecedens praefixum ו excidit וְיתִיאֵל plurimis etiam Prov. 30, 1. v. Umbreit. ad h. l.

אִיתָמָר v. sub rad. אות.

אֵיתָן v. sub rad. יתן.

אִיתֵין pro אִתִּין vid. sub rad. אתה.

אַךְ particula 1) exceptiva et restrictiva notans a) *tantum, tantummodo* Gen. 7, 23. Levit. 11, 21. Num. 1, 49. Ps. 62, 2. 2 Sam. 3, 13., אַךְ שָׂמֵחַ *laetus tantum* h. e. totus laetitia perfusus Deut. 16, 15., אַךְ חֹשֶׁךְ *non nisi tenebrae* (merae tenebrae) Ps. 139, 11. 39, 12. Jes. 16, 17. b) de tempore: *modo (nur so eben)* Gen. 27, 30. וַיְהִי אַךְ יָצֹא יָצָא *modo exiit*, Jud. 7, 19. c) *tamen* (sensu restrictivo), *veruntamen*, quanquam omnibus fere in locis vernacule pro *doch* poteris etiam *nur* dicere Gen. 20, 12. בַּת אָבִי הִיא אַךְ לֹא בַת אִמִּי *meines Vaters Tochter ist sie, nur (doch) nicht meiner Mutter Tochter*, Deut. 18, 20. *den Propheten sollen sie hören, nur (doch) wenn ein Prophet sich vermisst* u. s. w., 1 Sam. 29, 9. *ich weiss wohl (dass du bereit bist zu streiten), nur haben die Fürsten der Philister gesagt*, Gen. 34, 15. *wir können das nicht thun, nur dann wollen wir euch zu Willen sein* etc. Ita facile expedies locos Num. 31, 23. Jos. 3, 4. Ps. 49, 16. Adde Hos. 12, 9. *ditatus tamen sum* h. e. reliqua non curo, *tantum* hoc scio, me ditatum esse (Lxx. πλὴν). — 2) affirmativa: *profecto, certe* Gen. 44, 28. וָאֹמַר אַךְ טָרֹף טֹרָף *certe* (haud dubie) *discerptus est* (q. d. *tantum* hoc cogitari potest, eum discerptum esse, *nur zerrissen ist er, es bleibt kein anderer Gedanke übrig*), 1 Sam. 16, 6. Jer. 2, 35. Jes. 63, 8. Cf. istas form. *laetus tantum, tenebrae tantum, nur Finsterniss* h. e. *volle Finsterniss*.

אַכַּד nom. propr. urbis a Nimrodo conditae Gen. 10, 10., syr. ܐܟܪ, quod Ephraemus antiquum nomen urbis nobilissimae lat. *Nesibis* dictae fuisse perhibet v. Michaelis Spicileg. Geogr. Hebr. exterae T. I, p. 226 sqq.

אַכְזָב v. sub rad. כזב.

אַכְזָר vid. sub rad. כזר.

אָכִישׁ nom. propr. regis Gathae, civitatis Philist. 1 Sam. 21, 11. 27, 2. 1 Reg. 2, 39. Sunt, qui conferant aeth. አከተ אכת *honorificavit*. Sed Simoni in Onom. p. 311. videtur ortum esse ab arab. كاش, نكش *timuit*.

אָכַל (اكل, اكّل) 1) edit, *comedit* sive absol. (*epulatus est, coenavit*) Deut. 27, 7. 1 Sam. 9, 13. Hos. 4, 10. Ezech. 44, 3., sive addita cibi mentione: *edit, comedit, devoravit* sq. acc. Exod. 29, 32. Am. 7, 2. Prov. 23, 8. etc., sq. מִן Levit. 7, 21. 25, 22. Job. 31, 17. (Eccles. 5,

18.) vel בְּ Jud. 13, 16. Ps. 141, 4. Exod. 12, 43. 44. 45. vel לְ Thren. 4, 5.: *edere ex, de aliqua re, ἐσθίειν τινός.* אֹכֵל subst. *comesor* Jud. 14, 14. (de leone, qui arab. etiam الآكل dicitur). Saepenumero *translate* dicitur (quemadmodum lat. *devoravit*), ita ut sit a) *consumere, perdere, conficere;* quo sensu tribuitur ori Gen. 2, 16., igni et fulguri Job. 1, 16. Deut. 4, 24. Jes. 29, 6. Exod. 24, 17. (cf. ἐσθίειν Hom. Iliad. 23, 182. et *ignis edax* ap. lat. poet.), irae Ps. 79, 5. 7. Exod. 15, 7., ardenti studio Ps. 69, 10., gladio 2 Sam. 2, 26. 18, 8. Deut. 32, 42. Jer. 12, 12., terrae Num. 13, 32. Levit. 26, 38., calori et frigori Gen. 31, 40., fami et pesti Ezech. 7, 15., Diis Deut. 32, 38. Ezech. 16, 20. Jer. 3, 24., morbis mortiferis Job. 18, 13. Homines autem ipsi paulo audacius dicuntur *comedere hostes suos* Deut. 7, 16. Jer. 10, 25. 30, 16. vel *judices* Hos. 7, 7. vel *pauperes* et *afflictos* Prov. 30, 14. Hab. 3, 14., in quibus locis ista translatio paene in significationem vertit. b) i. q. avide arripere (tanq. cibum delicatiorem), in succum quasi et sanguinem convertere, ut *devorare divinam institutionem* Ezech. 2, 8. Jer. 15, 16. (cf. Cic. Attic. 7, 3.). c) de explenda libidine Prov. 30, 20. mulier adultera *comedit* (fruitur venere), *tergit os suum et dicit: nil mali patravi.* — Ceterum adde: a) אָכַל לֶחֶם significat *epulo accumbere, epulari, coenare* Gen. 43, 16. 25. 32. Jer. 41, 1. Eccles. 5, 16. b) אָכַל לֶחֶם פ׳ Ps. 41, 10., אָכַל פַּתְבַּג פ׳ Dan. 11, 26., אָכַל בְּלֶחֶם פ׳ Levit. 22, 11., אָכַל לֶחֶם עַל שֻׁלְחַן פ׳ 2 Sam. 9, 7.: *commensalem esse alicujus, ab aliquo ali.* c) אָכַל (לֶחֶם) לִפְנֵי יְהוָֹה *epulas sacrificales instituere* Exod. 18, 12. Deut. 12, 7. 18. 1 Chron. 29, 22. d) אָכַל אֵפֶר כַּלֶּחֶם *cinerem comedere ut panem* Ps. 102, 10. de summo, in quo quis versatur, luctu cf. Ps. 42, 4. e) אָכַל בְּשַׂר פְּלֹנִי Ps. 27, 2. *alicujus carnem edere* (ferarum more) i. e. saevire in aliquem, crudeliter aliquem tractare; אָכַל בְּשָׂרוֹ *suam carnem comedere* Cohel. 4, 5. h. e. moerore, aerumnis confici (v. Bohlen. Symbol. p. 30.). — 2) *frui, perfrui* aliqua re Job. 21, 25., sq. בְּ, Eccles. 6, 2. (5, 18.) sq. מִן. Vid. supra loc. Prov. 30, 20. sub c.

Praet. 3. f. cum affixo אֲכָלָתְךָ Ezech. 28, 18., אֲכָלַתְהוּ Ezech. 15, 5., אֲכַלְתֶּם Jer. 5, 14. Infin. absol. אָכוֹל Gen. 2, 16. 1 Sam. 14, 30, constr. אֱכֹל Gen. 3, 11. Deut. 12, 23. sed cum praefixis ו, כ et ל semper אֱכֹל 1 Sam. 28, 22. Jes. 5, 24. Gen. 24, 33. Exod. 16, 8., cum affixis אָכְלְךָ Gen. 2, 17., אָכְלוֹ 1 Reg. 13, 23. et אָכְלָה 1 Sam. 1, 9., imper. אֱכֹל 1 Sam. 9, 24., cum ה paragog. אִכְלָה Gen. 27, 19.; plur. in pausa אֱכֹלוּ Jes. 55, 1. Fut. יֹאכַל et יֹאכֵל (v. Gesen. L. p. 376.), 1. p. sing. אֹכַל Jes. 44, 19. et אֹכֵל Gen. 24, 33., plur. תֹּאכְלוּ, c. affixo תֹּאכְלֻנָּה Ezech. 4, 10., semel תְּאָכְלֵהוּ Job. 20, 26. v. Ewald. Gr. p. 398.

Niph. נֶאֱכַל *edi, comedi* Levit. 6, 16. 7, 18. 19, 7. Exod. 12, 16., it. *consumi* igne Exod. 22, 5. Part. foem. נֶאֱכֶלֶת *quod comeditur* h. e. comedere licet Levit. 11, 47. — Pih. תְּאָכְלֵהוּ Job. 20, 26., quod huc referunt (pro תְּאַכְּלֵהוּ v. Gesen. Lehrg. p. 251.) v. sub Fut. Kal. — Pyh. אֻכַּל *comedi, vorari, consumi* igne Exod. 3, 2. Neh. 2, 3. 13. Nah. 1, 10., gladio Jes. 1, 20., ad quem l. v. Gesen. — Hiph. הֶאֱכִיל 1) *edere fecit* aliquem aliquid sq. dupl. acc. Exod. 16, 32. Prov. 25, 21. Ezech. 3, 3. Num. 11, 4. Jes. 49, 26.; תַּאֲכִיל לַעֲנָה *absinthium comedendum*

Ad trop. verbi usum Ezech. 2, 8. 3, 1 illustrandum v. quae de sam. שתה et arab. شرب أكل monuit Gesenius in comentat. de theol. Sam. p. 24.

dedit Jer. 9, 14. 23, 15. de suppliciis, quae ab al. sumuntur. It. *frui fecit, fruendum dedit* Jes. 58, 14. 2) *comedit, voravit* (gladius) Ezech. 21, 33., ubi tamen הָכִיל non pro הַאֲכִיל dictum, sed a rad. כּוּל ortum esse videtur SCHNURRERO, cf. ROSENM. ad h. l. — Hoph. Ezech. 42, 5. יוּכְלוּ pro יֻאכְלוּ *comedebantur* i. e. architect. *imminuebantur, abbreviabantur.* GIGG. attulit أُكْل rei *imminutio.* Cf. cogn. كال VI. *brevitatem prae se tulit,* X. *brevis fuit.*

אֲכַל chald. *edit, comedit* Dan. 7, 5. 7. 19. Fut. יֵאכֻל Dan. 4, 33. 7, 23. Singularis phrasis est, qua calumniator dicitur *comedere* vel *concidere frusta* alicujus (אֲכַל קַרְצִין Dan. 6, 25.), quod Latinis est *proscindere, rodere, mordere, lacerare* etc. Hinc syr. ܐܳܟܶܠ ܩܰܪܨܳܐ *calumniator.*

אֹכֶל m. *cibus* Ruth. 2, 14, max. de frugibus et frumento Gen. 41, 35. 48. Deut. 2, 6. 28. Hab. 3, 17. Prov. 13, 23. etc. Cum affixo אָכְלוֹ Exod. 12, 4. Job. 20, 21.

אָכְלָה f. *id.* Gen. 1, 29. 30. Exod. 16, 15. Levit. 11, 39. etc., de pabulo ferarum Jer. 12, 9., trop. de *alimento* ignis Ezech. 15, 4. 6. 21, 37.

אֲכִילָה f. *comestio, comestum* 1 Reg. 19, 8.

מַאֲכָל m. *cibus* Gen. 6, 21. Levit. 19, 23. Deut. 20, 20., in regim. מַאֲכַל Gen. 40, 17. Job. 33, 20., cum affixis מַאֲכָלוֹ Habac. 1, 16., מַאֲכַלְכֶם Dan. 1, 10.; אֹצְרוֹת מַאֲכָל *cellae frumentariae* 2 Chron. 11, 11., מַאֲכַל שֻׁלְחָן *victus mensae* 1 Reg. 10, 3., עֵץ מַאֲכָל *arbor frugifera* Levit. 19, 23., צֹאן מַאֲכָל *oves ad mactandum destinatae* Ps. 44, 12.

מַאֲכֹלֶת f. *id.* Jes. 9, 4. 18.

מַכֹּלֶת f. *id.* 1 Reg. 5, 11. per syncopen pro מַאֲכֹלֶת.

מַאֲכֶלֶת f. *culter,* proprie *cibarius,* quo *comeditur* Gen. 22, 6. 10. Jud. 19, 29. Plur. מַאֲכָלוֹת Prov. 30, 14. Arab. similiter مِيكَال *cochlear.*

אָכֵן vid. sub rad. כון.

אָכַף *sarcinas* (onus) *imposuit* (arab. أَكَفَ IV.), *ad opus adegit* (syr. ܐܶܟܰܦ) Prov. 16, 26., unde poteris l. c. sic vertere: *anima* (i. e. homo) *laborans laborat sibi* h. e. in commodum suum, *quia adigit* (impellit) *ad id os ejus* h. e. necessitas victus eum ad laborem coëgit. Praeivit VULG. *compulit,* v. SCHULTENS. ad l. c. et MICHAELIS in *Suppl.*

אֶכֶף m. *onus, sarcina,* Job. 33, 7. *onus meum* (gravitas, auctoritas loquentis, *mein geistiges Gewicht*) *haud grave tibi incumbet.* ARABS إِقْدَامِي *aggressio mea,* ad sensum haud inepte.

אָכַר rad. Hebr. non usitat., arab. أَكَرَ V. *fodit* terram (cf. כרה).

אִכָּר m. *fossor terrae* i. e. *agricola* Jer. 51, 23. Am. 5, 16. (chald. et syr. ܐܟܳܪܳܐ *id.*, arab. أَكَّار Mt. 20, 2. Mr. 12, 7.). Plur. אִכָּרִים 2Chron. 26, 10. Jer. 14, 4., in regim. אִכָּרֵי, cum affixo אִכָּרֵיכֶם Jes. 61, 5. (c. kamez impuro, est enim pro אִכָּאר).

אַל *ne* v. infra sub rad אלל.

אֶל, sequente linea makkeph אֶל־ (quo tamen modo scribitur etiam sine makkeph, tum quia rarius sine illa occurrit, tum ob arctiorem ejus cum sequente voce cohaerentiam, tum denique distinctionis caussa), arab. إِلَى, praeverbium, quod in universum significat, *tendere aliquid aliquo.* Proprie *loci* est copulaturque a) cum verbis *movendi*: ad Exod. 3, 13. Deut. 14, 25. Jos. 7, 23. Esth. 1, 22. 2Sam. 2, 22. Exod. 29, 12. Levit. 4, 7., *versus* Num. 24, 1. Eccles. 1, 6. Ruth. 1, 7., *an (auf)* Levit. 1, 16. Exod. 19, 9. 28, 31. Jos. 5, 14. 1Sam. 6, 11., *contra* Gen. 4, 8. Jud. 12, 3. Zach. 14, 2., *usque ad* Jer. 51, 9. (πρός Xenoph. Anab. 4, 5, 2.), etiam *in* c. acc. *(hinein)* Gen. 6, 18. 7, 1. 19, 3. 2Sam. 5, 8. Jer. 32, 18. *), *inter* 1Sam. 10, 22. נֶחְבָּא הוּא אֶל־הַכֵּלִים *occultaverat se inter impedimenta (unter die)*, Jer. 4, 3.; b) cum verbis, quae *conversionis* tantum et *directionis* notionem continent *(blosse Richtung nach einem Orte)*; hinc *precari ad* 1Reg. 8, 30. 42. Jes. 37, 15. Jud. 11, 36., שָׁמַע אֶל *hören auf* Gen. 16, 11. 2Chron. 6, 19. 1Reg. 8, 41., קָרָא אֶל *zurufen* Gen. 3, 8. 19, 5., קִוָּה אֶל *harren auf* Hos. 12, 7. coll. Ps. 130, 7. Jes. 38, 18., בָּטַח אֶל *vertrauen auf jem.* Prov. 3, 5. Ps. 4, 16. etc., hinc *erga* 2Sam. 3, 8. 1Reg. 14, 13. Ps. 119, 20. etc. — *Translate* dic. de animi ad aliquid conversione h. e. 1) de *norma*, ad quam quid exigitur, *secundum* (πρός, *nach*) Jos. 15, 13. *dedit iis* אֶל־פִּי יְהוָֹה *secundum praeceptum Jovae*, praecepto J. convenienter, 17, 4. Gen. 6, 16., etiam de instrum. mus., *ad* quod carmina decantantur (ut עַל) Ps. 5, 1. 80, 1. (cf. πρός Xenoph. Anab. 6, 1, 5. Hinc vero explicabis, quod verbis *similitudinis* adjicitur (ubi nos dativo uti solemus) Jes. 14, 10. 40, 18. Ezech. 31, 2. (cf. παραβάλλειν πρός Aeschin. Dial. 2, 39.). 2) de eo, quem loquentis audientisve mens spectat: de (post verba dicendi, sciscitandi, audiendi) Gen. 20, 2. וַיֹּאמֶר אֶל־שָׂרָה אֲחוֹתִי הִיא *dixit de Sara: haec soror mea* (propr. *in Beziehung auf S.*, ita ut oratione peteret Saram), Jes. 29, 22. 1Sam. 21, 12. Ps. 2, 7. Jer. 22, 18. Job. 42, 7. Ezech. 12, 19., וַתִּשְׁמַע אֶת־הַשְּׁמוּעָה אֶל־הִלָּקַח אֲרוֹן הָאֱלֹהִים *audivit rumorem de arca Dei capta* (rumorem, qui pertinebat, spectabat *ad* etc.) 1Sam. 4, 19., לִדְרשׁ דָּבָר מֵעִמָּךְ אֶל־בְּנָהּ *ad sciscitandum aliquid ex te de filio suo (in Beziehung auf ihren Sohn)* cf. graec. λέγειν, βουλεύεσθαι πρός τι. 3) de *caussa*, qua quis movetur: *propter* (πρός) Ezech. 27, 31. הִקְרִיחוּ אֵלַיִךְ קָרְחָה *calvitiem sibi inducent propter te* (pr. ita, ut ad te respiciant, *in Beziehung auf dich und dein Schicksal*), 1Sam. 20, 34.

---

*) Non ita crebro haec voc. potestas legitur, et licuit Hebraeis ad vitandam orationis ambiguitatem accuratius dicere אֶל־תּוֹךְ פ cf. Deut. 21, 12. Jer. 41, 7. Zach. 5, 8.

2 Sam. 21, 1. Jes. 66, 5. 1 Reg. 16, 13. adde Ezech. 41, 7. ibique Rosenm., hinc etiam post verb. *lacrimandi* et *conquerendi* (quanquam eo sensu frequentius dic. עַל) 2 Sam. 1, 34. 1 Sam. 20, 34. 15, 35.

Raro copulatur cum verbis, in quibus inest mera *quietis* notio, ita ut sit: *ad* i. e. *prop., apud, bei* Gen. 24, 11. *bibendum dedit camelis* אֶל־בְּאֵר הַמָּיִם *ad* (prope) *puteum aquae* (adductis ad p. a.?), Jer. 41, 12. *invenerunt hostes ad aquas magnas*, Jos. 11, 5. Ezech. 2, 6., 1 Reg. 13, 20. יָשַׁב אֶל־הַשֻּׁלְחָן *sedere ad mensam*, conversum ad m. (nisi est *sich zu Tische setzen*, ut καθίζεσθαι εἰς Thuc. 1, 24. 3, 75.), Ps. 109, 14. יִזָּכֵר עֲוֹן אֲבֹתָיו אֶל־יְהוָה *memoria iniquitatis patrum ejus servabitur apud Jovam.* Lat. adeo dicunt: *esse ad aliquem* Cic. Att. 10, 4. et Graeci εἶναι πρός τινα 1 Thess. 3, 4. Sed probe sejungenda sunt haec: *calumniari servum apud dominum* Prov. 30, 10. 2 Sam. 19, 28., *mentionem facere alicujus ap. aliquem* Gen. 40, 14., *laudare aliquem ap. aliqu.* Gen. 12, 15., nam nos etiam dicimus: *einen gegen jem.* (πρός, εἰς) *verleumden, erwähnen* h. e. ita ut oratio ad illum conversa sit.

Plane absonum est, quod dicunt אֶל significare a) *in* c. abl. et *a* (v. Gesen. ad Jes. II, p. 305.); nam Gen. 6, 6. וַיִּתְעַצֵּב אֶל־לִבּוֹ non est: *doluit in animo*, sed ut nos dicere possimus: *es schmerzte ihn in die Seele* h. e. factum illud *injecit, incussit* ipsi dolorem, Jud. 6, 39. יְהִי חֹרֶב אֶל־הַגִּזָּה *sit, delabatur* (te jubente) *in vellus* (humidum) *siccitas* (*es komme darauf*), 2 Chron. 32, 6. וַיִּקְבְּצֵם אֵלָיו אֶל רְחוֹב שַׁעַר *congregavit eos ad se in plateam*, coll. 2 Chron. 5, 7. Jes. 7, 3. (ubi perperam vertit Gesenius) Esth. 9, 30., Ps. 104, 22. אֶל־מְעוֹנֹתָם יִרְבָּצוּן *sie lagern sich in ihre Höhlen* (cf. *jacere in lustra* Plaut. et κεῖσθαι εἰς τ. Theocr. 22, 203. Herod. 3, 31.), Jes. 66, 17. מִטַּהֲרִים אֶל־הַגַּנּוֹת *lustrantes se in hortos* h. e. spectantes hortos sc. ut ibi sacra facere possint, *für die Gärten* LXX. εἰς τοὺς κήπους, Gen. 41, 57. בָּאוּ מִצְרַיְמָה לִשְׁבֹּר אֶל־יוֹסֵף *venerunt in Aegyptum ad emendum* (*emendi caussa*) *ad Josephum*, non *ad emendum a Josepho.* Praegn. dicta sunt 1 Reg. 8, 30. אַתָּה תִּשְׁמַע אֶל־מְקוֹם שִׁבְתְּךָ *tu audies in locum habitationis tuae, hinauf in den Himmel wirst du es hören.* — Nec magis necessariae hae significationes: b) *cum;* etenim omnes formulae, quas huc trahunt, vel praegnanter dictae sunt, ut זָנָה אֶל *scortari cum al.* (pr. ita, ut ad eum accedas, te applices) Num. 25, 1. Ezech. 16, 29., הִשְׁלִים אֶל *pacem facere cum* Jos. 11, 19. (cf. Thuc. 4, 15. Xenoph. Hier. 2, 11. Rom. 5, 1.), vel ita comparatae, ut אֶל conversionem et directionem indicet, ut רִיב אֶל (*auf jem. zanken*) Job. 33, 13., הוֹכִיחַ אֶל Job. 13, 3. Adde 2 Sam. 18, 27. אֶל־בְּשׂוֹרָה טוֹבָה יָבוֹא *venit ad bonum nuncium* (perferendum), *er kommt zu guter Botschaft* (fere ut: *zu meiner Freude, zu meiner Erheiterung kommt er*); c) *per*, de instrumento; nam Num. 5, 23. מָחָה אֶל מֵי *est* praegn. dictum: *in aquas* conjiciendo *delere;* ad loc. vero Jer. 35, 4. v. Grotius, Schnurrer. et Rosenm. Denique Num. 25, 8. וַיִּדְקֹר אֶת־שְׁנֵיהֶם אֶל־קֳבָתָהּ est: *er stach sie in* etc.

Cum affixis (plur.) אֵלַי Gen. 18, 21. 24, 30., אֵלֶיךָ 6, 20., אֵלַיִךְ 38, 16., אֵלָיו 8, 9., אֵלֶיהָ 20, 4., אֵלֵינוּ 19, 5., אֲלֵיכֶם 19, 8., אֲלֵיהֶם

19, 6. 10., אֵלֵיהֶן Exod. 1, 17., poet. אֱלֵימוֹ Ps. 2, 5. Haec plur. vocabuli forma seorsum אֱלֵי ap. poetas tantum reperitur Job. 5, 26. 15, 22. 29, 19.

אֵל Pronomen *demonstrativum* plur. utriusque generis: *hi, hae* 1 Chron. 20, 8., cum articulo הָאֵל Gen. 19, 8. 25. 26, 3. 4. Levit. 18, 27. Deut. 4, 42. etc., frequentius אֵלֶּה Gen. 2, 4. Exod. 6, 14. Levit 11, 13. etc. Refertur tam ad *antecedentia* Gen. 9, 19. 10, 20., quam ad *consequentia* Gen. 2, 4. 6, 9., nec tamen ita differt ab הֵם, ut semper אֵלֶּה propinquius demonstret, הֵם remotius. Distributive אֵלֶּה — וְאֵלֶּה οἱ μὲν, οἱ δέ Jos. 8, 22. 2 Sam. 2, 13.

אֵל chald. *id.* sec. Kri Esr. 5, 15., אֵלֶּה Jer. 10, 11. et sec. Cthib Esr. 5, 15.

אֵל, אֵלָה et אֵלוֹן *terebinthus,* vid. supra sub rad. אול.

אֶלְגָּבִישׁ m. *grando* v. sub rad. גָּבַשׁ.

אַלְגּוּמִּים v. infra אַלְמֻגִּים.

אָלָה I) 1) *juravit* (arab. آلَّ pro أَلْوَ IV. V.) Hos. 4, 2. 1 Reg. 8, 31. 2) *exsecratus est* aliquem, *imprecatus est* alicui Jud. 17, 2. (convenit aethiop. ፀረመ: *aversatus est*). Hiph. *jurare fecit* aliquem, ad *jusjurandum adegit* 1 Reg. 8, 31. 2 Chron. 6, 22. 1 Sam. 14, 24. (in quo postremo loco est fut. apoc. וַיֹּאֶל, quod Ewaldus a rad. יאל repetere maluit). — II) i. q. ילל, אלל *ejulavit* (chald. et syr. ܐܠ *id.*) Joel. 1, 8., ubi imp. אֱלִי. — III) i. q. أَلِيَ *carnosum (obesum) esse* v. אַלְיָה.

אָלָה f. 1) *jusjurandum* Gen. 26, 28. Ezech. 16, 59. 17, 18., אָלָתִי *jusjur. meum* h. e. mihi datum Gen. 24, 41. vel meo (Jovae) nomine dictum Ezech. 17, 19.; בּוֹא בְאָלָה *jusjur.* inire h. e. *dicere, praestare* Neh. 10, 29. (cf. Virg. Aen. 4, 339. *in foedera venire*), הֵבִיא בְאָלָה *ad jusjur. adigere* Ezech. 17, 13., נָשָׂא אָלָה בְּ *imponere* h. e. *deferre alicui jusjur.* 1 Reg. 8, 31. 2 Chron. 6, 22. Meton. *pactum* sacramento confirmatum Deut. 29, 13. 2) *maledictio, exsecratio* Jes. 24, 6. Jer. 23, 10. Ps. 59, 13., הָיָה לְאָלָה *exsecrationi esse (fieri)* Jer. 44, 12., נָתַן לְאָלָה *exsecrationi tradere* Num. 5, 21. Jer. 42, 18. Plur. אָלוֹת *exsecrationes* Num. 5, 23. Deut. 29, 21.

תַּאֲלָה f. *maledictio, exsecratio.* Cum affixo תַּאֲלָתְךָ *exsecratio* h. e. poena *tua* (Jovae) Thren. 3, 65.

אֵלָה, אַלָּה et אַל vid. supra sub rad. אול.

אַלְיָה f. Exod. 29, 22. Levit. 3, 9. 7, 3. 8, 25. 9, 19. *cauda ovium* orientalium *pinguis* et *crassa* (v. rad. n. 3.), quarum minima decem vel duodecim libras pondere excedit, v. Herod. 3, 15. Aristot. Anim. 8, 28. Aelian. Anim. 3, 3. Golius in Lex. p. 146. Bocharti *Hieroz.* Tom. I, p. 556. ed. Lips. Talis ovis figuram v. in Ludolfi Hist. aethiop. lib. I. c. 10.

אָלַהּ radix inusit., arab. أَلَهَ *coluit, adoravit,* med. kesre: *stupuit, obstupuit.* Unde

אֱלֹהַּ m. *numen,* quod colitur, Deus (إلٰه et ألّه) 2 Chron. 32, 15. Dan. 11, 39., max. Jova Deut. 32, 15. 17. Job. 3, 4. 23. Ps. 18, 32. 114, 7. etc. (A *timere* autem multa Dei Deorumque nomina ducta esse, exemplis ostendit Michaelis in Coll. crit. ad Ps. 40, 5. p. 299.). Singularis legitur quinquagesies et septies, max. in libris poeticis, in cantico Mosis Deut. 32. bis, in prophetis aliquoties, in Jobo quadragies, in reliquis libris sedecies, cum plur. אֱלֹהִים bis millies et quingenties circiter occurrat. Adde hanc phrasin: הֵבִיא אֱלוֹהַּ בְּיָדוֹ *Deum in manu sua affert s. tenet,* omnia facit, ad quod perpetrandum vires habet, Job. 12, 6., vicin. illi זֶה כֹחוֹ לֶאֱלֹהוֹ *cui vis Dei loco est,* qui sibi omnia permittit, ad quae vires sufficiunt, Habac. 1, 11. Cum praefixo לֶאֱלוֹהַּ Job. 12, 4. Dan. 11, 38. sed accedente affixo לֵאלֹהוֹ Habac. 1, 11. — Plur. אֱלֹהִים adhibetur non tantum de *diis* commentitiis Exod. 20, 3. 20. Deut. 4, 28. Jos. 24, 20. Jud. 2, 12. etc., sed etiam de *Deo vero* Gen. 1, 1. Exod. 20, 12. 17. Ps. 45, 7. etc., qui est *pluralis excellentiae* v. Gesenii Lehrg. p. 663. [Aliorum Theologorum sententias v. ap. Deyling. *Observatt. S.* P. II, p. 11. L. Cappell. dissert. de *nomine* אלהים, subjecta ejus *Criticae S.* Vriemoet. ad *Dicta class.* T. I, p. 121 sq. Herder. *Geist der hebr. Poesie* P. I, p. 48. Bauer. *bibl. Theol. d. A. T.* Vol. I, p. 23. Ewald. Gr. p. 641. etc]. Construitur *hoc* sensu cum adjectivo plurali אֱלֹהִים חַיִּים 1 Sam. 17, 26., קְדֹשִׁים Jos. 24, 19., הָאַדִּירִים 1 Sam. 4, 8., plerumque cum verbo singulari, sed etiam cum verbo plurali הָלְכוּ אֱלֹהִים 2 Sam. 7, 23. 1 Reg. 19, 2. Ps. 58, 12. Gen. 35, 7. [Falluntur, qui *judices* etiam Exod. 21, 6. Ps. 82, 1. 6. aut *angelos* Ps. 8, 6. 97, 7. אֱלֹהִים dici putant, v. de Wettius ad hos loc.].

Persaepe in V. T. mentio fit et *filiorum* et *virorum Dei.* Et *vir* quidem *Dei,* אִישׁ אֱלֹהִים, appellatur vel *angelus* de coelis demissus Jud. 13, 6. 8. vel *propheta* voluntatis divinae interpres 1 Sam. 2, 27. 9, 6. 1 Reg. 13, 1. vel alius quivis, cujus singularis est cum Deo familiaritas, ut *Moses* Deut. 33, 1., ut *Davides* Neh. 12, 24. 36. — *Filius* autem *Dei,* בֶּן־אֱלֹהִים, Ps. 2, 7. 82, 6. 89, 27. coll. 2 Sam. 7, 14., dicitur *rex Israelitarum* tanquam a Jova constitutus ejusque auctoritate res israeliticas moderans (coll. διογενής, διοτρεφής βασιλεύς ap. Hom.), unde fit, ut Ps. 2, 7. יָלַד ad *inaugurationem* regis transferatur. Cf. Ilgen de notione tituli filii Dei Jen. 1794. repet. in Pauli Memor. VII, p. 119 sqq. Sed numero plur. בְּנֵי אֱלֹהִים sunt vel *omnes Dei cultores* Deut. 14, 1. Ps. 73, 15. Prov. 14, 16 vel *angeli* omninoque naturae Deum inter atque homines intermediae Job. 1, 6. 2, 1. 38, 7. Gen. 6, 1 sqq.

Aliis nominibus additum voc. אֱלֹהִים passim significationem auget, quoniam res magnae in suoque genere eximiae *divinae* dicuntur Hebraeis (v. אֵל), ut הַר אֱלֹהִים Ps. 68, 16. (cf. עִיר גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים Jon. 3, 3.).

Cum Praefixis per syncopen punctorum dicitur בֵּאלֹהִים (pro בֶּאֱלֹהִים) Gen. 21, 23., כֵּאלֹהִים Gen. 3, 5., לֵאלֹהִים Gen. 17, 7. etc. In regim. אֱלֹהֵי Gen. 9, 26. Exod. 3, 6. 13. 15. 16. 18.; de אֱלֹהִים צְבָאוֹת Ps. 59,

6. 80, 5. 20. 84, 9. v. sub צבא; אֱלֹהִים אֱמֶת Jer. 10, 10. non dicitur pro א׳ אֱלֹהֵי, sed pr. est: *Deus* qui est *veritas* v. EWALD. Gramm. p. 627. (quanquam 2 Chron. 15, 3. a jejuno emendatore editum est אֱלֹהֵי אֱמֶת), cum affixo אֱלֹהֵיכֶם Gen. 43, 22. Exod. 6, 7. etc.

אֱלָהּ m. chald. *Deus* Dan. 2, 18. 3, 15. 6, 8. Esr. 5, 1. 6, 14. etc., emphat. אֱלָהָא Dan. 2, 20. 3, 26. 32. Esr. 4, 24. etc.; אֱלָהּ שְׁמַיָּא *Deus coelorum* Esr. 5, 11. 6, 9., אֱלָהָא עִלָּאָה *Deus supremus* Dan. 5, 18., אֱלָהָא חַיָּא *Deus vivus* (opp. idolis) Dan. 6, 20., cum praefixis וֵאלָהָא Esr. 6, 12., לֵאלָהָא Dan. 5, 23. (sed לֶאֱלָהָא Dan. 2, 19.), cum affixis אֱלָהִי Dan. 6, 23., אֱלָהָנָא, אֱלָהָךְ, אֱלָהֲכֹם etc. Plur. אֱלָהִין Dan. 2, 11. 47. 3, 25. 5, 11. 14., emphat. אֱלָהַיָּא Jer. 10, 11., in regim. cum praefixo לֵאלָהֵי Dan. 5, 4. 23.

אֲלוּ chald. *ecce!* Dan. 2, 31. 4, 7. 10. 7, 8., pro אֲרוּ (permutatis ל et ר), quod occurrit Dan. 7, 2. 5. 6. 7. 13.

אִלּוּ *si, quod si* Eccles. 6, 6. Esth. 7, 4. Conflatum putatur ex אִם et לוּ. Syr. ܐܶܠܘܽ *id.*

אָלַח (propr. *acescere, acore corrumpi,* ut إِيتَلَخَ de lacte v. SCHULTENS. ad Job. 15, 16. hinc) *corruptus, perditus fuit* (sensu ethico), in Kal inusit., Niph. נֶאֱלַח *id.* Ps. 14, 3. 53, 4. Job. 15, 16.

אַלְיָה *cauda,* vid. supra sub rad. אלה.

אִלֵּין pronom. demonstr. chald. plur. com.: *hi, hae; illi, illae* Dan. 2, 44. 6, 3. 7, 17., alibi אִלֵּן Dan. 6, 7.

אֱלִישָׁה nom. propr. regionis occident. Gen. 10, 4., fortasse *Peloponnesi,* in qua *Elis* vetustissima et amplissima regio, cujus una pars HOMERO vocatur *Alisium.* Hinc *purpura ex Elisa* Ezech. 27, 7. i. e. ex Peloponneso, ubi purpurae piscatio celeberrima fuit, PLIN. H. N. 9, 36. HORAT. carm. lib. 2, od. 8. Cf. BOCHART. Geogr. III, 4. p. 176—178. CLERICUS ad Gen. 10, 4. Contra vero MICHAELIS in spicil. Geogr. Hebr. T. I, p. 79. Graeciae nomen *Hellas* esse arbitratur, non exclusa tamen Peloponneso, quoniam Moses, de gentibus a יָוָן ortis loquens, non debuerit non ipsius Graeciae incolas primo loco nominare. At vero saepe factum est, ut *nationis* nomen ab exteris in *gentis* totius appellationem converteretur. Ceterum quod SCHULTHESS. (Paradies p. 244 sqq.) אֱלִישָׁה quaerendam in Africa esse voluit, id nemini facile persuadebit. HENSLERI denique opinionem docte refutavit DOEDERLINUS (*neues theol. Journal.* I, p. 387.).

אִלֵּךְ pron. *demonstrativum* chald. utriusque generis, i. q. hebr. אֵלֶּה. In solo masc. plur. occurrit Dan. 3, 12. 13. 6, 6. Esr. 4, 21. 5, 9. 6, 8. etc.

אלל radix. inusit. I) i. q. יָלַל *ejulavit* v. אַלְלַי. — II) *defecit, esse desiit,* coll. arab. أَلَّ *defecit.* — III) i. q. אול *robustus fuit, robore valuit.*

אַל propr. *nihilum, res nihili* Job. 24, 25., sed plerumque in adverbium negandi abit: *ne* sq. fut. (max. c. he parag.) Gen. 19, 17. 49, 4. Exod. 3, 5. Deut. 33, 6. 1 Sam. 26, 9. 2 Reg. 18, 31. Jer. 7, 4. Num. 16, 15. Jos. 10, 6. 2 Sam. 1, 21. Job. 4, 6. 7. Huc spectat etiam Ruth. 1, 13. אַל בְּנֹתַי *ne, filiae meae,* quod elliptice dictum est pro: *ne hoc ita fiat, accidat,* et Am. 5, 14. דִּרְשׁוּ טוֹב וְאַל רָע *sectamini bonum et ne malum* sc. sectemini. A פֶּן eo differt, quod *hoc* (plurimis certe in locis) a verbo praegresso pendet, אַל vero absol. ponitur. Semel sumitur (sq. praet.) interrogative: *an non?* 1 Sam. 27, 10., ut arab. *ala* (sed vett. interpr. videntur legisse אָן *quo,* ut in aliquod codd. est, v. DE ROSSI var. lectt. II, p. 160 sq.). In compositione legitur Prov. 12, 28. אַל־מָוֶת *non-mors* h. e. *immortalitas.* Alibi non ponitur pro simpl. לֹא; locos Job. 5, 22. Prov. 3, 25. recte interpretatus est UMBREITIUS, in reliquis Cant. 7, 3. Ps. 50, 3. Mich. 7, 5. facile perspicies, veram voc. notionem teneri commode posse.

אַל chald. *ne* Dan. 2, 24. 4, 16. 5, 10.

אֱלִיל m. 1) *vanus, inanis* Zach. 11, 17. (syr. ܐܠܝܠܐ *debilis, humilis*); hinc אֱלִילִים *vani, inanes,* vi et efficacia carentes, epitheton idolorum 1 Chron. 16, 26. Ps. 96, 5., deinde *idola* ipsa Levit. 19, 4. 26, 1. Jes. 10, 11. — 2) subst. *vanum, vanitas,* רֹפְאֵי אֱלִיל *consolatores vanitatis* h. e. *inepti,* qui nihil offerunt, quod frugis sit Job. 13, 4.

אַלְלַי sq. לִי interjectio: *vae mihi!* graec. ἐλελεῦ! Mich. 7, 1. Job. 10, 15. v. rad. n. 1.

אַלָּה f. *quercus* Job. 24, 26. a rad. n. 3.

אַלּוֹן m. *id.* Gen. 35, 8. Jes. 6, 13. 44, 14. Hos. 4, 13. conf. KROMAYER. *Specimen fontium sacrae script. apertorum* p. 30 sq. Plur. אַלּוֹנִים Ezech. 27, 6. Am. 2, 9. Jes. 2, 13. Zach. 11, 2. *Metaphorice* legitur de *potentibus* Jes. 2, 13. Zach. 11, 2.

אֱלוּל 1) mensis Hebr. sextus, Septembri partim, partim Octobri respondens, Neh. 6, 15., syr. ܐܝܠܘܠ, arab. أيلول. 2) semel in Cthib i. q. אֱלִיל Jes. 14, 14. [Talm. אלולבים *qui nati sunt mense Elul,* in Mischn. V, 189.].

אָלַם *ligavit, colligavit,* in Kal inusit., Niph. נֶאֱלַם *obmutuit,* q. d. *linguâ ligatus est* (syr. ܐܬܐܠܡ in ASSEMANI Biblioth. or. III, 1, p. 80. conf. δεσμός τῆς γλώσσης Marc. 7, 35. et pers. زبان بستن *linguam ligare*) Jes. 53, 7. Ps. 31, 19. 39, 3. 10. Ezech. 33, 22. 24, 27. Ab hac significatione, levi deverticulo, oritur illa, quae in nomin. אַלְמָנָה, אַלְמָן, אַלְמֹן, אַלְמָנוּת inest: *solitarium, viduum esse* (cf. arab. بلم). — Pih. (*firmiter*) *colligavit* Gen. 37, 7. [Radici arab. ألم *ligandi, alligandi, colligandi* notionem vindicant SCHULTENSIUS in *or.* p. 270. et SCHEIDIUS in *obss. etym.* Verba vero *ligandi* cum referre soleant Orientales ad *dolores* (cf. חָבַל), hinc أَلِمَ *doluit,* quae etiam significatio in Arab.

per omnes conjugationes omniaque derivata regnat, et ap. interpr. graec. occurrit Dan. 10, 15. In Corano centies legitur عقاب أليم *poena dolorifica, q. stringens*].

אֵלֶם q. d. *mutitas,* trop. אֵלֶם צדק i. e. *justitia* inter oppressiones *muta, silens* Ps. 58, 2. Sic lectionem vulgarem explicant haud inepte. Quod in Ps. 56. inscriptione legitur אֵלֶם יוֹנַת רְחוֹקִים, vide an sit initium carminis, ad cujus modos cantandus erat Psalmus, coll. Ps. 22, 1. et Jones *de poesi asiatica* Comment. in praef. edit. Lips. Fortasse pro אֵלֶם cum Bocharto אֵלִם *(terebinthi)* reponendum est.

אוּלָם, אֵלָם, אֵילָם et אֵלָם v. sub rad. אול.

אִלֵּם m. *mutus* Exod. 4, 11. Ps. 38, 14. Prov. 31, 8. Jes. 35, 6. Plur. אִלְּמִים Jes. 56, 10. Habac. 2, 18.

אֲלֻמָּה f. *manipulus, a constringendo* dictus Gen. 37, 7., plur. אֲלֻמִּים Gen. 37, 7. et foem. אֲלֻמּוֹת Ps. 126, 6.

אַלְמוֹן m. *viduitas* (v. sub rad. Pih.), metaphorice *desolatio* Jes. 47, 9. Sic *urbem viduare civibus,* pro *desolare,* dixit Virgilius.

אַלְמָן m. *viduus* Jer. 51, 5. (unde verb. talm. נתאלם *viduum fieri*).

אַלְמָנָה f. *vidua* Gen. 38, 11. Exod. 22, 21. Levit. 21, 14. Num. 30, 10. etc., trop. de civitate, quae rege suo privata est Jes. 47, 8. Plur. אַלְמָנוֹת Exod. 22, 23. Ps. 68, 6., cum affixo אַלְמְנוֹתָיו Jes. 9, 16. Jer. 15, 8. Sed Jes. 13, 22. (Ezech. 19, 7.) dictum est pro אַרְמְנוֹתָיו (permutatis ר et ל), quod ipsum in codd. nonnullis legitur.

אַלְמָנוּת f. *viduitas;* in regim. אַלְמְנוּת 2 Sam. 20, 3., cum affixo אַלְמְנוּתָהּ Gen. 38, 14. 19. Trop. plur. אַלְמְנוּתַיִם de populo israel. in exilium acto Jes. 54, 4.

אַלְמֹנִי m. *qui reticetur,* cujus nomen *silentio premitur* i. e. *quidam, ὁ δεῖνα, der u. der.* Dicitur de homine Ruth. 4, 1. et de loco 1 Sam. 21, 2. 2 Reg. 6, 8., sed ubique junctum cum פְּלֹנִי, quod v. sub פלה.

אַלְמֻגִּים 1 Reg. 10, 11. 12. seu (per librariorum vitium?) אַלְגּוּמִּים 2 Chron. 2, 7. 9, 10. 11. lignorum genus resinosum, odoratum et firmae consistentiae, *sandalum (lignum sapan)* in Persia et India orientali frequens v. Celsii Hierob. I, p. 171 sqq. Faber. Archaeol. d. Hebr. p. 374. Videtur hoc voc. conflatum esse ex ال et بقم *(lignum Bresilium).*

אַלְמוֹדָד Gen. 10, 26. nom. propr. populi arabici a Joctane orti, ex sententia Bocharti (in Phaleg lib. 2. c. 16. p. 112.) Ἀλλουμαιῶται Ptolemaei in media fere Arabia felici.

אֶלָּסָר nomen propr. regionis vel regni Gen. 14, 1., fortasse *Assyriae,* (cui certe favet vicinia Sinearitidis et Elymaidis), contracte pro אלאסר. Alternat vero אסר cum אשור, ut adeo idem rex פִּלְאֶסֶר et פּוּל מֶלֶךְ אַשּׁוּר 2 Reg. 15, 29. coll. 19. nominetur.

אֶלְעָלֵה s. אֶלְעָלֵא nom. propr. oppidi Rubenitarum Num. 32, 3. 37. Jes. 15, 4. 16, 9. Jer. 48, 34., arab. العال, cujus ruinae adhuc supersunt v. Seetzen in Zach monatl. Corresp. 18, 430. Burckhardt Itiner. II, p. 623. Origo voc. non liquet, v. tamen Simon. Onom. p. 456.

אָלַף, arab. ألف *conjunxit, copulavit, adjunxit,* et intransitive: *conjunxit se, adjunxit se, adsuevit, mansuefactus est* (v. infra אַלּוּף et אֶלֶף): inde hebr. didicit q. d. rem sibi adsuefecit, familiarem reddidit (ut ܐܠܦ et chald. אֲלַף) Prov. 22, 25., ubi fut. יֶאֱלַף. — Pih. אִלֵּף *docuit* sq. acc. pers. Job. 35, 11. (ubi particip. c. affixo מַלְּפֵנוּ pro מְאַלְּפֵנוּ), sq. dupl. acc. et pers. et rei Job. 15, 5. 33, 33. — Sed Hiph. part. foem plur. מַאֲלִיפוֹת *mille facientes* Ps. 144, 13. formatum est a sq. nomine אֶלֶף *mille,* ut ألّف *mille fecit.*

אֶלֶף m 1) *mille* (ألف, syr. ܐܠܦܐ), propr. *conjunctio, copia,* Gen. 20, 16. Exod. 12, 36. Num. 1, 21. etc. אֶלֶף כֶּסֶף *mille sicli* Jes. 7, 23.; Ps. 90, 4. שָׁנִים א׳ *mille anni,* Esr. 8, 27. אֲדַרְכֹנִים אֶלֶף *mille darici.* Plur. אֲלָפִים *millia* Gen. 18, 21. 25. Exod. 38, 22., אֶלֶף אֲלָפִים *millies mille* 1 Chron. 21, 5. 22, 14. 2 Chron. 14, 8. Dual. אַלְפַּיִם *duo millia, bis mille* Num. 7, 85. 35, 5. Jud. 20, 45. etc. Praecedentibus aliis numeralibus denario numero minoribus in plurali ponitur, ut שִׁבְעַת אֲלָפִים *septem millia* Job. 1, 3., שְׁלֹשֶׁת א׳ *tria millia* Exod. 32, 28., si majores antecedunt, in singulari Num. 1, 46. Jos. 4, 13. Jud. 20, 44. Numeratum modo antecedit 2 Reg. 24, 16., modo sequitur 2 Reg. 15, 19. Quaedam nomina constanter in singulari numero cum אֶלֶף copulantur, ut רַגְלִי, אִישׁ, quaedam semper in plurali, ut פָּרָשִׁים, alia promiscue. Subst. אֶלֶף sign. *chiliadem* militum Num. 31, 48. 1 Sam. 8, 12. 18, 13., שַׂר הָאֶלֶף 1 Sam. 17, 18. χιλίαρχος, שָׂרֵי אֲלָפִים χιλίαρχοι (v. Jahn. Archaeol. II, 2, p. 349 sq.). 2) *gens,* quas plures singulae tribus complectebantur Jud. 6, 15. 1 Sam. 10, 19. 23, 23. Mich. 5, 1., hinc שָׂרֵי אַלְפֵי יִשְׂרָאֵל *praefecti, principes gentium israel.* Num. 1, 16. 10, 4. Hae gentes, utrum a numero millenario, an a *conjunctione* nomen acceperint, incertum est (cf. tamen عشر et عشير *consuetudine et cognatione junctus, tribus, familia* et عشر *decem*). 3) plur. אֲלָפִים *boves (mansuefacti* jugoque *adsueti)* Ps. 8, 8. Prov. 14, 4. Jes. 30, 24. Deut. 7, 13. 28, 4. 18. 51. Est generis epicoeni Deut. 7, 13. 28, 4. (ut *bos* Latinis saepe ponitur pro *vacca*) ac semper plurale.

אֶלֶף Dan. 7, 10. et אֲלַף 5, 1. m. chald. *mille.* Plur. more Hebr. אֲלָפִים sec. Ctbib Dan. 7, 10., sed Kri habet אַלְפִין.

אַלּוּף m. 1) alicujus consuetudini *assuetus,* hinc Jer. 11, 19. כֶּבֶשׂ אַלּוּף *ovis mansueta,* ut Hieron. vertit, arab. شاة الوف; subst. *familiaris, amicus* (ألوف *valde familiaris,* ut أليف et ألف) Prov. 16, 28. Mich. 7. 5., cum affixo אַלּוּפִי Ps. 55, 14. Jer. 3, 4. Prov. 2, 17. 2) *bos,* ut אֶלֶף, plur. cum affixo אַלּוּפֵינוּ Ps. 144, 14. 3) *dux, praefectus, princeps,* φύλαρχος, Gen. 36, 15. 17. 18. 28. 29. 39. 40. 41. Jer

13, 21. Exod. 15, 15. Zach. 12, 5. 6. etc. Hoc sensu scribitur etiam אַלֻּף Zach. 9, 7.

אָלַץ in Kal inusit., Pih. אִלֵּץ moleste *ursit, institit* Jud. 16, 16. (ubi fut. c. affix. תְּאַלְּצֵהוּ v. Ewald. Gr. p. 115.). Syr. et sab. ܐܠܨ *coegit, ursit, arctavit, oppressit.*

אֶלְקֹשִׁי nom. gent. Nah. 1, 1. *Elcesita*, oppido *Elcesi* in Galilaea sito oriundus, quemadmodum auctor est Hieron. Alii conferunt القوش, ܐܠܩܘܫ (Assemani Bibl. orient. III, 1, p. 352.), quod est oppidum Assyriae haud procul ab urbe *Mosul* situm.

אֵם f. mater, nom. primit. (arab. أُمّ et إِمّ, unde verbum oritur أَمَّ *praeivit exemplo suo, docuit, praecepit, praefuit*, it. *propinquus fuit*; syr. ܐܡܐ, sam. ‎) Gen. 3, 20. Exod. 2, 8. Jud. 5, 7. 28. etc., semel de *noverca* Gen. 37, 11. (quae, ubi accuratius loqui attinet, אֵשֶׁת אָב, arab. امرأة ابيه *uxor patris* dicitur), bis de *avia* 1 Reg. 15, 10. 13. (Syr. accuratius ܐܡܐ ܕܐܡܟ *avia tua* Castell.). Varia est hujus vocis *translatio*: *mater* enim dicitur 1) vel universa *gens* (hebraea) opp. *liberis* h. e. hominibus ex hac gente oriundis Hos. 2, 1 (4) Jes. 50, 1.—vel *metropolis* 2 Sam. 20, 19. [*matrem* pro *metropoli* dixerunt etiam Florus III, 7. et 18. Solinus c. 38. et Ammianus Marcellinus XVII, 13. add. numos phoenic. v. Gesen. Commentar. in Jes. I, p. 755.]. 2) *mater viae* Ezech. 21, 26. est *principium bivii*, sive *via in bivium exiens* (via, quae duas alias quasi parit), ut statim l. c. explicatius dicitur. Simil. arab. et syr., cf. in univ. Hartmann. Exc. 2. ad. Mich. proph. p. 207 sqq. 3) paullo audacius Job. 17, 14. רִמָּה h. e. *vermes*, quibus corpus arroditur, appellantur Jobi *mater* (ac soror), tanquam qui ipsi naturali quodam vinculo ita adhaereant, ut ab iis revelli nequeat. — Cum affixo אִמִּי Gen. 20, 12. Jos. 2, 13., plur. אִמּוֹת Jer. 16, 3. Thren. 2, 12.

אַמָּה f. (ab אֵם) 1) *metropolis* 2 Sam. 8, 1., ubi per *frenum metropoleos* intelligitur *dominium urbis Gath* (cf. de hac phrasi Schultens. ad Job. 30, 11.). 2) brachii quasi *mater* h. e. *anterior brachii pars, cubitus, ulna* Deut. 3, 11., it. de mensura (ut Lat. *cubitus* et *ulna*) Gen. 6, 15. 16. 7, 20. Exod. 27, 12. 13. etc., plur. אַמּוֹת Exod. 26, 16. Deut. 3, 11.; dual. אַמָּתַיִם *duo cubiti* Exod. 25, 10. Num. 11, 31. In loco Ezech. 40, 5. 43, 13. memoratur cubitus babylonicus, quem aegyptiacus (idem fortasse cum hebraico) palmo uno excedebat v. Rosenm. Nominibus numeralibus a 3 usque ad 10 in plurali jungitur, iis vero, qui denarium numerum excedunt, in singulari, ut עֶשֶׂר אַמּוֹת Exod. 26, 16., שְׁלֹשׁ מֵאוֹת אַמָּה Gen. 6, 15., a qua tamen regula auctor Chronicorum et Ezech. nonnunquam discedunt, plur. אַמּוֹת ante numerale adeo majoris numeri collocantes, 2 Chron. 3, 3. Ezech. 42, 3. In nomine loci גִּבְעַת אַמָּה occurrit 2 Sam. 2, 24. 3) *fundamentum, fundus*, cui aliquid innititur (v. supra אֵם) Jes. 6, 4., sim. arab. et talm.; v. Gesen. ad h. l.

אַמָּה f. chald. *cubitus*, plur. אַמִּין Dan. 3, 1. Esr. 6, 3.

אֻמָּה f. *gens, natio* (ܐܽܘܡܬܳܐ, أُمَّة), coll. arab. أَمَّ *propinquus fuit.* Plur. אֻמּוֹת Num. 25, 15. Gen. 25, 16. et אֻמִּים Ps. 117, 1.

אֻמָּה f. chald. *id.* Dan. 3, 29. Plur. אֻמִּין, emphat. אֻמַּיָּא Dan. 3, 4. 7. 31. 5, 19. 6, 26. 7, 14. Esr. 4, 10.

בְּשֶׁל (conflat. ex בְּ, שֶׁ et לְ) *propter* Jon. 1, 12. בְּשֶׁלִּי *propter me*, 1, 7. בְּשֶׁלְּמִי *propter quem?* (v. 8. בַּאֲשֶׁר לְמִי). Scilicet בַּאֲשֶׁר, ut supra vidimus, est *quod*, jam si לְ additur, vertit in praepositionem: *propter* (fere ut בִּגְלַל, בַּעֲבוּר, sq. לְ). Copulatur adeo בְּשֶׁל אֲשֶׁר Eccles. 8, 17: *propterea quod laborat homo, (tamen) non inveniet* i. e. quantumvis laboret. Cet. chald. vocis בְּדִיל eadem est et origo et significatio. De chald. שֶׁל ejusque usu v. Hartmann. ling. Einl. p. 354. et in Wineri theol. Zeitschr. I, p. 52 sq.

אֲשֵׁרָה f. Deut. 16, 21. Jud. 6, 25. 2 Reg. 21, 7. 23, 7. etc., semel אֲשֵׁירָה 2 Reg. 17, 16. nomen propr. *Deae* Syrorum, ejusdem, ut videtur, quae עַשְׁתֹּרֶת *Astarte* vocatur (nam, ut alibi בַּעַל et עַשְׁתֹּרֶת copulantur, ita אֲשֵׁרָה et בַּעַל 1 Reg. 18, 19. 2 Reg. 23, 4. Jud. 3, 7. coll. 2, 13. al.) v. Spencer. legg. rituall. p. 506 sqq. Winer. Lex. bibl. I, p. 67. Plur. אֲשֵׁרִים vel אֲשֵׁרוֹת sign. *statuas* et *simulacra* huj. Deae Jud. 3, 7. 1 Reg. 14, 15. 15, 13. 2 Reg. 17, 10. (ubi cop. cum מַצֵּבוֹת) 2 Chron. 33, 19 (ubi componitur cum פְּסִלִים) 2 Chron. 34, 4. 14, 2. Exod. 34, 13. 2 Reg. 18, 4., in quibus locis omnibus אֲשֵׁרִים *frangi* aut *everti* dicuntur. — Origo voc. latet, sunt tamen, qui ab אשר derivent, ut אשרה sit *Dea fortuna* (ἀγαθὴ τύχη). v. Lette *de idolo Aschera* in *Biblioth. Bremens. nova* Cl. I, p. 58. Nihili est, quod LXX. ἄλσος vertunt.

אשׁשׁ radix inusit., arab. أسّ *stravit, fundamentum jecit, fundavit, stabilivit.* Sed הִתְאֹשָׁשׁוּ Jes. 46, 8. v. sub אִישׁ.

אָשִׁישׁ vel אָשִׁשׁ m. *fundamentum* (ut arab. أسّ et أسس), a *firmitate:* unde plur. אֲשִׁישִׁים *fundamenta*, hinc *ruaera* (cf. מוֹסָדִים Jes. 58, 12.) Jes. 16, 7., ubi aliqui e loco parall. Jer. 48, 31. אַנְשֵׁי legendum suadent, v. Dathe ad h. l., parum probabiliter. Sed videtur tamen is, cui haec emendatio אַנְשֵׁי debetur l. c., אֲשִׁישִׁים fere eadem, qua nuper Rosenm., cepisse ratione, pro *fortibus* viris cf. sub rad.

אֲשִׁישָׁה f. *libum, a sternendo* h. e. pandendo, dilatando dictum, 2 Sam. 6, 19. 1 Chron. 16, 3. [ita chald. אֲשִׁישָׁן Exod. 16, 31. Jonath.]; vulgo: *lagena, sextarius,* tanq. a שֵׁשׁ; satis inepte. Plur. masc. אֲשִׁישֵׁי עֲנָבִים *placentae ex uvis confectae,* LXX. πέμματα μετὰ σταφίδος Hos. 3, 1. Plur. foem. אֲשִׁישׁוֹת Cant. 2, 5. Aliorum sententias recenset Rosenm. Scholl. ad Hos. 3, 1.

אֻשִּׁין plur. m. chald. (a sing. אשׁ) *fundamenta,* in statu emphat. אֻשַּׁיָּא Esr. 4, 12. 5, 16., cum affixo אֻשּׁוֹהִי Esr. 6, 3.

אֶשְׁתָּאֹל nom. propr. oppidi Danitarum Jos. 15, 33. 19, 41. Jud. 13, 25. Nom. obscurum est. Simonis conflatum putat ex אֵשֶׁת שָׁאוּל *mulieris petitum,* sed hoc esset potius: *mulier desiderii.* Gentil. אֶשְׁתָּאֻלִי 1 Chron. 2, 53.

אֶשְׁתְּמוֹעַ nom. propr. oppidi in tribu Jud. Jos. 21, 14. 1 Sam. 30, 28. 1 Chron. 4, 17. 19. 6, 42.; idem videtur Jos. 15, 50. אֶשְׁתְּמֹה appellari. Parum probabiliter Simonis conflatum putat hoc voc. ex אֵשֶׁת שְׁמוּעַ.

אָת m. chald. *signum* vid. supra rad. אוה.

אֵת m. *ligo*, ut Kimchius in libro radd. interpretatur; unde plur. אִתִּים Jes. 2, 4. Mich. 4, 3., cum affixo אִתֵּיכֶם Joel. 4, 10., sed in priore libro Samuelis sine dagesch forti אֵתוֹ, plur. אֵתִים 1 Sam. 13, 21. Ignoratur origo; nec dialecti certi quid suppeditant. Plerique interpretes referunt ad rad. arab. أَتَّ *subegit, subiecit sibi*, quia ligone solum verti ac subigi solet, alii ad أَتَّ *secuit, amputavit.* Non audiendus Michaelis Suppl. p. 142., qui hoc v. ex lingua quadam extera in hebraicam translatum esse arbitratur.

אֵת I) ablato tono אֶת־ (syr. ܠܘܳܬ, chald. יָת) *nota accusativi*, qua primum usi esse videntur Hebraei, ubi pronomina non poterant verbis affigi: 2 Sam. 15, 25. הִרְאַנִי אֹתוֹ *ostendit mihi eum* (Jud. 21, 22. Deut. 4, 14. 9, 24. al.), Gen. 41, 39. אַחֲרֵי הוֹדִיעַ אֱלֹהִים אוֹתְךָ *postquam cognovit te Deus*, Num. 22, 33. אֹתְכָה הָרַגְתִּי *te interfeci* (ubi gravitatis caussa pron. praepositum est) Gen. 24, 14. etc. v. Ewald. Gr. p. 593., qui haec docte explicuit. Deinde vero copulari coeptum est hoc voc. cum pronom., ubi nulla ejus rei necessitas esset: Gen. 25, 9. וַיִּקְבְּרוּ אֹתוֹ (pro quo dici etiam poterat וַיִּקְבְּרֻהוּ), Jud. 12, 6. Jer. 13, 5. Denique praemissum est etiam substantivis vel natura sua, vel addito pronomine aut genitivo aut articulo definitis: a) 2 Sam. 2, 4. מְשָׁחוּ אֶת־דָּוִד, Jon. 2, 1. Jos. 15, 19. 2 Sam. 3, 13. Jer. 17, 13. b) Ruth. 2, 15. וַיְצַו אֶת־נְעָרָיו, Jud. 11, 35. Jer. 2, 7. 1 Sam. 1, 20. Num. 14, 6. c) Esth. 9, 14. אֵת עֲשֶׂרֶת בְּנֵי הָמָן, Jes. 22, 9. d) Gen. 1, 1. אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ, Jud. 18, 9. 27. 2 Sam. 2, 30. Levit. 11, 16. Hagg. 2, 21. Sed ap. poetas tamen, imo etiam in pedestri oratione haud raro carent substantiva hoc accusativi indice (v. Ewald. l. c.). — Quod addere solent (Gesen. Lehrg p. 682 sq. Hartmann. Einl. p. 179.), אֵת *nominativum* quoque notare, id prorsus negavit Jo. Ulmannus (in deliciis rural. Argent. 1705. 8. centur. 2.), subtilius explicuerunt Faehsius (in Seebod. krit. Biblioth. 1826. N. 3. p. 257.) et Ewaldus l. c. p. 596 sq. Scilicet tria genera sunt locorum: a) Num. 32, 5. יֻתַּן אֶת־הָאָרֶץ *detur terra*, ubi יֻתַּן impersön. dictum, ut vern. *man gebe das Land*, 1 Reg. 2, 21. Gen. 17, 5. Exod. 27, 7. Hos. 10, 6. Jos. 7, 15. Num. 26, 60. Gen. 21, 5. al. (v. B. Michael. de soloec. gen. p. 55 sqq. Hartmann. Einl. p. 179.), cf. lat.: *canes paucos habendum* (est) Varro R. R. 1, 21., *non permittendum spem ullam censuit* Liv. 42, 43., *viam ingrediendum est* Cic. Sen. 2. b) 1 Sam. 20, 13. יִיטַב אֶל־אָבִי אֶת־הָרָעָה, in qua sententia inest duarum structurarum commixtio: nam יֵיטִיב אֶל־אָבִי non differt, quod sensum attinet, ab hoc: *cupit, appetit istud*; 2 Sam. 11, 25. אַל־יֵרַע בְּעֵינֶיךָ אֶת־הַדָּבָר h. e. *ne graviter feras hoc*, Jos. 22, 17. Ezech. 35, 10. Huc videntur etiam loci Dan. 9, 13. Neh. 9, 19. Jer. 27, 8. 36, 22. etc. pertinere, quanquam ibi voc. אֵת usus parum excusationis habet, sed, ut fit, posteriores scriptores abutuntur structuris, quas veterum

vel incuria vel certa quaedam ratio introduxit. Intolerabile propemodum est, quod Hagg. 2, 17. legitur: אֵין אֶתְכֶם pro אֵינְכֶם. c) Zach. 8, 17. כִּי אֶת־כָּל־אֵלֶּה אֲשֶׁר שָׂנֵאתִי *nam ea omnia, quae odi,* sc. facitis, quod verb. repetendum est ex praecedd. תֶּאֱהָבוּ et תַּחְשְׁבוּ; 2 Sam. 21, 22., ubi acc. referendus ad וַיַּכֵּהוּ v. 21.; 1 Sam. 17, 34. וּבָא הָאֲרִי וְאֶת־הַדּוֹב *et venit leo etiam cum urso.*

Cum affixis אֶתְכֶם Deut. 11, 13. 13, 4., אֶתְהֶם Gen. 32, 1., אֶתְהֶן Gen. 19, 8. Levit. 14, 40. 20, 14.; sed, ubi levia adduntur, אֹתִי Deut. 32, 50., אֹתְךָ Exod. 9, 15. (in pausa אֹתָךְ Deut. 28, 48.), cum ה paragog. אֹתְכָה Num. 22, 23. (in pausa אֹתָכָה Exod. 29, 35.), אוֹתוֹ, אֹתָנוּ, אֹתָם, אֹתָן (cum ה paragog. אֹתָנָה Exod. 35, 26.), rarius אֹתְכֶם Exod. 3, 16. 19. 20., אוֹתָהֶם Ezech. 23, 46., אוֹתְהֶן v. 47.

De origine huj. v. tres sunt omnino doctorum virorum sententiae. Primum enim statuunt nonnulli, אֵת propr. significare *substantiam,* hinc *rem* (עֶצֶם) coll. arab. أَثَاثٌ, v. Danzii interpr. ebr. chald. p. 248 sqq. Storrii observatt. p. 263 sqq.; sed arab. istud voc. non significat nisi opes, *rem familiarem.* Deinde aliis (ut Gesenio Lehrg. p. 683 sq.) videtur esse pronomen demonstr., i. q. זֶה, הוּא; verum ita vix apparet, quo modo אֵת copulari potuerit cum pron. pers. (qui usus voc. antiquissimus recte habetur), in loco autem Ezech. 47, 17. 18. 19. non dubitamus legendum esse זאת (pro ואת), ut v. 10. Denique alii existimant hanc vocem non differre ab אוֹת *signum* (v. Ewald. Gr. p. 158. 505.). Atque hoc, si quid definiendum in re tam dubia, praeferendum arbitramur.

II) *Praepositio:* **cum**, propr. de societate Jud. 1, 16. עָלוּ אֶת־בְּנֵי יְהוּדָה *ascenderunt cum Judaeis,* 2 Sam. 7, 12. Gen. 7, 7. 8, 18. etc. (hinc post verba *paciscendi* Gen. 15, 18. Jos. 10, 4., nec non *litigandi* et *pugnandi* Num. 20, 13. Prov. 23, 11. 1 Chron. 20, 5.), adde הִתְהַלֵּךְ אֶת־הָאֱלֹהִים *vivere cum Deo* h. e. ita, ut Deo te quasi adjungas, ut non recedas a Deo Gen. 5, 24., עָשָׂה חֶסֶד אֶת־פ׳ *gratiam alicui exhibere* (gratiam enim qui exhibet, societatem init cum altero) Zach. 7, 9. coll. Ruth. 2, 20. 2 Sam. 16, 17. Passim optio tibi datur, utrum lat. vertere velis *cum,* an *apud* Job. 2, 13. Ezech. 47, 23. Jud. 17, 11. 2 Sam. 17, 8., אֶת־פְּנֵי פ׳ est *coram aliquo* Ps. 16, 11. 140, 14. Alibi אֵת dic. de eo, quod est in alic. animo Deut. 8, 5. vel in alic. potestate (*penes*) Job. 14, 5. Ps. 38, 11. — Turpiter falluntur, qui adjiciunt, אֵת significare: a) *super:* nam Gen. 6, 13. הִנְנִי מַשְׁחִיתָם אֶת־הָאָרֶץ vertas: *deleturus ego sum homines cum terra* h. e. terrae superficie, quae homines fert et alit, Ps. 67, 2. יָאֵר פָּנָיו אִתָּנוּ praegnant. dictum est: *illustret vultum suum* et faciat, ut *nobiscum* sit, maneat h. e. ad nos conversus maneat; denique 1 Reg. 9, 25. אִתּוֹ non pertinet ad מִזְבֵּחַ, sed, ut jam Hieron. vidit, ad יְהוָֹה; b) *a* vel *ex:* scil. 2 Reg. 23, 35. Prov. 22, 23. Mich. 3, 8. 1 Reg. 10, 12. Jer. 31, 13. etc. habes verba cum gemino accus. copulari solita, in loco autem Deut. 34, 1. vertas: *ostendit ei Gileaditidem usque ad Dan* (אֶת enim est accus. index), et Jer. 51, 59. אֶת sign. *cum;* c) *ad:* etenim נָגַשׁ, ut lat. *adire, aggredi,* cum simpl. accus. copulatur Num. 4, 19. 1 Sam. 9, 18.; sed Prov. 22, 24. בּוֹא אֶת־אִישׁ חֵמוֹת est, ut nos dicimus, *umgehen mit.* De

הֵלֶךְ c. accus. Deut. 2, 7. Jud. 19, 18. v. sub h. v. — Affixa recipit more nominum sing. media radicali per dagesch forte compensata: ut אִתִּי Gen. 14, 24., אִתְּךָ Exod. 17, 5., in pausa אִתָּךְ Gen. 6, 18., probe distinguendum a foem. אִתָּךְ Gen. 20, 16., אִתּוֹ Gen. 7, 7., אִתְּכֶם Gen. 9, 9. 11., אִתָּם Gen. 7, 13. Aliquoties cum אֵת *nota accusativi* confunditur ejusque punctationem accipit, praecipue in libris aetatis posterioris, ut Levit. 15, 18. 24. Jos. 14, 12. 2 Reg. 1, 15. 3, 12. 26. etc.

Cum praefixo מֵאֵת, quod dic. de his, quae ex communione vel societate, qua cum aliquo juncta erant, segregantur *(aus der Verbindung mit)* Gen. 8, 8. וַיְשַׁלַּח אֶת־הַיּוֹנָה מֵאִתּוֹ *misit columbam a se* h. e. eam col., quae cum ipso (in nave) erat, Exod. 9, 33. Zach. 14, 17. Hinc etiam de his, quae in alic. potestate fuerant Jos. 11, 20. מֵאֵת יְהוָה הָיְתָה *a Jova* (in cuj. potestate fuerat) *accidit,* Ezech. 33, 30. Gen. 47, 22. Exod. 29, 28. Jungitur haec praepos. max. verbis accipiendi Job. 2, 10. Deut. 3, 4., emendi Gen. 17, 27. 23, 20. Levit. 27, 24., quaerendi Exod. 11, 2. 1 Reg. 22, 7.; מֵאֵת פְּנֵי פ׳ Gen. 27, 30. Levit. 10, 4. v. supra אֶת־פְּנֵי. — Cum affixis מֵאִתִּי et מֵאוֹתִי (Jes. 54, 15.), מֵאִתְּךָ 2 Reg. 2, 10. et מֵאוֹתְךָ 1 Reg. 20, 25., מֵאִתּוֹ et מֵאוֹתוֹ (1 Reg. 22, 7.), מֵאִתְּכֶם etc. [Hujus quoque voc. origo prorsus latet. Vide tamen, qua arte Ewaldus in Gramm. p. 608. a rad. עמם repetat].

אֶתְמוֹל et אֶתְמוּל *heri* v. sub תְּמוֹל.

אַתָּה sec. Cthib passim אַתְּ (1 Sam. 24, 19. Ps. 6, 4. Job. 1, 10. etc.) m. et אַתְּ, rarius אַתִּי (Jud. 17, 2. 1 Reg. 14, 2. 2 Reg. 4, 16. etc. cf. syr. ܐܢܬܝ) foem.: pronomen *personale* 2. pers. sing. *tu.* Cum participio alicujus verbi copulatum includit verbum substantivum et exprimit vel *praesens* Gen. 22, 12. Esth. 3, 3. vel *praeteritum* Exod. 25, 40. vel *futurum* Jer. 28, 10. 2 Reg. 20, 1. Num. 11, 15. Aliquando ad suffix. 2. pers. insuper adjectum legitur Gen. 49, 8. 2 Chron. 35, 21. v. Ewald. Gr. p. 637. Cet. ortum est ex אַנְתָּה, ut dialecti docent, arab. أَنْتَ, syr. ܐܢܬ etc. Quomodo vero ex אתה effictum fuerit ךָ, suffix. 2. pers., explicare studuit Gesen. L. p. 203., refragante Ewaldo Gr. p. 365. — Passim אַתְּ pro masc. ponitur Num. 11, 15. Deut. 5, 24. Ezech. 28, 14. — Plur. m. אַתֶּם Gen. 29, 4. Exod. 5, 11. Levit. 18, 26. etc., fem. אַתֵּן Ezech. 34, 31. (all. editt. אַתֶּן) *vos; hoc* etiam c. ה paragog. אַתֵּנָה Gen. 31, 6. Ezech. 13, 11. 20. 34, 17. (all. אַתֶּנָה). Semel אַתֶּם ad suffix. כֶּם insuper adjectum Hagg. 1, 4. (v. supra), pro fem. autem ponitur Ezech. 13, 20.

אַנְתְּה chald. v. supra suo loco.

אָתָה (semel אָתָא Deut. 33, 2.) *venit, advenit* (syr. ܐܬܐ, arab. أَتَى nec non sam. et aeth. pro בוא) Jer. 3, 22. Jes. 56, 9. 12. 41, 25. Job. 37, 22., spec. *supervenit, inopinato invasit* Prov. 1, 27. Job. 30, 14. (quo sensu adhibent Arabes أَتَى sec. Camusum v. Schultens. ad Job. 3, 25.), sq. acc. pers. *alicui supervenire* Job. 3, 24. De tempore dic. Job. 16, 22., שְׁנוֹת מִסְפָּר יֶאֱתָיוּ *venient pauci anni;* hinc particip. f. plur. אֹתִיּוֹת *ventura* h. e. futura Jes. 41, 22. 44, 7. 45, 11. — Praet. 1. plur.

אֲתָנוּ (pro אֲתָאנוּ) Jer. 3, 22, imper. plur. אֵתָיוּ Jes. 21, 12. ex syriasmo pro אֱתָיוּ idque pro אֱתוּ (cf. Jes. 21, 12.), fut. יֶאֱתֶה Job. 37, 22., cum vau convers. וַיֵּתֵא Deut. 33, 21. et וַיֵּאת (per crasin et apocopen pro וַיֶּאֱתֶה) Jes. 41, 25., simulque cum affixo et mutata tertia radicali ה in Jod וַיֶּאֱתָיֵנִי Job. 3, 25. — Hiph. imper. plur. הֵתָיוּ (per crasin pro הַאְתָיוּ, et hoc pro הַאֲתִיוּ, coll. simili punctatione imperativi 2 Reg. 2, 3. 5. Jer. 49, 8. 30., retractoque accentu ob vicinitatem sequentis) *advenire facite, adducite* Jes. 21, 14. Jer. 12, 9. v. Ewald. Gr. p. 451.

אֲתָא et אֲתָה chald. *id.* Dan. 7, 13. 22. Esr. 5, 3. 17. Praet. plur. אֲתוֹ Esr. 4, 12., infin מֵתָא (per syncopen pro מֵאתָא) Dan. 3, 2., imper. plur. אֱתוֹ Dan. 3, 26. — Aphel הַיְתִי (mutata prima radicali א in Jod) *advenire fecit, adduxit* Dan. 5, 13. 6, 17. 26. Infin. הַיְתָיָה Dan. 3, 13. 5, 2. — Hophal *adductus est;* praet. 3. pers. sing. f. הֵיתָיִת Dan. 6, 18., plur. הֵיתָיוּ Dan. 3, 13.

אִיתוֹן m. (pro אִתּוֹן, ad formam קִיצוֹן pro קִצּוֹן a קָצָה) *accessus, ingressus, introitus* sec. Kri Ezech. 40, 15., sed Ctib habet יאתון, de quo v. Rosenm.

אַתּוּן com. (m. Dan. 3, 19. 22.) chald. *fornax* Dan. 3, 6. 11. 15. 17. 20. 21. 23. 26., emphat. אַתּוּנָא Dan. 3, 19. 22., syr. ܐܰܬܽܘܢܳܐ *id.*, arab. أَتُّونٌ *ignis* in fornace ardens, deinde *fornax* s. *caminus.* Origo voc. latet. Simonis deduxit a rad. chald. תְּנַן (Exod. 19, 18.) *fumavit,* media radicali in prima compensata (more Chaldaeis solenni), cum א heemantico. Conf. hebr. תַּנּוּר.

אַתִּיק m. *peristylium* Ezech. 42, 3. (v. LXX. ad h. l.), sic dictum a *firmitate* et *stabilitate,* tum quod ipsum *firmum* est atque *stabile,* tum quod aedificium *firmat* et *sustentat,* coll. arab. وَثُقَ *firmus, stabilis fuit, firmo nexu cohaesit,* II. *firmavit, stabilivit.* Sed alii aliter interpretantur, conjecturis scil. ducti v. Rosenm. — Plur. אַתִּיקִים Ezech. 41, 16. 42, 5., cum affixo אַתִּיקֶיהָא Ezech. 41, 15., ubi Ctib habet אַתּוּקֶיהָא, tanquam a sing. אַתּוּק.

אַתֶּם, אַתֵּן v. sub אַתָּה.

אָתַן rad. Hebr. non usitat., arab. أَتَنَ *contracto brevique gressu incessit, stetit, substitit.*

אָתוֹן f. *asina* Num. 22, 23. 33. 2 Reg. 4, 24. a *tarditate gressus,* unde *lente gradiens* Ovidio dicitur (syr. ܐܰܬܳܢܳܐ et arab. أَتَانٌ). Plur. אֲתֹנוֹת Gen. 32, 15. Job. 1, 3. 14.; בֶּן אֲתוֹנוֹת *pullus asininus* Zach. 9, 9. (ut dicitur כְּפִיר אֲרָיוֹת *catulus leonum matrum* Jud. 14, 5.).

אֶתְנָה et אֶתְנַן formam habent tanquam ab אתן, sed significationem a תנה, ubi vid.

אֵיתָן et אֵתָן v. sub rad. יתן.

אֲתַר m. *spatium, locus:* unde deduci potest plur. אֲתָרִים, ut דֶּרֶךְ א׳ sit vel *via spatiorum* h. e. *spatiosa et lata, via regia,* vel *via in loca*

(cf. Gen. 3, 24.) Num. 21, 1. Syr. ܐܬܪܐ *locus, spatium, regio.* Lxx. pro nomine propr. habuerunt; interpretantur enim ὁδὸς Ἀθαρείμ. Consentit Arabs.

אֲתַר m. chald. 1) *locus* Dan. 2, 35., cum affixo אַתְרֵהּ Esr. 5, 15 6, 5. 7., אֲתַר דִּי *locus in quo* (*ubi*) Esr. 6, 3. 2) *vestigium,* ut arab أَثَرٌ (أَثَرَ *rem rei subjunxit, fecit ut una alteram sequeretur*). Inde cum praefixo בְּ (ut arab. c. praeposit. فى et على) בָּאתַר (pro בַּאֲתַר) *post* Dan. 7, 6. 7., cum affixo (excluso א) בָּתְרָךְ *post te* Dan. 2, 39.

אֲתַת v. אֵת *ligo.*

ב

ב Particula *inseparabilis,* quae nominibus (infinitivis), particulis, etiam affixis (cf. בִּי Gen. 22, 16., בְּךָ Gen. 12, 3. et in pausa בָּךְ Cant. 1, 4., בָּךְ foem. Gen. 3, 16., בָּכֶם Exod. 12, 13., בָּנוּ Exod. 1, 10.) praefigi solet. Passim tamen in libris poeticis annexa syllaba דִּי vel מוֹ *separabilis* existit cf. בְּדֵי Jer. 51, 58, בְּמוֹ Ps. 11, 2. (et sec. Cthib Job. 9, 30 ubi Kri habet בְּמֵי *aquâ*); contrarium v. Jes. 25, 10.

Propr. est praeverbium a) *loci,* quod esse vel commorari aliquid aliquo in loco indicat (*Ruhe an einem Orte*): *in* c. ablat. 2 Reg. 4, 40. Jer. 1, 1. Jos. 5, 18. Ps. 40, 8. Exod. 7, 17., *inter* Deut. 4, 27. Thren. 1, 3. Jos. 2, 6. 14, 15. 1 Sam. 11, 11. 1 Chron. 5, 2. Cant. 1, 8. Esr. 1, 3. (cf. sub הִכָּה), passim latiore sensu (ut ἐν): *an* Prov. 30, 19. דֶּרֶךְ הַנֶּשֶׁר בַּשָּׁמַיִם *der Weg des Adlers am Himmel,* Gen. 11, 4. 37, 34. 1 Reg. 4, 33. 1 Sam. 6, 7., *bei, prope, apud* Jos. 24, 26. תַּחַת הָאַלָּה אֲשֶׁר בְּמִקְדַּשׁ יְהוָה *sub quercu quae prope sanctuarium Jovae,* Esth. 5, 9. 1 Sam. 16, 19. 2 Chron. 24, 8. (ἐν Xenoph. Anab. 4, 8, 22. 5, 5, 4.), *coram* Prov. 1, 17. בְּעֵינֵי כָּל־בַּעַל כָּנָף *vor den Augen jedes Vogels* (*in* conspectu avium), Gen. 23, 18. (cf. ἐν πᾶσι *in conspectu omnium*); *auf* (ἐπὶ) Neh. 2, 12. (cf. Flor. 1, 11. *in equis venire*) Jes. 66 20. 1 Sam. 8, 11. Num. 14, 10. Deut. 31, 15. (hinc fit, ut, ubi ambiguitas vitanda est, *in* exprimatur vocib. בְּקֶרֶב vel בְּתוֹךְ). Cum verbis *motus* non copulatur, nisi ubi praeter motum id simul indicare volunt scriptores, *manere* aliquid (aliquamdiu) in aliquo loco 1 Sam. 1, 7. Jes. 11, 14. Deut. 7, 20. Job. 6, 18. Levit. 16, 22. Num. 21, 22. 1 Reg. 2, 44. etc., v. Winer. Grammat. N. T. p. 159. et *exeg. Studien* I, p. 49 sq. Huc revocabis etiam formulas נָתַן בְּ, שׂוּם *ponere aliquid in* aliquo loco (ut Lat. dicunt) Gen. 27, 17. Jes. 37, 29. Jer. 21, 10. Jud. 7, 7. etc. — b) *temporis: an, in* Jes. 49, 8. בְּיוֹם יְשׁוּעָה *die salutis,* Gen. 1, 1. 2, 2. Ezech. 43, 27. Jer. 28, 1. Exod. 12, 15.; *intra* Dan. 11, 20. בְּיָמִים אֲחָדִים, ut nos dicimus: *in einigen Tagen,* Exod. 2, 23. Jes. 16, 14.

Ad istam vero principalem significationem facile exiges has tales formulas: a) אָחַז בְּ vel הֶחֱזִיק *tenere* aliquid (*halten an etw.*) Gen. 25, 26. Job. 23, 11. Exod. 4, 4. Deut. 22, 25. (manum enim, qua quid tenemus, admotam habemus ei rei); quo redit etiam: נָשָׂא בַּסֵּבֶל *tra-*

gen an einer Last Neh. 4, 11., nec non hae phrases, quae hostili sensu dicuntur: שָׁלַח יָדוֹ בְּ Gen. 37, 22. 1 Sam. 26, 9., הָיְתָה יָדוֹ בְּ Gen. 37, 27. 1 Sam. 18, 17. coll. Gen. 16, 12., נִלְחַם בְּ Jes. 19, 2. (cf. vern. *ankämpfen*). b) בָּטַח בְּ, חָסָה, הֶאֱמִין *niti* h. e. *confidere aliqua re, sich stützen, verlassen auf* Gen. 15, 6. Job. 4, 18. 15, 15. Ps. 2, 12. 5, 12. etc. c) עָשָׂה בַנְּחשֶׁת *in Erz arbeiten* (conficere aliquid ex aere) 1 Reg. 7, 14. 2 Chron. 2, 6. (qui quidem usus latius patet Exod. 38, 8. Levit. 13, 52. 2 Chron. 9, 18.), אָכַל בְּ, שָׂבַע *an (von) etwas essen, sich sättigen* Jud. 13, 16. Prov. 9, 5. Thren. 3, 15. (*vesci, satiari aliqua re*). d) *bibere in poculis* h. e. e poc. Gen. 44, 5. Am. 6, 6. coll. πίνειν ἐν ποτηρίοις Thuc. 7, 5. (Xenoph. Anab. 6, 1, 4. ibiq. Porro), *in ossibus bibere* Flor. 3, 4. e) רָאָה בְּ, חָזָה, הִבִּיט *oculis* (vultu) *haerere in al.* re Job. 3, 9. Mich. 7, 9. Gen. 21, 6. (cf. vern. *ansehen, anblicken*) v. sub h. vv. Simil. שָׁמַע בְּקוֹל, quod et ipsum praegnanter dictum est, Gen. 30, 6. Deut. 1, 45. (*anhören*) v. sub שָׁמַע. f) יוֹם בְּיוֹם *Tag an (für) Tag* i. e. quotidie (ita ut dies diem excipiat et quasi attingat) 1 Sam. 18, 10. Esr. 3, 4., שָׁנָה בְשָׁנָה *Jahr aus Jahr ein* 1 Sam. 1, 7. 18, 10, פַּעַם בְּפַעַם 1 Sam. 3, 10.; adde עַיִן בְּעַיִן *Auge am Auge* i. e. ita ut oculi se invicem attingant h. e. perspicue Jes. 52, 8. Hinc בְּ copulatur c. verbis נָגַשׁ, נָגַע, דָּבַק etc. Nec morabuntur te ii loci, ubi בְּ legitur g) de *comitatu* (*Umgebung*) Jes. 7, 24. *veniet in sagittis et arcu* h. e. instructus sag. et a. i. e. *cum*, 2 Sam. 6, 15. *attulerunt arcam* בִּתְרוּעָה *cum clangore, unter Jauchzen*; 1 Reg. 10, 2. *venit* בְּחַיִל כָּבֵד *cum (in) magno exercitu*, Num. 20, 20.; אַהֲרֹן בְּכֹהֲנָיו *Aaron cum sacerdotib. ejus* (inter sac. cf. μετά) Ps. 99, 6. (de societate eorum, qui aequali sunt dignitate, dici non potest), v. sub בּוֹא, יָרַד; aut h) ubi ponitur de *statu* et *conditione* animi in qua quis versatur vel aliquid facit, בְּשִׂנְאָה *in Hass* Num. 35, 20., בִּשְׁגָגָה *in Irrthum* Levit. 4, 2. 22. etc., adde בְּכֹחַ *in Kraft* Jes. 10, 13., בַּשַּׁלְוָה *in tranquillitate* (tranquille) 2 Sam. 3, 27.

Sed accedunt etiam *translatae* significationes, quae ab istarum, quas modo persecuti sumus, simplicitate aliquantum abhorrent. Dicitur enim בְּ: 1) de *instrumento*, ut Jos. 10, 11. הָרַג בַּחֶרֶב *occidere gladio*, Neh. 9, 4. זָעַק בְּקוֹל *clamare voce*, Gen. 32, 11. Exod. 14 21. Ps. 91, 4., qui quidem usus proficiscitur a talibus formulis: קָרָא בְגָרוֹן *clamare in gutture* Jes. 58, 1., שָׂרַף בְּ *comburere in igni* (δεῖν ἐν πεδαῖς Xenoph. Anab. 4, 3, 8.) etc., pauliatim vero magis diffusus est, quod vis alicujus in eo, quo utitur, instrumento inesse (*übergegangen in das Werkz.*) cogitari potest; nec prorsus dissimiles sunt praeposs. διά, *per, durch* (*die Kraft durch d. Werkz. hindurchgehend*). Raro de hominibus sic dicitur: ut עָבַד בְּ *opus facere per aliq.* h. e. aliquo tanquam servo uti Exod. 1, 14. Levit. 25, 39. (vana enim sunt, quae docet Gesenius ad Jes. I, p. 471 sq.). Huc pertinet etiam, quod בְּ emendi vendendique verbis additur ad *pretii* notionem exprimendam 2 Sam. 24, 24. וַיִּקֶן אֶת־הַגֹּרֶן בְּכֶסֶף שְׁקָלִים חֲמִשִּׁים *emit aream argento siclorum quinquaginta*, 1 Reg. 21, 6. 15. Deut. 19, 21. Jes. 7, 23. Thren. 5, 4. — 2) de *caussa*, Jon. 1, 14. אַל־נָא נֹאבְדָה בְּנֶפֶשׁ הָאִישׁ *ne pereamus propter animam huj. viri*, 2 Reg. 14, 6. Gen. 18, 28. Hinc fit, ut passim reddi possit: *pro:* Gen. 29, 18. אֶעֱבָדְךָ בְּרָחֵל *serviam tibi propter Rahelem* (pro Rahele), *um R.;* adde Thren. 1, 11. Cant. 8,

7. — 3) de ea re, cui animus vel mens inhaeret (*Gegenstand, auf welchem das Denken oder Empfinden ruht*), ut שָׂמַח בְּ *sich freuen über* (εὐφραίνεσθαι ἐν Xenoph. Hier. 1, 17.), קוּט בְּ *Ekel empfinden an* (cf. sub e.), שִׂיחַ בְּ *nachdenken über* Ps. 105, 2., עָלַז בְּ, הִתְהַלֵּל, רִנֵּן *exultare, gloriari aliqua re,* רָצָה בְּ *Wohlgefallen haben an;* etiam דִּבֶּר בְּ *loqui de* al. re Deut. 3, 26. Ps. 87, 3., quo pertinet: עָנָה בְּ (propr. *respondere* judici *de* al.) h. e. *testari* vel *pro* al. vel *contra* al.; כִּחֵשׁ בְּ Levit. 5, 21. 19, 11. *leugnend über etwas sich äussern* (*an einer Sache als Lügner sich zeigen*) etc. — 4) de eo, cui quis *dominatur,* hinc מָלַךְ בְּ, מָשַׁל, שָׁלַט, רָדָה, ut nos dicimus: *herrschen über jem.* cf. ἄρχειν, ἀνάσσειν ἐν πολλοῖς. Dominantes enim incumbunt quasi ei, quem sub potestate habent. — 5) de eo, per quem (quod) aliquis *jurat* Jes. 62, 8. נִשְׁבַּע יְהוָֹה בִּימִינוֹ *juravit Jova per dextram suam,* Gen. 21, 23. 22, 16. Propr. est, ita ut propinquum, praesens tibi fingas numen, velut nostrates dicunt: *bei* (*in Gegenwart*) *Gott.* — 6) de *norma,* ad quam aliquid exigitur, Gen. 1, 26. נַעֲשֶׂה אָדָם בְּצַלְמֵנוּ *faciamus hominem secundum imaginem nostram* (pr. *in unserm Bilde* h. e. ita ut imag. nostram repraesentet), Num. 14, 34. בְּמִסְפַּר הַיָּמִים *secundum numerum* (pro num.) *dierum,* Levit. 5, 15. — 7) ubi singulae res ad genera sua revocantur Gen. 7, 21. כָּל־בָּשָׂר בָּעוֹף וּבַבְּהֵמָה וּבַחַיָּה *alle Geschöpfe an Vögeln* etc., Gen. 9, 10. Exod. 12, 19. Num. 31, 11.

Quod vero addunt (Rosenm. ad Psalm. II, p. 947. Gesen. ad Jes. II, p. 78.), בְּ passim poni pro כְּ *sicut,* id non videtur satis probabiliter praecipi; nam Hos. 10, 15. בַּשַּׁחַר נִדְמֹה — vertas: *evanescet in* h. e. *cum aurora* i. e. cito (ut Ps. 37, 20. בֶּעָשָׁן), Ps. 39, 7. אַךְ בְּצֶלֶם יִתְהַלֶּךְ־אִישׁ hoc sibi vult: *nur im Bilde wandelt der Mensch* (ita, ut nihil nisi umbram hom. prae se ferat), Jes. 48, 10. צְרַפְתִּיךָ וְלֹא בְכֶסֶף recte interpretatus est Gesenius: *und nicht mit Silber* h. e. *so, dass ich Silber gewann;* denique Jes. 48, 19. legitur כְּ; locus autem Job. 36, 14. prorsus est ab hac disputatione alienus.

Infinitivo praefixum בְּ exponendum est per *cum, dum* (nusquam per *postquam*), ipse autem infinitivus in tempus *finitum* resolvendus, ut Gen. 33, 18. בְּבֹאוֹ מִפַּדַּן אֲרָם *cum veniret ex Padan Aram* (*bei seinem Kommen aus* etc.), Gen. 2, 4. Exod. 16, 7. Deut. 4, 46. 2 Reg. 5, 18. Ps. 4, 2. etc.; vel exprimit *gerundium* in *do,* ut Esr. 3, 11. Aliquoties sic in Cthib et Kri cum praefixo כְּ permutatur, eodem manente sensu, vid. de praefixo כְּ infra ab initio litterae כ.

Denique *praedicato* aut *subjecto* passim praemitti docent hoc voc., ubi deesse posset. Sed mirifice falluntur; etenim Exod. 32, 22. כִּי בְרָע הוּא vertas: *nam in malo est* (*im Argen*) h. e. *malus est;* Prov. 3, 26. יְהוָֹה יִהְיֶה בְכִסְלֶךָ *Jova est tibi in spe, Jova est spes tua;* Jes. 26, 4. בְּיָהּ צוּר *in Jova est rupes, Jova est rupis instar;* Ps. 68, 5. בְּיָהּ שְׁמוֹ *in Jah* (in voc. Jah) *est, continetur nomen ejus;* etiam Esr. 3, 3., qui unus locus aliquam speciem habet, verba בְּאֵימָה עֲלֵיהֶם interpretanda sic esse videntur: *nam in terrore* h. e. terrore correpti *erant propter se* (ipsos). Neque huc pertinent loci Jes. 45, 14. Ps. 99, 6. Hos. 13, 9. Job. 18, 8. Exulat igitur e libris hebr. בְּ *essentiae,* quod jactant, quanquam id in lingua arab. deprehendi non negamus v. de Sacy Gramm. arab. I, p. 356. add. Schultens. ad Job. 7, 11. 23, 13. Prov. 8, 8. etc.

בָּאַר (in Kal inusit.) propr. *fodit, eruit*, arab. بار; Pih. בֵּאֵר 1) *effodit, incidit* (tabulis), hinc infin. בַּאֵר *characteres infodiendo, inscribendo* Deut. 27, 8. (ubi alii legunt בָּאֵר); sq. עַל *inscripsit* Hab. 2, 2. 2) *explicuit, explanavit* Deut. 1, 5.

בְּאֵר f. 1) puteus (ut arab. بئر, syr. ܒܐܪܐ et sam.) tam aquae vivae (plenius בְּאֵר מַיִם חַיִּים Gen. 26, 19.), quam (idque multo frequentius) pluvialis (*cisterna*) Gen. 21, 19. 30. 26, 19. 20 21. Num. 20, 17. 21, 16. Jer. 38, 6. 2 Sam. 17, 18 sqq. v. Wineri Lex. bibl. I, p. 122 sq.; it. *fovea* Ps. 55, 24 69, 16. Cum ה locali בְּאֵרָה Num. 21, 16., cum affixo in pausa בְּאֵרֶךָ Prov. 5, 15., plur. בְּאֵרוֹת Gen. 26, 15. 18., in regim. בְּאֵרֹת Gen. 14, 10. — 2) nom. propr. a) stationis israel. in deserto Num. 21, 16 sqq. (v. infra בְּאֵר אֵלִים); b) oppidi in tribu Juda Jud. 9, 21. (coll. *Brunnen* in Helvetia). — Alia quoque puteorum et oppidorum nomina ab hoc voc. incipiunt, ut: 1) בְּאֵר אֵלִים Jes. 15, 8., de cujus loci situ non constat. Nonnulli eundem significari putant, cujus mentio fit Num. 21, 18.; hic enim *principes* (שָׂרִים i. q. אֵלִים) dicuntur effodisse puteum istum, a quo statio Israel. in deserto nomen accepit. — 2) בְּאֵר לַחַי רֹאִי Gen. 16, 14. 24, 62. 25, 11. nom. putei in deserto Palaestinam inter et Aegyptum medio. Quid sibi velit haec appellatio, non satis patet; verum, si accentui fides, רֹאִי dictum est pro רֹאֵנִי (cf. Job. 7, 8.) hoc modo: *puteus viventis* (Dei), *qui me vidit* (h. e. mihi opem tulit). 3) בְּאֵר שֶׁבַע (*puteus jurisjurandi*, Lxx. φρέαρ ὁρκισμοῦ) Gen. 21, 31. 26, 33. 2 Sam. 17, 11. oppidum in extrema Palaestina, qua ad meridiem vergit. Seetzenius ibi offendit aliquot puteos, quibus *Szabéa* nomen fuit. Adde 4) בְּאֵרוֹת nom. propr. oppidi in tribu Benjam., Hierosolyma inter et Sichemum, 2 Sam. 4, 2. 23, 37., hinc gentil. בְּאֵרִי *Beerita* 2 Sam. 4, 2. 3. 23, 37. — 5) בְּאֵרֹת בְּנֵי יַעֲקָן nom. propr. loci in deserto arab. Num. 33, 31. Deut. 10, 6.

בֹּאר (ex syriasmo pro בְּאֵר, arab. بورة) Jer. 2, 13. (2 Sam. 23, 15. 16. 20. Cthib legendum est: בְּאֵר), sed longe frequentius בּוֹר m. 1) *puteus* h. e. *cisterna* Prov. 5, 15. 2 Reg. 18, 31. Jes. 36, 16. Gen. 37, 22. 24. 28., *fovea* 1 Sam. 13, 6. Ps. 7, 16. 1 Chron. 11, 22. 2) *carcer* subterraneus, quoniam in cisterna aquis destituta captivi detinentur (Jer. 38, 6. Zach. 9, 11.) Jes. 24, 22., hinc latiore sensu בֵּית הַבּוֹר *domus custodiae* (*Stockhaus*) Exod. 12, 29. Jer. 37, 16. 3) poet. *sepulcrum* Prov. 28, 17. Jes. 14, 19., hinc saepe cum שְׁאוֹל componitur Prov. 1, 12. Ps. 30, 4. adeoque de ipso *orco* dicitur Jes. 14, 15.; יוֹרְדֵי בוֹר *morientes, moribundi* Prov. 1, 12. Ps. 143, 7., vel *mortui* Ps. 30, 4. 88, 5. Jes. 38, 18. Ezech. 26, 20. 31, 16. — Cum ה locali בֹּרָה Gen. 37, 24., plur. בֹּארֹת (pro בְּאֵרוֹת) Jer. 2, 13., alibi בֹּרוֹת Deut. 6, 11. 1 Sam. 13, 6. etc.

בָּאַשׁ *putuit, foetuit* (بئس *id.*) Exod. 7, 21. 16, 20. Jes. 50, 2. — Niph. נִבְאַשׁ *foetidus factus est*, metaph. *abominabilis, odiosus factus est* 1 Sam. 13, 4. 2 Sam. 16, 21. — Hiph. הִבְאִישׁ 1) *foetere fecit, foetidum reddidit* Cohel. 10, 1., trop. *exosum reddidit*: לְהַבְאִישֵׁנִי בְּיֹשֵׁב הָאָרֶץ *ad exosum me incolis terrae reddendum* Gen. 34, 30.; intransit. a) *foetuit* Exod. 16, 24. b) *exosus, invisus fuit* vel *factus est* 1 Sam.

27, 12. — 2) *improbe egit* Prov. 13, 5. cf. ܒܐܫ Act. 7, 19. et أبأس *malum, damnum attulit.* Si ad propriam voc. vim, quae ap. Hebr. obtinet, respicitur, simile quid habes in lingua pers. كنده *foetens* et *pravus, improbus* v. Bohlen. in Rosenm. Repert. exeg. I, p. 105. — Hithpah. *se ipsum foetidum* i. e. *odiosum fecit* 1 Chron. 19, 6.

בְּאֵשׁ chald. *malus, malum fuit* (cf. בְּסַם *suavis fuit,* hebr. בָּשָׂם *bene olere,* طاب *bene olere,* hebr. טוֹב *bonum esse*), Dan. 6, 15. בְּאֵשׁ עֲלוֹהִי *malum ei visum est, displicuit.*

בְּאֻשִׁים plur. m. *labruscae* h. e. *uvae malae, acidae* Jes. 5, 2. 4. (talm. literis transpositis אבּשׁים Mischn. I, 246.). Hanc esse voc. significationem, uberius demonstravit Gesenius ad h. l. Aliis est *aconitum, napellum aconitum,* quae est herba venenata, luxuriosius et sponte nascens in collibus apricis v. Celsii *Hierobot.* T. II, p. 199. Michael. Suppl. p. 146 sq., coll. بيش *bisch.* At hoc non est arabicum voc. sed *persicum,* adeoque nulla ratione derivandum ab hac radice semitica.

בְּאֹשׁ (*b'osch*) m. *foetor* Am. 4, 10.

בְּאֹשׁ m. *id.,* unde cum suffixis בָּאְשׁוֹ Joel. 2, 20. et בָּאְשָׁם Jes. 34, 3.

בָּאְשָׁה f. Job. 31, 40. *herba* (*mala*), *inutilis* (*Unkraut*).

בִּאוּשׁ m. chald. *malus, malignus;* foem. emphat. בִּאוּשְׁתָּא Esr. 4, 12.

בְּאַתַר v. sub אֲתַר.

בָּבָה v. sub rad. בּוּב.

בָּבֶל nom. propr. a) urbis nobilissimae ad Euphratem sitae, quae fuit metropolis Babyloniae, graec. *Βαβυλών* Jer. 50, 12. 2 Chron. 36, 7. Esr. 5, 14. Gen. 11, 1 sqq. Dan. 4, 27. etc. (v. Rosenm. *Alterth.* I, 2, p. 7 sqq.), cum ה loc. בָּבֶלָה; b) regni babylonici, Babyloniae 2 Reg. 20, 12. 25, 6. Ps. 87, 4. 137, 1. Jes. 14, 4. 39, 1. Derivatur hoc voc. Gen. 11, 9. a *confusione linguarum,* pro בַּלְבֵּל cf. syr. ܒܘܠܒܠܐ *confusio sermonis, balbutiendi consuetudo* (ejecta lit. ל cf. Gesen. Lehrgeb. §. 33.) et infra בָּלַל. Sed fortasse contractum est ex باب بل *porta* s. aula *Beli.* cf. Eichhorn. progr. in quo *declarantur diversitatis linguarum ex traditione semitica origines* (Gott. 1788.) p. 17. et in Biblioth. orient. III, p. 981 sqq.

בָּבְלָי chald. *Babylonius.* Plur. constr. בָּבְלָיֵא Esr. 4, 9.

בַּג m. Ezech. 25, 7. sec. Cthib (Kri habet בַּז) fortasse i. q. pers. باه (arab. pronunciant باج) *cibus,* ut jam suspicati sunt Hottinger. et Pfeiffer. Convenit quodammodo phrygicum *βέκος panis,* quod ap. Herod. 2, 2. legitur. Cf. פַּתְבַּג.

בָּגַד 1) propr. *texit* (cf. infra בֶּגֶד), hinc *tecte* h. e. *fraudulenter et perfide egit, fefellit* (sicut قبع *texit, abscondidit,* hebr. קָבַע significat *defraudavit, spoliavit,* كفر *texit* et *impie egit,* לְבַשׁ arab. *tegere, vestire,* sam. *decipere* etc.) 1 Sam. 14, 33. Mal. 2, 16. Job. 6, 15. Jes.

48, 8., sq. בְּ pers. Jud. 9, 23. Mal. 2, 10., praegn. sq. מִן (*perfide deserere aliquem*) Jer. 3, 20., sq. acc. pers. (*deserere* al.) Ps. 73, 15., spec. בָּגַד בַּיהוָה *perfide agere adv. Jovam, a Jova desciscere* Hos. 5, 7. 6, 7. Jer. 5, 11., בָּגַד בְּאִשָּׁה *perfide agere adv. uxorem* h. e. eam perfide deserere Exod. 21, 8. Mal. 2, 14. 15. coll. Jer. 3, 7. Partic. בֹּגֵד *perfidus* (a Jova desciscens) h. e. *impius* Prov. 2, 22 (copul. c. רְשָׁעִים) 11, 3. 6. 21, 18 (opp. יְשָׁרִים) Jer. 12, 1 (opp. צַדִּיקִים) Ps. 25, 3 (opp. קֹוֵי יְהוָה) 119, 158. Prov. 22, 12.; בֹּגְדֵי אָוֶן Ps. 59, 6. — 2) *vexavit, vim intulit, proterve egit* Jes. 24, 16. 21, 2., spec. *spoliavit* 33, 1. Hinc *arrogans, petulans fuit* Hab. 2, 5., ubi de vino h. e. vinolento dicitur. Infin. absol. בָּגוֹד Jer. 5, 11., constr. בְּגֹד, cum affixo בִּגְדוֹ Exod. 21, 8., fut. יִבְגֹּד Malach. 2, 15. et יִבְגַּד 2, 10.

בֶּגֶד com. (sed saepius m.) 1) *tegumentum, stragulum* Num. 4, 6—13., spec. *vestis* suprema eaque laxa Orientalium Gen. 39, 13. Levit. 13, 53. 2 Reg. 5, 26. Prov. 20, 16. etc., quae (si itinerariis fides) plerumque longitudinem sex, latitudinem quinque vel sex pedum habet (arab. حبك), quamque interdiu corpori injiciunt cuique noctu dormituri se involvunt Jes. 61, 5. 1 Sam. 19, 13. 1 Reg. 1, 1. Am. 2, 8. (sicut graec. ἱμάτιον atque lat. *pallium* etiam pro *stragulis lectorum* sumi, observat Ferrarius de *re vestiar.* P. II. L. IV. c. 2. et 3.). Jungitur nominibus *materiae*, ut בִּגְדֵי שֵׁשׁ, בַּד, כִּלְאַיִם Gen. 41, 42. Levit. 16, 23. 19, 19. Deut. 22, 11., vel *coloris* בֶּגֶד תּוֹלַעַת Num. 4, 8. בֶּגֶד אַרְגָּמָן Num. 4, 13., vel *artis* בִּגְדֵי רִקְמָה Ezech. 16, 18. 26, 16., vel *usus* בִּגְדֵי קֹדֶשׁ Exod. 28, 2., בִּגְדֵי אֵבֶל 1 Sam. 14, 2.; בֶּגֶד עִדִּים *vestis menstruata* Jes. 64, 5. Passim absol. positum *vestem pretiosam* significare videtur 1 Reg. 22, 10. Zach. 3, 5. (sed cf. Gen. 27, 15.). Cum affixis בִּגְדִי (omisso dag. l.) Esr. 9, 3. 5. בִּגְדוֹ Gen. 39, 12. 13. 15. Prov. 20, 16., plur. בְּגָדִים 1 Reg. 1, 1., in regim. בִּגְדֵי et בִּגְדוֹת, unde semel cum affixo בִּגְדוֹתַיִךְ Ps. 45, 9. — 2) *perfidia, defectio* Jer. 12, 1., it. *protervitas, violentia* Jes. 24, 16.

בֹּגְדוֹת plur. f. *perfidiae, fraudes* Zeph. 3, 4.

בָּגוֹד m., בָּגוֹדָה f. *perfidus* Jer. 3, 7. 10.

בִּגְלַל v. sub rad. גלל.

בַּד m. *linum tenuissimum* (arab. بَزّ) Exod. 28, 42. Levit. 6, 3. 1 Sam. 2, 18. 2 Sam. 6, 14. etc.; מִכְנְסֵי הַבַּד *subligacula linea* Exod. 39, 28. Plur. בַּדִּים metonymice de *vestibus lineis* usurpatur Ezech. 9, 2. 3. 11. 10, 2. 6. 7. Dan. 10, 5. 12, 6. 7. [Aliud בַּד vid. sub rad. בדד].

בָּדָא *excogitavit* (coll. بدأ sab. *finxit, effinxit*, v. Hartmann. Einl. p. 216.) 1 Reg. 12, 33. Part. praes. cum affixo בּוֹדָאם (ex syriasmo pro בּוֹדְאָם) *excogitans ea* Neh. 6, 8. (בַּדִּים v. sub rad. בדד).

בָּדַד I) arab. بَدَّ *separavit*, hebr. intransit. *separavit se, solitarie vixit.* Part. praes. בּוֹדֵד *solitarius* Ps. 102, 8. Jes. 14, 31. (ad quem loc. v. Rosenm.) Hos. 8, 9. — II) i. q. ברא *excogitavit, finxit* v. בַּד.

בָּדָד m. *separatio, solitudo* (substantivum esse, non adjectivum jam dudum observarunt Kimchius in *Libro Radicum* et Auctor *Michlal Jophi* ad Deut. 32, 12., conf. Danzii *Interpres Hebraeo-Chald.* p. 180.

sq.), לְבָדָד *seorsum* Num. 23, 9. Mich. 7, 14., *solum* Ps. 4, 9.; alibi ipsum בָּדָד in adv. abit: *seorsum* Deut. 33, 28., *solum* Deut. 32, 12. יְהוָה בָּדָד יַנְחֶנּוּ *Jova (solum) solus eum ducet, solitarie* Jer. 15, 17. בָּדָד יָשַׁבְתִּי *solitarius sedi*, 49, 31. Thren. 1, 1. coll. Jes. 27, 10.

בַּד m. 1) a) *separatio, sejunctio*, hinc *solitudo* Job. 17, 16. בַּדֵּי שְׁאוֹל *solitudines orci* (al. *vectes* h. e. obices, pessuli; sed v. Schnurrer. Dissertatt. p. 252.). b) *separatum, segregatum*, hinc plur. בַּדִּים *rami* Ezech. 17, 6. 19, 14., deinde *vectes* (qui e ramis conficiuntur) Exod. 26, 13 sqq. Num. 4, 6 sqq., it. *repagula*, trop. de principibus et viris fortibus, qui civitatem defendunt, Hos. 11, 6.; בַּדֵּי הָעוֹר et בַּדִּים simpl. *artus, membra* (quasi rami corporis) Job. 18, 13. 41, 3 (4). Contra *membra* de arbor. ramis dic. v. de la Cerda ad Virg. Geo. 2, 19. Barth. ad Stat. Theb. 1, 361. c) *solum* Exod. 26, 9. בַּד יִהְיֶה בְּבַד *solum erit in solo* h. e. quodque *aromatum seorsum sumas* (ut Aben-Esra explicuit); alii *aequalis ponderis erunt omnia* sec. Lxx. Cum praefixo לְ, לְבַד sexcenties in adverb. abit: *seorsum* Gen. 21, 28. 29. Zach. 12, 12. Jud. 7, 5., *solum, tantummodo* Eccles. 7, 29. Jes. 26, 13., hinc c. affixis אָנֹכִי לְבַדִּי *ego solus* Num. 11, 14., אַתָּה לְבַדְּךָ *tu solus* Exod. 18, 14. 1 Sam. 21, 1., לְךָ לְבַדֶּךָ *tibi soli* Ps. 51, 6., לְבַדּוֹ *solus is* Gen. 2, 18., לְבַדָּהּ Jos. 11, 13., לְבַדָּם 1 Reg. 11, 29., לְבַדְּנָה Gen. 21, 29., לְבַדְּהֶן 21, 28. etc., adde Ps. 71, 16. צִדְקָתְךָ לְבַדֶּךָ Lxx. ἡ δικαιοσύνη σου μόνου. — לְבַד מִן *praeter* Exod. 12, 37. Jos. 17, 5. Jud. 8, 26., מִלְּבַד *id.* Num. 17, 14. Deut. 28, 69. Esr. 2, 65., c. affix. מִלְּבַדּוֹ Deut. 4, 35., מִלְּבַד אֲשֶׁר *praeter id quod* Num. 6, 21. 1 Reg. 10, 13., לְבַד עַל *(super) praeter id quod* Esr. 1, 6. — 2) בַּדִּים *mendacia, vani sermones* Jes. 16, 6. 48, 30. 50, 36. Job. 11, 3., concr. *mendaces, vaniloqui* Jes. 44, 25. Jer. 50, 36.

בָּדַל in Kal inusit., Niph. 1) *separatus est* 1 Chron. 23, 13., *selectus, lectus est* Esr. 10, 16. 2) *separavit, sejunxit se* sq. מִן Num. 16, 21. Esr. 9, 1. 10, 11. 16., praegn. sq. אֶל *se separavit* et adjunxit, applicuit *ad* aliq. 1 Chron. 12, 8. — Hiph. הִבְדִּיל *separavit, sejunxit*, sq. מִן Levit. 20, 24. 26. Esr. 8, 24., sq. מֵעַל (ubi *excludendi* notio accedit) Jes. 56, 3.; *selegit, discrevit* Deut. 4, 41. 10, 8. 19, 7. Ezech. 39, 14., sq. לְ *selegit* alicui muneri 1 Chron. 25, 1. vel *destinavit* alicui rei Deut. 29, 20.; *distinxit, divisit* sq. בֵּין--וּבֵין Exod. 26, 33., sq. בֵּין--לְ Gen. 1, 6., sq. בֵּין--לְבֵין Jes. 59, 2.

בָּדָל m. *pars, particula*, unde בְּדַל אֹזֶן *particula* sive *lobus auris, auricula* Am. 3, 12.

בְּדִיל m. 1) *stannum* h. e. *plumbum* ab argento in fornace *separandum* (κασσίτερος Plin. H. N. XXXIV, 16.) Jes. 1, 25. Ezech. 22, 18. 20. 2, 7. 12. 2) *plumbum album*, nostratibus *Zinn* Num. 31, 22.

מִבְדָּלוֹת plur. f. *loca separata* Jos. 16, 9. הֶעָרִים הַמִּבְדָּלוֹת לִבְנֵי אֶפְרַיִם urbes *separatae* h. e. destinatae, concessae *Ephraimitis*.

בְּדֹלַח m. Gen. 2, 12. Num. 11, 7., auctore Josepho (cf. Aquil. Symmach. Theod. in l. Num., Vulg. utroque l.) *bdellium* (βδέλλιον) lacryma odorata arboris arabicae et indicae (Plin. H. N. 12, 9.), quam *borassum flabelliformem* esse putant. Hanc voc. explicationem defendunt

Salmasius in *Exercitatt.* ad Solinum p. 809 sq. et in *Homonym. Hyles Jatric.* c. 109. Clericus ad ll. cc. Celsius in *Hierobotan.* P. I, p. 324 sq. et Rosenm. *Alterth.* I, 1, p. 203., nec graeci nom. similitudini nihil tribuendum. Veterum interpretum conjecturas alias recenset Michaelis in *Suppl.*, qui quidem Num. 11, 7. *bdellii*, Gen. 2, 12. vero *gemmae* significationem commendat. Contra בְּדֹלַח *margaritam* esse, pluribus contendit Bochartus in *Hieroz.* P. II. L. V. c. 5., contra quem vid. Clericus l. c. Quidam *crystallum* intelligunt, quam sententiam Relandus tuetur in *Diss. miscell.* P. I, p. 27 sq., conf. Ursinus in *Herbario* p. 203 sq. Hartmannus denique (Hebraerinn III, p. 96 sqq.) *beryllum*.

בְּדָן nom. viri 1 Chron. 7, 17. In loco 1 Sam. 12, 11. videtur suffes quidam Hebraeorum, cujus in libro Jud. nulla injicitur mentio, dici; sed Lxx. Syr. Ar. habent בָּרָק. Chald. *Simsonis* nomen posuit, fortasse coll. arab. بدن *crassus, obesus, robustus fuit* v. Simon. Onom. p. 105 sq.

בָּדַק i. q. arab. بثق *laceravit, fidit, perrupit* (unde בֶּדֶק, quod statim v.), it. *rimas reparavit* (verbum denom. a בֶּדֶק *rima*) 2 Chron. 34, 10. ܒܕܩ *id.* v. Michaelis *Suppl.*

בֶּדֶק m. *fissura, rima* 2 Reg. 12, 6. 7. 8. 9. 13. 22, 5., cum affixo בִּדְקֵךְ Ezech. 27, 9. 27.

בְּדַר chald. idem quod hebr. בָּזַר *sparsit, dispersit;* unde Pah. imperat. plur. בַּדַּרוּ *spargite* Dan. 4, 11.

בָּהָה rad. Hebr. non usitat., arab. بهو *vacuus, inanis fuit.*

בֹּהוּ (pro בֹּהוּ) m. *vacuitas, inanitas, vastitas* Gen. 1, 2. Jes. 34, 11. Jer. 4, 23. copul. cum תֹּהוּ.

בַּהַט m. *marmoris* (vel porphyritae) species Esth. 1, 6. Conferunt auctore Kimchio rad. arab. بهظ *gravis fuit, gravavit.* Lxx. *σμαραγδίτης*.

בָּהַל in Kal inusit., Niph. נִבְהַל *vehementer consternatus, perterritus est,* atque ita *tremuit* Ps. 30, 8. Exod. 15, 15. 1 Sam. 28, 21. 2 Sam. 4, 1., sq. מִפְּנֵי pers. Job. 23, 15. Eccles. 8, 3., poet. etiam de manibus Ezech. 7, 27. et ossibus Ps. 6, 5. (propr. רָגַז). Passim: *trepide aufugit* Jud. 20, 41. (sic Cic. dixit: *ab aedibus perterreri* Caecin. 13.); hinc a) sq. לְ *trepidavit, praeceps ruit ad* aliquid Prov. 28, 22 (ubi pingitur temeritas ejus, qui divitiis inhiat); part. נִבְהָל *acceleratus* Zeph. 1, 18. ubi v. Rosenm. Cf. הָרַד, פָּחַד etc.; b) alio significationis deverticulo: (*fugit*) *evanuit, interiit* Ps. 104, 29. sec. nonnullos, sed v. Rosenm. ad h. l. — Pih. בִּהַל 1) *perturbavit, perterruit* Job. 22, 10. Ps. 2, 5. 83, 16. 2 Chron. 32, 18. Esr. 4, 4. 2) *acceleravit* aliquid Esth. 2, 9., hinc festinanter, *praecipitanter egit* Eccles. 5, 1. 7, 9., *festinavit* 2 Chron. 35, 21. — Pyhal part. מְבֹהָל *praecipitatus* h. e. in praecipitem cursum effusus Esth. 8, 14. vel temere acceleratus (*corrasus*) Prov. 20, 21. (de divitiis), sed v. בחל. — Hiph. הִבְהִיל 1) *perturbavit, perterruit* Job. 23, 16. 2) *praecipitavit* h. e. raptim abegit 2 Chron. 26, 20.

וַיַּבְהִלוּ לְהָבִיא אֶת־הָמָן אֶל־הַמִּשְׁתֶּה *praecipitarunt* (urserunt) Hamanum, *ut eum adducerent* etc.

בַּהֵל chald. *id.*, Pahel *perturbavit, terruit* Dan. 4, 2. 16. 7, 15. 28. 5, 6. 10. — Ithpah. part. מִתְבַּהַל *perturbatus* Dan. 5, 9.

בֶּהָלָה f. 1) *consternatio, perturbatio* Levit. 26, 16. Plur. בֶּהָלוֹת *terrores* Jer. 15, 8. 2) *interitus repentinus* Ps. 78, 33. Jes. 65, 23.

בְּהִילוּ (per apocopen pro בְּהִילוּת) chald. f. *festinatio* Esr. 4, 23.

הִתְבְּהָלָה f. *id.* Dan. 2, 25. 3, 24. 6, 20.

בָּהַם rad. Hebr. non usitat., aeth. et arab. X. بهم *obmutuit.*

בְּהֵמָה f. *pecus* (pecora), *Vieh* (arab. بَهِيمَة) oppos. hominibus Eccles. 3, 19. 21. Ps. 36, 7. Exod. 9, 25. Job. 18, 3.; *pecus alicujus* est id quod alit (grex, greges al.) Exod. 20, 10. Levit. 1, 2. 19, 19. 26, 22. Prov. 12, 10. Num. 31, 9. Deut. 5, 14. Esr. 1, 6. (raro de una pecude, *Stück Vieh* Levit. 24, 18.), *pecus silvae* (הַיַּעַר) vel *agri* (הַשָּׂדֶה s. הָאָרֶץ) sunt *ferae* Mich. 5, 7. 1 Sam. 17, 44. Joel 1, 20. Jer. 7, 33. Jes. 18, 6. Sed בְּהֵמָה absolute etiam positum angustiore sensu dicitur pro varia locorum indole: a) opp. feris (חַיַּת הַשָּׂדֶה) de bestiis cicuribus Gen. 3, 14. Levit. 25, 7.; b) de quadrupedibus (majoribus) oppos. avibus et vermibus (רֶמֶשׂ) Gen. 1, 24. 26. 7, 21.; c) de feris Hab. 2, 17., v. supra. In regim. בֶּהֱמַת 1 Sam. 17, 44., cum affixo בְּהֶמְתְּךָ (a forma בֶּהֱמַת) Levit. 19, 19. 25, 7., בְּהֶמְתֵּנוּ Neh. 9, 37. etc. — Plur. בְּהֵמוֹת *pecudes, bestiae,* in regim. בַּהֲמוֹת Mich. 5, 7. Joel. 1, 20. Sed Job. 40, 15. (10) בְּהֵמוֹת animalis cujusdam nomen speciale est, sub terminatione plurali (ad indicandam ejus *magnitudinem*). Multi *elephantem*, animalium terrestrium *maximum* (qui Graecis κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur τὸ θηρίον, lat. *bellua*), intelligunt, quam sententiam tuentur Pfeifferus in Dub. vex. p. 519. Clericus, Scheuchzerus, Schultens, Michaelis in *Suppl.* Schoder in *Specim. Hierozoici* I, p. 2 sqq. aliique apud Cyprianum in Continuat. Franzii *Histor. Animal.* p. 498. — Bocharto autem in *Hieroz.* P. II. L. V. c. 15. (Tom. III, p. 705 sqq. ed. Lips.) et recentioribus explicatoribus paene omnibus est *hippopotamus*, animal elephante etiam amplius et crassius; ipsum vero vocabulum, quod Hebraei in domesticae vocis similitudinem corruperunt, videtur originis aegyptiacae esse. Nam Coptis est Ⲡ-ⲈϨⲈ-ⲘⲰⲞⲨⲦ *bos aquatilis*, compos. ex ⲈϨⲈ *Ehe*, *bos*, Ⲡ artic., qui ut *B* effertur, et ⲘⲰⲞⲨⲦ *Mout*, *aquatilis*; ita dictus, quod, si plurimam corporis partem spectas, *bovem* refert (ut Graecis *hippopotamus*, quia *equo* saltem quoad aures et hinnitum similis est v. *Repertorium litter. bibl. et orient.* T. XIII, p. 5.); cf. praeter Bochartum inpr. Ludolfus in *Histor. Aethiop.* L. I. c. 11. et in *Commentar.* p. 156 sq.

בֹּהֶן m. *pollex* sive manus Exod. 29, 20. sive pedis Exod. 29, 20. Levit. 8, 23. 14, 14. etc., plur בְּהֹנוֹת Jud. 1, 6. 7. Origo vocis non liquet. Arab. إبهام *id.*

בָּהַק rad. Hebr. non usitat., syr. ܒܗܩ albus fuit, sed chald. splenduit cf. sub. ܒܗܩܐ et sam. בהקה splendor.

בֹּהַק m. Levit. 13, 39. maculae albae in cute, sed languidae (pallidae), pro lepra non habendae, quae hodie adhuc in Arabia dicuntur بهق teste Niebuhrio in Descript. Arabiae p. 135.

בָּהַר rad. Hebr. non usit., arab. بهر admodum luxit, syr. ܒܗܪ, trop. illustravit, glorificavit (aethiop. litteris transpositis ብርሀ: clarus fuit, luxit, splenduit). Inde:

בָּהִיר m. lucidus, splendens Job. 37, 21.

בַּהֶרֶת f. papula vel pustula ex cute effulgens et promicans, quam medici rom. dicunt vitiliginem albam, Hippocrat. λευκήν, Levit. 13, 2. 4. 19. 23. 24. 28. Plur. בֶּהָרוֹת Levit. 13, 38. 39.

בּוֹא 1) propr. intravit, ingressus est (ut arab. باء et aeth.) Exod. 3, 14. Jos. 6, 23. 2 Reg. 4, 4. Num. 4, 5. 1 Sam. 17, 22. (hinc crebra oppositio verborum בא et יצא Deut. 28, 6. 19. 1 Reg. 15, 17. 2 Reg. 19, 27. Ps. 121, 8. etc.), sq. אֶל Levit. 16, 3. 2 Chron. 7, 2. Neh. 6, 11. Gen. 43, 21. vel he loc. 2 Reg. 9, 6. vel acc. loci (ut lat. ingredi urbem, intrare domum) Ps. 100, 4., et ubi simul commorandi sensus inest, sq. בְּ Jes. 3, 14. 52, 1. (v. Wineri Grammat. N. T. p. 159. cf. sub בְּ). Adde has formulas: a) intrare et exire h. e. versari, res suas gerere (i. q. הִתְהַלֵּךְ) 1 Sam. 29, 6. 1 Reg. 3, 7. etc., libere vivere Jer. 37, 4. Jos. 6, 1. 1 Reg. 15, 17.; בָּא וְיָצָא לִפְנֵי פ׳ intrare et exire ante aliquem h. e. praeesse alicui, ducem esse alicujus Num. 27, 17. 1 Sam. 18, 16. 2 Chron. 1, 10. b) בּוֹא בְּרִית foedus inire Jer. 34, 10. Ezech. 16, 8., בּוֹא בְּמִשְׁפָּט in litem ire, litem ingredi 2 Sam. 15, 2. cf. בּוֹא בְּרִיב Prov. 18, 6.; בּוֹא בְדָמִים caedem inire h. e. committere 1 Sam. 25, 26. coll. arab. باء بدم, בּוֹא בִשְׁבוּעָה jusjurandum inire, dare Neh. 10, 30. c) בּוֹא אֶל אָבוֹת mori Gen. 15, 15. d) בּוֹא אֶל, עַל אִשָּׁה coire, concumbere Gen. 19, 31. 29, 23. Deut. 22, 13. 2 Sam. 3, 7. Ruth. 4, 13. etc., sicut Graeci βαίνειν et Latini inire de animalium coitu usurpant. Praeterea ingredi dicitur sol h. e. occidere (quod oceanum subire videtur) Gen. 15, 17. 28, 11. Jud. 19, 14. Eccles. 1, 5. etc. (opp. voc. יָצָא oriri Ps. 19, 6. 7.); sic Graeci δύειν ὑπὸ γαῖαν. e) semel metaph. pecunia (aurum) intrare h. e. redire alicui dicitur 1 Reg. 10, 14. 2 Chron. 9, 13. etc. — 2) venit Gen. 13, 18. 14, 13. 27, 33. Exod. 1, 1. Deut. 17, 29. etc., sq. אֶל loci Deut. 4, 21. Exod. 3, 1. 12, 25. Gen. 22, 9. vel pers. Exod. 1, 19. Gen. 31, 18. 35, 27. Num. 13, 26., sq. he loc. Gen. 35, 6., sq. לְ loci 1 Sam. 9, 12. 2 Chron. 28, 9. Jer. 32, 24., sq. עַד loci Deut. 1, 20. 24, 31., sq. acc. loci Deut. 1, 7., sq. בְּ loci 2 Reg. 6, 23. Ezech. 30, 4. (v. tamen supra). Venire cum aliqua re בּוֹא בְּ h. e. afferre aliquid Ps. 66, 13. (cf. Sacy Grammat. arab. I, p. 355.). Venire ad aliquid passim sign. pervenire ad al., consequi al., sq. בְּ Ps. 69, 28. Ezech. 16, 7., sq. אֶל Num. 32, 19. (illius structurae naturam facile perspicies, nam quae consecuti sumus, ea tenemus, v. sub בְּ); בּוֹא בַיָּמִים est: aetate provehi, senescere (in's

Alter kommen) Gen. 18, 11. Jos. 13, 1. (omisso בַּיָּמִים 1 Sam. 17, 12.). — Saepenumero *venire* dicuntur res inanimatae, ut currus 1 Sam. 6, 14., arca foed. 1 Sam. 4, 5. 5, 10., epistola 2 Reg. 10, 2. 7., auxilium Ps. 121, 1., somnia Eccles. 5, 12., tempus Gen. 41, 35. 1 Sam. 2, 31. 2 Sam. 24, 15. 2 Reg. 8, 1. Esth. 2, 12. Jer. 27, 7. Thren. 4, 18., spec. a) desiderium Prov. 13, 12. Hagg. 2, 7. Job. 6, 8., judicium 1 Sam. 10, 7., vaticinium Deut. 13, 3. 18, 22. 1 Sam. 9, 6. Jer. 17, 15. i. e. impleri, eventum habere; b) res secunda vel adversa Job. 22, 21. תְּבוֹאַתְךָ טוֹבָה *bonum tibi continget* (sed v. infra תְּבוּאָה), Prov. 10, 24. מְגוֹרַת רָשָׁע הִיא תְבוֹאֶנּוּ *quod timet impius, accidat ei*, Ps. 35, 8. 44, 18. 109, 17. 119, 41., etiam sq. עַל pers. Jes. 7, 17. Job. 2, 11. et לְ Jes. 47, 9. Job. 3, 25. Adde: הַשְּׁמֻעָה בָּאָה אֶל־פ׳ 2 Sam. 13, 30. 4, 4. vel עַד־פ׳ 1 Reg. 2, 28., שַׁוְעָה בָּאָה לִפְנֵי פ׳ Ps. 18, 7. 88, 3. *rumor perfertur, clamor pervenit ad* aliq. — 3) *ivit* Jon. 1, 3. אֳנִיָּה בָּאָה תַרְשִׁישׁ *navis (ab)itura Tartessum*, Ps. 26, 4. עִם נַעֲלָמִים לֹא אָבוֹא *cum tectis hominibus non ambulabo* h. e. nihil *commercii habeo* (cf. Job. 31, 5.), Prov. 22, 24.

Kal praet. fem. cum affixo בָּאַתְנוּ Ps. 44, 18., 2. f. בָּאת, semel cum schwa sub ת (praeter morem) וּבָאתְ 2 Sam. 14, 3., plur. בָּאוּ, semel בָּאוּ Jer. 27, 18., 1. p. בָּאנוּ et (א lit. emissa) בָּנוּ 1 Sam. 25, 8., part. plur. בָּאִים Gen. 18, 11., in regim. בָּאֵי Gen. 23, 10. 18., infin. בּוֹא, cum affixis בֹּאֲךָ Gen. 19, 22. 1 Sam. 29, 6., in pausa בֹּאֶךָ 1 Sam. 16, 4., cum ה paragog. בֹּאֲכָה Gen. 10, 19. 30., בֹּאֲךָ Gen. 30, 38. Ezech. 42, 12., cum ה paragog בֹּאָנָה Ruth. 1, 19. Jer. 8, 7., imper. בּוֹא, cum ה paragog. בֹּאָה 1 Sam. 20, 21. 1 Reg. 13, 7. Fut. יָבוֹא, תָּבוֹא, c. acc. תְּבוֹאֶךָ Ezech. 32, 11., c. he paragog. תָּבוֹאָה Jes. 5, 19. atque inde c. affixo תְּבוֹאָתְךָ Job. 22, 21. (v. tamen inter nomm.), it. תָּבֹאתָה Deut. 33, 16., 2. fem. semel וַתָּבֹאתִי 1 Sam. 25, 34. (in Cthib) v. EWALD Gr. p. 488., plur. c. affixo יְבֹאוּנִי Ps. 119, 77. יְבֹאֻנִי 119, 41., plur. fem. תָּבֹאנָה תְּבֹאןָ (Gen. 30, 38.) et תְּבוֹאֶינָה Ps. 45, 16. Jer. 9, 17.

בֶּלֶת propr. *absumtio, defectus*, cum jod paragogico (status regim. indice): בִּלְתִּי (pro בְּבִלְתִּי) in partic. abit a) *sine* Jes. 14, 6. בִּלְתִּי סָרָה *sine intermissione*; b) *praeter*, ut c. affixis בִּלְתִּי *praeter me* Hos. 13, 4., בִּלְתֶּךָ *praeter te* 1 Sam. 2, 2.; c) *nisi*, post sententiam negat., Gen. 43, 3. *non videbitis faciem meam* בִּלְתִּי אֲחִיכֶם אִתְּכֶם *nisi frater vester vobiscum est*, Exod. 22, 19. Num. 11, 6. (alibi בִּלְתִּי אִם Jud. 7, 14. Am. 3, 4., sed nos quoque dicimus: *ihr seht mein Angesicht nicht, ausser ihr bringt* etc.); huc pertinere videtur etiam Jes. 10, 4. *ad quem fugietis, ubi opes vestras relinquetis?* בִּלְתִּי כָּרַע תַּחַת אַסִּיר nil vobis supererit, *nisi curvabit se* quisque etc. Aliter Gesenius; *praeterquam quod* i. q. בִּלְתִּי אֲשֶׁר Dan. 11, 18.; d) *non* i. q. בְּלִי 1 Sam. 20, 26. בִּלְתִּי טָהוֹר הוּא i. e. בְּלִי־טָהוֹר *non-purus, impurus.* — Componitur cum praefixis: *α*) לְבִלְתִּי vel sq. infin. Gen. 3, 11. צִוִּיתִיךָ לְבִלְתִּי אֲכָל־מִמֶּנּוּ *jussi te non edere de ea* (arbore), Jos. 23, 6. *operam date* לְבִלְתִּי סוּר *ut non recedatis*, Ezech. 20, 15. *promisi* לְבִלְתִּי הָבִיא אֹתָם *me non esse ducturum*, Dan. 9, 11. לְבִלְתִּי שְׁמוֹעַ בְּקֹלֶךָ *ut non audirent vocem tuam* 2 Reg. 17, 15. Jer. 7, 8. 17, 27. Exod. 8, 18., *ut non, ne* 2 Reg. 23, 10., — vel, quod raro admodum fit, sq. verbo fin. *non* Ezech. 13, 3. Jer. 23, 14. *β*) מִבִּלְתִּי sq. infin. *propterea quod non* Num. 14, 16. Ezech. 16, 28. *γ*) עַד בִּלְתִּי *usque dum non* sq. verbo fin. Num. 12, 35. Job. 14, 12.

בִּלְגָּה v. sub rad. בלג.

בָּלַה in Kal inusit., Pihel בִּלַּה terruit (syr. quadril. ܒܠܗܘ id.) Esr. 4, 4., particip. מְבַלְהִים, ubi Masore hac substituerunt מְבַהֲלִים, qua litterarum trajectione opus non est, cum Arabes etiam بله aeque ac بهل de terrore inopinato et gravi mentis consternatione adhibeant. Unde

בִּלְהָה nom. propr. servae Rahelis Gen. 29, 29.

בַּלָּהָה f. 1) consternatio, terror, max. in plur. בַּלָּהוֹת Job. 18, 11. 24, 1. 27, 20. 30, 15., בַּלָּהוֹת צַלְמָוֶת terrores summae caliginis Job. 24, 17., מֶלֶךְ בַּלָּהוֹת rex terrorum i. e. mors (sec. all. rex orci coll. Virg. Aen 6, 106. Ovid. Metam. 5, 359.) Job. 18, 14. 2) pernicies repentina (casus improvisus) Jes. 17, 14., etiam plur. Ezech. 26, 21. 27, 36. 28, 19.

בֵּלְטְשַׁאצַּר nom. propr. Danieli juveni in aula chald. inditum Dan. 1, 7. 2, 26. 4, 5. Bohlenius in Symb. p. 24. contulit pers. بلش آزر victoria ejus (est) ignis.

בָּלַל I) 1) fudit, effudit, perfudit sq. בְּ liquoris Exod. 29, 2. 40. Levit. 2, 5. 14, 21. Num. 2, 4. 7, 13. 19. 14, 21. 15, 4. 9. etc., semel intransit. perfusus est Ps. 92, 11. (arab. بلّ madefecit, rigavit). 2) miscuit, confudit Gen. 11, 9 (de linguarum confusione), ubi 1. plur. fut. נָבְלָה pro נָבֹלָּה v. Gesen. L. p. 372. — Hithpoh. se permiscuit, sq. בְּ cum al. Hos. 7, 8. אֶפְרַיִם בָּעַמִּים הוּא יִתְבּוֹלָל Ephraim cum gentibus is sese permiscet sc. connubiis jungendis aut foederibus pangendis. Syr. ܒܠܒܠ id. — II) verb. denominat. a בְּלִיל: jumento pabulum praebuit Jud. 19, 21. — III) i. q. נָבֵל marcuit Jes. 64, 5.

בְּלִיל m. farrago (Gemengsel), quae pecudi objiciebatur, a miscendo dict. Jes. 30, 24. Job. 6, 5. 24, 6. Plin. H. N. XVIII, 41: farrago, inquit, ex recrementis farris praedensa seritur, admixta aliquando et vicia. Eadem in Africa fit ex hordeo. Add. Faber. ad Harmar. Observatt. I, p. 409 sqq. (Al. conferunt arab. بليل humidum et recens quodlibet, بلّة graminis et virentis pabuli humor; unde novum verbum ابل recenti pabulo vesci).

תֶּבֶל m. concubitus (permistio) inhonestus (al. ad rad. יבל referunt) Levit. 18, 23. 20, 12.

תְּבַלֻּל m. vitium quoddam oculi Levit. 21, 20. albugo, λεύκωμα, a miscendo h. e. inquinando, contaminando dict. (q. macula oculi). Assentiunt Syr. Vulg. Saad.

בָּלַם obturavit, constrinxit Ps. 32, 9. Ligandi notio superest in lingua mischnica; Syris ܒܠܡ est obligare os (bovis triturantis) Deut. 25,

4, inde *ad silentium redigere* Marc. 1, 25. (vers. Philox.); ܒܠܡܐ *frenum labiis inditum* 2 Reg. 19, 28. Conf. MICHAELIS *Suppl.*

בָּלַס *ficus* (sycomoros) *vellicavit* (denom. a بَلَس arab. et aeth. *ficus, sycomorus*). Hinc part. בּוֹלֵס Am. 7, 14. Nempe sycomori fructus ingrati amarique saporis est, nec maturescit nisi vellicetur aut ferro incidatur, aut, si nemo id faciat hominum, a culicibus et sciniphibus pungatur, ut in corruptionem abeat, quae maturitatis ejus initium est, v. MICHAELIS *Suppl.* BOCHARTUS in *Hieroz.* P. I, p. 384. et LUDOLFUS in Commentar. ad *Histor. Aethiop.* p. 204. Fructus autem *sycomori* similis est *ficui*, sed foliis *morum* refert, ideoque *ficus Aegyptia* vocatur. Conf. CELSII *Hierobot.* P. I, p. 312 sq.

בָּלַע *glutivit, absorpsit* (*verschlingen;* arab. بلع, syr. chald. *id.*): a) proprie Gen. 41, 7. Exod. 7, 12. Jon. 2, 1. etc. Dicitur בָּלַע רֹק *absorbere sputum* Job. 7, 19. ad significandam *exiguam temporis particulam (momentum)*, ut arab. أبلعني ريقي *deglutire me sine salivam* h. e. tantulum mihi concede spatii, ut salivam deglutire possim, v. SCHULTENS. ad l. c.; b) tropice tribuitur terrae Num. 16, 30. 26, 10. Ps. 106, 17., orco Prov. 1, 12., homines autem ap. poet. *devorare* dicuntur urbes Jer. 51, 34., bona aliena Job. 20, 15., alios homines Prov. 1, 12. — Piel בִּלַּע 1) *glutivit, absorpsit* Num. 4, 20. כְּבַלַּע *ut absorbetur* sc. sputum, saliva (v. sub Kal) i. e. *uno momento;* trop. Prov. 19, 28. פִּי רְשָׁעִים יְבַלַּע אָוֶן *os improborum glutit nequitiam,* largis quasi haustibus bibit h. e. mirifice delectantur nequitia, indulgent nequitiae. 2) *devoravit* h. e. translato sensu (quanquam haec translatio paene in proprietatem significationis vertit) *perdidit* aliquem (cito, repente?) Ps. 21, 10. 35, 25. Job. 2, 3. 10, 8. 37, 20. Hab. 1, 13. vel aliquid Ps. 19, 3. 55, 10. Jes. 3, 12. 25, 7., spec. *vastavit* 2 Sam. 20, 19. 20. Thren. 2, 2. 5. 16. coll. Jes. 49, 19. *Devorare opes* dic. prodigus Prov. 21, 20. — Pyh. בֻּלַּע *absorberi* h. e. *perdi, interire* Jes. 9, 15. Job. 37, 20. 21.; impers. 2 Sam. 17, 16. פֶּן יְבֻלַּע לַמֶּלֶךְ *ne interitus afferatur regi.* — Hithpah. *id.* Ps. 107, 27.

Ad hanc eandem *absorbendi* significationem redeunt duae hae formae ex Niph. petitae: a) Jes. 28, 7. נִבְלְעוּ מִן הַיַּיִן *vino quasi absorptus, perditus,* ubi alii vertunt: *percussus vino* (cf. v. 1. הֲלוּמֵי יָיִן). b) Hos. 8, 8. נִבְלַע יִשְׂרָאֵל *absorptus* ab hostibus est *Israel,* ubi sunt, qui conferant arab. بلع *pervenit ad scopum, vicit,* ܒܠܥ *eminuit, praevaluit, vicit.*

בֶּלַע m. 1) *absorptio* (in pausa בָּלַע) Ps. 52, 6., ubi *verba absorptionis* sunt *verba perditionis* sive *perniciosa.* 2) metonym. *glutitum;* unde cum affixo בִּלְעוֹ *glutitum ejus* i. e. *ab eo* Jer. 51, 44. 3) nom. propr. a) oppidi ad mare mortuum siti Gen. 14, 2. v. צֹעַר; b) virorum Gen. 36, 32. 46, 21., unde patron. בַּלְעִי Num. 26, 38.

בִּלְעָם nom. propr. 1) pseudoprophetae Num. 22, 5. v. WINER. Lexic. bibl. I, 115 sqq. 2) oppidi in tribu Manass. cis Jordanem 1 Chron. 6, 55.; al. יִבְלְעָם.

בִּלְעֲדֵי et בַּלְעֲדֵי vid. in עַד.

בָּלַק *evacuavit* h. e. *vastavit* (بلق est *aperire,* atque inde بَلُوقَة *solitu-*

do) Jes. 24, 1. — Pyh. part. foem. מְבֻלָּקָה *vastata, desolata* Nah. 2, 11.

בָּלָק nom. propr. regis Moabitar. Num. 22, 2. Jos. 24, 9. Jud. 11, 25. Mich. 6, 5.

בֵּלְטְשַׁאצַּר Dan. 5, 1. 2. s. בֵּלְאשַׁצַּר Dan. 7, 1. nom. propr. regis Chaldaeor. postremi i. e. *Nabonnedi* s. *Labyneti* (Herod. 1, 191.) v. Offerhaus. Spicil. hist. chronol. II, 265 sqq. Bertholdt. Dan. II, p. 848. 856. Fortasse compositum est istud nom. ex *Bel* et سرآزر *princeps ignis* (v. שַׁרְאֶצֶר Jes. 37, 38.).

בָּמָה f. (r.) *excelsum, locus excelsus* s. *editus*, adeoque (Ps. 18, 34.) *tutus* Deut. 32, 13. 33, 29. 2 Sam. 1, 19. 25. Jes. 58, 14. Jer. 26, 18. (in quo postremo loco בָּמוֹת יַעַר videntur esse: *saltus, waldige Höhen*) Am. 4, 12. Ezech. 20, 29. (ubi alluditur ad particulam מָה). In ejusmodi collibus Israelitae et Jovae olim et diis commentitiis sacra faciebant, quod utrumque prophetis displicuit (illud quidem, quoniam sic communis templi Hieros. religio violari videbatur) 1 Sam. 9, 12. 14. 1 Reg. 3, 3. 2 Reg. 16, 4. 17, 11. Jes. 15, 2. Ezech. 6, 3. 6. Hos. 10, 8. Am. 7, 9. Ibi *fana* ac *sacella* exstruebant, quae בָּתֵּי הַבָּמוֹת 1 Reg. 13, 32. 2 Reg. 17, 29. 32. 23, 19. 2 Chron. 21, 11. nec non בָּמוֹת simpl. 1 Reg. 11, 7. 14. 23. 2 Reg. 17, 9. 21, 3. vocantur, quibusque sacerdotes, כֹּהֲנֵי הַבָּמוֹת 1 Reg. 12, 32. 13, 2. 2 Reg. 17, 32. 23, 9. 20. etc. praeerant. Non *altaria* solum intelligi, patet ex 2 Reg. 23, 15. 2 Chron. 24, 3. 18, 12., ex loco autem Ezech. 16, 16. conjectura fieri possit, בָּמוֹת tentoria fuisse e vestibus consuta (v. tamen Rosenm.). — Cum ה locali הַבָּמָתָה *in excelsum* 1 Sam. 9, 13. — Plur. בָּמוֹת v. supra. Est quoque בָּמוֹת terminatio *sing.* (ut in אַחוֹת) Jer. 26, 18. Mich. 3, 12., unde plur. בָּמוֹתִים, in regim. בָּמוֹתֵי sec. Cthib Deut. 32, 13. Jes. 14, 15. 58, 15. Am. 4, 13. Mich. 1, 3. (sed Kri habet בָּמֳתֵי, mutato cholem ultimo in chateph-kamez, sicut in צִפֳּרִים a צִפּוֹר). Saepe dicitur Deus vel homo (populus) רָכַב עַל בָּמוֹתֵי אָרֶץ *super celsa terrae vehi* h. e. victor et triumphator incedere, omnia prosternere Deut. 32, 13. Jes. 58, 15., דָּרַךְ עַל בָּמוֹתִים *calcare excelsa* h. e. omnia sub pedibus subjecta habere Deut. 33, 29. Am. 4, 13. Mich. 1, 3., it. עָלָה בָּמוֹתֵי עָב *ascendere supra celsos vertices nubis* h. e. ut Deus residere, nubes altissimas pedibus subjectas cernens Jes. 14, 14. Nubes alte congestae dicuntur Coran. 24, 43. جبال فى السماء *montes in coelo.* cf. Spencerus de *legg. Hebraeorum* p. 450—459. Metaph. בָּמֳתֵי יָם de *fluctibus maris* Job. 9, 8. [Sunt qui hoc voc. ad radicem בום referant. Hujus vero cum in linguis semit. nullum omnino reperiatur vestigium, probabilius censet Michaelis (Suppl. p. 190.), exoticum voc. esse; et Gesenius quidem confert pers. بُم *supremum cujusque rei*].

בָּמוֹת oppid. ad Arnonem fluv. Num. 21, 19. Jes. 15, 2., al. בָּמוֹת בַּעַל Jos. 13, 17.

בֵּן v. statim sub rad. בנה.

בָּנָה *exstruxit, aedificavit* Esr. 4, 2. sq. acc. ejus, quod aedificatur Deut.

8, 12. 2 Sam. 5, 11. Job. 20, 19. (domus) Zach. 6, 12. 1 Reg. 8, 27. 43. 44. (templi) Neh. 2, 17. 4, 6. (muri) Gen. 35, 7. Jos. 8, 30. Deut. 27, 7. (altaris) Gen. 11, 4. Deut. 6, 10. (oppidi) etc., rarius sq. acc. spatii, quod aedificiis completur, ut *montem aedificare* 1 Reg. 16, 24. (ita etiam Lat. posteriore aetate). Sed בָּנָה בְ est vel: *in exstruendo* aliquo aedificio *occupari, an etwas bauen* Neh. 4, 4. Zach. 6, 15., vel aliqua ad aedificandum materia uti, *mit etwas bauen* (sine acc.) 1 Reg. 15, 22.; *ex aliqua mat. aliquid struere* dicitur addito gemino accus., ut Deut. 27, 6. אֲבָנִים שְׁלֵמוֹת תִּבְנֶה מִזְבַּח *ex lapidibus integris exstrues altare* (propr. *ganze Werkstücken sollst du zu einem A. bauen*), Exod. 20, 22. 1 Reg. 18, 32. coll. Jes. 9, 9.; paullo aliter Gen. 2, 22. וַיִּבֶן יְהוָה אֱלֹהִים אֶת־הַצֵּלָע לְאִשָּׁה q. d. *er bauete die Rippe zu einem Weibe.* Passim angustiore sensu dicitur בָּנָה, ita ut sit *restaurare, reaedificare* 1 Reg. 9, 17. (coll. v. 16.) 16, 34. Jos. 6, 26. (ut syr. et arab. passim), max. in hac formula בָּ׳ חֳרָבוֹת s. נְשַׁמּוֹת *ruinas aedificare* Am. 9, 14.; it. urbem aedificare h. e. *munire* 1 Reg. 15, 22. 2 Chron. 8, 2. 4. 11, 5. 6. — Metaphorice vel *aliquem exstruere* vel *alicui domum exstruere* dicitur Deus h. e. a) aliquem *felicem reddere, beneficiis augere* Jer. 24, 6. 33, 7. Exod. 1, 21. (cf. οἰκοδομεῖν in N. T.); b) spec. *alicui prolem concedere, aliquem liberis augere* Deut. 25, 9. Ruth. 4, 11. v. infra Niph., cf. arab. بنى II. et VIII. *gignere, procreare, liberos suscipere.* — Infin. absol. בָּנֹה 1 Reg. 8, 13., infin. constr. בְּנוֹת, cum affixo semel בְּנוֹתֵיךְ Ezech. 16, 31. (irregulariter pro בְּנוֹתֵךְ). Fut. יִבְנֶה, cum vau convers. וַיִּבֶן Gen. 2, 22. Exod. 1, 11., cum affixo יִבְנֵהוּ Job. 20, 19. et simul cum nun epenthet. יִבְנֶנּוּ Neh. 3, 14. 15. etc. — Niph. נִבְנָה *aedificatus, exstructus est* 1 Reg. 3, 2. 6, 7. Num. 13, 23. Neh. 7, 1. 1 Chron. 22, 19. Hagg. 1, 2. Zach. 8, 9., *restauratus, reaedificatus est* Jes. 44, 26. (coll. Deut. 13, 17., ubi adject. est עוֹד). Trop. *aedificari* est vel ad felicitatem evehi Jer. 12, 16. Mal. 3, 15. Job. 22, 23. vel prole augeri Gen. 16, 2. 30, 3. v. Kal.

בְּנָא vel בְּנָה chald. *aedificavit* Esr. 6, 14., sq. acc. Esr. 4, 12. 5, 2. 17. 6, 7.; דִּי אֲנָה בֱנַיְתַהּ לְבֵית מַלְכוּ *quam* (urbem) *exstruxi, ut esset caput regni (zur Hauptstadt)* Dan. 4, 27. — Praet. 1. p. c. affixo בְּנַיְתַהּ. Partic. plur. בָּנַיִן Esr. 5, 4., Pehil בְּנֵה Esr. 5, 11., infin. constr. cum לְ, לְמִבְנֵא Esr. 6, 8. et לְמִבְנְיָה Esr. 5, 9. et emissa מ litera לִבְנֵא Esr. 5, 3. 13. — Ithpeh. *aedificari* Esr. 4, 13. 21. 5, 15. 6, 3., c. acc. mat. הוּא מִתְבְּנֵא אֶבֶן גְּלָל *aedificatur e lapidibus caesis* Esr. 5, 8.

בֵּן m. (pro בֶּנֶה, arab. cum ا prosth. اِبْنٌ, syr. plur. ܒܢܝܐ, tanq. a בָּנָה *), arab. I. II. VIII. *genuit, peperit*) filius Gen. 4, 25. 16, 11. Exod. 1, 16. Num. 27, 4. Deut. 21, 18. Jud. 8, 31. etc., it. *pullus* animalium Job. 39, 19., בֶּן־יוֹנָה *pullus columbinus* Levit. 1, 14., בֶּן־בָּקָר *juvencus* Exod. 29, 1. 2 Chron. 13, 9. Num. 8, 8., בֶּן־אֲתֹנוֹת *pullus asininus* Zach. 9, 9., בְּנֵי עֹרֵב *pulli corvorum* Ps. 147, 9., adde Gen. 49, 11. Ps. 114, 4. v. VORST. Philol. sacr. ed. FISCHER. p. 381 sqq. (Graecos simil. τέκος, τέκνον dicere constat, v. GATAKER. de stylo N. T. c. 16.).

---

*) Ut *filius* a *fuo*, υἱός ab ὕω h. e. φύω.

Adeo de plantis (ap. poet.) legi בֵּן, statuunt nonnulli: nam Gen. 49, 22. בֵּן־פֹּרָת vertunt: *surculus* (ramus) *frugiferae* arboris, v. sub פרה.

Sed *filii* notio ap. Hebraeos latissime patuit. Nam a) בֵּן vocatur passim, quicunque ex aliquo prognatus est, *Abkömmling*: hinc *nepotem* significat Gen. 29, 5. (coll. 28, 5. 24, 29) 2 Sam. 19, 24. (coll. 9, 6), hinc בְּנֵי עַמּוֹן sunt *posteri Ammonis* h. e. *Ammonitae*, בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Israelitae*, בְּנֵי יְהוּדָה *Judaei* etc. (v. sub nomm. propr.); adde בְּנֵי הַיְּוָנִים *Graeci* Joel. 4, 6., בְּנֵי כוּשִׁיִּים *Aethiopes* Am. 9, 7. cf. υἷες Ἀχαιῶν ap. HOMER., *filii Celtiberiae* ap. CATULL. etc. b) *filii alicujus urbis* vel *terrae* (max. ap. poet. et poster. scriptores) sunt ejusdem *incolae*, ut בְּנֵי צִיּוֹן *Zionitae* Ps. 149, 2., בְּנֵי קֶדֶם *orientales* Jes. 11, 14., בְּנֵי נֹף *Memphitae* Jer. 2, 16., בְּנֵי הַמְּדִינָה *provinciales* Esr. 2, 1.; adde בְּנֵי עַמִּי *populares mei* Gen. 23, 11. 2 Chron. 35, 13. c) בְּנֵי נְבִיאִים *filii* h. e. *discipuli prophetarum*, quippe a proph. divina sapientia quasi nutriti et formati, 1 Reg. 20, 35. 2 Reg. 2, 3. 5. 7, 15. Am. 7, 14. Cf. in N. T. τέκνον et υἱός, max. Mt. 12, 27. 1 Pet. 5, 3. (alia ratio est graec. formul. ἰατρῶν παῖδες, ῥητόρων παῖδες v. SCHAEFER. ad Dion. p. 313.). Huc pertinet, quod in libro Prov. is, qui verba facit, lectorem identidem appellat: *mi fili* Prov. 2, 1. 3, 1. 21. 4, 10. 20. 5, 1. 6, 1. 7, 1. (simil. in pers. carmine Pend-Nameh). d) בֵּן addito nomine virtutis aut vitii aut sortis significat (max. ap. poet.) eum, in quo aliqua virtus, aliquod vitium inest, cui aliqua sors obtigit, ut: בֶּן־חַיִל *fortis, strenuus* Deut. 3, 18. 1 Sam. 18, 17. 2 Sam. 2, 7. 13, 28., בֶּן־בְּלִיַּעַל *homo nequam* 1 Sam. 2, 12., בֶּן־הַיִּצְהָר *unctus* Zach. 4, 14., בֶּן־עַוְלָה *iniquus* Ps. 89, 23., בֶּן־מָוֶת *morte dignus*, *morti destinatus* 1 Sam. 20, 31. 2 Sam. 12, 5. Ps. 79, 11., בֶּן־הַכּוֹת *dignus percussione*, *plagis* Deut. 25, 2. (LXX. ἄξιος πληγῶν) etc. Sed hic loquendi usus ap. poet. audaciores etiam formulas peperit, nam res quoque passim dicuntur esse filii ejus rei, a qua oriuntur et ad quam pertinent. Sic *filii pharetrae* Thren. 3, 13. vel *filii arcus* Job. 41, 20. sunt sagittae, *filius aurorae* lucifer Jes. 14, 12. (παῖς τῆς Ἀοῦς Mosch. Idyll. 3, 43.), collis *filius pinguedinis* i. q. pinguis, frugum ferax Jes. 5, 1., *filii ursi* h. e. tres stellae in cauda ursi (sideris) Job. 38, 32. (ubi v. ROSENM.), frutex *filius noctis* h. e. per unam noctem durans Jon. 4, 10. (v. ROSENM.) v. MICHAELIS Gramm. syr. p. 254. Adde, qui docte hunc omnem locum illustravit, HARTMANN Exc. 2. ad Mich. et EWALD. Gramm. p. 573 sq., nec non BOHLEN. Symb. p. 33. e) passim (ap. poet.) nom. בֵּן redundare videri potest: nam Ps. 72. 4. בְּנֵי אֶבְיוֹן *filii pauperis* sunt *pauperes*, בְּנֵי אָדָם (quod sexcenties legitur) *homines*. Sed aliis in locis non sine vi dicitur hoc voc.; nam Jes. 19, 11. בֶּן־חֲכָמִים est non *sapiens* ipse (tantum), sed e gente sapientum virorum ortus, qui sapientiam jure quasi hereditario accepit, cf. Act. 23, 6. ἐγὼ φαρισαῖός εἰμι, υἱὸς φαρισαίου, XENOPH. Agesil. βασιλεὺς ἐκ βασιλέων, v. GESEN. ad l. c. Jes. Adde Job. 2, 6. Eccles. 10, 17. De בְּנֵי־אֱלֹהִים v. sub v. אֱלֹהַּ. בְּנֵי־יְהוָה vocatur *gens israel*, tanquam quae a Jova et originem duxit et filii loco habetur Exod. 4, 22. Ps. 80, 16. Hos. 11, 1. coll. Jes. 1, 2.

Denique בֵּן sexcenties praemittitur numerorum vocibus ad notandam alic. aetatem, ut Gen. 5, 32. בֶּן־חֲמֵשׁ מֵאוֹת שָׁנָה *quingentos annos natus*, Gen. 12, 4. 17, 1. 21, 5. 17, 2. Exod. 7, 7. Levit. 27, 7. Deut.

[illegible] בַּעַל חָכְמָה [illegible]

31, 2. Jos. 24, 29. Jud. 2, 8. 1 Sam. 4, 15. 1 Reg. 14, 21. etc., בֶּן־שָׁנָה *anniculus* Levit. 12, 6. etc.

In regim. בֶּן, rarius בִּן Deut. 25, 2. Jon 4, 10. (semper, ubi sq. nom. propr. נוּן Exod. 33, 11. Num. 11, 28. Jos. 1, 1. etc.), c. affixis בְּנִי, בִּנְךָ, בְּנוֹ (Gen. 22, 2. Exod. 4, 23.), in pausa בְּנֶךָ Jud. 8, 22. Plur. בָּנִים, in regim. בְּנֵי *filii*, it. *liberi (Kinder)* Gen. 3, 16. Deut. 4, 10. Jes. 13, 18., בְּנֵי בָנִים *filii filiorum* i. e. nepotes vel posteri, cf. *παῖς παιδός* Iliad. 10, 308. Odyss. 19, 404.

בַּר m. chald. *filius*. Plur. בְּנִין *filii*, בְּנֵי אֲנָשָׁא *filii hominis* h. e. homines Dan. 2, 38. 5, 21., בְּנֵי־גָלוּתָא *exules* Dan. 2, 25. 5, 13. Esr. 6, 16., בְּנֵי תוֹרִין *pulli turturis* Esr. 6, 9. — Cum affixis בְּנוֹהִי Esr. 6, 10. 7, 23., בְּנֵיהוֹן Dan. 6, 25.

בְּנֵי בְרַק oppid. in tribu Dan. Jos. 19, 45. v. Reland. Pal. p. 623.

בֶּן־הֲדַד (*filius Hadadi* vel Adadi, idoli Syror.? v. Macrob. Sat. 1, 23.) nom. propr., quod plures Syriae Damasc. reguli gerebant 1 Reg. 15, 18. 20, 1. 2 Reg. 6, 24. 8, 7. 13, 3. Jer. 49, 27. Am. 1, 4.

בִּנְיָמִין v. sub rad. ימן.

בַּת f. filia (בַּנְתְּ, בְּנַת, coll. arab. بِنْت, syr. ܒܪܬܐ) Gen. 11, 29. 24, 24. 25, 20. 34, 5. Exod. 1, 16. 1 Sam. 17, 25. 1 Reg. 8, 18. etc. (בַּת אָבִי de sorore uterina, ex eod. patre prognata Gen. 20, 12.), passim *neptis* Gen. 24, 48. 36, 2. (sed v. Gen. 46, 7.). Adde has formulas: a) בַּת תִּשְׁעִים שָׁנָה *nonaginta annos nata* Gen. 17, 17.; b) בְּנוֹת הָאָרֶץ *puellae* certae cujusd. *terrae* Gen. 27, 46. 34, 1., בְּנוֹת הַכְּנַעֲנִי *puellae cananiticae* Gen. 28, 6. 35, 1., בְּנוֹת מוֹאָב *puellae moabiticae* Num. 25, 1., בְּנוֹת יִשְׂרָאֵל *p. israeliticae* Deut. 23, 17., בְּ׳ צִיּוֹן *Hierosolymitanae* Jes. 3, 17., בְּ׳ יְרוּשָׁלַיִם Cant. 1, 5. etc.; c) *filiae urbis* alic. vocantur etiam oppida vel pagi in ejus agro siti Num. 21, 25. 32. Jud. 11, 26. Jos. 15, 45., quo nonnulli, ut nuper Rosenm., referunt etiam Ps. 48, 12. et Jes. 16, 2., praeter necessitatem; d) בְּנוֹת הַנָּשִׁים Dan. 11, 17. videntur esse *filiae mulierum principum*, v. Bertholdt. ad h. l.; e) בַּת in sing., ubi cum urbis aut terrae nomine copulatur, passim collect. est, explicandum de omnibus incolis et civibus, ut בַּת יְרוּשָׁלַיִם Jes. 37, 22. Zeph. 3, 14., בַּת מִצְרַיִם Jer. 46, 19., בַּת צֹר Ps. 45, 13., בַּת אֱדוֹם Thren. 4, 22., בַּת גַּלִּים Jes. 10, 30., de tota aliqua civitate, ut בַּת בָּבֶל Ps. 137, 8., בַּת צִיּוֹן Jes. 1, 8. 10, 32. Mich. 1, 13. 4, 8. etc. Scil. solenne fuit, terras et regna mulieri juveni (virgini) assimilare Jer. 46, 11. Jes. 23, 12. 37, 31. Thren. 1, 15. 2, 13. Am. 5, 12. coll. Ezech. 23, 2. etc. Simil. ܒܪܬ ܐܒܪܗܡ *filia* h. e. posteri *Abrahami* (Ephrem. Syr. Opp. II, p. 123.) ܒܪܬ ܥܡܡܐ *filia gentilium* h. e. gentiles (ib. Opp. III, p. 224.), ܒܪܬ ܥܡܗ *filia populi ejus* h. e. *populares ejus* (Asseman. Biblioth. or. I, p. 318.). V. Gesenius ad Jes. I, p. 154.; f) בְּנוֹת הַשִּׁיר *filiae cantus* poet. sunt *alites* Eccles. 12, 4., cf. בְּנוֹת יַעֲנָה infra sub rad. יען. — Cum suffixis בִּתִּי Jos. 15, 16., בִּתּוֹ Gen. 29, 6. 23. 24. Plur. בָּנוֹת Gen. 19, 8. 29, 16. (a sing. inusit. בָּנָה; ut בָּנִים tanquam a בֵּן).

בַּת־שֶׁבַע (*filia jurisjurandi* h. e. a Deo promissa?) uxor Uriae 2 Sam. 11, 3. 12, 24. 1 Reg. 1, 11. 15. 2, 13. etc. Lxx. *Βηρσαβεαί*. Alibi eadem vocatur בַּת־שׁוּעַ 1 Chron 3, 5. ב et ו literis inter se permutatis.

בִּנְיָה f. *aedificium* Ezech. 41, 13.

בִּנְיָן m. *id.* Ezech. 40, 5. 41, 12. 15. 42, 1. 5. 10. Syr. ܒܢܝܢܐ, arab. بنيان.

בִּנְיָן m. chald. *id.*, emphat. בִּנְיָנָא Esr. 5, 4.

בְּנָיָה et בְּנָיָהוּ nom. propr. viror. 1 Chron. 4, 36. 15, 24. 27, 34. 2 Chron. 31, 13. 2 Sam. 20, 23. Esr. 10, 25. Ezech. 11, 1. etc.

מִבְנֶה m. *aedificium*, in regim. מִבְנֵה Ezech. 40, 2.

יַבְנֶה nom. propr. urbis Philistaeorum, Diospolin inter et Azotum sitae 2 Chron. 26, 6.; graec. *Ἰαμνία* 1 Macc. 4, 15., *Ἰάμνεια* 2 Macc. 12, 8. etc.

תַּבְנִית f. 1) *exemplar et πρωτότυπον (ein Modell)*, ad quod aliquid *exstruitur et formatur*, Exod. 25, 9. 40. 2 Reg. 16, 10. Jes. 44, 13. Ps. 144, 12. 1 Chron. 28, 11. 12. 19. 2) ipsa *structura* et *forma* illi congrua sive ad illud facta: ut *simulacri* ad formam hominis vel animantis Deut. 4, 16. 17. 18. Ezech. 8, 10. Ps. 106, 20., *altaris* Jos. 22, 28., *currus* sive *sedilis* 1 Chron. 28, 18., *manus* ad instar humanae Ezech. 8, 3. 10, 8.

בנט radix Hebraeis inusit. Inde

אַבְנֵט m. *balteus* hominum primi ordinis, ut praefecti palatii Jes. 22, 21., pontificis maximi, ex bysso factus, quo non nisi expiationis die cingebatur (אַבְנֵט בַּד) Levit. 16, 4., pontificum, textus ex lino et lana, et quidem ex lana diversorum colorum: ex hyacintho, purpura et coccino, opereque phrygionico exornatus, Exod. 39, 29. cf. Braun. *de vest. sac.* lib. 2. c. 9. Cum affixo אַבְנֵטְךָ Jes. 22, 21., plur. אַבְנֵטִים Exod. 28, 41. Incerta admodum est hujus vocab. origo. In eo quam plurimi consentiunt, ut א pro servili habeant; in ceteris vero dissentiunt. Quanquam lingua persica parum et fere nihil cum hebraea commune habet, Hottingerus tamen et qui eum ducem sequuntur, persico بند (nostrum *Band*) in subsidium vocato, radicem בנד (quam etiam בנט scribi posse arbitrantur) ex conjectura augent notione *vinciendi*. Eadem fere, sed dubitanter, repetit Michaelis in *Supplem.* Alii trajectis inter se literis ortum putant ex בֶּטֶן *venter* (unde talmud. בֶּטֶן *balteus*) vel ex بطن IV. *adstrinxit sub ventre* jumenti *cingulum*, et بطان *cingulum, quo venter jumenti subcingitur*, ut in dorso sella aut clitellae firmentur *(ein Gurt)*; ita Simonis in huj. Lex. ed. 1. et 2. Sed videtur exstitisse olim radix בָּנַט, cujus derivatum in ling. arab. adhuc obvium بِنَّاط (i. q. نَسَّاج) *textor*, suspicionem movere possit,

vim ejus in *contexendo, colligendo* et *constringendo* positam fuisse, ut jam observavit Schultensius *in Lex.*

בְּנַס *iratus, indignatus est* Dan. 2, 12.

בָּסַר rad. Hebr. inusit., arab. بسر *austerus fuit,* it. *intempestive aliquid fecit.* Inde oritur:

בֹּסֶר m. *omphax, labrusca, uva intempestiva* sive *immatura* et *austera* Jes. 18, 5. Jer. 31, 29. 30. Ezech. 19, 2., بُسْر *dactylus immaturus,* maturescere incipiens. Ab acerbitate syr. ܒܣܪܐ *acetum* et ܒܣܪܝܐ. *uva acerba.*

בֹּסֶר m. *id.*, unde cum affixo בִּסְרוֹ *omphax ejus* Job. 15, 33.

בָּעַד rad. Hebr. non usitat., arab. بعد *distitit, longius abfuit, recessit,* aethiop. በዐደ: *alienavit,* it. *mutavit.*

בְּעַד (formae דְּבַשׁ) praepos., quae propr. videtur significare, esse aliquid inter duas res ita interjectum, ut unam ab altera dirimat (*distare* faciat), Zach. 12, 8. יָגֵן יְהוָה בְּעַד יוֹשֵׁב יְרוּשָׁלַיִם *proteget Jova incolas Hierosol.* (protegendo enim fit, ut incolae Hier. quasi dirimantur ab hostibus); hinc copulatur c. verbis *sepiendi* et *claudendi* 1 Sam. 1, 6. Gen. 20, 18. Job. 9, 7. Thren. 3, 7. Job. 1, 20. (clausa enim, undique sunt sejuncta ab aliis reb.), in quibus tamen locis lat. converti non potest. Sed passim tamen interpretaberis: *circum, circa,* ut Ps. 139, 11. לַיְלָה אוֹר בַּעֲדֵנִי *nox lumen est circa me,* tanquam lumen me circumdat, Jes. 32, 14. עֹפֶל וָבַחַן הָיָה בְעַד מְעָרוֹת *clivus et specula est circa speluncas* i. e. medias inter speluncas, tanq. in solitudine, posita, Am. 9, 10. לֹא תַגִּישׁ בַּעֲדֵינוּ הָרָעָה *non attinget circa nos malum,* quod praegnanter dictum: non invadet nos malum ita, ut in medio malo constituti simus (cf. περὶ Iliad. 21, 577. 8, 86.). Ex ista autem primaria notione oritur haec *translata* significatio: *pro* (de intercedentibus) Gen. 20, 7. יִתְפַּלֵּל בַּעַדְךָ *oret pro te* (precibus te inter et me intercedens), 1 Sam. 7, 9. 2 Reg. 19, 4. Jer. 21, 2. Exod. 32, 30. Job. 6, 22. cf. aethiop. rad. et graec. ἀμφί, περί. — Sed paullatim factum est, ut בעד non solum de his, quae aliqua re circumdarentur, sed etiam de iis, quae ipsa aliquam rem circumdarent, diceretur: Joel. 2, 8. בְּעַד הַשֶּׁלַח יִפֹּלוּ *mitten in die Geschosse hinein werden sie stürzen,* in media ruent missilia h. e. ita, ut ipsi undique cingantur missilibus (non ut cingant missilia), atque inde est, quod בְּעַד passim verti potest *per* Gen. 26, 8. וַיַּשְׁקֵף אֲבִימֶלֶךְ בְּעַד הַחַלּוֹן *prospexit Abimelechus per fenestram* (per mediam fen.), fenestram circum se habens, Jos. 2, 15. 2 Reg. 1, 2. Joel. 2, 9. Latius patet 2 Sam. 20, 21. רֹאשׁוֹ מֻשְׁלָךְ אֵלֶיךָ בְּעַד הַחוֹמָה *ihr Kopf wird zu dir über die Mauer hinüber geworfen werden,* projicietur non per, sed super murum, qui medius interjectus est nos inter et te. — מִבַּעַד Cant. 4, 1. 3. 6, 7. *dazwischen hervor,* מִבַּעַד לְצַמָּתֵךְ *mediis e cincinnis* (vel *medio e peplo*). — [Plerisque hoc voc. propr. dici visum est de iis, quae *a tergo alic.* essent, coll. arab. بَعْدُ *post;*

sed haec interpretatio ad perpaucos locos accommodari potest, nec intelligitur, quomodo ex verbi arab. notione directe (*unmittelbar*) profluat, multo vero minus, qua tandem ratione reliquae significationes, *pro, per, circum*, oriantur].

בָּעָה 1) *intumescere* sive *ebullire fecit* Jes. 64, 1., ubi de igne dicitur, quo fit, ut aquae ebulliant. Arab بغى intransit.: *modum transgressus est, intumuit, exorbitavit* cf. Niph. Hinc hebr. 2) *studiose quaesivit, petiit* (chald. et syr. ܒܥܐ et arab. بغا v. Schnurrer. Dissert. p. 398.), unde imperat. plur. בְּעָיוּ (in pausa, mutata tertia radicali ה in jod) et fut. plur. תִּבְעָיוּן Jes. 21, 12. (desideriis enim et studiis *fervet*, effervescit animus, ut Claudianus dixit). — Niph. 1) *intumescere, exorbitare* Jes. 30, 13., ubi פֶּרֶץ נִבְעֶה est *ruptura tumens* i. e. quae ventrem, sinum facit in muro. 2) *perquiri* Obad. 6. Cf. Hartmann. Einl. p. 282.

בְּעָא chald. *quaesivit* Dan. 2, 13. 6, 5., *petiit* Dan. 6, 14., sq. מִן pers. *ab* al. Dan. 2, 16. 49. 7, 16., sq. acc. rei et מִן pers. Dan. 2, 23., *precatus est, precibus efflagitavit*, sq. קֳדָם Dan. 6, 12., sq. מִן־קֳדָם Dan. 2, 18. — Pah. *quaesivit* Dan. 4, 33.

בְּעִי m. *precatio, preces* Job. 30, 24. אַךְ לֹא בְּעִי *sed nihil* (valet, prodest) *precatio!* Alii repetunt ab עִי v. sub lit. ע. Cet. cf. בְּעִי supra.

בָּעוּ f. chald. (pro בָּעוּת) *petitio, preces* Dan. 6, 8. Cum affixo בָּעוּתֵהּ Dan. 6, 14.

בֹּעַז nom. propr. 1) mariti Ruthae Ruth. 2, 1. 2) columnae dextrae ante pronaon templi Salomonei collocatae 1 Reg. 7, 21. 2 Chron. 3, 17. de qua v. Schacht Animadvv. in Ikenii Antiqq. hebr. p. 422 sqq. — Arab. بَغْز *acies et vehementia animi*.

בָּעַט *calcitravit, recalcitravit*. Fut. וַיִּבְעַט *et recalcitravit* (h. e. ferox, contumax factus est) Deut. 32, 15., plur. תִּבְעֲטוּ *recalcitratis* (h. e. repudiatis, contemnitis) 1 Sam. 2, 29. Chald. בְּעַט et Syr. ܒܥܛ *id.*

בָּעַל I) 1) *dominatus est* in aliq. sq. vel בְּ pers. 1 Chron. 4, 32. vel acc. Jes. 26, 13. 2) *uxorem duxit* (ut arab. بعل, unde بَعْل *maritus*: nam maritus in oriente mulieris dominus habetur), sq. acc. pers. Deut. 21, 3. 24, 1. Jes. 62, 5., particip. בֹּעֲלַיִךְ subst. *maritus tuus* (plur. majest.) Jes. 54, 5., בְּעוּלָה *maritata* Jes. 62, 4., al. בְּעֻלַת בַּעַל Gen. 20, 3. Deut. 22, 22. Conf. Gatakeri *Adversar. miscell. posthum.* c. 24. — Niph. *in matrimonium duci* vel potius *recipi* Prov. 30, 23., transl. Jes. 62, 4. de regione, quae incolas recipit coll. Thren. 1, 1. — II) *fastidivit* sq. ב, ut arab. بعل (i. e. בָּחַל) sq. ب Jer. 3, 14. 31, 32. Ita post Jos. Kimchium, E. Pocockium (nott. miscell. ad Port. Mosis p. 2 sq.), Schnurrerum nuper Rosenm. Sed possit tamen *dominandi* notio his quoque locis accommodari: certe in praeverb. בְּ, quod aliis etiam *imperandi*

verbis addi constat, noli caussam quaerere, cur deserenda sit usitata voc. potestas.

בַּעַל m. 1) dominus Exod. 22, 11. 12., ut *dominus bovis* Exod. 21, 28. 29., *dom. asini* Jes. 1, 3., *dominus aedium* Exod. 22, 7., בַּעֲלֵי גוֹיִם *domini* i. e. regnatores *gentium* Jes. 16, 8., בַּעַל הָאִשָּׁה *dominus mulieris* i. e. *maritus* 2 Sam. 11, 26. (v. sub rad.) Deut. 24, 4. Prov. 12, 4. 31, 23. (hinc בַּעַל נְעוּרִים *maritus juventutis* h. e. cui mulier juvenis nupsit Joel. 1, 18.), sed omisso artic. בַּעַל אִשָּׁה *uxori junctus (ein Verheiratheter)* Exod. 21, 33. — Sexcenties, max. ap. poetas, בַּעַל exprimit concretum denominativum et possessivum vel quamcunque relationem ad aliquid habens: ut *dominus caussarum* i. e. *litem habens* Exod. 24, 14., *dominus alae* i. e. *alatus* Prov. 1, 17., *dominus pili* h. e. *pilosus* 2 Reg. 1, 8., *dominus scelerum* i. e. *scelestus, scelera moliens* Prov. 24, 8., *dominus irae* i. e. *iracundus* Prov. 22, 24. Nah. 1, 2., *dominus somniorum* h. e. *somniator* Gen. 37, 19., *domini foederis* h. e. foedere juncti Gen. 14, 13., *domini sagittarum* h. e. sagittarii Gen. 49, 23., *domini urbis* h. e. incolae, cives Jos. 24, 11. Jud. 9, 2. 46. etc., raro de reb. inanimatis, ut Jes. 41, 15. *tribulam* בַּעַל פִּיפִיּוֹת i. e. *aculeatum*, Eccles. 12, 11. *verba sapientum* בַּעֲלֵי אֲסֻפּוֹת i. e. *arcte copulata, in unum volumen collecta* (ad quem loc. Kaiserus perperam: *vom Unpersönlichen*, inquit, *und Leblosen wird* בעל *nie gebraucht*). Plur. בְּעָלִים *domini*, haud ita raro de *uno domino* dicitur, ut Exod. 21, 29. 34. 36. 22, 10. 11. 13. 14. Jes. 1, 3. etc. cf. Ewald. Gr. p. 641. — Cum affixis: בַּעְלִי Hos. 2, 18. et בַּעְלָהּ Deut. 24, 4. Stat. constr. plur. בַּעֲלֵי, hinc c. affixis בַּעֲלֵיהֶן Esth. 1, 17. etc. — 2) praefixo artic. הַבַּעַל (sed v. tamen Num. 22, 41.) Jud. 2, 13. 6, 25. 30. 1 Reg. 16, 31. 18, 29. 21. 25. 19, 18. 22, 54. 2 Reg. 3, 2. 10, 18. 11, 18. 17, 16. Jer. 2, 8. 7, 9. 11, 13. Hos. 13, 1. Zeph. 1, 4. al. nom. propr. Dei Cananitarum (Phoenicum): *Baal (Bel, Belus). Herculem Tyrium* vocant Curtius lib. IV. c. 2. et Arrianus *de expedit. Alexandri M.* lib. II c. 16. Osculis colebatur 1 Reg. 19, 18., quod idem de Hercule agrigentino memorat Cicero *in Verrem* lib. IV. c. 43. v. Michaelis *Suppl.* Wineri Lex. bibl. I, p. 74 sq. Selden. de dis Syr. 2. 1. Varia fuerunt hujus Dei cognomina, ut בַּעַל בְּרִית, בַּ׳ זְבוּב, בַּ׳ פְּעוֹר (v. sub his vocc.), sive a locis, ubi colebatur, sive a rebus, quibus praeesse credebatur, desumta. Hinc passim legitur plur. הַבְּעָלִים Jud. 2, 11. 3, 7. 10, 10. 2 Sam. 7, 1. 12, 10. 1 Reg. 18, 18. Addenda etiam, quae cum hoc voc. composita sunt, urbium nomina: a) בַּעַל גָּד f. urbs in valle amoenissima Libani, extra Palaestinae fines sita, utpote nulli tribuum attributa, hodie *Baalbek* (بعلبك), Graecis *Heliopolis ad Libanum*, Jos. 11, 17. 12, 7. 13, 5. v. Iken. in *dissert. de Baal Hamon et Baal Gad*, Kircherus in *Oedipo* T. I, p. 282. et Michaelis in *Suppl.* Nomen duxit a cultu *bonae fortunae* (גַּד) h. e. Jovis, cujus religio cum *solis* cultu jungebatur (cf. Macrob. Saturn. 1, 23.) v. Rosenm. *Alterth.* I, 2, p. 281. b) בַּעַל הָמוֹן eadem (ut videtur) urbs Cant. 8, 11.; nomen ductum videtur a cultu (Jovis) *Ammonis* אָמוֹן, הָמוֹן (Ezech. 30, 15. coll. Nah. 3, 8.). Habuit enim Heliopolis ad Libanum sacra Aegyptia, auctore Macrobio *Saturn.* I, 23. c) בַּעַל חָצוֹר nom. oppidi in tribu Ephraim. 2 Sam. 13, 23. d) בַּעַל חֶרְמוֹן 1 Chron. 5, 23. v. infra sub חֶרְמוֹן. e) בַּעַל מְעוֹן nom. propr. oppidi Rubenitarum, quod Moabitis cessit, Ezech. 25, 9. Jos. 13, 17., cujus rudera *(Myun)* haud

procul ab Esbone reperit Burckhardtus (Itin. II, p. 624.). f) בַּעַל פְּרָצִים nom. propr. loci, ubi Davides Philistaeos in fugam conjecit 2 Sam. 5, 20. 1 Chron. 14, 11. g) בַּעַל צְפוֹן v. צפון. h) בַּעַל תָּמָר nom. oppidi (prope Gibeam) Jud. 20, 33.

בַּעֲלָה f. 1) *domina*; similiter concretum denominativum et possessivum constituit, ut *domina domus* i. e. *hera* 1 Reg. 17, 17., *domina praestigiarum* h. e. *praestigiatrix* vel *praestigiarum perita* Nah. 3, 4. 2) nom. propr. urbis judaicae Jos. 15, 9. coll. Jos. 19, 44., alibi *Kirjath Jearim*. Eadem videtur בְּעָלוֹת appellari Jos. 15, 24. 1 Reg. 4, 16.

בַּעֲלָת f. nom. propr. urbis in valle Libani a Salomone auctae et munitae 1 Reg. 9, 18. 2 Chron. 8, 6. Eadem videtur significari Jos. 19, 44. coll. Jos. 15, 9.

בְּעֵל m. chald. *dominus*: unde בְּעֵל טְעֵם *dominus consilii* i. e. *consiliarius* Esr. 4, 8. 9. 17.

בַּעֲלִיס nom. regis ammonitici Jer. 40, 14., pro quo libri manuscripti (sed ex judicio Rabbinorum parum accurati) exhibent בַּעֲלִים assentiente Josepho Antiqq. IX, 3. Simonis interpretatur: *cum exultatione* cf. rad. עלס, עלז.

בָּעַר 1) propr. *depavit* (v. infra בְּעִיר), hinc deinde *consumsit, absumsit*, spec. de *igne* (cf. אכל) Ps. 83, 15. etc., hinc a) *arsit* ignis (sq. בְּ mat., ut Num. 11, 3. בָּעֲרָה בָם אֵשׁ יְהוָה *arsit in iis* h. e. consumsit eos *ignis Jovae*, Ps. 106, 18. Job. 1, 16. Jes. 42, 25.), pix Jes. 34, 9., clibanus Mal. 3, 19., pruna Ezech. 1, 13.; b) *exarsit* Jes. 62, 1., trop. de *ira* Ps. 2, 12. 79, 5. 89, 46. Esth. 1, 12. Jes. 30, 27. coll. Ps. 39, 4.; c) *incensus, combustus fuit, conflagravit* Jes. 1, 31. Exod. 3, 3., addito v. בָּאֵשׁ Deut. 4, 11. Jud. 15, 14. 2) petita significatione a sq. nomine בְּעִיר, *bruluit, brutus fuit, obbrutuit* Jer. 10, 8., partic. בֹּעֵר, plur. בֹּעֲרִים *bruti* Ps. 94, 8. Ezech. 21, 31. — Fut. יִבְעַר, plur. יִבְעֲרוּ. — Niph. נִבְעַר *brutus, stultus factus est* (syr. ܐܬܒܥܪ *id.*) Jer. 10, 14. 51, 17. Jes. 19, 11. Praet. plur. נִבְעֲרוּ Jer. 10, 21. — Pih. בִּעֵר 1) *depavit* transit., h. e. pecudem fecit depascere (agrum, vineam) sq. vel accus. agri Jes. 3, 14. vel בְּ Exod. 22, 4. 2) *accendit* ligna Levit. 6, 5 (12), lucernas 2 Chron. 4, 20. 13, 11., ignem in aris Neh. 10, 35. Jes. 40, 16. Ezech. 39, 9. Jer. 7, 18., sagittas Jes. 50, 11., *incendit* et *combussit* Jes. 44, 15. Ezech. 21, 4. 3) *amovit, removit, abstulit, abolevit* aliquem vel aliquid Deut. 26, 13 (מִן־הַבַּיִת) 2 Sam. 4, 11. 1 Reg. 22, 47. 2 Chron. 19, 3., adde Deut. 21, 9. תְּבַעֵר הַדָּם הַנָּקִי מִקִּרְבֶּךָ *auferes sanguinem innocentem e medio tui* h. e. culpam et poenas caedis averruncabis, Deut. 13, 6. בִּעַרְתָּ הָרָע (מִיִּשְׂרָאֵל) מִקִּרְבֶּךָ *tolles malum* (τὸ πονηρὸν coll. 22, 21. 24.) *e medio tui* h. e. capitali poena tale facinus vindicabis (17, 7. 12. 19, 19. 21, 21. 22, 21. 22. 24. 24, 7.), de qua form. v. de Wettius in diss. de Deuteronom. (Jen. 1805. 4.) p. 8 sq., 1 Reg. 14, 10. בִּעַרְתִּי אַחֲרֵי בֵית יָרָבְעָם כַּאֲשֶׁר יְבַעֵר הַגָּלָל *removebo* (everram) *gentem Jerobeami, ut solent stercus removere* (everrere) cf. 21, 21. — Pyh. part. foem. מְבֹעֶרֶת *incensa* Jer. 36, 22. — Hiph. הִבְעִיר 1) *depavit* sq. acc. agri Exod. 22, 4. 2) *accendit* ignem

Exod. 22, 5. (6.), *incendit* et *combussit* Jud. 15, 5. Nah. 2, 14. addito voc. בָּאֵשׁ 2 Chron. 28, 3. vel בָּאוּר Ezech. 5, 2. 3) *removit, abstulit, everrit,* sq. אַחֲרֵי 1 Reg. 16, 3. v. sub Pih.

בְּעוֹר pater Bileami Num. 22, 5. 24, 3. Jos. 24, 9. Mich. 6, 5., qui 2 Petr. 2, 15. *Βοσὸρ* appellatur (ס et ע literis inter se permutatis), et alius cujusdam Gen. 36, 32. 1 Chron. 1, 43.

בְּעִיר m. *pecus* (ܒܥܝܪܐ et بَعِير *jumentum*); tantum cum suffixis occurrit, בְּעִירֵנוּ Num. 20, 4. בְּעִירָם Num. 20, 8. Ps. 78, 48. בְּעִירְכֶם Gen. 45, 17. etc.

בַּעַר m. *brutus, stupidus* Ps. 49, 11. 73, 22. 92, 7. Prov. 12, 1. 30, 2.

בַּעֵר Infinitivus Pih. nominascens Jes. 4, 4. v. sub verbo בער.

בְּעֵרָה f. *incendium* Exod. 22, 5.; aeth. ባዕር: *ardor, incendium.*

תַּבְעֵרָה nom. propr. loci in deserto arab. Num. 11, 3.

בַּעְשָׁא nom. propr. regis israel., qui trucidato *Nadabo* imperium ad se transtulerat, 1 Reg. 15, 16 sqq. 16, 1 sqq. 2 Reg. 9, 9. 2 Chron. 16, 1. etc. Lxx. *Βαασά*. Cf. בְּאֵשׁ chald. i. q. באשׁ *malum fuit.*

בְּעֶשְׁתְּרָה v. infra sub עַשְׁתָּרוֹת.

בָּעַת in Kal inusit. (ܒܥܬ *horruit, timuit, formidavit*), Niph. נִבְעַת *territus est, expavit* Dan. 8, 17 (ubi נִבְעַתִּי pro נִבְעַתְתִּי), sq. מִפְּנֵי (*vor jem.*) 1 Chron. 21, 30., sq. מִלִּפְנֵי Esth. 7, 6. — Pih. בִּעֵת *perterruit* (ut chald. sam.) Job. 3, 5. 13, 11. 21. 7, 14. 15, 24. Ps. 18, 5., it. *subito invasit* (malus daemon) 1 Sam. 16, 4. 15. coll. arab. بغت *de improviso accidit,* III. *inopinantem adortus est.* Praet. 3. f. c. affixo בִּעֲתַתְנִי (in pausa) Jes. 21, 4., בִּעֲתַתּוּ (pro בִּעֲתַתְהוּ) 1 Sam. l. c., particip. foem. מְבַעֵת (pro מְבַעֶתֶת), cum affixo מְבַעִתֶּךָ (in pausa) 1 Sam. 16, 15. Fut. יְבַעֵת etc.

בְּעָתָה f. *terror,* metonym. Jer. 8, 15. 14, 19.; ܒܥܬܐ *horror, timor, formido.*

בִּעוּתִים m. plur. *terrores (vehementes)* Job. 6, 4.; בִּעוּתֶיךָ *terrores* (a te profecti) Ps. 88, 7.

בָּצָל m. *cepa,* sic dicta, quod *decorticari* potest, a rad. arab. بصل *decorticavit,* hebr. פצל, unde chald. פיצולייא *cepae* per פ scribitur; بَصَل et ܒܨܠܐ *cepa.* Occurrit in solo plurali בְּצָלִים Num. 11, 5. conf Celsii *Hierob.* P. II, p. 83 sqq.

בָּצַע 1) *secuit, abscidit,* ut arab. بضع *confregit,* Am. 9, 1. בְּצַעַם (בְּצָעֵם) בְּרֹאשׁ כֻּלָּם *confringe illa* (superliminare et limina) *in eorum caput* h. e. ita ut frusta incidant in eor. cap.; ellipt. Joel. 2, 8. *procedunt* locustae לֹא יִבְצָעוּ *non abscindunt, abrumpunt* sc. cursum, ubi v. Ro-

sensu. Sed Job. 27, 8. כִּי יִבְצַע ex seq. membro petendum est נַפְשׁוֹ: *quando* (Deus) *absciderit vitam ejus* (vitae *filum*) coll. 6, 9. — Pih. בִּצַּע *abscidit, abrupit* vitam al. (חַיִּים) Jes. 38, 12., aliquem Job. 6, 9. eod. sensu, hinc *absolvit, perfecit* Zach. 4, 9. Jes. 8, 12. Thren. 2, 17. — II) *lucrum* improbum *fecit, corrasit* (arab. بضع *collegit, comportavit*) Ezech. 22, 27., בֹּצֵעַ בֶּצַע *lucri* improbi *cupidus, avarus* Jer. 6, 13. 8, 10. Prov. 1, 19. 15, 23. Hab. 2, 9. — Pih. sq. acc. pers. *circumscripsit* aliquem vel potius (per vim) *lucrum expressit* ab al. Ezech. 22, 12.

בֶּצַע m. 1) rei *segmentum, minutum frustulum* (argenti) Judic. 5, 19. (ut κέρμα a κείρειν), quanquam possis etiam *lucrum* argenti (*an Silber*) interpretari. 2) *lucrum* Job. 22, 3. Ps. 119, 36., מַה־בֶּצַע *quod lucrum est, quid juvat, prodest?* Gen. 37, 26. Mal. 3, 14., מַה־בֶּצַע בְּ *quid lucri, emolumenti inde oritur?* Ps. 30, 10., spec. *lucrum improbum* 1 Sam. 8, 3. Exod. 18, 21. Prov. 28, 16. et meton. *opes improbae, male partae* Ezech. 22, 13. Mich. 4, 13., semel *lucri studium, avaritia* Jes. 57, 17. — Cum affixo בִּצְעָם Ezech. 33, 31. etc.

בָּצַץ rad. inusit., arab. بَضَّ *paullatim fluxit* et *exsudavit humor e terra*, unde بَضَضٌ *pauca aqua*.

בִּץ m. *coenum, uligo* Jer. 38, 22.

בִּצָּה f. *id.* Job. 8, 11. 40, 21. Plur. בִּצָּאת (cum א loco ו) et cum affixo בִּצֹּאתָיו Ezech. 47, 11.

בָּצֵק *intumuit* Neh. 9, 21. Deut. 8, 4.

בָּצֵק m. *massa*, farina subacta, fermento *intumescens* Exod. 12, 39. 2 Sam. 13, 8. Jer. 7, 18. Hos. 7, 4., cum affixo בְּצֵקוֹ Exod. 12, 34.

בְּצֶקֶת Job. 38, 38. pertinet ad יצק.

בָּצְקַת nom. oppid. in tribu Jud. Jos. 15, 39. 2 Reg. 22, 1., Βόσκεθ Joseph. Antt. 10, 5.

בָּצַר gener. *secuit, abscidit* (syr. ܒܨܪ *breviavit, diminuit*, chald. *praecidit*), hinc 1) *vindemiavit* Levit. 25. 5. 11., addito voc. כֶּרֶם Deut. 24, 21. Jud. 9, 27., trop. Ps. 76, 13. יִבְצֹר רוּחַ נְגִידִים *vindemiat* h. e. demit, subtrahit *spiritum*, animum *principum* coll. Jud. 20, 46. Apoc. 14, 18 sq. Particip. בֹּצֵר *vindemiator* Jer. 6, 9., trop. de hoste atroci omnia vastante Obad. 5. Jer. 49, 9. 2) *inaccessum reddidit, praeclusit, munivit;* partic. Pahul בָּצוּר a) *inaccessus, aditu difficilis* sec. Cthib Zach. 11, 2. (sed Kri habet בָּצִיר) Jes. 2, 15. Jer. 15, 20. Deut. 28, 52., trop. *arduus, intellectu difficilis* Jer. 33, 3.; b) *munitus* Num. 13, 28. Deut. 1, 28. 3, 5. 2 Sam. 20, 6. Ezech. 36, 35. — Niph. Gen. 11, 6. לֹא יִבָּצֵר מֵהֶם כֹּל־אֲשֶׁר יָזְמוּ *non abscindetur, praecludetur iis, quicquid moliuntur* h. e. non prohibebuntur ab iis, quae facere cogitant, Job. 42, 2. לֹא יִבָּצֵר מִמְּךָ מְזִמָּה. — Pih. *munivit* oppida Jes. 22, 10. Jer. 51, 53.

בָּצִיר m. 1) *munitus*, vel substantive: *munimentum*, sec. Kri Zach.

11, 2., sed Cthib habet בָּצוּר. 2) *vindemia*, proprie tempus abscindendarum uvarum Levit. 26, 5. Jud. 8, 2. Jes. 24, 13. 32, 10. Mich. 7, 1. Jer. 48, 32. Metaph. Jud. 8, 2. הֲלֹא טוֹב עֹלְלוֹת אֶפְרַיִם מִבְצִיר אֲבִיעֶזֶר *nonne racematio Ephraimi melior est vindemiâ Abieseris?* ubi *vindemia* sign. ipsam victoriam de hostibus reportatam, *racematio* id, quod victoriam secutum est, comprehensionem et trucidationem ducum host.

בֶּצֶר m. Job. 36, 19. auri argentive nativi *particula* (sec. R. Jonam in libro radic.), ab *abscindendo* (ut arab. تِبْر a تبر *fregit* in partes). Aliis est *aurum spectatum*, a بصر *vidit*, cf. Michael. *Suppl.*

בֶּצֶר m., in pausa בָּצֶר *id.* Job. 22, 24. Plur. cum affixo בְּצָרֶיךָ Job. 22, 25.

בָּצְרָה f. 1) *septum* pecorum (a *cohibendo*, ut מִכְלָא a כלא *cohibuit*) Mich. 2, 12. 2) nomen propr. urbis Idumaeorum Jes. 34, 6. 63, 1. Gen. 36, 33. vel Moabitarum Jer. 48, 24., arab. بصرى, graec. *Βόστρα* (in Auranitide); cf. Bocharti *Hieroz.* P. I. Lib. II. c. 48. p. 534.

בִּצָּרוֹן m. *munimentum* Zach. 9, 12.

בַּצֹּרֶת f. *siccitas* q. d. *cohibitio pluviae*, Jer. 17, 8. Lxx. *ἀβροχία*, Syr. ܒܨܘܪܬܐ ܕܡܛܪܐ. Plur. בַּצָּרוֹת Jer. 14, 1. Convenit arab. transpos. برض *pauca fuit aqua.*

מִבְצָר m. *locus munitus*, *munimentum* Ps. 89, 41. Thren. 2, 5. 2 Reg. 8, 12. Jes. 25, 12.; עִיר מִבְצָר *oppidum munitum* 1 Sam. 6, 18. Ps. 108, 11., plur. עָרֵי מִבְצָר Num. 32, 36. Jos. 19, 35.; מִבְצַר צֹר 2 Sam. 24, 7. coll. Jos. 19, 29. *urbs munita Tyrus.* — Plur. מִבְצָרִים, unde in regim. מִבְצְרֵי Thren. 2, 2. Dan. 11, 39., et מִבְצָרוֹת Dan. 11, 15.

בָּקַע 1) *fidit, diffidit* Jud. 15, 19., ut lignum Eccles. 10, 9. sq. acc., mare Exod. 14, 16. (de Mose) Neh. 9, 11. sq. acc., rupem Jes. 48, 21. sq. acc., terram (aratro) Ps. 147, 7. sq. בְּ; it. *rupit, disrupit* Am. 1, 13., *discerpsit*, laniavit Hos. 13, 8. 2) *irrupit* 2 Sam. 23, 16. (in castra) sq. בְּ, 2 Chron. 21, 17. (in terram) sq. acc., 32, 1. 3) sensu praegnante: *findendo s. rumpendo eduxit*, ut fontem Ps. 74, 15., hinc nude positum: *pullos exclusit* (de avibus) Jes. 34, 15. (Convenit ܦܩܥ et arab. بقع II. *secuit rem in partes*, ut בקה est بكر). Infin. cum affixo בְּקְעָם Am. l. c., imper. בְּקַע, unde cum affixo בְּקָעֵהוּ Exod. 14, 16., fut. יִבְקַע etc. — Niph. נִבְקַע 1) *fissus, ruptus est*, de terra Num. 16, 31. (et hyperbolice 1 Reg. 1, 40.), de utre Job. 32, 19., de nubibus Job. 26, 8., de mari Prov. 3, 20. Exod. 14, 21., de hominum corporibus 2 Chron. 25, 12. 2) *perruptus* (expugnatus) *est* 2 Reg. 25, 4. Ezech. 30, 17. 3) sensu praegn. *rumpendo eductus est, erupit, prorupit* (aqua, lux etc.) Gen. 7, 11. Jes. 35, 6. 58, 8., etiam de pullis avium Jes. 59, 5. *exclusus est.* — Piel בִּקַּע 1) *fidit*, ut lignum Gen. 22, 3. 1 Sam. 6, 14., rupem Ps. 78, 15., it. *discidit* 2 Reg. 15, 16. 8, 12., *discerpsit, laceravit* 2 Reg. 2, 24. Hos. 13, 8. 2) *erumpere s. prorumpere fecit* Ps.

74, 15. Job. 28, 10. (aquas) coll. Hab. 3, 9 Ezech. 13, 13 (ventum). 3) addito voc. בֵּיץ *ova exclusit* Jes. 59, 5. Pyh. 1) *rumpi* Jos. 9, 4., *dirscindi* Hos. 14, 1. 2) *perrumpi* h. e. expugnari Ezech. 26, 10. — Hiph. *perrupit, irrupit* 2Reg. 3, 26. Jes. 7, 6. Hoph. הָבְקַע *perrumpi* Jer. 39, 2. — Hithpah. *findi*, scindi Mich. 1, 4., *rumpi* Jos. 9, 13.

בְּקִיעַ m. *fissura, ruptura* Am. 6, 11. Jes. 22, 9.

בֶּקַע m. *dimidium*, spec. *dimidium sicli* Gen. 24, 22. Exod. 38, 26. coll. 30, 13.

בִּקְעָה f. *vallis* (q. d. *montium dissectio*), arab. بقعة. Gen. 11, 2. Deut. 8, 7. 34, 3. Jos. 11, 17. Ezech. 3, 23., plur. בְּקָעוֹת Deut. 11, 11. Jes. 41, 18. Ps. 104, 8.; בִּקְעַת הַלְּבָנוֹן Jos. 11, 17. vallis Libanum inter et Antilibanum interjecta, quam veteres *κοιλὴν Συρίαν* vocabant, hodie Arabibus بقاع et بقعة dicta v. IKEN *in dissert. de Baal Gad* §. 12, 5.

בִּקְעָה vel בִּקְעָא f. chald. *id.* Dan. 3, 1.

בָּקַק 1) *vacuavit, evacuavit*, metaphorice *consilium alicui evacuare* h. e. adimere, perdere Jer. 19, 7.; *terram evacuare* h. e. populari, incolis orbare Nah. 2, 3. Jes. 24, 1. 2) *late se diffudit* Hos. 10, 1. גֶּפֶן בּוֹקֵק *vitis late se diffundens, palmitibus foliisque luxurians, frondosa, patula*, LXX. apposite: *εὐκληματοῦσα*. [Convenit بَقْبَقَ *bombum edidit* amphora inter evacuandum et بَقَّ *foecundus fuit, multus fudit*; unde etiam *multum pluviae demisit, multam prolem peperit* v. HARTMANN. Einl. p. 246.]. — Niph. *evacuatus est* Jes. 24, 3., trop. i. q. *evanuit, periit* Jes. 19, 3., ubi praet. f. cum vau convers. וְנָבְקָה (pro נָבַקָּה) vid. s. בלל.

בַּקְבֻּק m. *lagena*, a sono quem inter *evacuandum* edit, 1 Reg. 14, 3. Jer. 19, 1. 10. Syr. ܒܩܒܘܩܐ, graec. *βόμβυλος* a *βόμβος*, add. *βαυκάλιον* v. ALEX. APHRODIS. Probl. 1, 94.

בָּקַר I) in Kal inusit., Pihel propr. *diligenter inspexit, contemplatus est*, sq. בְּ *cum voluptate spectavit* (pr. *oculis haesit in*) Ps. 27, 4., hinc a) *inquisivit* Levit. 13, 36. sq. לְ; 27, 33. לֹא יְבַקֵּר בֵּין טוֹב לָרַע *ne inquirat* (inquiratur), *bonum an malum sit.* b) *reputavit, cogitavit* 2 Reg. 16, 15. Prov. 20, 25. c) i. q. פָּקַד *curavit, curam suscepit* alicujus Ezech. 34, 11 sq. (Chald. etiam *animadvertit* in aliquem, v. infra בִּקֹּרֶת). [Arab. بقر est *fidit* atque ita aperuit. Verba autem *findendi* et *secandi* metaphorice referuntur ad *inquisitionem* rei conf. SCHULTENS. in *Animadverss.* ad Job. 38, 4. et 39, 3.]. — II) i. q. בָּכַר, arab. بكر *praecessit*, v. sub בֹּקֶר.

בַּקַּר Pahel chald. *quaesivit* Esr. 4, 19. 6, 1. 7, 14. — Ithpah. *quaeri, perquiri* Esr. 5, 17.

בַּקָּרָה f. *cura*, in regim. בַּקָּרַת Ezech. 34, 12.

בִּקֹּרֶת f. *animadversio* h. e. *flagellatio* Levit. 19, 20. v. rad.

בָּקָר epic. *armentum*, *Rindvieh* Num. 7, 88. Exod. 10, 9. Gen. 45,

10. etc., arab. بَقَرَةٌ *armentum*, بَقَرٌ *boves*. [Dictum volunt ab arab. بقر *incidere*, quod terram *aratro findat*, conf. חרשׁ de *bobus* Job. 1, 14., quemadmodum Latinis bos et taurus *arator* dicitur, Graecis βοῦς ἀροτὴρ et ἀρότης, it. ἐπισχίζων ἄρουραν apud Apollon., τέμνων ὦλκα εὐθεῖαν ap. Callimach. etc. Sed a *maxime fissis ungulis* nomen derivat Hillerus in *Hierophyt.* P. II, p. 220 sq.]. Differt a שׁוֹר, quod *bovem* significat; בָּקָר enim semper dicitur *collective* nullo sexus discrimine cf. Gen. 12, 16. 13, 5. 20, 14. etc. Hinc Gen. 33, 13. בָּקָר עָלוֹת, hinc Gen. 18, 7. Exod. 29, 1. בֶּן־בָּקָר, hinc חֲמִשָּׁה בָקָר *quinque armenti fünf Stück Rindvieh* (non בְּקָרִים) Exod. 21, 37. Ita dic. etiam de bobus aeneis 2 Reg. 16, 17. Plur. בְּקָרִים a) *boum greges, armenta* Neh. 10, 36. Am. 6, 12.; b) *boves arte facti* 2 Chron. 4, 3. 1 Reg. 7, 29.

בּוֹקֵר m. vulgo *bubulcus* Am. 7, 14. Quia vero Amosus propheta non *bubulcus* fuit, sed *opilio* coll. v. sq. et c. 1, 1., cum B. Michael. in Diss. de *vaticinio Amosi* §. 13. gener. *pastorem* explicare praestat. Sic syr. ܒܩܘܪܐ est *grex*.

בֹּקֶר m. *a)* *lux mane exoriens, mane* Gen. 44, 3. Exod. 19, 16. Jud. 16, 2. 1 Sam. 14, 37. 25, 36. 2 Sam. 17, 22. 23, 4. 2 Reg. 7, 9. Mich. 2, 1. etc. Hinc ultima pars noctis dicitur אַשְׁמֹרֶת הַבֹּקֶר *vigilia matutina* Exod. 14, 24. 1 Sam. 11, 11. (بُكْرَةٌ *diluculum*, إِبْكَارٌ *matutinum tempus*, a بَكَرَ *praecessit* cf. בָּכַר). Passim adverbialiter legitur: *mane* Exod. 16, 7. Ps. 5, 4.; בַּבֹּקֶר בַּבֹּקֶר *mane mane* i. e. *quovis mane* Exod. 16, 21. 30, 7. Levit. 6, 5. Jes. 28, 19., מִבֹּקֶר עַד עֶרֶב *per unum diem* Job. 4, 20. Plur. לִבְקָרִים *quovis mane* Job. 7, 18., לַבְּקָרִים *id.* Ps. 73, 14. 101, 8. Jes. 33, 2. Thren. 3, 23. — Saepe notatur spec. *mane posteri* (crastini) *diei*, hinc בַּבֹּקֶר *mane postridie, cras mane* Deut. 16, 7., עַד־הַבֹּקֶר *in mane crastinum* Exod. 16, 24., deinde vero בֹּקֶר adv. in univ. est *cras, crastino die* Num. 16, 5. (quemadmod. etiam nostrates *morgen* utroque sensu dicunt), לַבֹּקֶר poet. *mox, illico* Ps. 49, 15. 59, 17. 90, 14. 143, 8. etc.

גָּבַר et גָּבֵר 1) *valuit,* sive *copiâ* Gen. 7, 24. sive *magnitudine* Ps. 103, 11. 117, 2. sive *viribus et potentia* 2 Sam. 11, 23. 1 Chron. 5, 2. — sq. מִן Ps. 65, 4. vel עַל Gen. 49, 25. 2 Sam. 11, 23. (exemto tamen loco Ps. 103, 11.) *praevaluit.* — 2) *invaluit,* sive *copiâ* Gen. 7, 18. 19. 20. sive *robore* et *opibus,* addito voc. חַיִל Job. 21, 7. hinc: *vicit, superior discessit* (sine casu) Exod. 17, 11. (Arab. جبر *consolidavit,* metonym. *potens fuit, viguit vi, robore*). Praet. plur. in Pausa, גָּבָרוּ 2 Sam. 1, 23. alibi גָּבְרוּ Gen. 7, 19. 20. Fut. יִגְבַּר 1 Sam. 2, 9. — Pih. *corroboravit, potentem reddidit* Zach. 10, 6. (domum Judae) Eccles. 10, 10. חֲיָלִים יְגַבֵּר *roborabit* h. e. intendet, intendere debebit *vires* (al. *durat vires* h. e. aciem ferri). — Hiph. הִגְבִּיר 1) *corroboravit, confirmavit* Dan. 9, 27. — 2) intrans. Ps. 12, 5. נַגְבִּיר לִלְשֹׁנֵנוּ *per linguam nostram potentes erimus, valebimus.* — Hithpah. 1) *validum, potentem se exhibuit* Jes. 42, 13. — 2) *contumacem, insolentem se gessit* Job. 15, 25. 36, 9. Plur. in Pausa יִתְגַּבָּרוּ (coll. Arab. تجبّر *ferocius* et *insolentius se gessit*).

גֶּבֶר m. *vir* (a *viribus*), i. q. אִישׁ Jud. 5, 30. etc. (addita *roboris ac fortitudinis* notione, cf. Graec. ἀνήρ, Job. 38, 3. Jes. 22, 17.); *mas* Deut. 22, 5. Job. 3, 2. Jer. 31, 22. per Synecd. *homo* (opp. Deo, fere ut Lat. *mortalis*) Job. 22, 2. generatim, Ps. 34, 9. Job. 4, 17. 14, 10. 14.; passim *distributive: unusquisque, quivis,* Jer. 17, 5. 7. Joël. 2, 8. Thren. 3, 39. Plur. גְּבָרִים *viri* Jos. 7, 14. 17. 19. Jer. 41, 16. 43, 6. etc. cum praef. לַגְּבָרִים *viritim* Jos. 7, 14. 17. 18. Ceterum poetae maxime hoc voc. delectantur.

גְּבַר m. *id.* sed forma magis Chaldaica, Ps. 18, 26.

גְּבַר m. Chald. *id.* Dan. 2, 25. 5, 11. Pluralem facit גֻּבְרִין (tanquam a sing. גֻּבַר) Dan. 3, 8. 12. 20. 24. 25. in Statu emphat. גֻּבְרַיָּא Dan. 3, 12. 13. 21. 22. 6, 6. 12. 16. 23. 25. 27. Esr. 4, 21. 5, 4. 10.

גְּבִיר m. *herus, dominus,* sic dictus, quia aliis auctoritate et dominio *praepollet,* Gen. 27, 29. 37.

גְּבִירָה f. *hera, domina,* inprimis *regina* 1 Reg. 11, 19. 15, 13. 2 Reg. 10, 13. etc. et terminatione Segolata

גְּבֶרֶת f. Jes. 47, 5. 7. cum Affixis גְּבִרְתִּי Gen. 17, 8. גְּבִרְתֵּךְ Gen. 16, 9. etc.

גִּבּוֹר m. 1) *validus, potens* Gen. 10, 8. 9. Ps. 112, 2., de Deo Neh. 9, 32. Deut. 10, 17., in malam partem: *violentus* Ps. 52, 3. coll. Arab. جَبَّار *praedo, homicida;* גִּבּוֹר כֹּחַ *robore pollens* Ps. 103, 20. גִּבּוֹר חַיִל *opibus pollens, opulentus* Ruth. 2, 1. 2 Reg. 15, 20. — 2) *fortis* 2 Sam. 17, 8. et substant. a) *bellator, miles* Jos. 8, 3. 10, 7. b) adjecto voc. חַיִל *heros* Jud. 11, 1. 1 Sam. 16, 18. c) *duces, praefecti* militum 1 Reg. 1, 8. 1 Chron. 29, 24. etiam adjecto voc. חַיִל (exercitus, agmen) 1 Chron. 11, 26. hinc omn. *dux, praefectus* 1 Chron. 9, 26. גִּבֹּרֵי הַשְּׁעָרִים *praefecti ianitorum.* — 3) *strenuus,* adjecto v. חַיִל 1 Reg. 11, 28. v. sub חַיִל. Cum Affixo גִּבּוֹרָם *vir fortis* sive *heros illorum* 1 Sam. 17, 51. Plur. גִּבֹּרִים in regim. גִּבּוֹרֵי Jos. 1, 14. 2 Reg. 15, 20. cum Affixo גִּבּוֹרָיו *fortes, heroës ejus* 2 Chron. 32, 3. et גִּבֹּרֵיהוּ Nah. 2, 4.

גִּבָּר m. Chald. *praevalidus, valde fortis, strenuus.* Plur. גִּבָּרִין in regim. גִּבָּרֵי Dan. 3, 20.

גְּבוּרָה f. *robur,* 1) hominum, idque vel *corporis,* ut Eccles. 9, 16. 10, 17. vel *animi,* ut Mich. 3, 8.; hinc *fortitudo* Jud. 8, 21. 2 Reg. 18, 20. Jes. 36, 5. Per Meton. designat a) *fortiter facta, strenue gesta* 1 Reg. 15, 23. 16, 5. 27. 22, 46. 2 Reg. 10, 34. 13, 12. 1 Chron. 29, 30. etc. speciatim *victoriam* Exod. 32, 18. Jes. 30, 15.; b) *viros fortes* Jes. 3, 25. — 2) Dei *(potentia)* Ps. 54, 3. 89, 14. Job. 12, 13. 1 Chron. 29, 11. Plur. גְּבוּרוֹת Ps. 106, 2. 145, 4. Deut. 3, 24. *magna Jovae facinora, potenter a Deo facta.* Cum Affixis occurrit גְּבוּרָתִי Jes. 33, 13. Jer. 16, 21. גְּבוּרָתוֹ Jud. 5, 31. Ps. 66, 7. Plur. גְּבוּרוֹת *robora, vires, fortiter facta* Ps. 20, 7. cum Affixo גְּבוּרֹתֶיךָ Ps. 145, 4.

גְּבוּרָה f. Chald. *id.* unde in Statu emphat. גְּבוּרְתָא Dan. 2, 20. 25.

גַּבְרִיאֵל m. Nomen propr. archangeli (proprie *vir divinus*) Dan. 8, 16. 9, 21.

גָּבַשׁ rad. in Hebr. inusit.; Arab. جبس i. q. جمس *concrevit, congelavit,* ב et מ inter se permutatis.

גָּבִישׁ m. *crystallus* (proprie *glacies,* unde servato articulo Arab. אֶלְגָּבִישׁ *grando,* et אַבְנֵי אֶלְגָּבִישׁ *lapides glaciei,* h. e. *grando major* Ezech. 13, 11. 13.) Job. 28, 18. Vulgo vertitur *gemma* vel *unio,* aliis *vestis versicolor* sive *polymita,* a rad. Arab. غبث, alias بغث *vario colore distinctus fuit.*

גָּגַג rad. in Hebr. inusit.; Arab. جَجَّ *expandit, extendit.*

גָּג m. 1) *tectum,* suprema aedificii pars, Jos. 2, 6. 8. Jud. 16, 27. 2 Sam. 11, 2. etc., ab *expandendo,* quod tecta *plana* et *aequa* erant 2 Sam. 2, 2. Neh. 8, 16. Jes. 22, 1. — 2) *superficies* (altaris) Exod. 30, 3. 37, 26. In regim. גַּג Jud. 9, 21. 2 Sam. 11, 2. cum ה paragog. גָּגָה *in tectum* Jos. 2, 6. et sec. Kri 1 Sam. 9, 26. Sed cum Affixis et in Plur.

accipit Dagesch forte, unde גַּגּוֹ *tectum ejus* Exod. 30, 3. גַּגֶּךָ (in Pausa) *tectum tuum* Deut. 22, 8. Plur. גַּגּוֹת *tecta* 2 Reg. 19, 26. Ps. 129, 6. cum Affixo גַּגּוֹתֵיהֶם Jer. 19, 13. 32, 29.

גְּדָבַר Chald. unde Plur. emphat. גְּדָבְרַיָּא, vid. infra in גִּזְבָּר.

גָּדַד 1) *excîdit, succîdit, incîdit* (Arab. جَدَّ *secuit, insecuit,* nec non جَدَبَ *secuit,* et جُذ *abscîdit*): unde Hithpoh. הִתְגּוֹדֵד *incidit se, cutem suam,* vel prae luctu (v. Rosenmueller. Scholl. ad Levit. 19, 28.) Jer. 41, 5. 47, 5. 16, 6., vel superstitionis causa Deut. 14, 1. 1 Reg. 18, 28. Fut. 2 pers. in Pausa תִּתְגֹּדָדִי Jer. 47, 5. — 2) *turmatim aggressus est, institit* (cf. גְּדוּד): unde Fut. plur. יָגוֹדּוּ *aggredientur, adorientur* Ps. 94, 2. Hithpo. fut. תִּתְגֹּדְדִי *turmatim te congregabis* Mich. 4, 14. et יִתְגּוֹדָדוּ *turmatim se congregant* Jer. 5, 7. Conf. Arab. جَدَّ *magnus fuit dignitate vel divitiis, felix et fortunatus fuit* (v. infra גַּד), *nervos intendit.*

גְּדַד Chald. *succîdit, incîdit:* unde Imperat. גֹּדּוּ *succidite* (arborem). Dan. 4, 11. 20.

גְּדוּד m. 1) *incisio* (cutis) Jer. 48, 37. specialiter *incisio terrae,* i. e. *sulcus, lira.* Plur. masc. גְּדוּדִים cum Affixo גְּדוּדֶיהָ *sulci ejus* Ps. 65, 11. Plur. foem. גְּדֻדֹת *incisiones, caesurae* Jer. 48, 37. — 2) *turma, agmen,* inprimis *levis armaturae agmen praedas agens* (ut אֲגֻדָּה) Gen. 49, 19. 2 Sam. 22, 30. 1 Reg. 11, 24. Ps. 18, 30. etc. (Syr. ܓܘܕܐ *coetus quilibet,* spec. *acies militaris, turma*). Plur. גְּדוּדִים *agmina, turmae* 2 Sam. 4, 2. 2 Reg. 5, 2. Hos. 6, 10. in regim. גְּדוּדֵי 2 Reg. 6, 23. 1 Chron. 7, 4. cum Affixo גְּדוּדָיו Job. 19, 12 (ubi *turmae Jovae* trop. de malorum multitudine irruentium). 25, 3.

גָּד (pr. *urgens, instans*): Nom. propr. filii Jacobi Gen. 49, 19. al., et tribus ab eo ortae, quae agros sortita est trans Jordanem Jos. 13, 24—28. Hinc Nom. gentil. גָּדִי *Gadita* Deut. 3, 12. Jos. 1, 12.

גָּד m. *prospera fortuna* (جَدَّ *felix, fortunatus fuit,* جَدّ *felicitas, prospera fortuna.* v. infra גַּד). Unde cum praefixo בְּגָד *cum fortuna* (Germ. *Glück zu*) consentit. Lxx. ἐν τύχῃ, sec. Cthib Gen. 30, 11. coll. v. 13.; sed Kri habet בָּא גָד, adstipul. Onkeloso. *venit fortuna.* Aliud est

גַּד m. *coriandrum* (forsitan vocabulum exoticum, Africanis γοίδ, teste Dioscoride vel ejus locupletatore L. III. c. 71.) Exod. 16, 31. Num. 11, 7. Ol. Celsius in *Hierobot.* T. II, p. 78—82. J. D. Michaelis in *Suppl.* Hillerus in *Hierophyt.* P. II, p. 50. Sic dictum plerisque videtur, quod *striatum* sit lineolisque pluribus parallelis per superficiem ad duo centra concurrentibus distinctum, inter quas parvae quasi *lirae,* quae *excisae* vel *incisae* videantur.

גַּד Jes. 65, 11. *Fortuna,* numen (cf. Arab. supra s v. גָּד). v. Seldenus *de Dis Syris* et J. D. Michaelis *Suppl.;* Babyloniis fuit Belus (Jupiter) cf. Th. Hyde *de relig. Pers.* c. 2. Ceterum indicem scriptorum, qui de deastro

Gad egerunt, v. in Simonis *Arcan. Form. Hebr.* p. 322. et *Onomast. V. T.* p. 627. add. Gesen. Comment. ad Jes. Tom. II, p. 283 sqq. 335 sqq.

גִּדְגָּד Deut. 10, 7. nom. propr. loci in deserto arab., ejusdem, qui Num. 33, 32. חֹר הַגִּדְגָּד vocatur.

מִגְדּוֹל v. sub lit. מ.

גָּדָה radix Hebraeis inusit.; arab. جدا *avellit.* Inde sunt

גְּדִי m. *hoedus* Gen. 38, 17. 20. 23. Exod. 23, 19. Deut. 14, 21. Jud. 6, 19. etc. Sic dictus putatur, quod herbas arborumque frondes *avellit* et *carpit* (unde et Lat. *capra,* q. d. *carpa,* a *carpendis* virgultis, secundum Varronem). cf. Bocharti *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 52. p. 631 sqq. Plur. גְּדָיִים 1 Sam. 10, 3., in regim. גְּדָיֵי Gen. 27, 9. 16. Saepe legitur גְּדִי עִזִּים *hoedus caprarum,* ut distinguatur hoedus ab aliis animalibus pilosis, ut שְׂעִיר עִזִּים et צָפִיר, cf. Bochart. l. c.

גְּדִיָּה f. *capella,* plur. cum affixo גְּדִיֹּתַיִךְ Cant. 1, 8. In loco 1 Chron. 12, 15. Cthib habet גְּדִיֹתָיו pro eo, quod Masorethae legi jubent גְּדוֹתָיו *ripae.*

גָּדָה f. *ripa,* sic dicta quia continuo aquae affluxu *abluitur* et *avellitur* (quomodo et graec. ἀκτή et ἄγη *ripa* dicitur ab ἄγω *frango,* αἰγιαλός ab ἄγω et ἅλς *mare,* ῥηγμὶν et ῥαχία *id.* a ῥηγνύω *frango.* Similiter arab. جَلَمٌ *hoedus,* est etiam *ripa,* cujus radix significat *resecuit*). Plur. cum suffixo גְּדוֹתָיו Jos. 3, 15. 4, 18. Jes. 8, 7.; sic sec. Kri 1 Chron. 12, 15. sed v. sub גדיה.

גָּדַל et גָּדֵל propr. (coll. arab. جدل syr. ܓܕܠ et chald. גְּדַל) *torsit, contorsit, tortus et implicatus est ex multis funiculis in densiorem funem* (cf. infra גָּדִיל), hinc *viribus et robore valuit* (v. Schultensius in *Commentar.* ad Job. 7, 17. et de *Defectibus ling. Hebr.* §. 202 sq.) hebr. 1) magnus fuit Gen. 19, 13. Zach. 12, 11., spec. *gravis fuit* Esr. 9, 6. Thren. 4, 6. (de peccato) Job. 2, 13 (de dolore), *potens, nobilis fuit* Gen. 41, 40.; sq. בְּעֵינֵי פ׳ *carus, magni aestimatus fuit* 1 Sam. 26, 24. 2) *magnus factus est* i. e. *crevit* Gen. 21, 8. 25, 27. Ruth. 1, 13. Jud. 11, 2. 1 Reg. 12, 8. Job. 31, 18 (ubi suffix. pro dativo est), trop. *potens, nobilis factus est* Eccles. 2, 9. 2 Sam. 5, 10. 1 Reg. 10, 23. Jer. 5, 27., it. magnificatus h. e. *celebratus est* Ps. 35, 27. 40, 17. 2 Sam. 7, 26. (de Deo). — Fut. יִגְדַּל Ps. 35, 27. etc.

Pih. *magnum fecit* Gen. 12, 2., spec. a) *crescere fecit* vel *passus est* Num. 6, 5. Ezech. 31, 4., it. *educavit* (infantes) Jes. 1, 2. 49, 21.

2 Reg. 10, 6., hinc *erudivit, instituit* Dan. 1, 5. b) *potentem, excellentem reddidit, opibus, honoribus auxit* Jos. 4, 14. Esth. 3, 1. 5, 11. 1 Chron. 29, 12. c) *magni fecit, aestimavit* Job. 7, 17. Hinc: *magnificavit, celebravit* (cf. μεγαλύνειν Phil. 1, 20. Luc. 1, 46.) Ps. 69, 31., sq. לְ pers. Ps. 34, 4. — Pyh. part. plur. מְגֻדָּלִים *educati* Ps. 144, 12.

Hiph. הִגְדִּיל 1) *magnum fecit* aliquid sq. accus. rei Ps. 138, 2. Am. 8, 5. Jes. 28, 29. *Gen. 19, 19., spec. הִגְדִּיל אֶת־פִּיו *os suum magnum facere* (quod nos dicimus: *den Mund voll nehmen*) i. e. *insolentem, superbum, contumeliosum se gerere* Obad. 12. Sine accusativo objecti: a) magni quid facere, *magnifice agere* 1 Sam. 12, 24. b) *jactare se, fastuose, insolenter agere (gross thun), se efferre* Thren. 1, 9., sq. עַל personae Ps. 35, 26. 38, 17. 55, 13. Job. 19, 5. Jer. 48, 26., addito בְּפֶה Ezech. 35, 13. c) sq. infin. alius verbi Ps. 126, 2. 3. Joel. 2, 21. הִגְדִּיל לַעֲשׂוֹת *magna fecit, patravit*, quo pertinet etiam 1 Sam. 20, 41. ubi ex superioribus repetendum est לִבְכּוֹת. Sed ista formula הִגְדִּיל לַעֲשׂוֹת in malam quoque partem dicitur Joel. 2, 20. *insolenter, fastuose egit.* — 2) altum fecit h. e. *extulit, sustulit* (calcaneum) Ps. 41, 10.

Hithpah. הִתְגַּדֵּל 1) *magnum, praeclarum se exhibuit, praestitit* Ezech. 38, 23. 2) *insolenter, fastuose egit* Dan. 11, 36. Jes. 10, 15.

גָּדֵל vel גָּדֵל m. *magnus.* Plur. גִּדְלֵי בָשָׂר *magni carne* h. e. bene vasati Ezech. 16, 26.

גָּדוֹל m., גְּדוֹלָה f. magnus sive a) physico sensu (*der körperlichen Ausdehnung nach*) Gen. 1, 21. 10, 13. 15, 18. Jos. 7, 26. 10, 18. 1 Sam. 6, 14. 2 Sam. 18, 9. (spec. *natu major* Gen. 27, 1. 1 Sam. 17, 28. 1 Reg. 2, 22.), etiam respectu *copiae* habito, ut *popul. magnus* Gen. 12, 2. Exod. 32, 10., *exercitus magnus* 2 Reg. 7, 6., *chorus magnus* Neh. 12, 31.; sive b) secus, ut *benevolentia magna* Ps. 86, 13. 145, 8., *ira magna* Prov. 19, 19., *sapientia magna* Eccles. 9, 13., *vis magna* Jer. 32, 17., *gaudium magnum* Neh. 8, 17., *peccatum magnum* (*grave*) Gen. 4, 13. etc. — Spec. *opibus valens, dives* Job. 1, 3. 1 Sam. 25, 2., *potens*, ut מֶלֶךְ הַגָּדוֹל (quae est regis Assyr. appellatio) 2 Reg. 18, 19. 28. Jes. 36, 4. 13., *nobilis, honoratus* Exod. 11, 3. 2 Reg. 4, 8. 2 Sam. 19, 32., unde plur. גְּדֹלִים *optimates, magnates* 2 Reg. 10, 6. 11. Jon. 3, 7. Nah. 3, 10. Prov. 18, 16. Passim additur vocabulum ejus rei, *qua* quis excellit, ut גְּדֹל הָעֵצָה *magnus consilio* Jer. 32, 19., גְּדוֹל הַכְּנָפַיִם (aquila) *magnis alis* Ezech. 17, 3., גְּדָל־כֹּחַ *magnus potentia* Nah. 1, 3. — Interdum substantivi paene naturam induit hoc vocabulum, ut גֹּדֶל זְרוֹעֲךָ *magnitudo brachii tui* Ezech. 15, 16. (v. infra). Plur. fem. גְּדֹלוֹת *res magnae*, praeclare, mirabiliter gestae (de Deo) Ps. 106, 21. Job. 5, 9. 37, 5.; it. in malam partem לָשׁוֹן מְדַבֶּרֶת גְּדֹלוֹת *lingua grandia loquens* Ps. 12, 4. (coll. Jac. 3, 5.).

גִּדֵּל nom. propr. viror. Esr. 2, 47. 56. Neh. 7, 49. 58.

גֹּדֶל m. *magnitudo*, de proceritate habetur Ezech. 31, 7.; de majestate, dignitate Ps. 150, 2. Ezech. 31, 2. 18.,

inprimis de *Deo* Deut. 3, 24. 5, 21. 9, 26. al.; sed *magnitudo cordis* Jes. 9, 8. 10, 12. in malam partem sumitur pro *elatione* et *fastu*, vid. supra in rad. Cum Affixo גָּדְלוֹ Deut. 5, 24. Ezech. 31, 7. et גָּדְלוֹ Ps. 150, 2.

גְּדוֹל m. *magnitudo* Exod. 15, 16. sed potest etiam a גָּדוֹל in Statu regim. derivari. cf. GESEN. Lehrgeb. p. 650. v. supra.

גְּדוּלָּה et גְּדֻלָּה f. *magnitudo* i. e. *magnificentia, dignitas* 2 Sam. 7, 23 (Dei). Ps. 71, 20 (regis). Esth. 6, 3 (principis). 1 Chron. 17, 19. 29, 11 (populi israel.). In regim. גְּדֻלַּת Esth. 10, 2. cum Affixo גְּדוּלָּתוֹ Esth. 1, 4. et גְּדֻלָּתוֹ Ps. 145, 3. Plur. גְּדֻלּוֹת metonymice sumitur pro *magnitudinis effectis* sive *eximie et praeclare factis* 1 Chron. 17, 19. 21. cum Affixo גְּדוּלּוֹתֶיךָ *magna opera, facinora tua,* sec. Cthib Ps. 145, 6. ubi Kri habet גְּדֻלָּתְךָ in Sing.

גְּדַלְיָה Nom. propr. viri, qui a rege Babyl. Judaeae praefectus fuit Jer. 40, 5. alibi גְּדַלְיָהוּ 2 Reg. 25, 22.

גְּדִיל m. in Plur. גְּדִלִים *fila contorta, filamenta* Deut. 22, 12 (de fimbriis, quibus orae vestium distinguendae erant). 1 Reg. 7, 17 (de filis catenatis, quibus columnarum capitella ornanda).; ex significatione radicis Chald. Syr. גדל et Arab. جدل *contorsit, intricavit, plexuit.* Hinc جُدُلٌ *lorica firmiter intexta,* et مِجْدَلٌ *torques.* Ceterum cf. SCHROEDERI *Observatt.* p. 158. et HARTMANN ling. Einl. p. 285 sq.

מִגְדָּל (semel מִגְדּוֹל sec. Kri 2 Sam. 22, 51.): in genere *locus* sive *structura magnitudinis in altum extensae, locus editus,* spec. *suggestus* Neh. 8, 4. et *turris* Gen. 11, 4. 5. sive in munimentis urbium Jud. 9, 51. 52. 2 Chron. 14, 6. sive in vineis Jes. 5, 2. (πύργος Luc. 12, 28. *turris* Liv. 33, 48.) 2 Reg. 9, 17. etc. Metaphorice notat *praesidium, omne id quo quis confidit* Jes. 2, 15. 30, 25.; unde fit, ut Deus et nomen Dei dicatur *turris* 2 Sam. 22, 51. Ps. 61, 4. Prov. 18, 10. (quo sensu etiam Graec. πύργος usurpari observat JOH. ALBERTI in *Periculo Critico* p. 7). In regim. מִגְדַּל Jud. 8, 17. Jes. 15, 37. Plur. מִגְדָּלִים *turres* 2 Chron. 14, 6. Jes. 30, 25. cum Affixo מִגְדָּלֶיהָ Ps. 48, 13. Ezech. 26, 4. Plur. foem. מִגְדָּלוֹת 1 Chron. 27, 25. 2 Chron. 32, 5. Cant. 8, 10. in regim. מִגְדְּלוֹת Cant. 5, 13. cum Affixo מִגְדְּלוֹתַיִךְ Ezech. 26, 9. 27, 11. — Sed Cant. 5, 13. designare videtur *areolas,* loca terrae elatiora (coll. parall. עֲרוּגָה).

מִגְדֹּל Nomen propr. urbis, in finibus Aegypti, non procul a mari rubro Exod. 14, 2. Num. 33, 7. 8. Jer. 44, 1. 46, 14. Secundum CHAMPOLLION. (l'Egypte sous le Phar. II, p. 79.) est vocab. aeg. MESCHTÔL, quod in vernaculae vocis similitudinem corruperunt Hebraei v. מֹשֶׁה, בְּהֵמוֹת et all.

גָּדַע 1) *succîdit, excîdit* (arborum ramos) Jes. 10, 33. Jud. 21, 6. — 2) *fregit,* et proprio (Zach. 11, 10.), et translato sensu, ut גּ׳ זְרֹעַ 1 Sam. 2, 31. גּ׳ קֶרֶן Thren. 2, 3. (v. sub his vv.). [Arab. جَدَعَ *truncavit, mutilavit.* Chald. גְּדַע *abscidit*]. Part. Pahul plur. גְּדֻעִים Jes. 10, 33. Foem. גְּדוּעָה

Jes. 15, 2. (in loco parall. Jer. 48, 37. גְּרוּעָה). Fut. cum Vau convers. וָאֶגְדַּע Zach. l. c. — Niph. נִגְדַּע *fractus est* Ezech. 6, 6. Am. 3, 14 (simulacra idolorum). Jer. 50, 23. נִגְדַּע פַּטִּישׁ כָּל־הָאָרֶץ *fractus est malleus totius terrae* (i. e. gens Chaldaea). De phrasi נִגְדְּעָה קֶרֶן Jer. 48, 25. v. supra. Praegnanter dicitur נִגְדַּע לָאָרֶץ *fractus est in terram,* pro *fractus est et projectus in terram,* Jes. 14, 12. coll. Am. 3, 14. — Pih. *fregit, confregit.* Praet. גִּדַּע Ps. 107, 16. 2 Chron. 34, 4. et גִּדַּע 2 Chron. 34, 7. Fut. אֲגַדֵּעַ Jes. 45, 2. Ps. 75, 11. וַיְגַדַּע 2 Chron. 14, 2. Plur. cum Nun paragog. simulque in Pausa תְּגַדֵּעוּן Deut. 7, 5. 12, 3. — Pyh. praet. plur. in Pausa גֻּדָּעוּ *excisae sunt* (arbores) Jes. 9, 9.

גִּדְעוֹן Nomen propr. *Gideonis,* qui fuit unus ex Schophtim Hebraeorum. Jud. 6, 11 sqq. LXX. *Γεδεών.*

גָּדַף propr. significat *scidit, amputavit, proscidit* (ut Arab. جَدَفَ); hinc metaph. *conviciis proscidit.* In Kal inusit. In Pih. גִּדֵּף *conviciis proscidit* Deum, *probris affecit, blasphemavit* (cf. ܓܕܦ et Chald. גַּדֵּף *blasphemavit,* et تَجْدِيف *blasphemia);* vel verbis 2 Reg. 19, 6. 22. Jes. 37, 6. 23. Ps. 44, 17., vel factis Ezech. 20, 27. Num. 15, 30. (ubi non est, quod conferas Aethiop. ገደፈ *rejicere, repudiare).*

גִּדּוּף m. in Plur. גִּדּוּפִים *convitia* Jes. 43, 28., unde in regim. גִּדּוּפֵי Zeph. 2, 8. et Foem. גִּדּוּפוֹת, unde cum Affixo גִּדּוּפֹתָם Jes. 51, 7. Syr. ܓܘܕܦܐ *blasphemia.*

גִּדּוּפָה f. *convitium* Ezech. 5, 15.

גָּדַר *sepsit* viva sepe Hos. 2, 6.; hinc: *maceriem struxit, murum duxit* Ezech. 22, 30. Jes. 58, 12. Am. 9, 11. Jes. 5, 5. (Arab. جَدَرَ *parietem circumduxit, pariete circumducto munivit*); etiam: *(murum) refecit (vermauern)* Jes. 58, 12., trop. גָּדַר אֹרְחִי *circumsepsit viam meam,* i. e. tanta me malorum vi circumdedit, ut inde expedire me non possim, Job. 19, 8. coll. Thren. 3, 7. 9. גָּדַר בַּעֲדִי *circumsepsit me;* Ezech. 13, 5. de prophetis: וַתִּגְדְּרוּ גָדֵר עַל־בֵּית יִשְׂרָאֵל *non exstruxistis murum domui Isr.* i. e. *non consuluistis* (monendo, docendo) Israelitarum saluti. Part. praes. גֹּדֵר Ezech. 22, 30. Plur. גֹּדְרִים substantive usurpatur pro *fabris murariis* 2 Reg. 12, 13.

גֶּדֶר 1) v. sub seq. גָּדֵר — 2) Nom. propr. ubis Cananitarum Jos. 12, 13.

גָּדֵר com. *septum, maceries, murus* (Arab. جِدْرٌ *paries, murus*) Num. 22, 24. Jes. 5, 5. Ps. 62, 4. Ezech. 13, 5. it. *locus muro cinctus, munitus* (Arab. جَدِيرٌ id.) Esr. 9, 9. In regim. גֶּדֶר Ezech. 42, 10. Prov. 24, 31. cum Affixo גְּדֵרוֹ Jes. 8, 5. Plur. גְּדֵרִים, cum Affixis גְּדֵרַיִךְ *maceriae tuae* Mich. 7, 11. גְּדֵרֶיהָ Ps. 80, 13.

גְּדֵרָה 1) *sepes* viva Nah. 3, 17. Hos. 2, 6. — 2) *maceries* Ps. 89, 41.

1 Chron. 4, 23. Plur. גְּדֵרוֹת Jer. 49, 3., cum affixo גְּדֵרֹתָיו Ps. 62, 4. — 3) גִּדְרוֹת הַצֹּאן *crates ovium,* graec. *μάνδρα,* h. e. *locus in deserto, septo circumdatus,* intra quem nomades gregem noctu cogunt, ut securus sit a lupis aliisque feris (lat. *cors* Varro R. R. I, 13.), Lxx. *ἔπαυλις προβάτων;* Num. 32, 16. 24. 1 Sam. 24, 4. Zeph. 2, 6. v. Michaelis *Suppl.* — 4) nom. propr. oppidi, quod alibi בֵּית גָּדֵר appellatur, v. sub בַּיִת. [Ceterum hoc ipsum fuit etiam urbis hispanicae *Gadium* apud Phoeniccs nomen, ut jam explicuerunt Plin. et Solin. c. 26.].

גֶּדֶרֶת f. *maceries* Ezech. 42, 12.

גְּדֹר nom. propr. oppidi in montibus Jud. Jos. 15, 58., ejusdem (ut videtur) quod Hieronymo *Gedrus* appellatur, situm illud 10 mill. a Diospoli euntibus Eleutheropolin.

גָּדַשׁ rad. Hebr. inusit., chald. et talm. (v. Hartmann. Progr. p. 54 sq.) *collegit, coacervavit,* arab. كَدَّسَ II. *accumulavit* (permut. ג et כ).

גָּדִישׁ m. *cumulus, acervus* (arab. كُدْس *acervus non excussae segetis,* omnisque rei *cumulus;* Castellus etiam exhibet جَدِيس *acervus, cumulus* frumenti, *tumulus* lapidum; syr. ܓܕܺܝܫܳܐ *acervus* tritici). Legitur a) de manipulorum meta (*Getreidemandel*) Exod. 22, 5. Jud. 15, 5. Job. 5, 26. (cf. מגדיש *metam colligens* Mischn. IV, 46.); b) de tumulo h. e. sepulcro magnifico Job. 21, 32. (parall. קֶבֶר), coll. arab. أَجْدَاث *sepulcra.*

גֵּה Ezech. 47, 13., ubi גֵּה גְבוּל. Ex mente Michaelis in *Suppl.* p. 272., qui tamen legendum censet גֵּה, est *latus, tractus* (propr. *frons,* ut وَجْه) *finium.* Sed antiqui interpretes paene omnes expresserunt זֶה, quod et ipsum in aliquot codd. legitur v. de Rossi Varr. lectt. III, p. 168. Itaque vitium librarii inesse videtur.

גָּהָה *fugit* (syr. ܓܗܐ *id.,* ut arab. quadrilitt. جَهْجَهَ et in Conj. II. تَجَهْجَهَ) Hos. 5, 13. v. Michaelis *Suppl.* Sed Judaei *sanandi* notionem huic voc. tribuunt (v. Castell. Lex.), vertentes l. c.: *non sanabit ulcus vestrum,* quod probabilem sensum praebet.

גֵּהָה f. *medicina* Prov. 17, 22. Ita, ad loci sensum accommodate, post Lxx. (Ven. graec.) B. Michaelis, Umbreit. al. Sed v. sub יגה.

גָּהַר *se incurvavit, pronum se demisit* 1 Reg. 18, 42., *super* aliq. sq. עַל 2 Reg. 4, 34. 35. (ubi fut. יִגְהַר). Ita contextu jubente intptes vett. Ex dialectis nihil succurrit, quod hanc significationem firmet, nisi, permutatis ר et ן, velis ܓܗܢ, chald. et sab. גְּהַן (*procubuit, se incurvavit*) conferre.

גּוֹא chald. *medium*, vid. sub rad. גוה.

גּוּב *secuit, fidit (fodit)*, ut arab. جاب; unde part. praes. plur. גֹּבִים subst. *sectores* i. e. *aratores*, sec. Cthib 2 Reg. 25, 12., sed Kri habet יֹגְבִים a יגב. Verba *secandi* ad *arationem* referri docuit Simonis in *Arcan. form.* p. 36. et 618.

גֵּב m. 1) *asser, tabula*, syr. ܓܒܐ, q. d. *trabs dissecta et diffissa*. Plur. גֵּבִים 1 Reg. 6, 9. 2) *fossa, fovea* Jer. 14, 3. coll. rad. جاب VIII. *fodit puteum.* 3) *locusta* (quod tamen alii a גבה deducunt) Jes. 33, 4. v. גּוֹב.

גַּב vid. supra sub rad. גבב.

גּוֹב vid. sub rad. גבה.

גּוֹג v. sub מָגוֹג.

גּוּד *adortus est, instituit*, i. q. גָּדַד, v. supra. Inde est fut. cum affixo יְגוּדֶנּוּ Gen. 49, 19. et Habac. 3, 16.

גָּד nom. propr. etc. vid. sub rad. גדד.

גָּוָה I) vel גָּיָה (ut הָיָה et הָוָה, לָיָה et לָוָה, נָיָה et נָוָה, רָיָה et רָוָה), radix inusit. *confluere*, coll. جوى et جبا *id.* Inde oriuntur גַּיְא, גַּי et גֵּיא. — II) pro גָּוַן, arab. جو, in qua radice *medii internique* notio inerat. Inde sunt גַּו, גֵּו, גֵּוָה, גְּוִיָּה et גּוֹא.

גֵּוא m. chald. *medium* Dan. 3, 6. 11. 15. 21. 23. 24. 25. 26. et sine א, גּוֹ Dan. 7, 15. Syr. ܓܘ et ܓܘܐ *id.*

גַּו m. 1) chald. *id.* (ut syr. ܓܘ), unde cum suffixis בְּגַוַּהּ *in media ea* (epistola) h. e. in epistola Esr. 5, 7. Eodem sensu בְּגַוַּהּ Esr. 4, 15. 6, 2. — 2) hebr. *dorsum*, quod nonnulli scriptum putant pro גַּב (v. supra); sed quemadmodum chald. גַּו et syr. ܓܘܐ de *ventre*, tanquam *media* corporis parte, dicitur, ita potuit etiam Hebraeis *tergum* appellari vel ab *eminentia* et *curvatura* (v. גבב) vel a *medietate*. Cum affixis גֵּוֶךָ (in pausa) 1 Reg. 14, 9., גַּוֵּךְ Ezech. 23, 35., גַּוָּם Neh. 9, 26.

גֵּו m. 1) *dorsum, tergum* Prov. 10, 13. 19, 29., cum affixis גֵּוִי Jes. 50, 6., גֵּוְךָ Jes. 38, 17., ubi הִשְׁלַכְתָּ אַחֲרֵי גֵוְךָ כָּל־חֲטָאָי *rejecisti post tergum tuum omnia peccata mea*, hunc sensum habet: oblivioni ea tradidisti, veniam eorum concessisti. Simil. arab. لا تجعل حاجتى بظهر *ne ponas negotium meum post tergum.* — 2) *medium* (ut chald. גַּו) Job. 30, 5., ubi *e medio pelli* (Cic. Off. 3, 8.) est: a consortio hominum secludi.

גֵּוָה f. Job. 20, 25. *corpus* (ܓܘܐ *venter*, arab. جو *internum, venter, corpus*, et chald. גַּו, גֵּו, גְּוִיָּה *corpus*, nec non samar. גו, cf. גּוּף). Aliud v. sub rad. גאה.

גְּוִיָּה f. *corpus,* a) *vivum,* sive *hominis* Gen. 47, 18. Neh. 9, 37.; sive *animalis* Ezech. 1, 11. 23.; b) *mortuum,* vel *hominis* 1 Sam. 31, 10. 12. Ps. 110, 6., vel *bruti* Jud. 14, 5. 9. In regim. גְּוִיַּת Jud. 14, 8. 9. 1 Sam. 31, 12. cum Affixo גְּוִיָּתֵנוּ Gen. 47, 18. Plur. גְּוִיּוֹת *corpora* Ps. 110, 6. cum Affixo simulque cum ה paragog. גְּוִיֹּתֵיהֶנָה Ezech. 1, 23. Pro eodem quoque dicitur גַּף et גּוּפָה, quae vide suis locis.

גּוֹי m. *gens, populus,* ἔθνος Gen. 15, 14. 20, 4. 35, 11. Deut. 4, 7. a *confluxu* (جوى *confluxit*) dict. (aliter tamen sensit Schultens. ad Haririi Consess. V. p. 117.). *Populum quemcunque* significat, etiam Israelitas Gen. 12, 2. 18, 18. Exod. 19, 6 (גּוֹי קָדוֹשׁ). Zeph. 2, 9.; sed κατ' ἐξοχὴν dicitur de gentibus, quae non fuerunt ex stirpe israelitica (Graeci βαρβάρους dicunt), opp. Israelitis (τὰ ἔθνη in N. T.) Jer. 2, 11. 5, 15. Ps. 115, 12. Neh. 5, 8. etc. annexa passim *hostilis animi* notione Ps. 9, 6. 16. 20. 21. 10, 16. 59, 6. 9. 79, 1. 106, 41. Metaphorice de *locustis* legitur Joël. 1, 6. (quemadmodum עַם Prov. 30, 25. Joel. 2, 2.); ita Zeph. 2, 14. כָּל־חַיְתוֹ־גוֹי dictum putant ex auctoritate Chaldaei pro: כָּל־גּוֹי הַחַיָּה *omnes gentes* (omnia genera) *bestiarum.* Ceterum simil. Lat. *gens* de *apibus* est apud Columell. IX, 9. de *equis* apud Virgil. *Georg.* III, 3. et de *piscibus* apud eundem *Georg.* IV, 430. et *populus* de *apibus* apud Columell. IX, 13. et *avibus* apud Manil. V, 363. nec non Graec. ἔθνος: unde ἔθνεα χηνῶν, γεράνων, κύκνων et μελισσῶν apud Hom., ἔθνεα θηρῶν apud Oppian., ἔθνεα γυπῶν et κοράκων in *Epigram.* etc.

Accedente alio Jod, radicale Jod excidit, ut גּוֹי *populus meus,* pro גּוֹיִי Zeph. 2, 9. Plur. גּוֹיִם pro גּוֹיִים *populi* Gen. 17, 4. 5. Exod. 34, 24. etc. semel גֹּיִם sec. Cthib Gen. 25, 23. sic semper in regim. redit Jod, גּוֹיֵי Gen. 18, 18. Deut. 28, 1. etc. cum Affixis גּוֹיֶךָ pro גּוֹיֶיךָ Ps. 106, 5. sed גּוֹיִךְ Ezech. 36, 13. 14. 15. sec. Kri legendum est גּוֹיַיִךְ sec. Cthib autem גּוֹיֵךְ (in Sing.). גּוֹיֵהֶם Gen. 10, 8. 20. 31. 32.

גֵּיא com. *vallis* (vel ab aquis in vallem confluentibus, جِبَاءَةٌ et جِبْئَةٌ *receptaculum aquae, locus quo confluit aqua*; vel a *cavitate,* جَوٌّ *media cavitas, fossa* quasi *aquarum.* Cf. simile quid in Nom. נַחַל). Num. 21, 20. Deut. 3, 29. 4, 46. 1 Sam. 17, 52. etc. In regim. גֵּיא (ut בֵּית a בַּיִת) Jes. 22, 1. Jer. 7, 32. Ezech. 39, 11. 15. Zach. 14, 5. etc. in Plur. גֵּיאוֹת *valles,* sec. Cthib 2 Reg. 2, 16. Ezech. 6, 3. (sed Kri habet גֵּאָיוֹת, vid. statim גֵּאָיָה); cum Affixo גֵּיאוֹתֶיךָ Ezech. 35, 8.

גֵּיא Zach. 14, 4. et גַּיְא Jes. 40, 4. *id.*

גַּי m. *id.* (abjecto א) Deut. 34, 6. Jos. 8, 11. Mich. 1, 6. in regim. גֵּי Jos. 15, 8. 18, 16. 1 Sam. 13, 18. Ezech. 39, 11. etc.

גֵּאָיָה f. *id.* in Plur. גֵּאָיוֹת *valles* Ezech. 7, 16. 31, 12. 32, 5. et sec. Kri 2 Reg. 2, 16. Ezech. 6, 3.

גּוּז 1) *transiit* Ps. 90, 10 (vita humana). Samar. et Arab. جَازَ *transire, pertransire;* (aliis *secare, abscindere, evellere;* verba enim *secandi celeritatis* quoque et *transeundi* habent notionem, cujus rei exempla attulit Simonis in *Arcano Form. Hebr.* p. 129. 204. etc. conf. et *Onomast. V. T.* p. 622.) — 2) transit. *transtulit, attulit* Num. 11, 31. (וַיָּגָז שַׂלְוִים

חַיִּם – בֵּן et *transtulit* (ventus) *coturnices a mari*. Sed v. infra גוז et גזה.

גּוֹזָן 2 Reg. 17, 6. 18, 11. 19, 12. Jes. 37, 12. 1 Chron. 5, 26. Nomen aut urbis aut regionis proprium in Mesopotamia septentrionali, Chaboram inter et Saocoram fluvios sitae Graecisque *Γαυζανίτις* dictae. vid. Ptolemaeum lib. V. c. 18. p. 142. Vitring. *ad Jes.* 37, 12. Clericum ad 2 Reg. 17, 6. J. D. Michaelis *Suppl.* p. 279. Urbem Mediae *Gozaniam*, ad fontes Chaborae, septentrionem versus, in locis Regg. intelligit Bochartus *Phal.* lib. 3. c. 14. Cui sententiae quae obstant v. apud Clericum l. c. et in J. D. Michaelis *Suppl.*

גּוּחַ et גִּיחַ 1) intrans. *erupit, prorupit,* adhibetur de *eruptione* infantum *ex utero* Job. 38, 8. de *eruptione aquarum* Job. 40, 23. (ubi tamen fons utero matris assimilatur). add. Ezech. 32, 2. וַתָּגַח בְּנַהֲרוֹתֶיךָ *et prorupisti in fluminibus tuis* (h. e. cum exercitibus tuis). Arab. جاخ (v. Camus. ap. Schultensium ad Job. 40, 19. p. 1168.) et Syr. ܓܚ id. v. J. D. Michaelis *Suppl.* p. 283. Infin. גִּיחוֹ Job. 38, 3. — 2) transit. *erumpere fecit, eduxit.* Imperat. foem. גֹּחִי *educ,* scil. foetum, *enitere* Mich. 4, 10. Part. praes. גֹּחַ cum Affixo גֹּחִי מִבָּטֶן *educens me ex utero* Ps. 22, 10. — Hiph. part. מֵגִיחַ intrans. *erumpens* (ex insidiis) Jud. 20, 33.

גּוּחַ Chald. *id.* unde Aphel part. מְגִיחַ in Plur. foem. מְגִיחָן *erumpentes, erumpebant* Dan. 7, 2.

גִּיחוֹן Nomen proprium 1) piscinae et vallis ab occidente Hierosolymorum, ubi reges ungebantur 1 Reg. 1, 33. 2 Chron. 32, 30. 33, 14. — 2) fluvii Paradisiaci sive Edenitidis Gen. 2, 13., de quo certi nec habemus, nec habere possumus. In geographia quidem Asiatica nomen جيحون appellative pro *flumine* saepe occurrit, veluti جيحون الرس *fluvius Araxes,* جيحون ﺗﻨﻚ *fluvius Ganges* (v. Reland de *Paradiso* §. 17.), adeoque fluvii Asiae majores, ut *Pyramus,* Ciliciae fluvius (Abulfeda in *Syria* p. 27. 153.), et *Oxus* veterum, magnus Chovarasmiae fluvius (Abulfedae in *Chovarasmia* et Abulpharagio in *Historia dynastiarum* p. 228. 266. 290. etc.), dicuntur *fluvii* κατ' ἐξοχὴν sive جيحون. Et hunc quidem posteriorem plurimi Gen. l. c. significari putant v. Rosenmueller. *Alterthumskunde* I, p. 185 sqq. Michael. Suppl. p. 297 sq. Alii *Araxen* (Relandi Dissertatt. miscell. I.) vel *Orontem* (Cleric. ad Gen. l. c.) intelligunt.

גּוּל et גִּיל 1) *exsultare,* propr. *saltando* ac *tripudiando, laetari* Ps. 35, 9. Jes. 35, 1. 41, 16. al. (caussa laetitiae exprimitur Praepos. בְּ Jes. 65, 19. עַל Zeph. 3, 17. לְמַעַן Ps. 48, 12.) Arab. جَال *obire, circuire, gyrare, in orbem rotari, circumvolvi.* Per Metaphoram etiam *inanimatis* rebus tribuitur, ut Jes. 35, 1. Ps. 51, 10. 96, 11. 1 Chron. 16, 31. (cf. supra אבל). — 2) *timore concuti, timere* (ita a جال oritur جيلان *terror;* sed cf. etiam وجل *laetari* et *contremiscere,* adde Hebr. חול, פחד, quae et ipsa vocabula utramque vim habent; nec mirum: *agitamur* enim et laetitia et *timore,* unde Arnobius: *laetitia trepidare* dixit);

Ps. 2, 11.; quae significatio transfertur ad *luctum* Hos. 10, 5. — Praet. וְגַלְתִּי Jes. 65, 19. Infin. absol. גּוֹל sec. Cthib Prov. 23, 24. sed Kri habet גִּיל. Fut. יָגוּל sec. Cthib Prov. 23, 24. sed Kri habet יָגִיל. Imperat. foem. גִּילִי Jes. 49, 13. Joël. 2, 21. Plur. גִּילוּ Joël. 2, 23. etc. Fut. (cum ה paragog.) אָגִילָה Ps. 9, 15. 31, 8. יָגִיל Hab. 1, 15. et apocop. יָגֵל Ps. 13, 6. Prov. 24, 17. unde retracto tono fit יָגֶל sec. Kri Ps. 21, 2. (sed Cthib habet יָגִיל). Plur. יָגִילוּ Ps. 13, 5. cum Nun paragog. יְגִילוּן Ps. 89, 17. etc.

גִּיל m. 1) *tripudium, exsultatio* Ps. 45, 16. Prov. 23, 24. Job. 3, 22. etc.; etiam *collibus* tribuitur Ps. 65, 13. Cum Affixo גִּילִי Ps. 43, 4. — 2) *aetas, temporis circuitus* (περίοδος), ut דּוֹר, [ex significatione radicis Arab. Conf. גיל Samar. *generatio, aetas,* جِيل *generatio,* من جيل الى جيل (velut מִדּוֹר וָדוֹר) *a generatione ad generationem,* h. e. *in aeternum.* جِيل *hominum agmen* (ejusdem aetatis). Add. *annus,* cui finitimum *annulus*]. Cum Affixo גִּילְכֶם *aetas vestra* Dan. 1, 10.

גִּילָה f. *exsultatio* Ps. 65, 18. In regim. גִּילַת Jes. 35, 2.

גָּוַע *exspiravit, mortuus est* Num. 20, 29. Jos. 22, 20. (Schultensio ad Job. 3, 11. videtur esse ὀνοματοποιητικόν). Dicitur de leni, Gen. 25, 8. 17. 29., et de violento mortis genere, Num. 17, 27., de hominibus et brutis Gen. 6, 17. 21. Praet. plur. in Pausa גָּוָעוּ Thren. 1, 19. Part. praes. גֹּוֵעַ Ps. 88, 16. Infin. construct. גְּוֹעַ Num. 17, 13. et גְּוַע Num. 20, 3. Fut. אֶגְוַע Job. 10, 18. 27, 5. Plur. יִגְוְעוּ Job. 36, 12. in Pausa יִגְוָעוּ Zach. 13, 8. et cum Nun paragog. יִגְוָעוּן Ps. 104, 29.

גּוּף 1) *claudere, concludere;* in Kal inusit., in Hiph. Fut. plur. יָגִיפוּ *claudent, claudant* (annos) Neh. 7, 3. cf. Chald. et Arab. اجاف *clausit* portam. Syr. it. ܐܓܝܦ. — 2) i. q. Arab. جَافَ *concavus fuit.* Hinc oritur:

גּוּפָה f. *corpus* (mortuum). conf. supra גְּוִיָּה, Arab. جَوْف *interior cavitas rei, venter,* et جوف *corpus.* In regim. גּוּפַת 1 Chron. 10, 12. Plur. גּוּפוֹת *corpora,* ibid.

גּוּר I.) 1) *peregrinatus est* Gen. 12, 10. 19, 9. 35, 27. Levit. 19, 33. Jos. 20, 9. 2 Reg. 8, 1. Jud. 17, 7.; constr. cum עִם Gen. 32, 5. אֵת pers. Levit. 19, 34. בְּ pers. Ruth. 1, 1. Jes. 16, 4. בְּתוֹךְ *inter* Exod. 12, 49. etiam cum Accus. Ps. 120, 5.; (propr. جار *deflectere a via* in hospitium). — 2) omn. *habitavit,* sq. Accus. Jud. 5, 17. Jes. 33, 14. sq. עִם Jes. 11, 6. (max. ap. poetas, fere ut vern. *weilen*); hinc: גּוּר בְּאֹהֶל יְהוָֹה *habitare in tentorio Jovae,* i. e. templum Jovae frequentare, celebrare, in colendo Jova assiduum esse Ps. 15, 1. 61, 5. coll. Ps. 5, 5. et Arab. اجار in Conj. IV. *commorari in templo eique affixum esse religionis caussa.* Addita notione *clientelae* Ps. 5, 5. לֹא יְגֻרְךָ רָע *improbus non*

habitabit apud te, h. e. non erit in clientela tua, coll. Arab. جار in Conj. III. *in fidem et clientelam recepit* (peregrinum). — 3) *collegit, congregavit* (in Conj. IV. اجار *reposuit in suis promtuariis)* Ps. 140, 3 (sed v. infra גרה). Habac. 1, 15 (sed v. sub rad. גרר).; et intransit. *congregare se* ad insidias struendas, bellum inferendum, ut Ps. 56, 7. 59, 4. etc., sq. עַל personae (sed Michaelis in Suppl. p. 286. utroque loco vertit: *injuste agere,* coll. Arab. جار sq. على; tamen v. Rosenmueller. ad Ps. 56, 7.).

Praet. 2 pers. גַּרְתָּה (cum ה paragog.) Gen. 21, 23. Part. praes. גָּר *peregrinans* Exod. 12, 49. Levit. 17, 29. Plur. גָּרִים Levit. 25, 6. 45. 2 Sam. 4, 3. in regim. (בֵּיתִי) גָּרֵי *inquilini* Job. 19, 15. Foem. גָּרָה *habitans, inquilina,* in regim. גָּרַת Exod. 3, 23. מִגָּרַת בֵּיתָהּ *ab inquilina sua.* Infin. absol. גּוֹר Jes. 54, 15. Imperat. גּוּר Gen. 26, 3. Foem. גּוּרִי 2 Reg. 8, 1. Fut. cum ה paragog. אָגוּרָה Ps. 61, 5. 3 pers. cum Affixo יְגֻרְךָ *commorabitur tecum,* pro יָגוּר עִמְּךָ Ps. 5, 5 (sed cf. Ps. 120, 5.). cum Vau convers. וַיָּגָר Gen. 20, 1. 21, 34. Plur. יָגוּרוּ Jes. 16, 4. Ps. 56, 7. 59, 4. — Hithpoh. part. מִתְגּוֹרֵר *commorans, permanens* 1 Reg. 17, 20. Jer. 30, 23. Fut. יִתְגּוֹרֵר, unde Plur. in Pausa יִתְגֹּרָרוּ *congregant se* Hos. 7, 14.

II.) *timuit* (i. q. יָגֹר), sq. מִן Job. 41, 17. Deut. 18, 22. et מִפְּנֵי Num. 22, 3. *ab aliquo* (homine) timere, nec non Accus. rei, *timere aliquid* Deut. 32, 27.; hinc: *veneratus est, coluit* Ps. 22, 24. 33, 8. Imper. גּוּרוּ *timete, veneramini* Ps. 22, 24. Fut. cum ו convers. וַיָּגָר *et timuit* Num. 22, 3. יָגוּרוּ *venerabuntur* Ps. 33, 8. *timebunt* Job. 41, 17.

גֵּר m. (semel גֵּיר 2 Chron 2, 16., Particip. Verbi גוּר): *peregrinus, advena, inquilinus* Gen. 15, 13. Exod. 2, 22. Levit. 19, 33. Deut. 10, 18. etc. Opponitur *indigenae* אֶזְרָח Levit. 24, 16. 22. Jos. 8, 33. Cum Affixo גֵּרְךָ Exod. 20, 10. Deut. 5, 14. Plur. גֵּרִים *peregrini* Exod. 22, 20. Levit. 19, 34. etc. Inde est

גֵּרוּת f. *hospitium* Jer. 41, 17.

גּוּר m. *catulus,* sic dictus, quod *adhuc in hospitiô est et sub tutela matris*; ut plurimum 1) adjecto voc. אַרְיֵה: *catulus leonis,* matris adhuc ubera sugens, (leo enim a lacte matris depulsus, cum praedari et sine matris opera ipse sibi victum quaerere incipit, dicitur כְּפִיר v. loc. class. Ezech. 19, 2. 3. 6. 7. coll. Nah. 2, 12.), Gen. 49, 9. Deut. 33, 22. Nah. 2, 12. Latius tamen patet et 2) refertur quoque ad alia *animalia lacte matris adhuc nutrita,* veluti ad *canes aureos* (Schakal) Thren. 4, 3. [Arab. جرو *catulus* tam *leonis* quam *canis,* Syr. ܓܘܪܝܐ *catulus*]. Plur. גּוּרִים, cum Affixo גּוּרֶיהָ *catuli ejus* Ezech. 19, 2. 3. 8.

גֹּר m. *id.* unde Plur. in regim. גֹּרֵי Jer. 51, 38. Plur. foem. גֹּרוֹת, cum Affixo גֹּרֹתָיו *catuli ejus* vel *sui* Nah. 2, 13.

מָגוּר m. I.) a) *commoratio, habitatio, peregrinatio* Gen. 17, 8. 28, 4. 36, 7. 37, 1. Exod. 6, 4. Ezech. 20, 38.; trop. de *vita in his terris acta* Gen. 47, 9. Ps. 119, 54. — b) *locus commorationis, habitaculum* Ps. 55, 16. Job. 18, 19. — II.) *timor, metus* Thren. 2, 22. — Plur. מְגוּרִים,

in regim. מְגוּרֵי *formidines*, sec. quosdam Ezech. 21, 17 (sed v. sub rad. מגר). it. *peregrinationes* Gen. 37, 1. cum Affixo מְגוּרַי *peregrinationes meae* Gen. 47, 9. Ps. 119, 54. *formidines meae* Thren. 2, 22.

מָגוֹר m. *timor, metus* Ps. 31, 14. Jes. 31, 9. Jer. 6, 25. 20, 3. 4. 10. Huc referri etiam potest Plur. מְגוּרִים Thren. 2, 22.

מְגוֹרָה f. *id.*, metonymice *id quod timetur*. Unde in regim. מְגוֹרַת Prov. 10, 24. Plur. מְגוֹרוֹת *formidines, timores*, cum Affixo מְגוּרֹתַי Ps. 34, 5.

מְגוּרָה f. I.) *id.* In Plur. מְגוּרוֹת, cum Affixo מְגוּרֹתָם *formidines eorum* Jes. 66, 4. — II.) *granarium, horreum, locus collectionis frugum* Hagg. 2, 19. coll. גּוֹרֶן n. 3. Inde formatum est (quod alii ad rad. מגר referunt) Nomen

מַמְּגֻרָה f. in Plur. מַמְּגֻרוֹת *loca sive aedificia*, in quibus sunt מְגוּרוֹת *granaria* Joël. 1, 17. Imprimitur ex vulgari punctatione posteriori מ Dagesch forte (euphon.), ut ejus Schwa mobile maneat, eoque originem magis referat.

גּוּשׁ m. *gleba* Job. 7, 5 (in Kri, sed Cthib habet גִּישׁ). Chald. et Talm. גּוּשָׁא *gleba*. Alii *spurcities* vel, ut Vulgatus habet, *sordes*. Per Aphaeresin dicitur pro נְגוּשׁ, a rad. Arab. نجس *impurus, spurcus fuit*. Alii aliter, et miram quidem A. Schultensii sententiam explosit jam Rosenmueller.

גִּזְבָּר m. *thesaurarius, quaestor* (ܓܙܒܪܐ et ܓܙܒܪܝܐ *thesauri*) Esr. 1, 8. vox origine Persica, a גַּז Syr. ܓܙܐ vel ܓܙܐ *gaza* (quo nomine *pecuniam regiam* Persis appellatam fuisse, testatur Curtius III, 13.), cum terminatione בָר, pro communiori וָר, Germanis *bar* (ut in *achtbar*). conf. Gravii *Elementa ling. Pers.* p. 21. Ludovici de Dieu *Rudimenta ling. Pers.* p. 61. Castelli *Lexicon Pers.* col. 545. et 548. et quae hanc in rem annotavit Simonis in *Arcan. Form. Hebr.* p. 646.

גִּזְבָּר vel גְּזָבָר m. (assumto Dagesch Forti): Chald. *id.* in Plur. גִּזְבְּרִין *thesaurarii*: unde ulterius descendente tono et hinc utroque Kametz in Schwa, horumque priore in Vocalem brevem mutato, fit Plur. emphat. גִּזַּבְרַיָּא *thesaurarii* Esr. 7, 21. Pro eo magis Chaldaice, mutato ז in ד, dictum putatur גְּדָבָר, sine compensatione litterae deficientis, unde Plur. emphat. גְּדָבְרַיָּא *thesaurarii* Dan. 3, 2. 3.

גָּזָה radix apud Hebraeos inusitata, Chald. et Syr. גזא vel גְּזִי *amputavit, abscidit, dolavit*, it. Chald. *retribuit*, ut Arab. جزى 1) *secuit, praecidit.* 2) *pensavit, retribuit*, quasi secta et praecisa portione. 3) *satisfecit, suffecit*, idem quod كفى *suffecit*; unde Alb. Schultens. recte deducit Part. praes. cum Affixo גּוֹזִי *retributor, benefactor meus* Ps. 71, 6. Sed Michaelis in Suppl. p. 289. vertit: *sufficiens mihi* (ad omnia) coll. Arab. formula: كفى الله *sufficit Deus.* Lxx. σκεπαστής Vid. supra in גּוּז.

גָּזִית f. *dolatio, laevigatio* (a *secando* et *praecidendo*) 1 Reg. 5, 17. 1 Chron. 22, 2. Ezech. 40, 42. Meton. *lapis laevigatus* sive *ferro*

politus Exod. 20, 25. 1 Reg. 6, 36. 7, 9. 11. 12. Jes. 9, 9. Am. 5, 11. Thren. 3, 9.

גָּזַז *totondit, resecuit*, (et lanam ovium Gen. 31, 19. 38, 13. et comam Jer. 7, 29.), Syr. ܓܙ et Chald. גְּזַז *id.*; Ar. جَزَّ de *sectione frumenti* adhibetur, ut Chald. גַּז est *foenisecium*. Part. praes. גֹּזֵז *tondens, tondebat* 1 Sam. 25, 4. Plur. גֹּזְזִים *tondentes*, substantive: *tonsores* 1 Sam. 25, 7. 2 Sam. 13, 11. 23. 24. in regim. גֹּזְזֵי Gen. 38, 12. cum Affixo גֹּזְזַי 1 Sam. 25, 11. Imperat. foem. גֹּזִּי Jer. 7, 29. Mich. 1, 16. Fut. תָּגֹז Deut. 15, 19. וַיָּגָז (Orientalibus *tonsura* est signum luctus, v. Curtius X, 14. Herod. 1, 82.) Job. 1, 20.; sed de loco Num. 11, 31. v. sub. rad. גוז. *Volandi* notionem hujus Verbi, quam in hunc l. transferunt nonnulli, recte repudiant Bochartus in *Hieroz.* P. I. p. 480 sq. Schultens. in *Commentar.* ad Job. 1, 20. et J. D. Michaelis in *Suppl.* — Niph. praet. plur. נָגֹזּוּ *excisi sunt* (trop. *hostes*) Nah. 1, 12. coll. Jes. 7, 20.

גֵּז m. 1) *tonsura* (ovium) Deut. 18, 4. — 2) *foenisecium* Am. 7, 1. — 3) *gramen detonsum, foenum* Ps. 72, 6. — 4) *vellus*, quod *tonderi* solet, sicut Lat. *vellus* dicitur a *vellendo*; meton. *vestis ex vellere sive lana detonsa* facta Job. 31, 20. Plur. גִּזִּים *foenisecia*, in regim. גִּזֵּי Am. 7, 1.

גִּזָּה f. *vellus* Jud. 6, 37. 38. 39. 40. In regim. גִּזַּת Jud. 6, 37.

גָּזַל (Arab. جَزَلَ *scindere, abscindere, abripere*, Syr. transpos. litt. ܠܓܙ): 1) *abripuit, deripuit, eripuit* 2 Sam. 23, 21. וַיִּגְזֹל אֶת־הַחֲנִית מִיַּד הַמִּצְרִי *et deripuit hastam de manu Aegyptii;* Mich. 3, 2. גֹּזְלֵי עוֹרָם מֵעֲלֵיהֶם *deripientes, detrahentes ipsis pellem, cutem* (quod dictum trop. est de summo tributorum onere); Gen. 31, 31.; Job. 24, 19. *siccitas et calor abripiunt* h. e. absorbent *aquas* rivis. — 2) *rapuit*, sq. Acc. rei, Levit. 5, 22. Mich. 2, 2. Job. 24, 2. Gen. 21, 25.; Jes. 10, 2. *jus pauperum rapere*, i. e. eos juribus suis spoliare. v. גֵּזֶל Eccles. 5, 7.; it. *diripuit, spoliavit*, sq. Acc. personae, sive vi Jud. 9, 25. Ps. 35, 10. 69, 5. Prov. 28, 24. sive artibus (synon. עָשַׁק) Levit. 19, 13. Deut. 28, 29. — Praet. 3 Plur. in Pausa גָּזָלוּ Jud. 21, 23. Part. praes. cum Affixo גֹּזְלוֹ Ps. 35, 10. Pahul גָּזוּל *raptus* Deut. 28, 31. it. *direptus, spoliatus* Deut. 28, 29. Jer. 31, 12. 22, 3. — Niph. praet. foem. cum Vau convers. וְנִגְזְלָה *et rapietur* Prov. 4, 16. — Aliud est גזל i. q. جَزَلَ *pipire*. v. infra גּוֹזָל.

גֵּזֶל m. in regim. גְּזֶל: *rapina*, h. e. a) *raptus* Ezech. 18, 18. 22, 29. Eccles. 5, 7 (גֵּזֶל מִשְׁפָּט v. sub rad.). — b) *raptum* Levit. 5, 21. Jes. 61, 8. Ps. 62, 11.

גְּזֵלָה f. *id.* Levit. 5, 22. Ezech. 18, 7. 16. in regim. גְּזֵלַת Jes. 3, 14. Plur. גְּזֵלוֹת *rapinae* Ezech. 18, 12.

גּוֹזָל m. *pullus avium*. Vulgo deducunt a גזל, q. d. *continuis nunc hominum, nunc bestiarum rapinis expositus;* sed rectius a *pipitu* جَزَلَ (unde جَوْزَلٌ *pullus columbinus*) dictum putat Bochartus. Occurrit Gen. 15, 9., in Plur. cum Affixo גּוֹזָלָיו *pullos suos* Deut. 32, 11.

גָּזַם rad. in Hebr. inusit. Chald. et Arab. جَزَمَ *abscidit, derosit*.

גָּזָם m. Joël. 1, 4. 2, 25. Am. 4, 9. *locustae* species, *bruchus*. v. Oedmann *Sammll. z. Naturkunde* Fasc. II. p. 111 sqq.; aliis *eruca*, falcem in ore peracutam habens, quam sententiam defendunt J. D. Michaelis in Suppl. Fullerus in *Miscell. S. L.* V. c. 20. et Jac. Hasaeus in *Biblioth. Brem.* Class. VII. Fasc. 5.

גזע rad. in Hebr. inusit. Arab. جزع et جذع *secuit, succidit* (Hebr. גרע).

גֶּזַע m. *truncus* arboris succisae Job. 14, 18. *stirps (succisa)*, trop. Jes. 11, 1. יָצָא חֹטֶר מִגֵּזַע יִשָׁי *prodibit virga* (surculus) *de stirpe* (gente) *Isai.* Arab. جذع et Syr. ܓܘܙܥܐ *truncus*, adeo *resecti rami.* — Cum Affixo גִּזְעָם Jes. 40, 24.

גזר 1) *secuit, cecidit, excidit* (ligna) 2 Reg. 6, 4. *discidit* 1 Reg. 3, 25. 26. (جزر *secuit, mactavit*, Syr. ܓܙܪ et Chald. גזר *secuit*). Poetice Ps. 136, 13. dicitur Deus *secuisse* mare rubrum (cf. Exod. 14, 22.). Semel intrans. Hab. 3, 17. גָּזַר מִמִּכְלָה צֹאן *excisum erit* (h. e. deficiet) *pecus*, coll. Arab. جزر الماء *excisa est* h. e. *defecit aqua.* — 2) rarius (ut reliqua verba *secandi*, v. infra): *comedit* Jes. 9, 19. ubi in altero hemistich. est אכל (Arab. جزر *quidquid comeditur*). — 3) metaph. *decidit, decrevit* Job. 22, 28., ut alia *secandi* vocabula, conf. rad. חקק et Simonis *Arcan. Form. Hebr.* p. 37. 66. 119. et *Onomast. V. T.* p. 625. nec non Hartmann. ling. Einl. p. 202 sqq. (Horatius: *secantur judice lites*). Imp. in Pausa גְּזֹרוּ 1 Reg. 3, 26. Fut. תִּגְזַר *decernes* Job. 22, 28. וַיִּגְזֹר *et comederit, devoraverit* Jes. 9, 19. — Niph. praet. נִגְזַר 1) *excisus est*, absolute Ezech. 37, 11. Thren. 3, 54. (i. e. *periit*); sq. מִן *exclusus, seclusus, sublatus est* Jes. 53, 8 (מֵאֶרֶץ חַיִּים *e terra viventium*). 2 Chron. 26, 21 (מִבֵּית יְהוָה *a templo*, quod erat leprosus). Ps. 88, 6 (*e manu* h. e. a praesidio et tutela *Jovae*). — 2) *decretum est* Esth. 2, 1.

גְּזַר Chald. *id.* Part. praes. nominascens Plur. גָּזְרִין Dan. 2, 27. 5, 11. in Statu emphat. גָּזְרַיָּא Dan. 4, 4. 5, 7. proprie *sectores*, i. e. sec. nonnullos: *aruspices*, a *secandis* inspiciendisque victimarum extis, rectius: *augures*, sic dicti, quod coelum in certas partes *dividunt*, unde et Hebr. הוֹבְרִים Jes. 47, 13. Ithpeh. part. foem. אִתְגְּזֶרֶת *abscissus est* (lapis) Dan. 2, 25. et cum ה, הִתְגְּזֶרֶת 2, 34.

גֶּזֶר *segmentum, pars.* Plur. גְּזָרִים *partes* Gen. 15, 17. Ps. 136, 13. — 2) Nom. propr. urbis Levitarum in finibus tribus Ephraim. Jos. 10, 33. 21, 21. Jud. 1, 29. 1 Reg. 9, 16. al. Eusebio Στάζαρα appellatur.

גְּזֵרָה f. vel plene גְּזִירָה (ut plures Codices habent) Levit. 16, 22. vel *terra resecta*, h. e. *terra fertilis in medio deserti*, quae tanquam insula (جزيرة) resecta est a reliquis terris fertilibus [sic Arab. جزيرة 1) de *insula*, 2) de *locis fertilibus in deserto.* v. J. D. Michaelis *Suppl.*]; vel *terra abscissa* h. e. *herba carens, sterilis, inculta* coll. Syr. ܡܓܙܪܐ *sterilis*, Arab. جرز et جرز *herbae omnis expers.* v. Alb. Schultens. Animadverss. p. 56. Lxx. γῆ ἄβατος. Onkel.

אַרְעָא לָא יָתְבָא *terra inhabitata.* JONATH. אֲתַר צַדְיָא *locus desolatus* etc.

גִּזְרָה f. 1) *excisio* i. e. *formatio, forma*, cum Affixo גִּזְרָתָם *forma illorum* Thren. 4, 7. Vocabula enim *secandi* et *resecandi* sensum quoque habent *formandi*, conf. supra rad. בָּרָא et infra קָצַב, Arab. جَزْرٌ *corpus, pectus.* — 2) *structura separata* a reliquo aedificio, ut exponi solet Ezech. 41, 12. 13. 14. 15. 42, 1. 10. 13.

גְּזֵרָה f. Chald. *decretum*, in regim. גְּזֵרַת Dan. 4, 14. 21.

מַגְזֵרָה f. *securis qua ligna dissecantur.* Plur. constr. מַגְזְרוֹת 2 Sam. 12, 31.

גִּזְרִי m. *Gisraeus*, Nomen populi ignoti, quem armis invasit Davides 1 Sam. 17, 8.

גַּחֶל (pro גַּמְל): m. *pruna, carbo ardens.* (Conf. cum ALB. SCHULTENSIO in *Clavi dial.* p. 252., ל in מ trajecto, rad. جَحَمَ *arsit, flagravit;* جَحِيمٌ *ignis ingens* et *vehementer ardens*). Legitur tantum Plur. גֶּחָלִים Prov. 6, 28. Job. 41, 12.; poet. de *fulminibus* גֶּחָלִים בָּעֲרוּ מִמֶּנּוּ 2 Sam. 22, 9. Ps. 18, 9. Proverbii vim habet quod Prov. 25, 22. legitur גֶּחָלִים אַתָּה חֹתֶה עַל־רֹאשׁוֹ; vid. sub v. חתה. In regim. גַּחֲלֵי Levit. 17, 12. 2 Sam. 22, 13. Ezech. 10, 2. etc. cum Affixo גֶּחָלָיו Jes. 44, 19.

גַּחֶלֶת f. *id.* Jes. 47, 14. cum Affixo גַּחַלְתִּי *pruna mea* 2 Sam. 14, 7.

גָּחוֹן rad. in Hebr. inusit. Chald. *inclinavit, incurvavit se.* Vicin. est Arab. جَحَا in Conj. II. *inclinatus est.*

גָּחוֹן m. *venter* reptilium, ab *inclinando* (quemadmodum *Bauch* a *beugen, bücken*). Cum Affixo גְּחֹנְךָ Gen. 3, 14.

גַּיְא, גֵּיא, גַּי et גֵּי *vallis*, vid. supra sub rad. גוה.

גִּיד m. *nervus, tendo*, vel potius quodvis *ossium ligamentum* Gen. 32, 32. Jes. 48, 4. Syr. ܓܺܝܕܳܐ Chald. גִּידָא *id.* — Plur. גִּידִים *nervi, tendines, ligamenta* Ezech. 37, 6. 8. Job. 10, 11. in regim. גִּידֵי Job. 40, 17.

גִּיל et גִּילָה vid. supra sub rad. גול.

גִּיר m. *calx* Jes. 27, 9. جَيَّارٌ et جِيرٌ *calx viva.* Multis est proprie *obductio parietis*, a rad. Arab. جَارَ (media Je) *obduxit, oblevit*, specialiter *calce*, quod in Versione Arab. ERPEN. Deut. 27, 2. usurpatur pro Hebr. שִׂיד. Ab Arab. جَارَ (cum media *Je*) *aestuavit*, probabilius derivat SCHULTENS. in *Clave Dialect.* p. 342., quia *calx*, dum igne coquitur et aqua exstinguitur, magnum in modum *aestuare* solet.

גִּיר m. Chald. *id.* in Statu emphat. גִּירָא Dan. 5, 5.

גִּישׁ vid. supra גּוּשׁ.

גְּלָא Chald. vid. post rad. Hebr. גָּלָה.

גָּלַב rad. in Hebr. inusit. Arab. جلب *traxit, tractim rasit,* et جلف *rasit, abrasit.*

גַּלָּב m. *tonsor* (barbae). Syr. ܓܠܒܐ est *novacula,* ut Chald. גַּלָּב. Plur. גַּלָּבִים *tonsores* Ezech. 5, 1.

גִּלְבֹּעַ Nom. propr. montium in agro Isascharitico 1 Sam. 28, 4. 31, 1. 2 Sam. 1, 6. 21., auctore Hieronymo: *in sexto lapide a Scythopoli, in quibus etiam vicus est grandis, qui vocatur Gelbus.*

גֶּלֶד m. *cutis, pellis,* Arab. جلد *id.,* a rad. גָּלַד Arab. *durus fuit,* Chald. et Syr. *condensatus, coagulatus est* (nisi potius est Nom. primit.). Cum Affixo גִּלְדִּי Job. 16, 15.

גָּלָה [ex observatione Schultensii in genere *nudum fecit,* a جلا *tersit, detersit,* hinc *nitidum, nudum reddidit*]: in Hebr. 1) *retexit, nudavit, aperuit,* ut volumen Jes. 32, 11. arcanum Am. 3, 7.; hinc: גּ׳ אֹזֶן פּ׳ *retegere alicujus aurem,* i. e. nuntiare, annuntiare alicui aliquid, 1 Sam. 20, 2. Ruth. 4, 4 (de homine). 1 Sam. 9, 15. 1 Chron. 17, 23 (de Deo). Desumta est locutio ab eo, qui arcani quid alterius in aurem insusurraturus, hanc, remotis capillis et tegumento capitis, *retegere* et *nudare* solet. Eodem spectat Job. 36, 10. וַיִּגֶל אָזְנָם לַמּוּסָר *et reteget* (Deus) *aurem eorum* (peccatorum) *castigationi,* h. e. efficiet, ut castigationi faciles aures praebeant, ut castigationem admittant. — 2) *migravit,* spec. *in captivitatem, in exilium* (propr. *terram nudare, incolis privare*): *exulavit* Ezech. 12, 3. 2 Reg. 17, 13. Jud. 18, 30.; atque inde 3) metaph. (ut Lat. *exulare*): *evanuit, ablatus est* 1 Sam. 4, 21 (*exulavit,* ablata est *gloria Israelitarum*). Jes. 24, 11 (*exulavit,* evanuit *laetitia*). Part. praes. גֹּלֶה *migrans, exulans* 2 Sam. 15, 19. 2 Reg. 24, 14. Plur. גֹּלִים *migrantes* Am. 6, 7. Foem. גֹּלָה *migrans* Jes. 49, 21. Pahul גָּלוּי *revelatus, retectus, apertus* Jer. 32, 11. 14. *publicatum* (edictum). Esth. 3, 14. 8, 13. In regim. גְּלוּי עֵינָיִם *retectus oculis* Num. 24, 4. Infin. absol. גָּלֹה Amos. 5, 5. 7, 11. 17. Imperat. גְּלֵה Ezech. 12, 3. Fut. יִגְלֶה 1 Sam. 20, 2. Am. 5, 5. per Apocopen tert. radicalis ה, יִגֶל Job. 20, 28. 36, 15.

Niph. נִגְלָה 1) a) *retectus, nudatus est* Exod. 20, 26. Jer. 13, 22. Jes. 47, 3 (de pudendis). it. *se retexit, nudavit* 2 Sam. 6, 20. — b) *revelatus, manifestatus est* Ezech. 16, 57 (malitia alicujus). 1 Sam. 3, 7 (verbum Dei). Jes. 53, 1 (potentia Jovae). it. *manifestavit se* (Deus) 1 Sam. 2, 27. *revelavit se* (Deus) Jes. 22, 14 (ubi additur בְּאָזְנָי); hinc *conspiciendum se praebuit* (Deus) Gen. 35, 7. 1 Sam. 3, 21. — semel de hominibus 1 Sam. 14, 8. נִגְלִינוּ אֲלֵיהֶם *conspiciendos nos praebebimus,* in conspectum veniemus. — 2) *migrare factus, in captivitatem abductus est* Jes. 38, 12. — Praet. 1 pers. נִגְלֵיתִי 1 Sam. 2, 27. Plur. cum Vau convers. וְנִגְלִינוּ 1 Sam. 14, 8. Part. נִגְלֶה *revelatus,* Foem. נִגְלָה, Plur. נִגְלוֹת *revelata* Deut. 29, 29. Infin. הִגָּלוֹת 2 Sam. 6, 20. Infin. absol. נִגְלֹה 1 Sam. 2, 27. et נִגְלוֹת 2 Sam. 6, 20. Fut. יִגָּלֶה 1 Sam. 3, 7. Foem. תִּגָּלֶה Exod. 20, 26. et per Apocopen תִּגָּל Jes. 47, 3.

Pih. גִּלָּה 1) *retexit, detexit, denudavit* Jes. 47, 2. Jer. 13, 22. Ruth. 3, 4. Mich. 1, 6. Job. 12, 22. Huc pertinent phrases: a) גִּ׳ עֶרְוַת אִשָּׁה *retexit pudenda mulieris*, h. e. rem habuit cum muliere Levit. 18, 6. 20, 11 sqq. — b) גִּ׳ אֶת־עֵינֵי פ *retexit, aperuit oculos alicujus*, fecit ut cerneret inpr. id, quod mortalium oculos fugit Num. 22, 31. 24, 4. al. — 2) *revelavit, manifestavit* Ps. 98, 2. Job. 20, 27. *indicavit*, sq. אֶל pers. Jer. 11, 20. 20, 12. et sq. עַל rei Thren. 2, 14.; hinc *prodidit* Jes. 16, 3. Huc referas etiam Jer. 33, 6. גִּלֵּיתִי לָהֶם עֲתֶרֶת שָׁלוֹם *manifestabo* h. e. largiar *iis abundantem felicitatem*. — Praet. 2 pers. גִּלִּית Jes. 57, 8. גִּלֵּיתִי Jer. 11, 20. et גִּלֵּיתִי Jer. 49, 10. Part. מְגַלֶּה Prov. 11, 13. Imperat. per Apoc. גַּל, Foem. גַּלִּי Jes. 47, 2. Fut. תְּגַלֶּה Levit. 18, 7. et תְּגַלֵּה ex Chaldaismo Levit. 18, 7. 8. 12—17. et per Apoc. תְּגַל Prov. 25, 9. יְגַלֶּה Deut. 22, 30. per Apocop. וַיְגַל Num. 22, 31. etc. — Pyh. גֻּלָּה *retectus, denudatus est*. Nah. 2, 8. גֻּלְּתָה *retecta, nudata est* (urbs Ninive, quae mulieri assimilatur. cf. Jes. 47, 2. 3.), h. e. ignominiose tractata (al. *in captivitatem abducta*). Part. foem. מְגֻלָּה *retecta*, h. e. *aperta, aperte dicta* Prov. 27, 5.

Hiph. הִגְלָה *migrare fecit, deportavit* 2 Reg. 24, 14. (cum Affixo הִגְלָם Jer. 20, 4.), alibi הֶגְלָה 2 Reg. 17, 11. 25, 11. Esr. 2, 1. Neh. 6, 7. etc. (cum Affixo הֶגְלָם 1 Chron. 8, 7.). 2 Pers. הִגְלִית 2 Reg. 17, 26. הִגְלֵיתִי Jer. 29, 4. 7. 14. Infin. הַגְלוֹת Jer. 24, 1. Fut. cum Vau convers. וַיֶּגֶל 2 Reg. 16, 9. et cum Apoc. וַיֶּגֶל 2 Reg. 17, 6. 28, 11. — Hoph. praet. הָגְלָה *deportatus est* Esth. 2, 6. Foem. הָגְלָתָה et ex Chaldaismo הָגְלַת Jer. 13, 19. coll. 44, 23. Ezech. 24, 12. Part. plur. מָגְלִים *deportati* Jer. 40, 1.

Hithpah. הִתְגַּלָּה 1) *se ipsum retexit, nudavit* Gen. 9, 21. — 2) *se revelavit*, h. e. animum suum aperuit, reclusit, Prov. 18, 2. Fut. apoc. וַיִּתְגַּל Gen. l. c.

גְּלָא Chald. *revelavit*. Part. praes. גָּלֵא Dan. 2, 22. 29. et cum ה, גָּלֵה Dan. 2, 28. 47. Pehil גְּלִי *revelatum* Dan. 2, 19. et גֱּלִי Dan. 2, 30. ad Formam קְרִי Esr. 4, 18. 23. (pro גְּלָא et קְרָא. vid. quoque infra radices Chald. יהב et קרא). Infin. מִגְלֵא Dan. 2, 27. — Aphel praet. הַגְלִי *migrare fecit, deportavit* Esr. 4, 10. 5, 12.

גּוֹלָה f. 1) *migratio* Jer. 46, 7. Ezech. 12, 3., specialiter *in captivitatem: captivitas* Jer. 29, 16. 48, 7. 11. Ezech. 12, 11. Am. 1, 15.; כְּלֵי־גוֹלָה *vasa migrationis* h. e. migraturo necessaria Ezech. 12, 3. — 2) metonym. ipsa *captivorum, exulantium turba*, ut Jer. 28, 6. 29, 1. 4. 20. 31. Ezech. 1, 1. 3, 11. 15. Zach. 6, 10.

גּוֹלָן Nom. propr. oppidi trans Jordanem in tribu Manassitica siti Deut. 4, 43. Jos. 20, 8. al. Eusebii tempore villa praegrandis fuit *Γαυλων* dicta. Sed Josephus mentionem facit *Γαυλανης*, quod fuit Gaulonitidis, regionis Jordanem fluvium attingentis, caput.

גָּלוּת (semel Obad. 20. גָּלֻת): f. 1) *migratio* Ezech. 33, 11., speciatim *in captivitatem: captivitas* 2 Reg. 25, 27. Jer. 52, 31. Ezech. 1, 2. — 2) metonymice ipsa *captivorum turba* Jes. 45, 13. Jer. 24, 5. 28, 4. 29, 22. etc. Cum Affixis גָּלוּתִי *turba mea captiva* (populus meus captivus)

Jes. 45, 13., גָּלוּתֵינוּ Ezech. 33, 21. et defective sine Jod apud eundem Ezech. 40, 1.

גָּלוּת f. chald. *migratio, captivitas,* in statu emphat. גָּלוּתָא Dan. 2, 25. 5, 13. 6, 14. Esr. 6, 16., ubi בְּנֵי גָלוּתָא sunt *captivorum, exulantium turba.*

גִּלֹה nom. propr. oppidi in montibus Jud. Jos. 15, 51., unde gentil. גִּלֹנִי 2 Sam. 15, 12.

גִּלָּיוֹן m. 1) *tabula polita* et *rasa,* sive ex marmore sive ex metallo polito Jes. 8, 1., v. rad. arab. — 2) plur. גִּלְיוֹנִים *specula* ex metallo *polito* confecta Jes. 3, 23. a feminisque gestata, v. Clericum ad Exod. 38, 8. et Gesenium ad Jes. l. c. Aliis genus *vestimenti majoris, pallia* coll. chald. גִּילָא, גּוּלְיָא et גְּלִתָא *toga, pallium, vestimentum exterius,* syr. ܓܠܝܐ *tegumentum* etc. Contra genus *vestis tenuioris* et *pellucidae* intelligendum esse (Lxx. διαφανῆ λακωνικά), quod corporis *nuditatem* magis *revelaret* quam tegeret, post Fullerum, Gussetium et Vitringam contendunt Hoheisel in *Observatt. S. ad Jesaiam* p. 36 sq. et Schroederus de *vest. mulier. Hebr.* c. 18. cf. Scheidius de *Diis German.* Syngram. I. c. 4.

גָּלְיָת nom. propr. Philistaei ingentis proceritatis, quem Davides occidit 1 Sam. 17, 4. 21, 10. 22, 10., a גלה i. q. גלל, arab. جَلّ *magnus, illustris, pinguis fuit.*

גָּלַח in Kal inusit., Piel גִּלַּח *rasit, abrasit, totondit* (cf. جلح) vel barbam (omisso tamen vocabulo זָקָן) Gen. 41, 14. (ad quem locum v. Rosenmuellerum in Scholl.), vel comam (שֵׂעָר) Levit. 14, 8. Jud. 16, 19., quo posteriore sensu legitur etiam גִּלַּח רֹאשׁ Num. 6, 9. 18. Deut. 21, 12. 2 Sam. 14, 26., trop. Jes. 7, 20. *dominus abradet comam et pilos pedum et barbam* h. e. totam civitatem vastabit et evertet. Infin. cum affixo גַּלְּחוֹ 2 Sam. l. c. — Pyh. גֻּלַּח, in pausa גֻּלָּח *rasus est* Jud. 16, 17. 22. Jer. 41, 5. — Hithpah. *rasit, totondit se* (κείρεσθαι) Levit. 13, 33., it. *abrasit, totondit sibi* Num. 6, 19.

גָּלַל 1) ut arab. جَلّ et sam. גלל *magnus, illustris, gloriosus,* it. *crassus fuit,* v. גָּלָל et גְּלָל. 2) *volvit, devolvit* (ut chald. גְּלַל; etiam arabico جَلّ *volvendi* notionem vindicare studet Schultens. *ad Hamasam* p. 482.), unde in derivatis *rotunditatis* notio accedit. Dicitur et proprie (de lapidibus) Gen. 29, 3 (devolvere) Jos. 10, 18 (volvere ad --, *davorwälzen*), et translate: a) *devolvere,* amoliri (contumeliam) Jos. 5, 9. Ps. 119, 20.; b) גֹּל אֶל יְהוָה מַעֲשֶׂיךָ vel דַּרְכּוֹ *devolvit in Jovam viam suam,* h. e. caussam suam commisit, commendavit Jovae Ps. 37, 5. Prov. 16, 3., et absol. Ps. 22, 9. (cf. Aeschyl. Agam. 174 sq.).

Praet. 1. sing. גַּלּוֹתִי Jos. 5, 9., plur. גָּלֲלוּ Gen. 29, 3., infin. et imper. גֹּל, it. imp. גַּל Ps. 119, 22. — Niph. נָגֹל *volvi, provolvi* Am. 5, 24 (de aquis), it. *convolvi* (voluminis instar) Jes. 34, 4. — Pilp. גִּלְגֵּל *devolvit* (montem) Jer. 51, 25. — Pohal גּוֹלָל *volutari* Jes. 9, 4. — Hiph. הֵגַל *devolvit* (lapidem) Gen. 29, 10. — Hithpal. *volvi, provolvi* i. e. irruere (de hostibus) Job. 30, 14. — Hithpol. הִתְגּוֹלֵל *se volutare, volutari* 2 Sam. 20, 12., sq. עַל pers. *se in aliq. devolvere* h. e. irruere Gen. 43, 18., in quem loc. v. Zorn Biblioth. antiq. p. 905 sqq.

גֵּלֶל m. 1) *stercus* animalis *globosum*, ut arab. جُلَّة, deinde *quodvis stercus* 1 Reg. 14, 10. 2) *occasio, caussa* (a גלל n. 2., cf. סִבָּה sub rad. סבב) vel, ut arab. جَلَل *negotium* (*magnum, grave*, v. rad. n. 1.). Inde est בִּגְלַל *propter* (cf. עַל־דְּבַר), ut בִּגְלַל יוֹסֵף Gen. 39, 5., בִּגְלָלְךָ Gen. 30, 27., בִּגְלַלְכֶם Deut. 1, 37.; Jer. 15, 4. Mich. 3, 12. 1 Reg. 14, 26. Cf. arab. مِن جَلَالِكَ *propter te.*

גֵּל m. *stercus*, unde cum affixo גֶּלְלוֹ *stercus ejus* Job. 20, 7. (al. *excellentia ejus*, coll. arab. جَلَال *splendor, honor;* sec. Michael. in Suppl. *stipula ejus* coll. syr. ܓܠܐ *festuca, palea;* sed v. Rosenmueller. ad h. l.). Plur. גְּלָלִים Zeph. 1, 17., in regim. גֶּלְלֵי Ezech. 4, 12. 15.

גְּלָל m. chald.; אֶבֶן גְּלָל Esr. 5, 8. 6, 4. *lapis praegrandis* aut *rudis*, coll. rad. arab. et جَلِيل *magnus*, it. *rudis*. Ita post Syrum H. Michaelis in annotatt. uber. III, p. 57 sq., ubi aliorum opiniones dijudicantur.

גָּלִיל m. omn. id, quod *in rotundam flexum est formam*, hinc 1) *annulus* Cant. 5, 14. Esth. 1, 6. 2) *cardo* (ianuae) 1 Reg. 6, 34., ubi tamen alii גְּלִילִים interpretantur: *volubiles, versatiles*. 3) *tractus terrae* limitibus *in circuitum circumscriptus, ein Kreis*, quo sensu הַגָּלִיל (praefixo articulo) et הַגָּלִילָה cum ה paragog. nomen propr. est regionis a gentilibus inhabitatae in Palaestina septentrionali h. e. in tribu Naphtalitica Jos. 20, 7. 21, 32. 1 Reg. 9, 11., quae plene vocatur גְּלִיל הַגּוֹיִם Jes. 9, 1. *tractus barbarorum* s. *Phoenicum* (cf. Mt. 4, 16. Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν). Inde posthac nata est *Galilaeae* appellatio.

גְּלִילָה f. *tractus terrae, regio, campus* Ezech. 47, 8. ubi (מַיִם) יוֹצְאִים אֶל־הַגְּלִילָה הַקַּדְמוֹנָה vertas: *(aquae) emanantes in orientalem (hancce, δεικτικῶς) regionem.* Alii, Lxx. Chald. Syr. secuti, *Galilaeam* hic intelligi volunt. Sed v. quae apposite monuit Rosenmuell. ad h. l., qui tamen non debebat Michaelisianae opinioni calculum adjicere. Spec. גְּלִילוֹת הַפְּלִשְׁתִּים Jos. 13, 2. s. גְּלִילוֹת פְּלֶשֶׁת Joel. 4, 4. *regio, fines Philistaeorum*, גְּלִילוֹת הַיַּרְדֵּן Jos. 22, 10. 11. *regio Jordani adiacens.*

גִּלּוּלִים Plur. m. *idola* 1 Reg. 15, 12. 21, 26. 2 Reg. 17, 12. Ezech. 18, 12. 22, 3. etc. Contemtim ita dicuntur vel a גָּלָל *stercus,* q. d. *stercorei* (coll. *Βεελσεβοὺλ* i. e. בְּעֵל זְבוּל *dominus stercoris*), vel ab Arab. جل *magnus, illustris fuit,* q. d. per ironiam *illustres, nobiles.* conf. pluribus de h. v. Zornii Dissert. I. et II. in *Miscell. Duisburg.* T. II. p. 655 sqq.; et in *Miscell. Groning.* T. III. p. 194 sqq.

גַּל m. 1) *acervus, cumulus* (ut lapidum), a *volvendo,* Gen. 31, 46. 48. 51. 52. Jos. 7, 26. 2 Sam. 18, 17. etc. Plur. גַּלִּים *cumuli* 2 Reg. 19, 25. Jes. 37, 26. Jer. 9, 10. Hos. 12, 11. — 2) *scaturigo,* a *provolutione aquae,* (conf. גלל de *aqua* Am. 5, 24.) Cant. 4, 12. غلّن *fluctus, unda.* In Plur. גַּלִּים *fluctus* Zach. 10, 11. In regim. גַּלֵּי Jes. 48, 18. cum Affixis גַּלֶּיךָ Ps. 42, 9. Jon. 2, 4. גַּלָּיו Ps. 89, 10. Jes. 51, 15. Jer. 5, 22. etc.

גַּלִּים Nom. propr. oppidi, de cujus situ non constat 1 Sam. 25, 44. Jos. 10, 3.

גֻּל m. *lecythus,* a *rotunditate.* Cum Affixo גֻּלָּהּ Zach. 4, 2.

גֻּלָּה f. 1) *scaturigo,* ut praeced. גַּל. Occurrit in solo Plur. גֻּלּוֹת *scaturigines* Jos. 15, 19. Jud. 1, 15. — 2) *lecythus* Zach. 4, 3. In regim. גֻּלַּת Eccles. 12, 6. — 3) Plur. גֻּלּוֹת ornamenta *rotunda,* quae columnarum aenearum capitella ambibant (*volutae?* Vitruv.) 1 Reg. 7, 41. 42. 2 Chron. 4, 12. 13. Lxx. *στρεπτά.*

גַּלְגַּל m. 1) *rota* Ezech. 10, 2. 6. 13. 23, 24. 26, 10. spec. *rota putei* sive *trochlea* Eccles. 12, 6. Plur. גַּלְגַּלִּים, unde cum Affixo גַּלְגִּלָּיו (posteriori Patach in Chirek mutato) *rotae ejus* Jes. 5, 28. Jer. 47, 3. — 2) *turbo* omnia in gyrum agitans Ps. 77, 19. — 3) res quae a turbine continuo in orbem agitur, *res volubilis* (Chald. et Syr. גַּלְגְּלָא, غلّن) Ps. 83, 14. Jes. 17, 13.

גִּלְגָּל m. 1) *rota* Jes. 28, 28. — 2) Nomen propr. oppidi ad Orientem Jerichuntis, Jos. 4, 19. 5, 9. 1 Sam. 7, 16. Am. 5, 15.; *Γαλγαλα* appellatur 1 Macc. 9, 2. — Aliud oppidum intelligitur Jos. 12, 23. fortasse ad mare mediterr. situm.

גַּלְגַּל m. Chald. *rota.* Plur. cum Affixo גַּלְגִּלּוֹהִי Dan. 7, 9.

גֻּלְגֹּלֶת f. *cranium* (*humanum*) Exod. 16, 16. 38, 26. Num. 3, 47. 2 Reg. 9, 35. sic dictum, quod *undequaque rotundum est.* (*Capitis volubilitatem* pro *rotunditate* dixit Ovidius *Metamorph.* XII, 534.). Frequentatur de *homine* ipso, ubi singulorum numerus initur aut census agitur, quemadmodum רֹאשׁ et Arab. رأس, Lat. *caput,* nostrum *Kopf,* Num. 1, 18. 20. 22. 3, 47. Cum Affixo גֻּלְגָּלְתּוֹ *cranium ejus* Jud. 9, 53. 1 Chron. 10, 10. Plur. גֻּלְגְּלוֹת, cum Affixo גֻּלְגְּלֹתָם *crania* sive *capita eorum* vel *sua* Num. 1, 2. 1 Chron. 23, 6. 24.

מְגִלָּה f. *volumen, liber* Jer. 36, 6. 14. 20. Ezech. 3, 1. 2. 3. etc. In regim. מְגִלַּת Ps. 40, 8. Ezech. 2, 9. مَجَلَّة *volumen.*

מְגִלָּה f. Chald. *id.* Esr. 6, 2.

גָּלַם 1) *involvit, convolvit, complicuit.* Fut. cum Vau convers. וַיִּגְלֹם *et convolvit, complicuit* (pallium) 2 Reg. 2, 8.

גְּלוֹם m. *pallium,* Graec. χλαμύς, q. d. *involucrum corporis,* coll. synonym. תַּכְרִיךְ. Plur. גְּלוֹמִים *pallia,* in regim. גְּלוֹמֵי Ezech. 27, 24. Chald. גְּלִם, גּוּלְמָא *id.* J. D. Michaelis in *Suppl.*, repudiata hac vulgari sententia, vertit גְּלוֹמֵי תְכֵלֶת *percussiones sepiae,* cum תכלת *hyacinthinus color* sit ex atro, ut vocant, sanguine confectus, sive atro liquore, quem piscis sepia, viva capta unoque ictu contusa, larga copia emittit. *Percussiones sepiae* essent *sepiae percussae atramentumque earum integrum totumque servatum,* a rad. جَلَمَ *secuit,* Syr. ܐܬܓܠܡ *percussus fuit.* Sed non est, quod ad aliam radicis significationem, cujus in Hebraea lingua nullum est vestigium, confugias.

גֹּלֶם m. propr. *massa informis* unde aliquid formatur, hinc *embryo* humani corporis, quamdiu in matris utero, tanquam informis et conglomerata massa, conditur (coll. Talm. גולם *materia rudis* Mischn. VI. p. 69.). Semel legitur Ps. 139, 16.

גַּלְמוּד m. *valde durus,* hinc *exsiccatus, omni succo et vigore destitutus* Job. 30, 3. it. *sterilis* 3, 7. 15, 34. [coll. Arab. جَلْمَدٌ et جُلْمُودٌ *saxum durum, rupes* (sterilitatis symbolum), it. *homo durus,* compos. ex duobus synonymis Arab. جَلَدَ *durus, robustus fuit,* et ex جمد *durus fuit,* sicut قسى est *durum esse,* metaphor. *sterilem esse,* שׁדיד *durus* et *sterilis,* شظف *durum esse,* it. *sterilem esse,* etc.]. Foem. גַּלְמוּדָה *sterilis* Jes. 49, 21. cf. Alb. Schultens. ad Job. 3, 7.

גָּלַע (Arab. جلع et جلغ *dentes stringere,* Germ. *die Zähne blecken,* inde: *rixari, verbis contumeliosis lacessere,* Conj. III. *pugnare cum alio in potu et alea*): in Kal inusit. in Hithpah. Infin. הִתְגַּלַּע (ut Arab. جالع in Conj. III.): *aperta fronte cum altero concertare* et *contendere* Prov. 17, 14. Fut. יִתְגַּלָּע *cum altero litigat* sive *disceptat* Prov. 18, 1. 20, 3. Hithpah. *actionem* altercantium *reciprocam* sive *mutuam* exprimit, quomodo et Germani dicunt *sich zanken.* Pluribus hanc radicem illustravit b. Schultens. de *Defectibus ling. Hebr.* p. 72 sq. in *Vindiciis* p. 143 sq. et in *Animadverss.* ad Prov. 17, 14. adstipul. J. D. Michaeli in *Suppl.* p. 321.

גִּלְעָד *Gilead,* Nom. propr. 1) montis collibus Libani juncti, in quo sita urbs ejusdem nominis (Hos. 6, 8.), ita appellata a *Gilead,* filio Machir, qui eam olim bello cepit, Num. 26, 29. 30. — 2) regionis trans Jordanem ad Orientem, ab hac urbe, tanquam metropoli, dictae, quae terram Sihon et Og, et totam Basan complectebatur. Fuit pascuis frequens et odorifera, cf. Jer. 8, 22. 22, 7. 46, 11. De situ conf. conjecturas J. D. Michaelis in *Suppl.* p. 319. Hinc oritur Nom. gentil. גִּלְעָדִי *Gileadita.*

גַּלְעֵד Nom. propr. acervi lapidum a Labane et Jacobo congesti, conflatum ex גַּל *acervus,* et עֵד *testis,* h. e. *acervus testis, testimonii* Gen. 31, 47.

גָּלַשׁ *consedit, sedit,* ut جلس, Cant. 4, 1. 6, 5. גָּלְשׁוּ מֵהַר גִּלְעָד *conse-derunt, procubuerunt* (de grege caprarum) κατὰ τοῦ ὄρους (pendentes quasi de monte Gil.).

גַּם v. sub rad. גמם.

גָּמָא *absorpsit, exhausit,* in Kal inusit., Pih. *id.* Job. 39, 24. Dicitur de *equo* tam celeriter currente, ut terram quasi *absorbere* videatur, qua de phrasi multus est Bochartus in *Hieroz.* P. I, p. 142 sq. Simili sensu Arabes لهم *glutivit,* usurpare solent, observantibus eodem l. c. et Schultensio in *Commentar.* ad Job. l. c., ut التهم الفرس الارض *glutivit equus terram,* pro: celerrimo cursu eam carpsit, rapuit, consumsit, ut Latini etiam in his ludunt.

Hiph. *sorbere sivit, potavit* Gen. 24, 27 (ubi imp. foem. cum affixo הַגְמִיאִינִי).

גֹּמֶא m. *papyrus* (v. Celsius in *Hierobotan.* P. II, p. 137 sq.) Exod. 2, 3. 8, 11. Jes. 18, 20. 35, 7., sic dicta, quod *aquam* semper *sorbet* et *imbibit* (unde *bibula* dicitur Lucano IV, 136 et *bibula teneritudine spongeum lignum* Cassiodoro L. XI. *Epist.* 38.); תֵּבַת גֹּמֶא Exod. 2, 3. et כְּלִי גֹמֶא Jes. 18, 2. est *navigium* ex *papyro confectum,* de quo navigiorum genere v. Plinius VII. c. 57. VI. c. 22.

גָּמַד radix Hebr. inusitata, unde oriuntur:

גֹּמֶד m. nomen mensurae, quae quanta fuerit, ignoratur. Vertitur plerumque: *cubitus minor* Jud. 3, 16. (ܓܡܕܐ *id.*) q. d. *cubitus decurtatus* et *contractus,* demtis scil. digitis, coll. rad. chald. גמד *constrictus, contractus est,* arab. et aethiop. *amputavit* (chald. syr. et arab. etiam גרם) Lxx. σπιθαμή.

גַּמָּד m., plur. גַּמָּדִים Ezech. 27, 11. vulgo pro nomine proprio *gentis* habetur; sed cum *Gammadaei* nuspiam occurrant, Fullerus in *Miscell. Sacris* lib. VI. c. 3. incolas Phoeniciae *Gamades* dictos putat, quos ex Plinio lib. II. c. 91. permutatis Δ et Λ literis exsculpit, ut *Gamales* ibi vitiose scriptum sit pro *Gamades;* at vero alibi etiam legitur urbs Gamala, v. Faber Archaeol. I, p. 198. Rectius illi statuere videntur, qui cum Hieronymo *bellatores, viros fortes et strenuos* vertunt, a syr. ܓܡܕܐ *audacia,* ܓܡܕܢܐ *audax,* arab. جمد *duro et immiti animo fuit.* Conf. Ludolfi Commentarium ad *Historiam Aethiop.* p. 73 sq. Pfeifferi *Dubia Vex.* ad l. c. Spencerum de *legg. Hebr.* p. 462. Michael. in *Suppl.* p. 326. et Rosenmuellerum in Scholl. ad l. c.

גָּמַל I) 1) *retribuit, rependit,* vel par pari, vel bonum malo aut malum bono, sq. acc. pers. Ps. 18, 21. 2 Sam. 22, 21., sq. עַל Ps. 103, 10. 2 Chron. 20, 11. 2) generat. *affecit aliquem aliqua re* (missa *retri-*

butionis notione), sq. duplici accus. Gen. 50, 15. 17. Jes. 63, 7., etiam sq לְ pers. Ps. 137, 8. Jes. 3, 9.; spec. *beneficio aliquem affecit, benefecit* (al. גָּמַל פ׳ טוֹב Prov. 31, 12.), sq. acc. 2 Sam. 19, 37. Jes. 63, 7. Prov. 11, 17., sq. עַל pers. Ps. 13, 6. 116, 7. 142, 8. etc. — II) 1) *ablactavit* infantem (*ἀπογαλακτίζειν*) Gen. 21, 8. 1 Sam. 1, 22. 23. 1 Reg. 11, 20. Ps. 131, 2. Jes. 11, 8. 28, 9. Hos. 1, 8. 2) *maturavit* Num. 17, 23. et intrans. *maturuit* Jes. 18, 5. [Nexum harum significationum ita constituit Schultensius in *Clavi* p. 200. et ad Prov. 3, 30. *fovit, confovit, operuit fomentis*, ex arab. غمل *rem rei instravit* ac *superimposuit* ad ciendum calorem sudoremve, adeoque *fovit*. Hinc a) *fovere, confovere super aliquo* (h. גָּמַל cum עַל) i. e. *alicui benefacere*; b) injecto congestoque operimento confovere, ad id quod crudum erat maturandum, h. e. *maturare*, ut arab. غمل العنب *uvas confovere, ut maturescant*; c) animo aliquid contra aliquem fovere, hinc *afficere* aliquem aliqua re]. Praet. 3. f. c. affixo גְּמָלַתְהוּ Prov. 31, 12., contr. גְּמָלַתּוּ 1 Sam. 1, 24., fut. יִגְמֹל.

Niph. *ablactatus est* Gen. 21, 8. 1Sam. 1, 22.

גְּמוּל m. 1) *retributio* Jes. 35, 4. Jer. 51, 56. — 2) generatim: *id quo quis alterum afficit,* sive *bonum* (*beneficium, meritum, officium*) Ps. 103, 2. Jud. 9, 16., sive *malum*; hinc explicandae sunt formulae, quae in utramque partem dicuntur: הֵשִׁיב גְּמוּל עַל Ps. 94, 2. vel הֵשִׁיב גְּמוּלוֹ לְ Ps. 28, 4. 2 Chron. 32, 25. Prov. 12, 24. vel הֵשִׁיב גְּמוּלוֹ בְּרֹאשׁוֹ Joel. 4, 7. vel שִׁלֵּם גְּמוּל לְ Jes. 59, 18. Ps. 137, 8. Prov. 19, 17. *rependere alicui quod meruit.*

גְּמוּלָה f. *retributio, remuneratio* Jes. 59, 18. Jer. 51, 56., spec. *beneficium* 2 Sam. 19, 37.

תַּגְמוּל m. *remuneratio, beneficium.* Plur. cum suffixo chald. תַּגְמוּלוֹהִי Ps. 116, 12.

גָּמָל com. *camelus,* chald., syr., arab. (جَمَل) et aeth. *id.*, Gen. 24, 64. 31, 34. Levit. 11, 4. Deut. 14, 7. etc., sec. Bochartum a *retribuendo* dictus, quod est animal iram diu servans odiique tenax et *mala rependens*; sed Cellarius de *usu Arabismi etymologico* oriri posse putat ab arab. חמל *portavit, gestavit onus* (unde et حمول *cameli*), permutatis ג et ח literis, quae in arabica scriptura solo puncto diacritico differunt. Plur. גְּמַלִּים Gen. 24, 10. 63. 1 Reg. 10, 2.; feminine habetur Gen. 32, 16. (ubi גְּמַלִּים מֵינִיקוֹת *cameli lactantes*, de quibus v. Rosenmueller. ad h. l.). In regim. גְּמַלֵּי Gen. 24, 10., cum affixo גְּמַלֶּיךָ 24, 14. etc.

גָּמַם radix inusit.; apud arab. جَمّ *multus, copiosus fuit, addidit, auxit adjecto cumulo.* Unde notiones *copiae, augmenti* et *accessionis ad cumulum.* De hac voce plura habet Schultensius ad Prov. 19, 2.

גַּם propr. *additio* (v. Hartmann. ling. Einl. p. 283.); sed in Particulam abit, significans 1) *etiam*, ubi aliud ad aliud adiicitur, Gen. 3, 6. Exod. 11, 3. Job. 7, 11. Thren. 4, 15. etc. (in interrog. pro הֲגַם Zach. 8, 6. 1 Sam. 22, 7. *etiamne?*); it. *praeterea, insuper, ac quod majus est* Ruth. 1, 12. 1 Sam. 28, 20. Hinc גַּם—גַּם *et-et* Gen. 24, 25. Exod. 12, 31. *cum-tum, ut-ita* Exod. 5, 14. Jer. 51, 12. — 2) *inquam, (utique)*; ubi eadem sententia cum vi repetitur. 1 Sam. 24, 12. רְאֵה גַּם רְאֵה *vide, vide inquam.* 1 Reg. 21, 19. אֶת דָּמְךָ גַּם אָתָּה *sanguinem tuum, tuum inquam.* Job. 18, 5. Gen. 20, 5. Prov. 14, 20. 17, 26: al. Prov. 17, 15. תּוֹעֲבַת יְהוָה גַּם שְׁנֵיהֶם *detestatur eos Jova, eos inquam utrosque.* — 3) *et tamen* Ps. 129, 2. Ezech. 16, 25. Cohel. 4, 16. (גַּם לֹא *et tamen non, ne sic quidem*). — 4) גַּם כִּי *etsi, quantumvis* Jes. 1, 15. omisso כִּי Jes. 49, 15. Ps. 95, 9. Neh. 6, 1. add. וְאַף גַּם *ac insuper etiam,* per Pleonasmum, Levit. 26, 44., ut Lat. *etiam quoque, quoque etiam, quoque et, etiam et,* conf. Vechneri *Hellenolex.* L. I. P. II. c. 6.

מְגַמָּה f. *multitudo, copia,* in regim. Habac. 1, 9. מְגַמַּת פָּנִים קָדִימָה *multitudo facierum eorum prorsus (vorwärts)* sc. spectact, h. e. *stipata eorum agmina sine mora proruunt,* effundunt se. Aliis est: *desiderium* (coll. Arab. جَمَّ *appetiit, prope fuit, institítque res*), *impetus,* quod haud scio, an praeferendum sit.

גָּמַץ rad. in Hebr. inusit. Chald. et Syr. *fodit, effodit.* Inde est

גּוּמָּץ m. *fossa* Eccles. 10, 8. Syr. ܓܘܡܨܐ *fossa, fovea,* Chald. כּוּמְצָא Targ. Jer. 48, 44. Sed Schultensius in *Clave Dialect.* p. 199. derivat ab Arab. غمص *depressior fuit terra.*

גָּמַר *finivit, absolvit, perfecit* Ps. 57, 3. 138, 8. — it. intrans. *cessavit* Ps. 12, 2. 77, 9. (v. Hartmann. ling. Einl. p. 219.). Part. praes. גֹּמֵר Ps. 57, 3. ubi גֹּמֵר עָלָי *perficiens pro me,* est: omnia mea ad felicem exitum perducens. Fut. יִגְמֹר *perficiet, consummabit,* sq. בַּעֲדִי *pro me,* eodem fere sensu, Ps. 138, 8.; ablato tono, יִגְמָר־ *finiatur, cesset* Ps. 7, 10. cf. ܓܡܰܪ *finem habuit.*

גְּמַר Chald. *id.* unde Part. Pehil גְּמִיר *perfectus, consummatus* Esr. 7, 12.

גֹּמֶר m. Nom. propr. gentis cujusdam, septentrionalis, Armeniis finitimae. Gen. 10, 2. 3. Ezech. 38, 6. Videntur *Cimmerii* significari, gens perantiqua, Chersonnesum Taur. incolens, quae multos incursiones fecit in Asiam minorem. cf. J. D. Michaelis *Spicilegium* P. I. p. 16. *Suppl.* p. 333 sqq.

גָּנַב *furatus est, furtim abstulit,* (differt a גָּזַל, quod est *publica vi aliquid rapere*), Prov. 6, 30., sq. Acc. ejus quod quis furatur Gen. 31, 19. 30. Exod. 21, 37. etiam גָּנַב נֶפֶשׁ Deut. 24, 7. i. e. *plagium committere,* trop. 2 Sam. 19, 42. *regem furari,* h. e. clam secum abducere v. 41. ac saepius *furari aliquem* (Gen. 31, 27.), vel *cor* alicujus Gen. 31, 20. 26. pro: *eum decipere, mentem alicujus fallere* (sed v. sub Pih.), quo modo et Homerus dixit κλέπτειν νοόν *Il.* XIV, 217. et Hesiodus *Theogon.*

v. 633. unde Mercurius *κλεψίφρων* apud eund. *Hymn. in Mercur.* v. 413. [Arab. جَنْب est *latus*, hinc جَنَّبَ *ad latus* vel *a latere duxit*, Syr. ܓܢܒ ܢܓܢܘܒ *se clam subducere*; patet igitur, גנב proprie significare *a latere, clanculum res surripere*, ut Germani dicunt: *etwas auf die Seite bringen*]. Praet. foem. cum Affixis גְּנָבָתַם *furata erat illos* Gen. 31, 32. גְּנָבָתְהוּ *surripuit, aufert illum* Job. 21, 18. 27, 20. (ex גְּנָבַת). Plur. cum Affixo גְּנָבוּךָ *furati sunt te* 2 Sam. 19, 42. Pahul גָּנוּב *furto ablatum, furtivum* Gen. 30, 33. Plur. גְּנוּבִים Prov. 9, 17. Foem. גְּנֻבָה, in regim. et cum Jod paragog. גְּנֻבְתִי *furto ablatum* Gen. 31, 39. Infin. absol. גָּנוֹב Exod. 22, 11.

Niph. Fut. יִגָּנֵב *furto auferetur* Exod. 22, 11. — Pih. i. q. Kal: *furatus est* Jer. 23, 30. trop. 2 Sam. 15, 6. וַיְגַנֵּב אֶת־לֵב אַנְשֵׁי יִשְׂרָאֵל *et furatus est* (Absalom) *cor* (animum) *Israelitarum*, h. e. animos eorum sibi conciliavit, LXX. *ἰδιοποιεῖτο τὴν καρδίαν ἀνδρῶν*; sec. al. *fefellit eos*, ut Kal, sed minus accommodate ad loci indolem). Puh. גֻּנַּב 1) *furto ablatus, surreptus est*, dic. et de rebus Exod. 22, 6. et de hominibus Gen. 40, 15. — 2) *furtim allatus, perlatus est* Job. 4, 12. אֵלַי דָּבָר יְגֻנָּב *ad me verbum furtim perferebatur*, ad aures meas *accidit* (*stahl sich mir zu*, Lucian. *κλεπτομένη λαλιά*). — Hithpah. *furtim se subduxit* (ut nostrates dicunt: *sich wegstehlen*) 2 Sam. 19, 4.

גַּנָּב m. *fur* Exod. 22, 1. 6. 7. Deut. 24, 7. Ps. 50, 18. etc. Plur. גַּנָּבִים Jes. 1, 23. Jer. 48, 27. etc.

גְּנֵבָה f. *furtum, furto ablatum* Exod. 22, 3. cum Affixo גְּנֵבָתוֹ Exod. 22, 2.

גָּנַז rad. in Hebr. inusit.; Chald. Syr. et Arab. *collegit, recondidit*, Hebr. כָּנַס.

גֶּנֶז m. *thesaurus, aerarium*, Sab. گنز *id.* Plur. גְּנָזִים, unde in regim. גִּנְזֵי Ezech. 27, 24. Esth. 3, 9. 4, 7.

גְּנַז vel גֶּנֶז m. Chald. *id.* Plur. גִּנְזִין *thesauri*, in Statu emphat. גִּנְזַיָּא Esr. 5, 17. 6, 1. in regim. גִּנְזֵי Esr. 7, 20.

גַּנְזַךְ m. *gazophylacium*, cum ך *formativo*, ex Chaldaismo, quale est in אֲנָךְ (ab אֵל vel אֵלָה), conf. Simonis in *Arcan. Form. Hebr.* p. 646. Plur. cum Affixo גְּנָזַכָּיו *gazophylacia ejus* 1 Chron. 28, 11.

גָּנַן *texit, protexit, tuitus est* (جَنَّ *texit*). Construitur cum אֶל 2 Reg. 19, 34. et עַל 2 Reg. 20, 6. Jes. 37, 35. 38, 3. in hac solenni formula: גַּנּוֹתִי עַל (אֶל) הָעִיר הַזֹּאת. Praeterea semel legitur Infin. absol. גָּנוֹן *protegendo* Jes. 31, 5. — Hiph. *protexit*, sq. עַל Jes. 31, 5. Zach. 9, 15. sq. בְּעַד Zach. 12, 8.

גַּן com. (foem. Gen. 2, 15.): *hortus* (septo *munitus*) Gen. 2, 8. Cant. 4, 12. Thren. 2, 6., in Pausa גָּן Gen. 2, 10. 3, 8. 10. 2 Reg. 9, 27. etiam cum Sakeph minore Gen. 2, 9. Segolta Gen. 3, 3. et Tiphcha Gen. 3, 2. 8. — גַּן אֱלֹהִים Ezech. 31, 8. 9. גַּן יְהוָה Deut. 13, 10. Jes. 51, 3. est *regio fertilissima, amoenissima*, tanquam quae a Deo ipso plantata sit; גַּן רָוֶה *hortus irriguus* Jes. 58, 11. Jer. 31, 12. etc. — Cum Affixo גַּנִּי Cant. 4, 16. 5, 1. Plur. גַּנִּים *horti* Cant. 4, 15. 6, 2. 8, 13.

גַּנָּה f. *id.* (جَنَّة *hortus*) Jes. 1, 30. 61, 11. Plur. גַּנּוֹת *horti* Num. 24, 6. Eccles. 2, 5. cum Affixo גַּנּוֹתֵיכֶם Am. 4, 9.

גִּנָּה f. *id.* in regim. גִּנַּת Esth. 1, 5. 7, 7. 8. Cant. 6, 11. cum Affixo גַּנָּתוֹ Job. 8, 16.

אַגָּן v. supra sub אגן.

מָגֵן m. *clypeus,* quo quis se *protegit* (sicut Lat. *clypeus* est a Graec. *καλύπτω tego*), 1 Chron. 5, 18. 1 Reg. 10, 16. etc. hinc: אִישׁ מָגֵן *homo clypeatus, armatus* Prov. 6, 11. 24, 34. De formula הֵקִים מָגֵן עַל פּ׳ *erigere, statuere clypeum adv. alq.* Ezech. 26, 8. v. sub קוּם. Quomodo מָגֵן differat a צִנָּה, docent Reimarus de *Differentiis voc. Hebr.* Dissert. II. p. 11. J. C. Ortlobius in Dissert. de *scutis et clypeis Hebraeorum* §. 10 sq. et Dassovius in Dissert. ad Tit. *Chelim* §. 4. et 5. Scilicet צִנָּה totum corpus texisse dicitur Ps. 5, 13. majusque fuisse quam מָגֵן 1 Reg. 10, 16. coll. 2 Chron. 9, 15. 16.; מָגֵן vero justae ad praecipuarum corporis partium defensionem molis clypeus, major quam levis parma סֹחֵרָה. Translate *clypeus* (Israelitarum) dicitur Jova Gen. 15, 1. maxime in Psalmis, ut 3, 4. 18, 3. 33, 2. 119, 114. al., semel מָגֵן עֶזְרְ פּ׳ *clypeus auxilii* Deut. 33, 29. Cum Affixis מָגִנִּי 2 Sam. 22, 3. Ps. 7, 11. 18, 3. (eodem fere sensu legitur מָגֵן בַּעֲדִי Ps. 3, 4. sensu trop. coll. 18, 3). מָגִנֵּנוּ Ps. 33, 20. 59, 12. etc. — Plur. m. מָגִנִּים *clypei* 1 Reg. 10, 17. Neh. 4, 10., metaphorice de *squamis* crocodili corpus *clypei* instar tegentibus Job. 41, 6. et (מָגִנֵּי אֶרֶץ) de Proceribus rei publicae Hos. 4, 18. Ps. 47, 10. In regim. מָגִנֵּי 1 Reg. 14, 26. 27. Ps. 47, 10. cum Affixo מָגִנָּיו Job. 15, 26. Plur. foem. מָגִנּוֹת 2 Chron. 23, 9.

מְגִנָּה f. in regim. (לֵב) מְגִנַּת Thren. 3, 65. *tegumentum* (animi), h. e. pervicacia, obstinatus, refractarius *animus,* coll. *κάλυμμα τῆς καρδίας* 2 Cor. 3, 15. et similibus phrasibus Arab. apud Schultensium in *Animadverss.* ad Thren. 3, 65. et Erdmann. (Curr. exeg. in Jerem. Thren.) p. 30 sqq. Al. tamen revocant ad rad. מגן, quam vide.

גָּעָה *mugiit, boavit* (*ὀνοματοπεποιημένον*, ut Graec. *βοᾶν*). Infin. absol. גָּעוֹ *mugiendo* 1 Sam. 6, 12. Fut. יִגְעֶה *mugiet* Job. 6, 5. — Syrorum ܓܥܐ et Chald. גְּעָא *clamavit,* latius patet et de clamore hominum ut plurimum frequentatur.

גָּעַל (propr. *contaminavit, polluit,* coll. Chald. גְּעַל Jes. 1, 6. 6, 5. Targ.): *fastidivit, nauseavit, cum fastidio reiecit, repudiavit.* Constr. cum Accus. personae Ezech. 16, 45. Levit. 26, 30., vel rei Levit. 26, 15., semel cum בְּ Jer. 14, 19. Praet. foem. גָּעֲלָה Levit. 26, 30. 43. Jer. 14, 19. Pers. 1. cum Affixo גְּעַלְתִּים Levit. 26, 44. Part. praes. foem. גֹּעֶלֶת Ezech. 16, 45. Fut. foem. תִּגְעַל Levit. 26, 11. 15. — Niph. praet. נִגְעַל *cum fastidio reiectus, abjectus est* (clypeus) 2 Sam. 1, 21. — Hiph. Fut. יַגְעִיל Job. 21, 10. *non fastidit, reiicit (semen,* h. e. non abortit). v. Bochart. in Hieroz. Tom. I. p. 291. ed. Lips.

גֹּעַל m. *fastidium* Ezech. 16, 5.

גָּעַר (Aeth. ገዐረ *clamavit,* unde construitur cum בְּ *clamare in aliquem, increpare* Syr. ܓܥܪ): *objurgavit, increpavit* Gen. 37, 10.

Ruth. 2, 16. Poet. *increpare* dicitur Jova vel improbos (h. e. coercere, corripere) Ps. 119, 21. 9, 6. 68, 31. Zach. 3, 2. al., vel maria Nah. 1, 4. Ps. 106, 9. (h. e. compescere), vel locustas (h. e. arcere a segetibus) Mal. 3, 11. Eodem referas Mal. 2, 3. הִנְנִי גֹעֵר לָכֶם הַזֶּרַע *en increpabo vobis* (in detrimentum vestrum) *semen*, h. e. efficiam ut non germinet, ut fructu careat. [Arabes per Metathesin pro גער sensu *coërcendi* et *compescendi* habent جرع Conj. V. Caeterum Latini quoque dicunt *increpare stimulo boves* (TIBULL. I, 1, 10.), *objurgare flagris* vel *verberibus* (SUET. Oth. 2. etc. Conf. Graec. ἐπιτιμᾶν Matth. 8, 26.]. Construitur vel cum ב Gen. 37, 10. Jes. 17, 13. vel cum Accus. Ps. 9, 6. 119, 21. Infin. constr. גְּעֹר, unde cum Makkeph גְּעָר־ Jes. 54, 9. Imperat. גְּעַר Ps. 68, 31. Fut. יִגְעַר Zach. 3, 2. cum Vau convers. וַיִּגְעַר Ps. 106, 9. etc.

גְּעָרָה f. *increpatio, obiurgatio, castigatio* Prov. 13, 1. 8. 17, 10. impr. poet. de Deo maris fluctus reprimente Jes. 50, 2. vel superbientium vires confringente Ps. 76, 7. 80, 17. Jes. 51, 20. In regim. גַּעֲרַת 2 Sam. 22, 16. Jes. 30, 17. cum Affixo גַּעֲרָתוֹ Jes. 66, 15. Job. 26, 11.

מִגְעֶרֶת f. *increpatio* (Dei), hinc *exitium* Deut. 28, 20.

גָּעַשׁ *commotus, concussus est.* Fut. foem. cum Vau convers. וַתִּגְעַשׁ *et commota est* (terra) Ps. 18, 8. et sec. Cthib 2 Sam. 22, 8., ubi Kri habet וַיִּתְגָּעַשׁ, in Hithpah. et in Masc. ob sq. אֶרֶץ, quod est Gen. comm. — Pyh. n. a. יְגֹעֲשׁוּ *commoventur* Job. 34, 20. Hithpah. Fut. וַיִּתְגָּעַשׁ *et commovit se, commota est* (terra), sec. Kri 2 Sam. 22, 8. Plur. יִתְגָּעֲשׁוּ *commovent se* (*fluctus*) Jer. 46, 7. 8. et sic cum Vau convers. 2 Sam. 22, 8. Ps. 18, 8. — Hithpoh. Praet. הִתְגֹּעֵשׁ, Plur. cum Vau convers. וְהִתְגֹּעֲשׁוּ *commovebuntur* h. e. *titubabunt* Jer. 25, 16.

גַּף vid. statim sub rad. גפף.

גֶּפֶן c. m. 1) *vitis* Gen. 40, 9. 2 Reg. 4, 39. Ps. 80, 9. 15. etc. (Syr. ܓܦܬܐ Arab. جَفْنٌ id.); videtur vox *primitiva* esse: certe qui ab Arab. جفن *arcuare* derivant, non sunt audiendi, quum istud voc. non significet nisi *cervicem abscindere, jugulare.* Frequens formula est אָכַל גַּפְנוֹ 2 Reg. 18, 31. Jes. 36, 16. *de vite sua edere*, i. e. pace, fortuna secunda frui. Ceterum apud prophetas passim *gens hebraea* viti assimilatur Jes. 5, 2. 7. Jer. 2, 21. Ps. 80, 9. add. Ezech. 19, 10. 17, 6. Cum Affixis גַּפְנִי Joël. 1, 7. גַּפְנוֹ 1 Reg. 4, 25. 2 Reg. 18, 31. etc. Plur. גְּפָנִים *vites* Cant. 2, 13. Habac. 3, 16. — 2) dicitur de aliis plantis, quae viti similes sunt, (hinc vitis ipsa גֶּפֶן הַיַּיִן Num. 6, 4. Jud. 13, 14.), ut גֶּפֶן הַשָּׂדֶה *vitis agri* 2 Reg. 4, 39. גֶּפֶן נָכְרִיָּה *vitis peregrina* s. *spuria* Jer. 2, 21., h. e. *colocynthis*, quae vitis dicebatur cum ob insignem foliorum multifidorum copiam, tum ob capreolorum similitudinem, denique quod, nisi adminiculis sustineatur, ut vitis humi serpit. Sed quod Deut. 32, 32. legitur גֶּפֶן סְדֹם videtur *pessimam vitem* significare. Al. *solanum*, quod uvas gignit et circa mare mortuum frequens nascitur, intelligunt. cf. ROSENMUELLER. ad h. l.

גָּפַף radix apud Hebraeos inusit., apud Chaldaeos *clausit, conclusit, cinxit*: respondens radici גּוּף, quod ad significationem et derivata attinet, ex frequenti Verborum mediae rad. quiescentis et geminatae confusione (v. כּוּן et כָּנַן, מוּל et מָלַל etc.). Conf. etiam Arab. جنف *convexus fuit*, et أجنف *incurvatum et convexum habens dorsum*. Inde est

גַּף m. 1) *corpus* (conf. supra גּוּף et גְּוִיָּה). Cum Affixo גַּפּוֹ *corpus suum* Exod. 21, 3. 4. — 2) *eminentia, dorsum, locus altus*; aliis idem est q. גַּב, permutatis ב et פ, aliis vero *ala* (ut sq. Chald.), metaphorice *fastigium, pinna*, ut Graec. πτερύγιον. Plur. גַּפִּים *loci editi, alti*, in regim. גַּפֵּי Prov. 9, 3.

גַּף m. Chald. *ala*, ut Hebr. אֲגַף vel אֲגַף, q. v. Plur. גַּפִּין *alae* Dan. 7, 4. 6. cum Affixo גַּפַּיהּ Dan. 7, 4.

אֲגַף m. v. sub אגף.

גֹּפֶר m. Gen. 6, 14. Arboris species nondum definita; conjecturas igitur interpretum recenseamus. Multi exponunt vel de *pinu*, vel de *cupressu* ex soni cognatione: quam posteriorem sententiam tuentur Fullerus in *Miscell. S.* L. IV. c. 5. Bochartus in *Phaleg* L. I. c. 4. Buxtorfius in *Catalect.* p. 117. Ol. Celsius in *Hierobotan.* P. I. p. 328 sq. Rosenmueller. ad h. l. Sed cum arcae Noachi unius arboris species non sufficisse visa sit, b. Simonis in priore edit. cum Hieronymo, Vossio de Lxx. *Interpretum translatione* c. 12. et Ursino in Arbor. bibl. c. 22. §. 3. per עֲצֵי גֹפֶר Gen. 6, 14. maluit intelligere *ligna resinae* sive *picis*, i. e. *resinosa*, alibi עֲצֵי שֶׁמֶן *ligna pinguedinis* sive *oleosa* 1 Reg. 6, 23. 31. 33. Jes. 41, 19. (sic *pinguem taedam* Virgilius et Scribonius dixerunt), qualia sunt *pinus* sive *picea* et *pinaster* (German. voce cognata *Kyfern*, quocum convenit Graec. κύπαροι, i. e. προάνθησις quaedam *piceae* et *pini*), *abies, terebinthus, oxycedrus, taeda, larix, cupressus* (q. d. עֵץ כֹּפֶר *picis arbor*), *lentiscus, cedrus, sapinus*, et quaecunque sunt aliae arbores *resiniferae* eoque cariem non facile sentientes et navibus exstruendis aptae. Quibus positis cum Ursino credendum est, גֹּפֶר idem esse q. כֹּפֶר *pix*, ג et כ permutatis, ut alibi passim. cf. גבר et כבר *valuit*, etc. In editione vero posteriori arbitratur Simonis per גֹּפֶר omnino intelligendam esse *pinum*, vel ejus speciem, *piceam*: 1) ob convenientiam vocis cum Germanico *Kyfer* sive *Kiefer*; 2) quia *pinus* aptissima est exstruendis navibus sive navigiis, διὰ τὸ ἀσαπὲς, teste Theophrasto *Histor. plant.* L. VI. c. 8., unde Homerus eam vocat νήϊον h. e. *navibus aptam Il.* V, 390. Virgilius *nauticam* Eclog. IV, 38., qui *Georg.* II, 442.: *dant utile lignum navigiis pinus* --; unde *pinus* Poëtis per Synecdochen pro ipsa *nave*. 3) Id confirmat origo vocis ab Arab. غفر *villosus, pilosus fuit*: *pinus* enim atque *pinaster* folium habet *capillamenti modo*, inquit Plinius H. N. XVI, 10., unde Ovidio *Metamorph.* X, 103.: *succincta* comas hirsutaque *vertice* pinus, et apud Calpurnium *Eclog.* I, 9.: -- *ubi* pinea *densat Sylva* comas --; τριχόφυλλα exinde *pinum* atque *piceam* vocat Theophrastus l. c. L. III. c. 10.

גָּפְרִית f. *sulphur* (Chald. per בּ, כִּבְרִית et כּוּבְרִית, Syr. ܟܒܪܝܬܐ, Arab. كِبْرِيتٌ et كُبْرِيتٌ, unde novum Verbum Arab. كبرت *sulphure illevit*) Gen. 19, 24. Deut. 29, 23. Jes. 30, 33. Ps. 11, 6. etc.

גֵּר vid. sub rad. גרר.

גֵּר vid. sub rad. גור.

גָּרָב m. *scabies*, vel *porrigo*, Levit. 21, 20. 22, 22. Deut. 28, 27. a rad. ܓܪܒ Syr. *leprosus factus est*, ܓܪܒܐ *lepra*, *scabies*, Arab. جَرِبَ *scabiosus fuit*, et جَرَبٌ *scabies*. v. Avicennam, et Hartmann. linguist. Einl. p. 287.

גִּרְגָּשִׁי *Gergeseni* Gen. 10, 16. 15, 21. Jos. 24, 11. gens Cananitica ab Occidente Jordanis, sed diu ante Christi tempora ita deleta, ut praeter nomen nihil in antiquis libris superesset. v. Bocharti *Phaleg* c. 36. p. 315. J. D. Michaelis *Spicil.* T. II. p. 20. Nihil huc pertinent *Γεργεσηνοὶ* Matth. 8, 28.; ibi enim opt. libri *Γερασηνοί*.

גָּרַד *scabit*, in Kal inusit., in Hithpah. Infin. הִתְגָּרֵד *scabere se* Job. 2, 8. Sic גְּרַד et גָּרֵד Chald., et Syr. ܓܪܕ *rasit*, et جَرَدَ *scalpsit*, *abrasit*.

גָּרָה in Kal inusit., in Pih. גֵּרָה *concitavit*, *incitavit* (coll. Chald. et Syr. גְּרֵי *concitavit*, *incitavit*, אִתְגְּרִי *concitatus est*, Syr. ܐܬܓܪܝ *bellum gessit*, Arab. غرى *plus satis indulsit irae*, in Conj. II. *incitavit*, in Conj. IV. أَغْرَى *instigavit*, *excitavit inimicitias*. v. Alb. Schultensius ad Prov. 28, 4. Schroederus in *Observv. ad difficilia quaedam Psalm. loca* p. 11 sqq. quos tamen impugnat J. D. Michaelis in *Suppl.*). Constr. cum מָדוֹן Prov. 15, 18. 28, 25. 29, 22. ubi Fut. יְגָרֶה *excitat*, *excitare solet* (litem). — Hithpah. הִתְגָּרָה *se ipsum incitavit*, spec. ad *litem* et *bellum*, *contendit*, *bellum iniit cum altero*. Construitur sic sq. בְּ pers. Deut. 2, 9. Jer. 50, 24. Prov. 28, 4. et לְ *belli* Dan. 11, 25. Imperat. apocop. הִתְגָּר Deut. 2, 24. Fut. תִּתְגָּרֶה *contendes* (בְּרָעָה *cum malo* sive *infortunio*, tanquam *cum hoste*) 2 Reg. 14, 10. 2 Chron. 25, 19. et cum Apoc. תִּתְגָּר *contendas*, *bellum ineas* Deut. 2, 9. 19.

תִּגְרָה f. *exagitatio*, *contentio*. In regim. (יָדְךָ) תִּגְרַת Ps. 39, 11. *contentio manus tuae*, i. e. plagae a te (Jova) inflictae.

גֵּרָה f. *rumen*, it. *obolus*, vid. infra sub rad. גרר.

גָּרוֹן m. *guttur* (cum Kametz mutabili). Formam habet a גרה, sed significationem a גרר, ubi vid.

גָּרַז *secuit*, *resecuit*, *excidit*, *succidit* (alias גזר); in Kal. inusit., Niph. Praet. נִגְרַזְתִּי *excisus* (expulsus) *sum* Ps. 31, 23. coll. جَرَزَ *amputavit*, *resecuit*, et, quod est finitimum, جَزَّ. v. Alb. Schultens. in *Opp. min.* p. 142.

גַּרְזֶן m. *securis* Deut. 19, 5. 20, 19. 1 Reg. 6, 7. Jes. 10, 15. Oritur a גרז adjecto lit. ן v. Gesen. Lehrgeb. p. 865.

גִּרְזִי *Girzaeus*, Nomen populi cananitici, qui Palaestinam incolebat, sec. Cthib 1 Sam. 27, 8. ubi Kri גִּזְרִי *Gizraeus*. Sunt, qui contendant, Cthib legendum esse גְּרִזִי *Grizaeus*, ut ab hoc populo nomen nactus sit mons *Garizim*, de quo statim.

הַר גְּרִזִּים *mons Garizim*, situs in agro Ephraimitico, imminens urbi *Sichem*, quae seriori tempore *Neapolis* dicebatur, Deut. 11, 29. 27, 12. v. Relandi *Dissert. de monte Garizim* (in Dissertatt. miscell. P. I.), ubi Nominis hujus proprii origo investigatur.

גָּרַל rad. inusit., Arab. جرل *lapidosus fuit locus*. v. Schultens. ad Prov. 19, 19.

גּוֹרָל m. (propr. *calculus, lapillus sortibus adhiberi solitus*, ψῆφος, Arab. جَرَل *id.* vide locum *Camusi* apud Alb. Schultensium ad Prov. 19, 19.; hinc): 1) *sors* quae ducitur Levit. 16, 9. Num. 33, 54. Jes. 34, 17. Prov. 16, 33. 1 Chron. 24, 5. etc. Deinde 2) per Metonym. ut Lat. *sors* et Graec. κλῆρος: a) *res quam quis sortitus est, sortiendo accepit* Jud. 1, 3 (ubi גּוֹרָלִי dic. de agris tribui Judae sorte concessis. cf. Jos. 13, 16. 18, 11. coll. Hom. Iliad. 2, 15. Odyss. 14, 64.). — b) omn. *res quae alicui obtigit* Ps. 125, 3. Jes. 57, 6. Dan. 12, 13. maxime in deteriorem sensum, de *prave factorum pretio* (Liv. 5, 47.) Jes. 17, 14. Jer. 13, 25. In regim. גּוֹרַל Ps. 125, 3. sic sec. Cthib Prov. 19, 19. (sed Kri habet גְּדָל־ a גָּדוֹל *magnus*). Cum Affixo גּוֹרָלִי Ps. 16, 5. in Plur. גּוֹרָלוֹת *sortes* Levit. 16, 8. 1 Chron. 24, 5. 29. Neh. 10, 25. etc. *Sortiri* dicitur הוטל, נתן, הפיל, השליך. ידה, ירה גורל, Jos. 18, 6. Joel. 4, 3. Jos. 18, 8. Ps. 22, 19. Levit. 16, 8. Prov. 16, 33.; vide haec vv. *Sors* alicui *evenit* (exit) est היה לו, יצא לו, עלה עליו גורל Levit. 16, 9. Num. 33, 54. Jos. 15, 1. Proverbialiter לא נָפַל עָלֶיהָ גּוֹרָל Ezech. 24, 6. *sine discrimine*.

גְּרַל semel legitur Prov. 19, 19. גְּרָל חֵמָה in Cthib; Schultens. vertit: *aspere scruposus iracundiae*, h. e. qui perpetuo ad iram quasi exasperatur. Kri: גְּדָל חֵמָה *valens irâ, iracundus*. Conspirant vett. interpretes.

גֶּרֶם m. 1) *os* Prov. 17, 22. Plur. גְּרָמִים cum Affixo גְּרָמָיו *ossa ejus* Job. 40, 18. Est autem *os majus*, ut עֶצֶם *os minus*. חֲמוֹר גֶּרֶם Gen. 49, 14. *asinus osseus* i. e. *ossibus valens*. Arabibus etiam جَرِيم est *corpore validus*, et جرم in laude jumenti ponitur. Ab *ossibus* igitur fluxit *roboris* notio. — 2) *ipse* (veluti עֶצֶם). 2 Reg. 9, 19. עַל גֶּרֶם הַמַּעֲלוֹת *super ipsosmet gradus*; v. Alb. Schultensii *Opp. min.* p. 132. Chald. גְּרַם in Targum. sexcenties. cf. Levit. 21, 9. Job. 1, 3. Reddi tamen etiam potest: *super aliquem e gradibus*, sec. Arab. جِرْم 1) *corpus*, 2) *sectio, pars*. v. Lud. de Dieu ad l. c. In alia omnia abeunt veteres interpretes.

גְּרַם m. Chald. *os*. Plur. גַּרְמִין, unde cum Affixo גַּרְמֵיהוֹן *ossa eorum* Dan. 6, 25.

גָּרַם *rosit (ossa)*, Verbum denom. a גֶּרֶם. Praet. plur. גָּרְמוּ *ossa rodunt, vorant* (ubi tamen alii conf. Syr. ܓܪܡ *abscidit, excidit,* ut sensus sit: *non abscindunt* h. e. reponunt *quidquam in posterum diem;* Chald. לָא מְרַבִּין לְצַפְרָא) Zeph. 3, 3. — Pih. Fut. 3 pers. יְגָרֵם (sc. עַצְמֹתֵיהֶם) Num. 24, 8. *rodet,* rodendo *nudabit* (ossa eorum); al. *confringet.* 2 pers. foem. in Pausa וְאֶת חֲרָשֶׂיהָ תְּגָרֵמִי Ezech. 23, 34. (calicem totum exsuges) *et* (adeo) *testas ejus rodes* i. e. lambes, ne guttam quidem vini in illis relictura; al. *confringes testas.*

גָּרַן rad. in Hebr. inusit., Arab. جَرَنَ *laevigatus est.*

גֹּרֶן f. in genere *locus complanatus et laevigatus, forum* 1 Reg. 22, 10. 2 Chron. 18, 9. (i. q. רְחוֹב), specialiter *area,* ubi fruges triturantur Gen. 50, 10. Num. 15, 20. 18, 30. 2 Sam. 6, 6. Ruth. 3, 2. etc. (Arab. جُرْن et جَرِين *locus ubi siccantur dactyli, area).* Metonymice sumitur pro ipso *frumento in area* Deut. 15, 14. Job. 39, 12. Cum ה paragog. גֹּרְנָה *in aream* Mich. 4, 12. cum Affixis בֶּן־גָּרְנִי *fili areae meae!* (quod de Israelitis trituratis quasi h. e. summas calamitates expertis dicitur) Jes. 21, 10. Plur. גֳּרָנוֹת *areae* 1 Sam. 23, 1. Joël. 2, 24. in regim. גָּרְנוֹת Hos. 9, 1.

גֹּרֶן אָטָד Gen. 50, 10. v. s. v. אָטָד.

גָּרַס *fractus, comminutus, contusus est.* Praet. foem. גָּרְסָה *fracta est* (anima mea perpetuo desiderio) Ps. 119, 20. Hiph. Fut. cum Vau convers. וַיַּגְרֵס *et fregit* (dentes meos) Thren. 3, 16. Syr. ܓܪܣ *comminuit, contudit,* ܓܪܝܣܐ *contusum.* Arab. جَرَشَ *contudit* (in partes etiam crassiores), جَرِيش *comminutus.* Hinc

גֶּרֶשׂ m. *contusum, comminutum* Levit. 2, 14. permutatis ס et שׂ. Cum Affixo גִּרְשָׂהּ Levit. 2, 16.

גָּרַע 1) *rasit* barbam Jer. 48, 37. (Syr. ܓܪܥ *rasit, abrasit, totondit).* — 2) *detraxit, subtraxit,* sq. מִן Exod. 5, 8. Job. 36, 7. oculos ab aliquo detrahere, h. e. negligere eum (omisso voc. עַיִן Ezech. 5, 11. ubi tamen alii legunt גדע), Exod. 5, 19. alicui detrahere pensum h. e. aliquid de penso; hinc sine Acc. rei *demere* (opp. יסף *addere)* Deut. 4, 2. Jer. 26, 2. Eccles. 3, 14., Lat. etiam *detrahere,* nos *abziehen.* — 3) *minuit, deminuit,* sq. Acc. rei Exod. 21, 10. Ezech. 16, 27. Job. 15, 4. ג׳ שִׂיחָה *deminuere preces,* i. e. precum officium elevare *(herabsetzen).* — 4) *sorpsit, resorpsit* (aquam), *bibit* (Arab. جَرَعَ *sorpsit,* v. Alb. Schultens. ad Job. 36, 27.) Job. 15, 8 (trop. sapientiam imbibere). Pahul foem. גְּרוּעָה Jes. 15, 2. secundum quosdam Codices, et גְּרֻעָה *rasa* Jer. 48, 37. Infin. constr. cum ל, לִגְרוֹעַ *demendum, detrahendum est* Eccles. 3, 14. Fut. אֶגְרַע Ezech. 5, 11. תִּגְרַע Deut. 12, 32. — Niph. נִגְרַע 1) *subtractus, detractus est* Num. 36, 4. 27, 4. 18. Exod. 5, 11. etiam imperson. Levit. 27, 18. — 2) *minutus, deminutus*

est Num. 36, 3. hinc *inferior fuit* Num. 9, 7. לָמָּה נִגָּרַע לְבִלְתִּי הַקְרִיב *cur inferiores simus ita ut non offeramus* etc. Fut. יִגָּרַע Num. 36, 3. et יִגָּרַע Num. 27, 4. — Pih. fut. יְגָרַע *subtrahit, attrahit* Job. 36, 27.

מִגְרָעוֹת Plur. foem. *diminutiones, contracturae, Absätze* 1 Reg. 6, 6.

גָּרַף *averrit, abluit, eluit,* (ܓܪܦ *converrit, abluit* v. Barhebr. Chron. p. 397. جَرَفَ *everrit, abluit*). Praet. cum Affixo גְּרָפָם *abluit eos* Jud. 5, 21. v. Lette ad h. l.

אֶגְרֹף m. *pugnus, manus firmiter convoluta* Exod. 21, 18. Jes. 58, 4. Apud posteriores Hebraeos symbolum *roboris* est, vid. Buxtorfii *Lex. Talmud.* col. 483.

מֶגְרָפָה f. Joel. 1, 17. *gleba,* coll. Arab. جُرْفٌ *gleba terrae quam aqua convolvit,* (al. minus apte: *pala lignea,* qua solum a luto mundatur, coll. Arab. مِجْرَفَة et Syr. ܡܓܪܦܬܐ *everriculum sordium.* v. Hartmann. linguist. Einl. p. 218.); cf. etiam Bocharti *Hieroz.* Tom. III. p. 301. ed. Lips.

גָּרַר I) 1) *traxit, rapuit* Prov. 21, 7. Habac. 1, 15. — 2) Arab. جَرَّ Chald. et Syr. ܓܪ *traxit, attraxit, retraxit.* Fut. יָגוֹר cum Affixo יְגֹרֵהוּ *trahit* vel *abripit eum* Habac. 1, 15. יְגוֹרֵם Prov. 21, 7. *abripiet eos.* — Niph. *ruminavit* (pr. retraxit cibum) coll. Arab. جَرَّ in Conjj. IV. et VIII. Syr. Ethp.; Fut. in Pausa יִגָּר *ruminabit* Levit. 11, 7. — Poel *dissecuit* (a *trahenda, ducenda serra,* coll. Arab. نَجَرَ, Syr. ܢܓܪ); unde Partic. Poal מְגוֹרָרוֹת *dissectae* 1 Reg. 7, 9. [Hiphil יַגִּיר Ps. 63, 11. pertinet ad rad. נָגַר quam vide]. — Hithpoh. סַעַר מִתְגּוֹרֵר Jer. 23, 19. *procella rapiens* h. e. gravis, vehemens, vel idem quod סַעַר מִתְחוֹלֵל *procella in gyrum se movens* Jer. 23, 19. (Alia habet Alb. Schultens. ad Prov. 21, 7.). — II) i. q. גלל, in derivatis גֵּרָה et גַּרְגַּר *granum.*

גָּרָה m. Job. 28, 4. פָּרַץ נַחַל מֵעִם גָּר *rumpit* (homo) *alveum de pede montis;* ita Schultensius, coll. Arab. جُرٌّ *pes montis,* a rad. جَرَّ *traxit trahendo post se duxit.* Sed potest etiam cum Rosenmuellero verti: *ex loco ubi versatur* (homo), ut מֵעִם גָּר dictum sit pro: מִמָּקוֹם אֲשֶׁר גָּר (אָדָם) בּוֹ, vel מֵעִם אֲשֶׁר גָּר שָׁם; nisi velis Umbreitio accedere, גָּר de *metallico* (qui in terrae visceribus quasi peregrinatur) explicanti totumque v. ita reddenti: *es bricht ein Strom aus an des Fremdlings Seite.*

גֵּרָה f. 1) *rumen, cibus qui ruminatur* Levit. 11, 3. 4. 5. 6. 7. 26 14, 7. Deut. 14, 6. 7. 9. — 2) *granum* (coll. Arab. جَرْجَر et Chald. גַּרְגְּרִי), pondus Hebraeorum minimum, quod sicli partem vicesimam efficiebat; videtur pr. fuisse *faba siliquae,* coll. Graec. κεράτιον. v. J. D. Michaelis in *Suppl.* p. 364. Exod. 30, 13. Levit. 27, 25. Num. 3, 47. 18, 16. Ezech. 45, 12.

אֲגוֹרָה f. 1 Sam. 2, 36. vulgo *obolus*, ut גֵּרָה, vid. sub rad. אגר.

גַּרְגַּר m. *granum, bacca*, coll. Chald. גַּרְגִּיר et Arab. جَرْجَرٌ. Plur. גַּרְגְּרִים *baccae* (olivarum) Jes. 17, 6.

גַּרְגְּרָה f. *guttur, faux*, Arab. جَرْجَرَ *cum murmure per guttur demisit*. In Plur. cum Affixo גַּרְגְּרֹתֶיךָ *fauces tuae, guttura tua* Prov. 1, 9. 3, 3. 22. 6, 21.

גָּרוֹן m. (cum Kametz mutabili, Forma petita a גרה): 1) *guttur* unde vox exit, Ps. 69, 4., hinc קְרָא בְגָרוֹן *pleno gutture clamare* Jes. 58, 1., הָגָה בִּגְרוֹן Ps. 116, 7., רוֹמְמוֹת אֵל בִּגְ Ps. 149, 6.; hinc Ps. 5, 10. *guttur eorum simile est sepulcro aperto*, i. e. non loquuntur nisi perniciem allatura aliis. — 2) *guttur* quo bibitur, Jer. 2, 25. — 3) *jugulum, collum* Jes. 3, 16 (*erecto jugulo incedunt*, h. e. altos spiritus gerunt). Cum Affixis גְּרוֹנִי Ps. 69, 4. גְּרֹנֵךְ cum Cholem defectivo, sec. Kri Jer. 2, 25., in cujus signum Masorethae ו scriptionis plenae in Cthib, pro more suo, trajecerunt.

מְגֵרָה f. *serra qua ligna dissecantur* 2 Sam. 12, 31. 1 Reg. 7, 9. 1 Chron. 20, 3. Plur. מְגֵרוֹת 1 Chron. 20, 3.

גְּרָר Nom. propr. urbis Philistaeorum Kades inter et Schur Gen. 26, 1. 27. Distabat ab Eleutheropoli meridiem versus 25 mill., ut auctor est Hieron. ad Gen. 22, 3.

גָּרַשׁ 1) *pepulit, expulit, eiecit*, propr. Jes. 57, 20. יִגְרְשׁוּ מֵימָיו רֶפֶשׁ *expellunt, eiectant aquae coenum*; deinde *finibus expellere, eiicere* gentem Exod. 34, 11., domo eiicere h. e. *repudiare* uxorem Levit. 21, 7. 22, 13. Num. 30, 3. Ezech. 44, 22. Hinc 2) *vacuefecit, evacuavit* Ezech. 36, 5. v. infra מִגְרָשׁ. — Niph. 1) *pulsus, expulsus est* Jon. 2, 5. — 2) *propulsus, impulsus est* Am. 8, 8. וְנִגְרְשָׁה *et propelletur*, huc illuc agitabitur, commovebitur (Chald. *id.*); Jes. 57, 20. יָם נִגְרָשׁ *mare impulsum* h. e. agitatum. — Pih. גֵּרֵשׁ *pepulit, expulit* Gen. 21, 10. Prov. 22, 10. Jud. 2, 3. Exod. 23, 28. Gen. 4, 14. Praet. cum Suffixo et Vau convers. וְגֵרַשְׁתָּמוֹ Exod. 23, 31. Infin. גָּרֵשׁ Exod. 11, 1. 1 Chron. 17, 21. Fut. יְגָרֵשׁ Exod. 11, 1. Plur. cum Nun paragog. תְּגָרְשׁוּן Mich. 2, 9. — Pyh. Praet. Plur. גֹּרְשׁוּ *expulsi sunt* Exod. 12, 39. Fut. Plur. in Pausa יְגֹרָשׁוּ *expellebantur*, vel *expelluntur* Job. 30, 5.

גֶּרֶשׁ m. *proventus* Deut. 33, 14. Sed גֶּרֶשׂ vid. supra sub rad. גרס.

גְּרוּשָׁה f. *expulsio*, unde Plur. cum Affixo גְּרֻשֹׁתֵיכֶם *expulsiones vestrae* Ezech. 45, 9.

מִגְרָשׁ m. 1) Infinit. Aram. (ut מִקְרָא Num. 10, 2. v. Gesen. Lehrgeb. p. 304.) *evacuare* (al. depascere coll. Arab جرس) Ezech. 36, 5. — 2) *suburbium*, h. e. spatium mille cubitorum ab omni parte urbium Levitis concessarum, quod pascendo pecori inserviebat, ut Levit. 25, 34. Num. 35, 2. coll. Jos. 21, 2. et rad. Arab. جشر. — 3) in univ. *spatium* quod urbem aliquam undique cingit Ezech. 48, 17. 27, 28. etiam de *pomoerio templi* Ezech. 45, 2. In regim. מִגְרַשׁ Levit. 25,

34. 2 Chron. 31, 19. Plur. מִגְרָשִׁים, in regim. מִגְרְשֵׁי Num. 35, 4. 5 1 Chron. 5, 16. cum Affixo מִגְרָשֶׁיהָ Jos. 21, 11. 13. 14. 15. etc.

מִגְרָשָׁה f. *suburbium*, semel in Plur. occurrit, מִגְרְשׁוֹת Ezech. 27, 28. qui tamen Plur. potest etiam a מִגְרָשׁ derivari.

גֵּרְשֹׁם Nom. propr. 1) filii Mosis Exod. 2, 22. 18, 3. — 2) filii Levi 1 Chron. 6, 1.; al. גֵּרְשׁוֹן Gen. 46, 11. Exod. 6, 16.

גָּשַׁם propr. *crassus fuit*, ut Arab. جسم et جشم *gravi mole incumbere*. Sed Part. Hiph. plur. מַגְשִׁימִים *pluentes, pluere facientes* Jer. 14, 22. a sq. Nomine significationem accepit.

גֶּשֶׁם m. *pluvia magna, imber* Gen. 7, 2. 8, 2. 1 Reg. 17, 7. 14. 2 Reg. 3, 17. etc. Plur. גְּשָׁמִים *imbres* Esr. 10, 9. 13. In regim. גִּשְׁמֵי Ezech. 34, 26. cum Affixo גִּשְׁמֵיכֶם imbres *vestri* Levit. 26, 4. etc.

גֹּשֶׁם m. *id.* unde cum Affixo גֻּשְׁמָהּ Ezech. 22, 24.

גְּשֵׁם m. Chald. *corpus*, a *crassitie*. Cum Affixis גִּשְׁמֵהּ *corpus ejus* Dan. 4, 30. 5, 21. Foem. גִּשְׁמַהּ *id.* Dan. 7, 11. cum Segol גֶּשְׁמְהוֹן Dan. 3, 27. 28. sed in posteriore loco Cthib habet גֶּשְׁמֵיהוֹן in Plur.

גֹּשֶׁן Nomen proprium 1) partis Aegypti, Philistaeis finitimae, in qua Israelitae per 430 annos habitarunt Gen. 45, 10. 46, 29. Exod. 13, 17. al. Ex sententia J. D. Michaelis in *Suppl.* pertinuit a Philistaea usque ad ostium Tanaiticum, in quo *Casius* mons, nomine *Gosenitidi* vicinus, et a Raphia s. a mari mediterraneo, confiniis Palaestinae et Aegypti, usque ad Heroopolim, non tamen exclusa magna Arabiae Aegyptiae ab Austro Heroopolis et Heliopolis parte. Jablonski vero *in Dissertt. VII. de terra Gosen* (rep. in Opusc. ed. te Water. Tom. II. p. 77 sqq.) pugnat pro Heracleopolitana insula et praefectura, (νόμος Ἡρακλεώτης Graecis appellatur), parum verisimiliter. — 2) oppidi in tribu Judae Jos. 10, 41. 11, 16. 15, 51.

גְּשׁוּר Nomen proprium trium regionum a *pontis*, ut videtur, vicinia (جِسْر enim, גִּשְׁרָא et ܓܶܫܪܳܐ *pons* est) dictarum: 1) terrae ab oriente Jordanis, in Gileaditidis vicinia, a Cananaeis inhabitatae Deut. 3, 14. Jos. 12, 5. 13, 13. 1 Chron. 2, 23. — 2) terrae ab austro Palaestinae, et quidem tribus Judae, in Philistaeorum vicinia, Jos. 13, 2. 1 Sam. 27, 8. coll. 10. — 3) Gesurae Aramaeae (גשור בארם), de cujus positu nihil certi constat, sed fortasse ultra Hamatham sita fuit, 2 Sam. 3, 3. 13, 37. 15, 8. 1 Chron 3, 2. v. Relandi *Palaest.* p. 77. 78. J. D. Michaelis *Suppl.* p. 381. Hinc גְּשׁוּרִי *Gesuraeus.*

גָּשַׁשׁ *palpavit, contrectavit*, proprie *explorandi* causa, (coll. جاس *scrutatus est, pervasit quaerendo*). Arab. جَسَّ Syr. ܓܰܫ Chald. גַּשֵּׁשׁ *palpavit.* In Kal inusit.; Pih. Fut. cum ה paragog. נְגַשְׁשָׁה כַעִוְרִים קִיר (emisso Dagesch) *palpamus ut coeci parietem*, i. e. non habemus, quo nos vertamus, non patet exitus e tam stipato calamitatum agmine Jes. 59, 10. Sed יָגִּשׁ Job. 40, 19. vid. sub נָגַשׁ.

גַּת f. *cupa* in qua uvae conculcantur pedibus, unde dicitur דָּרַךְ גַּת *calcavit cupam*; vulgo *torcular*: sed torcular cochlea intorquetur (conf. יֶקֶב); Jud. 6, 11. Jes. 63, 2. Joel. 4, 13. Thren. 1, 15. Sec. Hillerum in *Onom. S.* p. 808. et in *Hierophyt.* P. I. p. 293. per Syncopen litterae Nun et per Aphaeresin primae radicalis Jod dicitur pro יְגֶנֶת (יְגִנַּת), a rad. Arab. وجن *contudit, subegit, pressit*, ut Lat. *prelum* dicitur quasi *premulum*, a *premendo*. Plur. גִּתּוֹת (mutato Patach in Chirek, ut in aliis Defectivis) *cupae* Neh. 13, 15.

גַּת Nomen propr. *urbis Philistaeorum* Jos. 11, 22. 13, 3. 1 Sam. 6, 17. 2 Chron. 26, 6. Am. 1, 7. al. v. Relandi *Palaest.* p. 786. — גַּת הַחֵפֶר fuit *urbs Sabulonitarum* Jos. 19, 13. — גַּת רִמּוֹן *urbs* et *Danitarum* Jos. 19, 45. et *Manassitarum* Jos. 21, 25; utraque concessa Levitis Jos. 21, 24. 25. v. Relandum l. c. Hinc גִּתִּי Nom. gentil. Jos. 3, 3. 2 Sam. 6, 10.

גִּתַּיִם *urbs Beniaminitica* Neh. 11, 33. forte eadem ac Gittaim quam filii Rimmon postea profugi inhabitarunt 2 Sam. 4, 2. 3., nisi extra fines Palaestinae, in terra Philistaeorum, quaeratur; legere enim etiam posses גַּת יָם *Gath ad mare* sita, portus *Gathensium*, v. J. D. Michaelis *Bibl. Or.* T. 13. p. 221.

גִּתִּית f. Ps. 8, 1. 81, 1. genus *instrumenti musici*, quod unde denominatum sit, dubium plane est. Alii deducunt ab urbe *Gath* Philistaeorum, vel a *Gath Rimmon*, urbe Levitarum (v. supra), ubi forsitan inventum vel maxime frequentatum fuit. Ad גַּת *cupam (torcular)* refert J. D. Michaelis in *Suppl.*, quasi fuerit instrumentum, ad quod cantica, vindemiae et uvarum calcationis tempore maxime frequentata, canerentur (Graecis etiam fuerunt ὕμνοι ἐπιλήνιοι). v. Pfeiffer. *v. d. Musik d. Hebr.* p. 33. Alior. opiniones recensuit Rosenmueller. Scholl. in Psalm. T. I, p. XXXVIII sqq.

גֶּתֶר Nomen propr. populi aramaei, de quo nihil certi constat Gen. 10, 23. Clericus ad l. c. suspicatur innui *Cartharae*, urbis ad Tigrim, incolas; Bochartus vero in *Phal.* lib. 2. c. 10. p. 92. accolas fluvii *Centritis* Carduchaeos ab Armeniis dirimentis dictos putat. Quo concesso forte גֵּתֶר (pro גֵּנְתֶר) scribendum esset. v. etiam J. D. Michaelis *Spicil.* T. II, p. 158. et *Suppl.* p. 383.

ד.

דָּא *haec, hoc, ista, istud,* Pronomen Chald. *Demonstrativum* sing. foem. Dan. 4, 27. 5, 6. 7, 3. 8. דָּא לְדָא *hoc ad illud, invicem* Dan. 5, 6 (אַרְכֻבָּתֵהּ דָּא לְדָא נָקְשָׁן Vulg. *genua ejus ad se invicem collidebantur*). Finitimum est Pronomini Hebr. זֶה vel זוֹ, mutato, ut fit, ז in ד et Cholem in Kametz.

דָּאַב *defatigatus est, languit, contabuit* (ut ذَابَ Arab. de viribus fractis v. rad. אָדַב. Finitimum ذاب *contabuit caro aegri,* quod etiam de

moerore animi dicitur in vers. Arab. Ps. 207, 26.). Praet. foem. דָּאֲבָה *contabuit* (oculus meus prae moerore) Ps. 88, 10. Infinit. cum ה paragog. דַּאֲבָה *languere* Jer. 31, 12.

דְּאָבָה f. *sollicitudo, moeror* Job. 41, 14.

דְּאָבוֹן m. *defatigatio.* דַּאֲבוֹן נֶפֶשׁ *defatigatus*, confectus moerore *animus* Deut. 28, 65.

דָּאַג 1) *sollicitus fuit* Ps. 38, 19., sq. לְ Pers. *de aliquo* 1 Sam. 9, 5. 10, 2. 2) *sollicite et anxie timuit,* vel *ab aliqua re,* sq. מִן Jer. 42, 16. Ps. 38, 19., vel aliquid, aliquem, sq. Accus. Jer. 38, 19. Jes. 57, 11. (Originem quaerunt in *motu crispato* aquarum coll. Jer. 49, 23., qui Graecis φρὶξ et φρίκη dicitur. v. N. G. Schroeder in *Observv.* p. 104. Alb. Schultens. *Origg.* p. 6). Fut. יִדְאַג Jer. 17, 8. Ps. 38, 19.

דְּאָגָה f. *sollicitudo* Jos. 22, 24. *terror* Jer. 49, 23 (בַּיָּם דְּאָגָה *in mari* h. e. in maris insulis *terror, consternatio est),* conjunctum cum רְגָזָה et רַעַשׁ Ezech. 12, 18. et oppos. דָּבָר טוֹב *bonae rei quae animum exhilarat* Prov. 12, 25.

דֹּאֵג Nom. propr. Idumaei, qui fuit in aula Sauli pastorum princeps. 1 Sam. 21, 8. 22, 9.

דָּאָה *volavit.* Fut. יִדְאֶה *volabit, volat* Deut. 28, 49. Jer. 48, 40. 49, 22. cum Vau convers. (apocop.) וַיֵּדָא *et volavit* Ps. 18, 11. Sed de loco 2 Reg. 17, 21. v. sub rad. נדא.

דָּאָה f. *milvus* Levit. 11, 14. fortasse a *volatu,* qui in eo eximius est: altissime enim volat, nec facile delassatur. Pro דָּאָה Deut. 14, 13. recurrit רָאָה (a ראה *vidit,* ob *visus* acumen, unde *milvini oculi* apud Apulejum pro *acutis),* litteris ד et ר permutatis (nisi forte est librariorum error). v. Bochart. *Hieroz.* Tom. II, p. 777. Cet. cf. Michaelis Fragen p. 303 sqq.

דֹּבֶא m. *quies,* a rad. Arab. دَبَأَ *quievit,* ut jam ostendit Pfeiffer. in Dub. vex. p. 320. Parum probabiliter Hottingerus in *Smegm. Orient.* per Arab. دُبِيَ *opes, facultates,* Majus autem ad Cocceji *Lex.* p. 21. per *affluentiam* exponit ex significatione radicis Chald. דבא *fluere fecit.* Occurrit cum Suffixo in Pausa, דָּבְאֶךָ *quies tua* (quietus, pacatus status tuus) Deut. 33, 25. v. Rosenmueller. ad h. l. [ubi Textus Samarit. habet רְבֵיךָ, quod emendationis manifestam speciem prae se fert].

דָּבַב *repere, irrepere.* Unde דּוֹבֵב Cant. 7, 9. de *vino leniter* per guttur delabente, coll. Arab. دَبَّ *leniter incessit, paulatim fluxit, irrepsit* v. Schultens. in *Notis* ad Haririum p. 20. in *Comment.* ad Prov. 25, 10. et in *Clave Dialectorum* p. 202. Michael. Suppl. p. 385.

דֹּב et (cum Cholem pleno) דּוֹב epicoen. *ursus* 1 Sam. 17, 34. 36. 37. 2 Sam. 17, 8. Prov. 17, 12. 18, 15. etc. a *lento incessu* sic dictus, quo *repere* magis, quam gradi videtur, sec. Majum et Schultensium, vel, ut Bocharto placet, quod animal est *maxime villosum,* coll. rad. Arab.

دَبَّ *pilosus fuit*, unde et Graec. δασύλλις vocatur; nisi potius haec radicis Arab. significatio ab *urso* petita est. Plur. דֻּבִּים *ursi* 2 Reg. 2, 24. Jes. 59, 11. Arab. دُبّ *ursus* et دُبَّة *ursa*.

דֹּב Chald. *id.* Dan. 7, 5.

דִּבָּה f. *obtrectatio, diffamatio, calumnia,* coll. Arab. دَبُوب *reptitius, lente incedens,* it. *qui clanculum obtrectat ac nocet,* et دَبَّ in Conj. IV. *increpavit aliquem ob calumnias,* unde proverbium Arab. دبت العقارب *reptant scorpiones ejus* i. e. *calumniae et obtrectationes.* Sumitur tam *active,* ut דִּבַּת רַבִּים *obtrectatio multorum,* qua multi me insectantur Jer. 20, 10. Ps. 31, 14., quam *passive, obtrectatio* sive *infamia,* quae de aliquo spargitur, ut Gen. 37, 2. Num. 13, 32. 14, 36. Prov. 10, 18. 25, 10. Metonymice designat *eum cui obtrectatur* Ezech. 36, 16. Cum Affixo דִּבָּתְךָ Prov. 25, 10. J. D. Michaelis in *Suppl.* confert ܛܒܐ *fama,* et טִבָּא *infamia.*

דבח Chald. *sacrificavit,* i. q. Hebr. זָבַח. Part. Praes. plur. דָּבְחִין *sacrificantes, sacrificant* Esr. 6, 3.

דְּבַח m. Chald. *sacrificium,* Hebr. זֶבַח, unde Plur. דִּבְחִין Esr. 6, 3.

מַדְבַּח m. Chald. *altare in quo sacrificatur.* In Statu emphat. מַדְבְּחָה Esr. 7, 17.

דִּבְיוֹנִים Plur. m. *stercora columbarum,* sec. Kri 2 Reg. 6, 25. Vulgo compositum esse volunt ex Chald. דֹּב *fluxus* (a דוב *fluere*), et יוֹנִים *columbae;* alii Formae convenientius ex inusit. דִּבָא *fluxus, profluvium,* a rad. inusit. דבא *affluxit, profluxit,* Chald. *fluere fecit,* quocum convenit Arab. דבב *paulatim fluxit,* et נדב *effluxit.* Sed Cthib habet חֲרֵי יוֹנִים, quod vid. sub rad. חרא.

דבל rad. in Hebr. inusit., Arab. دَبَلَ *in unum coëgit* idque rotundiore forma.

דְּבֵלָה f. *palatha, massa ficuum aridarum compressa,* 1 Sam. 30, 12. Syr. ܕܒܠܬܐ id. [Male ab Arab. ذَبَلَ *flaccuit, marcuit,* derivant Bochartus in *Canaan* p. 705. et Pocockius ad Tograi *Carmen Arab.* p. 31. Sic enim scribendum foret cum ז, זבלה]. Ficus in massas redigi docet Columella L. XII. c. 15. J. E. Faber ad *Harmari* observv. T. I, p. 390. add. Celsii Hierobot. II, p. 377 sqq. In regim. occurrit דְּבֶלֶת 2 Reg. 20, 7 (ubi adjectum est הָאֵנִים). Plur. דְּבֵלִים *palathae* 1 Sam. 25, 18. 1 Chron. 12, 40.

דִּבְלָתַיְמָה Num. 33, 46. et בֵּית דִּ׳ Jer. 48, 22. oppidum Moabitarum, quod Hieronymo appellatur *Deblatai.* Eadem est, ut videtur, דִּבְלָה Ezech. 6, 14. v. Rosenmueller. ad h. l.

דָּבֵק et דָּבַק 1) *adhaesit.* (Verb. denominat. ab Arab. دِبْق *planta,* ex

qua viscus nascitur, *viscus* ipse. Syr. ܕܒܩܐ *arbor*, ex qua viscus nascitur, ܕܒܩܐ *viscus* ipse. Unde دبق *firmiter ceu visco adhaesit*, in Conj. II. *visco junxit*). Dicitur a) *proprie* (de compactione et adhaesione qualibet), sq. בְּ Job. 19, 20., sq. לְ Ps. 102, 6., sq. אֶל Jer. 13, 11. — b) *translate* de iis, qui alicui addicti, dediti sunt, sq. אַחֲרֵי Ps. 63, 9., sq. בְּ Gen. 2, 24. Ps. 44, 26. 2 Sam. 20, 2., sq. לְ 1 Reg. 11, 2.; hinc דָּ׳ בַּיהוָה *Jovae addictum esse* Jos. 23, 8. (κολλᾶσθαι τῷ κυρίῳ 1 Cor. 6, 17.). — 2) *Persecutus, assecutus est, attigit*, sq. Acc. Gen. 19, 19., sq. אַחֲרֵי Jer. 42, 6. — Praet. foem. in Pausa דָּבֵקָה Job. 29, 10. Infin. constr. cum ה paragog. דָּבְקָה Deut. 11, 22. 30, 20. Jos. 22, 5. Fut. תִּדְבַּק Deut. 10, 20. Foem. cum Nun paragog. et in Pausa תִּדְבָּקִין Ruth. 2, 8. 21. יִדְבַּק Ps. 101, 3. Foem. cum Affixo תִּדְבָּקַנִי Gen. 19, 19.

Notandae duae locutiones: 1) Deut. 13, 18. וְלֹא יִדְבַּק בְּיָדְךָ מְאוּמָה *nec adhaereat manibus tuis quidquam* (de rebus devotis), h. e. ne quidquam surripias, suppiles; — 2) *lingua adhaeret palato*, quod duobus modis dicitur: a) Thren. 4, 4. דָּבַק לְשׁוֹן יוֹנֵק אֶל־חִכּוֹ *adhaeret lingua lactantis palato* sc. prae siti, coll. Ps. 22, 16; — b) Job. 29, 10. וּלְשׁוֹנָם לְחִכָּם דָּבֵקָה *et lingua eorum* (principum) *palato adhaesit*, h. e. siluerunt, obmutuerunt me praesente, summa quippe reverentia ducti (coll. Ezech. 3, 26.). *Silendi* notionem habet etiam Ps. 137, 6.

Pyh. Fut. Plur. in Pausa יְדֻבָּקוּ *conglutinantur, cohaerent* Job. 38, 38. 41, 9.

Hiph. הִדְבִּיק 1) *adhaerere fecit* Ezech. 3, 26. לְשׁוֹנְךָ אַדְבִּיק אֶל־חִכֶּךָ *adhaerere faciam linguam tuam palato tuo* (v. supra); 29, 4. הִדְבַּקְתִּי דְּגַת יְאֹרֶיךָ בְּקַשְׂקְשֹׂתֶיךָ *adhaerere faciam pisces fluminum tuorum squamis tuis* (quod poet. dictum est de Aegyptiis Pharaoni adhaerentibus), translate Jer. 13, 11 (*Jovae adhaerere feci*). — 2) *persecutus est*, sq. vel Acc. pers. vel אַחֲרֵי Jud. 20, 45. 1 Sam. 14, 22. 31, 2.; it. *assecutus est, attigit*, sq. Acc. Gen. 31, 23 (ubi praecedit רדף *persequi*). Jud. 20, 42. v. statim. — 3) *assequi, attingere fecit* Deut. 28, 21. — Praet. cum Affixo in Pausa הִדְבִּיקָתְהוּ (bellum) *assecutum est*, attigit *illum* vel *unumquemque illorum* Jud. 20, 42. Plur. cum Affixo הִדְבִּיקֻהוּ 2 Sam. 1, 6. Fut. אַדְבִּיק Ezech. 3, 25. cum Vau convers. וַיַּדְבֵּק Gen. 31, 23. Plur. וַיַּדְבִּיקוּ Jud. 18, 23. וַיַּדְבְּקוּ 1 Sam. 14, 22. 31, 2. (ex terminatione Sing. יַדְבֵּק vel ex Chaldaismo, in quo Zere vel Chirek sub media radicali in Hiphil transit in Schwa). — Hoph. Part. מֻדְבָּק *agglutinatus* Ps. 22, 16. v. Chr. Bened. Michaelis *lumina Syr.* p. 33.

דְּבַק Chald. *id.* unde Part. Praes. Plur. דָּבְקִין *adhaerentes, cohaerentes* Dan. 2, 43.

דָּבֵק m. *adhaerens*, et proprie, 2 Chron. 3, 11., et translate: *deditus*, 2 Reg. 3, 3. Prov. 18, 24. Plur. דְּבֵקִים Deut. 4, 4.

דֶּבֶק m. 1) *ferrumen*, quo laminae inter se compinguntur Jes. 41, 7. 2) *junctura, commissura*. Hinc Plur. דְּבָקִים 2 Reg. 22, 34. 2 Chron. 18, 33.

דָּבַר. Propria vis vocabuli inesse videtur in *nectendo serendoque*. cf. Schultens, Opp. min. p. 124. et Wilmet Lex. Arab. p. 268. Inde duplex

orta est potestas: 1) *agendi, ducendi,* coll. Syr. ܕܒܰܪ, Chald. דְּבַר *duxit,* Arab. دَبَرَ *ductus est,* Conj. II. *duxit,* it. *rexit* populum, Chald. מְדַבְּרָא *dux, gubernator.* add. Hebr. דִּבְּרָה, דֹּבֶר, מִדְבָּר; 2) *loquendi,* quemadmodum Lat. dicunt *verba serere.* v. infra. Sed a *ducendi* notione denuo proficiscitur duplex significatio: α) *sequi, sectari, a tergo* (pone) *esse;* gregem enim pastor sequi solet; coll. Arab. دَبَرَ *pone fuit,* دُبُرٌ *postica,* Hebr. דְּבִיר; β) *insidiari,* quod qui faciunt, a tergo adoriuntur alios; coll. دَبَرَ Conj. II.; hinc *perdere* cf. Hebr. דֶּבֶר.

In *Kal* non occurrit, nisi a) Part. praes. דֹּבֵר *loquens* Exod. 6, 29. Num. 32, 27. etc. Plur. דֹּבְרִים *loquentes* Num. 36, 5. Ps. 109, 20. in regim. דֹּבְרֵי Ps. 5, 7. 28, 3. Foem. Plur. דֹּבְרוֹת Num. 27, 7. Ps. 31, 18. b) Part. Pahul דָּבוּר *dictum* Prov. 25, 11. c) Infin. constr. דְּבֹר, unde cum Affixo in Pausa דַּבְּרֶךָ *loqui tuum* Ps. 51, 6.

Pihel דִּבֶּר et דִּבֵּר 1) *locutus est.* v. statim; — 2) *perdidit, delevit* 2 Chron. 22, 10. וַתְּדַבֵּר אֶת כָּל־זֶרַע *et delevit universam stirpem,* Lxx. καὶ ἀπώλεσε πᾶν το σπέρμα etc. (sed Gen. 34, 13. videtur וַיְדַבֵּרוּ pertinere ad ea, quae v. 14. sequuntur, praesertim cum adjectum sit בְּמִרְמָה, in quo solo voc. *doli atque insidiarum* notio inest; Lxx. ἐλάλησεν αὐτοῖς). — *Loqui* autem significat דִּבֶּר absolute Num. 12, 2. Ps. 115, 5. 135, 16. Job. 32, 7. 16. itaque differt ab אָמַר eo, quod דבר simpliciter ponitur (ut in lingua germanica *reden*), אמר vero ipsa verba quae quis dixerit juncta habet (ut in lingua germanica *sagen*). Ab hoc tamen usu recedunt libri Regum et *Ezechielis* vaticinia, in quibus דבר sexcenties usurpatur ita, ut in simili phrasi ceteri scriptores אמר usurpant. cf. 1 Reg. 21, 5. 6. 2 Reg. 1, 7. 9. 10. 12. Ezech. 40, 4. In his igitur locis supplendum videtur verbum אמר (לֵאמֹר). — *Loqui cum aliquo, colloqui,* constr. cum בְּ personae Zach. 1, 9. Num. 12, 8., cum עִם pers. Deut. 5, 4., cum אֶת pers. Gen. 23, 8., cum לִפְנֵי pers. Exod. 6, 12., cum עַל pers. Jer. 42, 19. — *Loqui de aliquo* vel *de aliqua re* constr. vel cum בְּ Deut. 6, 7. 1 Sam. 19, 3. Ps. 119, 23. vel cum Accus. Ezech. 39, 8. Ruth. 4, 1. (cf. λέγειν τινα). *Contra, in aliquem loqui* constr. cum עַל Deut. 13, 6. Ps. 109, 20. vel cum בְּ Num. 21, 7. Ps. 50, 20. *Per aliquem loqui, interprete aliquo uti,* est דבר sq. בְּ Num. 12, 2. 2 Sam. 23, 2. (al. בְּיַד פּ). Haud raro additur nomen *verbi* seu *mandati, vaticinii, mendacii,* stultitiae etc. in Accusativo, ut דִּבֶּר אֱמֶת, דְּבָרִים, שְׁקָרִים Gen. 24, 33. 2 Reg. 18, 26. Jer. 23, 28. Ps. 101, 7. Jes. 32, 6.; qui Accusativus passim adverbialiter sumendus est, ut דַּבֵּר שָׁלוֹם *amice loqui* Ps. 25, 20. 120, 7.

E contextu hic illic verti potest: a) *statuere, decernere* 2 Reg. 14, 27. — b) *admonere, verbis castigare aliquem,* sq. אֶל 1 Sam. 25, 17. etc. — c) *promittere* Gen. 21, 1. Exod. 12, 25. Deut. 1, 11. al., quo sensu constr. cum עַל 1 Reg. 2, 4. Jer. 25, 13., cum אֶל Exod. 32, 13. — d) *minari alicui,* constr. cum עַל, אֶל et לְ pers. Exod. 32, 14. 1 Sam. 28, 17. 1 Reg. 14, 11. 16, 12. 2 Reg. 10, 10. Jer. 16, 10. etc. — e) *praecipere, jubere* (v. אָמַר), constr. cum אֶל et אֶת pers. et Accus. rei Gen. 12, 4. Exod. 1, 17. 23, 22. Jes. 65, 12. Levit. 10, 5. Num. 5, 4. Deut. 2, 1.

1 Sam. 16, 4. etc. — f) *celebrare* Ps. 40, 6., spec. *carmine celebrare, carmen canere* Deut. 32, 1. Jud. 5, 12. Sic דָּבָר *carmen.* — g) *litigare, disceptare coram judice* 1 Reg. 3, 22. Ps. 127, 5.

Insuper notandae sunt hae phrases: 1) דִּבֶּר טוֹב (טוֹבָה) עַל פ׳ *bonum* (bene) *loqui super aliquo,* h. e. a) *in alicujus salutem loqui* Esth. 7, 9. (coll. 6, 2.), *pro aliquo loqui, intercedere* (ap. alium) Jer. 18, 20., quo sensu etiam בְּ pers. additum est 1 Sam. 19, 4.; b) *bona, fausta alicui polliceri, promittere* (de Deo) Num. 10, 29. 1 Sam. 25, 30. Contrarium est ד׳ רָעָה עַל פ׳ *mala, perniciosa* vel *minitari* Jer. 11, 17. 19, 15. vel *decernere* 1 Reg. 22, 23. — 2) דִּבֶּר טוֹבוֹת אֶת, אֶל פ׳ *blande cum aliquo loqui, aliquem alloqui* 2 Reg. 25, 28. Jer. 12, 6. Paullo aliter Gen. 24, 50. לֹא נוּכַל דַּבֵּר אֵלֶיךָ רַע אוֹ טוֹב *non possumus loqui ad te malum aut bonum,* h. e. non repugnabimus. — 3) דִּבֶּר עַל לֵב פ׳ (παραμυθεῖσθαι) *humane* aliquem *alloqui* 2 Chron. 30, 22. 32, 6. spec. *consolari* Gen. 34, 3. 50, 21. al. — 4) דִּבֶּר עַל לִבּוֹ Gen. 24, 45. 1 Sam. 1, 13. vel ד׳ עִם לִבּוֹ Coh. 1, 16. est *loqui apud animum suum,* h. e. *cogitare;* sed Ps. 15, 2. דֹּבֵר אֱמֶת בִּלְבָבוֹ *loquens vera in corde suo,* dicitur is, qui, quae ore proloquitur, eadem corde premit.— 5) ד׳ שָׁלוֹם אֶת, עִם פ׳ *amice cum al. loqui* Ps. 28, 3. Jer. 9, 7. sed ד׳ שָׁלוֹם בְּפ׳ est *loqui bona in al.,* h. e. *bona precari alicui* Ps. 122, 8. et ד׳ שָׁלוֹם לְ Est. 10, 3. *pro salute al. loqui.* — 6) ד׳ מִשְׁפָּט אֶת פ׳ *sententiam in aliq. pronunciare* 2 Reg. 25, 6. Jer. 1, 16. al. sed ד׳ מִשְׁפָּטִים אֶת est *litigare, contendere cum aliquo.* — 7) ד׳ לְאִשָּׁה Jud. 14, 7. *loqui ad mulierem,* est *virginem poscere, expetere* (in matrimonium). Adde 1 Sam. 25, 39. וַיְדַבֵּר דָּוִד בַּאֲבִיגַיִל לְקַחְתָּהּ לוֹ לְאִשָּׁה, et Cant. 8, 8. מַה־נַּעֲשֶׂה לַאֲחֹתֵנוּ בַּיּוֹם שֶׁיְּדֻבַּר־בָּהּ *quid faciemus sorori nostrae illo die, quo expetetur, poscetur illa* (in matrimonium). — 8) ד׳ דְּבָרִים *verba loqui,* h. e. ut Latini dicunt, *verba dare* Hos. 10, 4.

Praet. דִּבֶּר et (in media sententia) irregulariter cum Segol, דִּבֶּר (v. GESEN. Lehrgeb. p. 314.) Gen. 12, 4. 17, 23. Exod. 1, 17. Levit. 10, 3. Num. 5, 4. etc. Part. מְדַבֵּר Gen. 27, 6. Deut. 4, 33. Plur. מְדַבְּרִים Exod. 6, 27. Esth. 6, 14. Foem. מְדַבֶּרֶת 1 Sam. 1, 13. 1 Reg. 1, 14. Plur. מְדַבְּרוֹת Jes. 19, 18. Infin. cum Affixo דַּבְּרוֹ pro דַּבֵּר עִמּוֹ, *loqui cum eo* Gen. 37, 4. (conf. similes constructiones Jud. 16, 3. Ps. 5, 5. 94, 20. 109, 3. Job. 31, 18.). Imper. דַּבֵּר Gen. 24, 33. Plur. in Pausa דַּבֵּרוּ Jud. 19, 30. Fut. אֲדַבֵּר Exod. 23, 22. cum ה paragog. אֲדַבְּרָה 2 Sam. 14, 15. Job. 7, 11. in Pausa אֲדַבֵּרָה Job. 16, 4. Ps. 50, 7. יְדַבֵּר *loquetur* Exod. 4, 4. Foem. וַתְּדַבֵּר *et locuta est* Gen. 39, 17. Num. 12, 1. it. *et delevit* 2 Chron. 22, 10. cum Nun paragog. תְּדַבְּרוּן Gen. 32, 19. et simul in Pausa תְּדַבֵּרוּן Ps. 58, 2. Pyh. Part. מְדֻבָּר Ps. 87, 3. Fut. יְדֻבַּר Cant. 8, 8.

Niphal נִדְבַּר *colloqui,* sq. vel בְּ Ezech. 33, 30. Ps. 119, 23. vel עַל pers. Mal. 3, 13. (sensu reciproco). Praet. plur. נִדְבְּרוּ *collocuti sunt, locuti sunt inter se* Malach. 3, 16. in Pausa נִדְבָּרוּ Ps. 119, 23. Part. plur. נִדְבָּרִים *loquentes inter se, colloquentes* Ezech. 33, 30.

Hiph. הִדְבִּיר *subiecit* (coll. Chald. דְּבַר *cepit, abduxit,* unde דַּבְּרָתָא) Ps. 18, 48. וַיַּדְבֵּר עַמִּים תַּחְתָּי *et subiecit gentes mihi* (al. perdidit). Ps. 47, 4.

Hithpah. Part. מִדַּבֵּר (pro מִתְדַּבֵּר) *colloquens cum altero* Num. 7, 89. 2 Sam. 14, 13. Ezech. 2, 2. 43, 6.

דָּבָר m. 1) *verbum*, idque vel *generatim*, ut Gen. 44, 18. Num. 23, 5. 16. Deut. 18, 20. Jos. 6, 10. etc.; vel angustiore sensu: a) *praeceptum, decretum, edictum, lex*, ut Jos. 1, 13. 1 Sam. 15, 23. 21, 9. 2 Sam. 12, 9. 1 Reg. 12, 24. Esth. 1, 19. Exod. 34, 28. etc. (Similiter Graec. μῦθος pro *mandato* usus est Homerus *Odyss.* VII, 161.). — b) *promissio, promissum*, ut 2 Reg. 7, 1. 15, 12. Ps. 119, 28. 49. 74. (coll. ἔπος Hom. *Il.* VIII, 8.). — c) *preces*, ut 2 Sam. 14, 15. 22. 1 Reg. 8, 59. — d) *effatum, vox* sapientis (*Ausspruch*) Prov. 4, 4. 20. Eccles. 1, 1. it. *oraculum* Job. 4, 12. (ut Graec. λόγος et ἔπος Odyss. XII, 266.), quo tamen sensu frequentius legitur דְּבַר יְהוָֹה Gen. 15, 1. Num. 23, 5. 16. Deut. 18, 20. 1 Reg. 2, 27. 16, 1. meton. *id quod oraculo indicatur* Jer. 39, 16. et *oraculorum exitus* (*impletio*) Ezech. 12, 23. 28. — e) *rumor, nuntius* 1 Reg. 10, 6. — f) *consilium, sententia* quam quis proposuit (*Vorschlag*) 2 Sam. 17, 6. Cum emphasi ponitur Hos. 10, 4. in phrasi דִּבֶּר דְּבָרִים *verba* (praetereaque nihil) *loqui*, h. e. verba *dare*, ut Latini dicunt (simil. דִּבְרֵי שְׂפָתַיִם Jes. 36, 5. v. sub v. שָׂפָה). — Sq. genit. passim sign. *id quod de aliqua re dici vel possit vel debeat*, ut Job. 41, 3. לֹא אַחֲרִישׁ דְּבַר גְּבוּרוֹת *non tacebo ea quae dicenda sunt de robore*. 1 Reg. 9, 15. Inde facilis est transitus ad *secundam* vocis significationem:

2) *id de quo dici, sermo fieri potest*, h. e. *res, negotium, aliquid*, (quomodo Thalmudici מִלָּה, Chaldaei פִּתְגָּם, Arabes أمر et خطبة usurpant), Gen. 18, 14. 19, 8. 22. Exod. 5, 11. 18, 16. Levit. 4, 13. 5, 2. Num. 31, 23. Jud. 18, 7. 27. etc., quo sensu sq. genitivo saepe pleonastice ponitur, ut 2 Chron. 19, 6. Jer. 44, 4., maxime in multitudinis numero, Ps. 65, 4. 105, 27. 1 Sam. 10, 2. Simil. Graec. ἔπος apud profanos venire, observat post Vorstium de *linguae Graec. N. T. puritate* §. 54. Passowius in Lex. Graeco Tom. I, p. 582. German. autem *Ding, Wort*, et verbum et rem designare ostendit Wachter in *Glossario* s. h. v. Hinc לֹא־דָבָר *nihil* Exod. 9, 4. Jer. 38, 5. etc., וְדָבָר אֵין־לָהֶם עִם־אָדָם *nec quidquam rei, negotii erat ipsis cum hominibus*; הַדָּבָר הַזֶּה vel הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה *hoc* Gen. 19, 21. etc.; כַּדָּבָר הַזֶּה et כַּדְּבָרִים הָאֵלֶּה *hoc modo, ita* Gen. 18, 25. 32, 20. 44, 7.; הֵשִׂים דָּבָר בְּ *imputare alicui aliquid* 1 Sam. 22, 15.; דָּבָר טָמֵא *impuri aliquid* Levit. 5, 2. דְּבַר הַנְּבָלָה *stulti aliquid* Jud. 19, 24. דָּבָר טוֹב *aliquid boni* 1 Reg. 14, 13. דְּבַר יוֹם בְּיוֹמוֹ *res diebus singulis conveniens* sive *facienda* Exod. 5, 13. 19. 17, 4. Levit. 23, 37. 1 Reg. 8, 59. 2 Reg. 25, 30. Esr. 1, 1. 3, 4. 2 Chron. 8, 13. 14.; sic דְּבַר שָׁנָה בְּשָׁנָה *res quotannis facienda* vel *fieri solita* 2 Chron. 9, 24. Speciatim: a) *factum, res gesta* Esth. 1, 17. maxime in Plur. דְּבָרִים *res gestae* 1 Chron. 29, 29. 1 Reg. 11, 41.; hinc דִּבְרֵי הַיָּמִים per meton. *rerum gestarum commentarii* 1 Chron. 27, 4. Esth. 6, 1.; אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה *quo facto, his ita gestis* Gen. 15, 1. 22, 1. al. (Lxx. μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα). — b) *caussa*, sensu forensi Exod. 18, 16. 22. 22, 8. Job. 19, 28. Plur. 2 Sam. 15, 3. coll. v. 2.; hinc דָּרַשׁ הַדָּבָר *cognoscere caussam* Esr. 10, 16. דִּבֵּר דְּבָרוֹ *caussam suam dicere* Jos. 20, 4. 2 Sam. 19, 30. בַּעַל דְּבָרִים

dominus caussarum, h. e. qui caussam habet Exod. 24, 14. — c) *caussa* i. e. *ratio* (*Ursache, Grund*) Jos. 5, 4: זֶה הַדָּבָר אֲשֶׁר מָל יְהוֹשֻׁעַ כָּל־הָעָם *haec est caussa propter quam circumcidit Josua universum populum;* unde sexcenties עַל־דְּבַר Gen. 12, 17. 20, 11. 18. 43, 18. al. (Num. multit. עַל־דִּבְרֵי Deut. 4, 21. Jer. 7, 22. Ps. 7, 1.) *propter,* עַל־דְּבַר אֲשֶׁר *propterea quod* Deut. 22, 24. 2 Sam. 13, 22. (cf. Lat. *ob hanc rem, ea re* etc.). — d) *modus, ratio* Deut. 15, 2. זֶה דְּבַר הַשְּׁמִטָּה *haec est ratio* (hic modus esto) *remissionis,* 19, 4. Sed LXX. verterunt πρόσταγμα, *lex, praeceptum;* v. supra.

Cum Affixis דְּבָרִי Num. 11, 23. 2 Sam. 19, 44. sic secundum Cthib Jer. 23, 18. (quomodo Deus ipse loquens introducitur), sed Kri habet דְּבָרוֹ quomodo Propheta de Deo loquitur. דְּבָרְךָ 1 Sam. 9, 10. Ps. 119, 89. sic sec. Kri 1 Reg. 18, 36. Ps. 119, 147. 161. Esr. 10, 12. ubi Cthib habet דְּבָרֶיךָ. Plur. דְּבָרִים *verba,* it. *res* Gen. 15, 1. Exod. 4, 15. in regim. דִּבְרֵי Gen. 24, 30. Exod. 4, 28. cum Affixo דִּבְרֵיכֶם Gen. 42, 16. 20. Deut. 1, 34.

דֶּבֶר m. *pestis,* propr. *pernicies, mors,* Arab. دَبْر, (a LXX. Interpretibus fere semper redditur θάνατος. Sic quoque θάνατος dicitur pro *peste* Sirac. 39, 29. et sec. quosdam Apoc. 6, 8. nec non מָוֶת Jer. 15, 2. etc.): Exod. 9, 3. Levit. 26, 25. 2 Sam. 24, 13. 1 Reg. 8, 37. etc. Vulgo dictum volunt ab *abducendo,* ex vita, scil. ex significatione radicis Chald. quae passim significat *abduxit,* ut in Targum Gen. 31, 18. 26. Sed *perdendi* notio, ut in Verbo דִּבֶּר 2 Chron. 22, 10. ita in hoc Nomine, proficiscitur a *sequendi insidiandique* significatu. In Plur. semel occurrit דְּבָרֶיךָ *mortes* sive *pestes tuae* Hos. 13, 14. (al. *stimuli tui,* coll. cognat. דָּרְבָן *stimulus:* sic LXX. et Apostolus 1 Cor. 15, 55.).

דְּבִיר m. 1) *adytum* Tabernaculi Mosaici et Templi, alias *Sanctum sanctorum,* 1 Reg. 6, 5. 19. 20. 21. 22. 8, 7. 8. 2 Chron. 3, 16. 4, 20. 5, 7. 9. Ps. 28, 2. Vulgo a *loquendo* h. e. a *fundendis* oraculis divinis dictum putatur (hinc Hieron. vertit *oraculum, oraculi sedem*); sed aliam originem monstravit jam Simonis in *Arcano Form. Hebr.* p. 113. ex significatione radicis דבר *pone fuit,* unde Arab. دُبْر *postica* sive *postrema pars* rei: erat enim Tabernaculi et Templi pars *postica, occidentem* versus posita, quam situs *occidentalis* notionem radix Arab. in specie habet; sicut et אַחֲרוֹן *postremus,* de situ *occidentali* usurpatur Deut. 11, 24. 34, 2. Joël. 2, 20. Zach. 14, 8. nec non אָחוֹר Jes. 9, 11. Job. 23, 8., et contra situs *orientalis* dicitur *anterior.* Comprobarunt hanc derivationem C. B. Michaelis in Dissert. de *locorum differentia ratione anticae, posticae* etc. p. 31. (in Pottii Sylloge Vol. V, p. 131.) et pluribus b. Ikenius in *Dissertationibus philolog. theolog.* p. 213 sq. Conf. quoque Seb. Ravii *Exercitat. philolog. de Auctore atque usu libri Siphra, deque nomine adyti* דביר. — 2) Nomen propr. urbis antiquissimae et munitissimae in tribu Judae, quae olim dicta fuit *Kirjath Sepher* Jud. 1, 11. et alius in tribu Gaditica Jos. 13, 26. LXX. Δαβείρ.

דֹּבֶר m. *pascuum* quo pecudes *aguntur* (ut Syr. ܕܒܪܐ *arvum,* et

... *arvum* in quod pecudes aguntur): unde cum Affixo הַדָּבְרוֹ *pascuum* ... Mich. 2, 12. praeter consuetudinem cum Metheg, (qui tamen non semper Kametz longum arguit), et Articulo ה, sicut in הֶחָצִיר Jos. 8, 33. v. Gesen. Lehrgeb. p. 658. Indidem cum Affixo plur. est דָּבְרָם *pascuum suum* Jes. 5, 17. ubi tamen ex J. D. Michaelis et Rosenmuellerı sententia est כְּדָבְרָם ipsum Verbum, *secundum ducere eos*, h. *quocunque ducentur*.

דָּבָר m. *verbum*, bis tantum sub hac forma, Jer. 5, 13. et cum Makkeph דְּבַר־ Hos. 1, 2. Ita certe multi interpretes, quibus Rosenmuellerus quum accedat, parum abest; sed videtur יוֹם דְּבַר־יְהוָֹה dictum pro יוֹם אֲשֶׁר לַיְיָ. cf. Gesen. Lehrgeb. p. 748.

דִּבְרָה f. 1) i. q. דָּבָר *res, caussa* (etiam sensu forensi Job. 5, 8.); unde in regim. עַל־דִּבְרַת (ut עַל־דְּבַר) *propter* Eccles. 3, 18. 8, 2., sq. relativo: *ideo ut*, 7, 14. — 2) *ratio, modus* (sec. all. *ordo, successio*, ex significatione radicis Arab. دَبَرَ *pone fuit, secutus est*, دَابِرٌ *successor, assecla*): unde cum Jod paragog. עַל־דִּבְרָתִי *secundum rationem* Ps. 110, 4.

דִּבְרָה f. Chald. *caussa*, unde עַל־דִּבְרַת־דִּי *ideo ut*, Dan. 2, 30. 4, 14.

דְּבוֹרָה f. 1) *apis* Jes. 7, 18. (sic dicta, quod a regulo suo *ducitur* eumque sine intermissione *sequitur*, more ipsi plane peculiari; Arab. دَبْرٌ collect. *examen apum, apes*, Syr. ܕܒܘܪܬܐ *apis, vespa, crabro*, Chald. דִּבּוֹרָא *apis*). Plur. masc. דְּבֹרִים *apes* Deut. 1, 44. Jud. 14, 8. Poetis *apes* sunt atrocium hostium imago Ps. 118, 12. Jes. 7, 18. ad quem loc. v. Rosenmueller. — 2) Nom. propr. prophetissae Jud. 4, 4. 5, 1.

דֹּבְרוֹת *rates* (quae per mare et flumina *feruntur*, aguntur): 1 Reg. 5, 9.

דַּבְּרוֹת vel דִּבְּרוֹת Plur. foem. *verba, praecepta* Deut. 33, 3., ubi יִשָּׂא מִדַּבְּרֹתֶיךָ vertendum ita est: *accepit* (popul. Israel.) *de mandatis, praeceptis tuis*, LXX. ἐδέξατο ἀπὸ τῶν λόγων αὐτοῦ. Simil. in libro Adami a Norbergio ed. T. I, p. 40. ܣܒܘ ܡܢ ܡܡܠܠܐ ܕܡܪܟܘܢ *accipite de verbo domini vestri*. v. Hoffmann Animadverss. ad loc. V. T. diffic. P. I, p. 39 sq. Itaque non est, quod cum Vatero legas: מִדַּבְּרֹתֶךָ *gubernationem tuam*.

מִדְבָּר m. 1) *sermo, loquela* Cant. 4, 3. (secundum quosdam etiam 1 Sam. 4, 8.); sed *linguam*, loquelae *organon*, (quia מ format nomina instrumentorum, ut قول *vox*, per מ مقول *lingua*), intelligit b. Schultens. in *Animadverss. phil.* ad Cant. 4, 3. parum probabiliter. — 2) campus spatiosus culturae expers nec nisi pascendo pecori aptus, *pascuum*, (ab *agendo* pecore dictum), Ps. 65, 13. Exod. 3, 1. 1 Sam. 17, 28. Joel. 1, 19. 20. etc. Hinc 3) *desertum, regio hominibus infrequens, sterilis, arenosa*, vel a) naturâ, ut Jes. 32. 15 (ubi opp. כַּרְמֶל). 35, 1 (ubi jung. צִיָּה).

Joel. 2, 3.; κατ' ἐξοχὴν dicitur הַמִּדְבָּר *Arabia deserta*, quam Israelitae Aegypto egressi peragrarunt Gen. 14, 6. Exod. 3, 1. 13, 18. Deut. 11, 24. al. De מִדְבַּר יְהוּדָה v. RELAND. Palaest. p. 375 sqq. — Trop. Jer. 2, 31. הֲמִדְבָּר הָיִיתִי לְיִשְׂרָאֵל *an desertum fui* (ego Jova) *Israelitis* h. e. a quo ne umbram quidem utilitatis perciperent? — vel b) vastatione ac populatione facta: *regio devastata* Jes. 14, 17. 27, 10. 64, 1. [Ceterum HOTTINGERUS, LUDOVICUS DE DIEU et JOH. CLERICUS etc. derivant ab Aethiop. ደብር፡ *mons*, q. d. *locus montium* sive *montosus*: *desertum* enim et *montes* passim promiscue dicuntur, ut Matth. 18, 12. coll. Luc. 15, 4.; Matth. 3, 1. coll. Luc. 1, 39.]. In regim. מִדְבַּר Exod. 15, 22. Num. 13, 26. Cum ה paragog. מִדְבָּרָה *versus* sive *in desertum* 1 Chron. 12, 8., et simul cum Articulo Exod. 4, 27. Levit. 16, 10 21. Num. 21, 24. 33, 8. Deut. 1, 40. etc. atque in regim. מִדְבְּרָה Jos. 18, 12. 1 Reg. 19, 15. Cum Affixo מִדְבָּרָהּ Jes. 51, 3.

דְּבַשׁ m. 1) *mel apum* (دِبْس et ܕܶܒܫܳܐ *mel*) Gen. 43, 11. Levit. 2, 11. Deut. 32, 13. 1 Sam. 14, 26. 27. 30. 45. 1 Reg. 14, 3. etc. In loco 1 Sam. 14, 26. 27. intellige *mel silvestre* (alibi דְּבַשׁ מִסֶּלַע Deut. 32, 13.) h. e. ab apibus feris confectum in rupiumque vel arborum fissuris repositum, unde צוּר דְּבַשׁ Ps. 81, 17. rupes in cujus fissuris apes mel confecerunt, (alii tamen succum dulcem ex quibusdam arboribus, palmis, ficubus, etc. certo tempore destillantem, qui et Graecis μέλι ἄγριον appellatur, dictum volunt. v. MICHAELIS in Suppl.; adde WETSTENIUM ad Matth. 3, 4. WESSELINGIUM ad DIODOR. SICUL. lib. 19. §. 94.). Sic Arab. دِبْس *mel*, tum *apum*, tum *e dactylis* s. succus dactyli et palmae. Ceterum hyperbolice dicta sunt, quae leguntur Deut. 32, 13. (coll. Ps. 81, 17.) v. DE WETTIUS ad Ps. l. c.; mirifice enim friget eorum interpretatio, qui mel silvestre inter Israelitarum delicias nominari existimant. Haud absimilis est illa formula Exod. 3, 8. 17. 13, 5. al. אֶרֶץ זָבַת חָלָב וּדְבַשׁ *terra lacte et melle fluens*, v. ROSENMUELLER. ad h. l. — 2) *mel uvarum defrutum, sapa*, h. e. syrupus ex uvis passis confectus, qui idem Arabibus nomine دِبْس venit, cujus in hunc usque diem sola adeo Hebron Aegypto quotannis mittere solet, quantum trecenti cameli ferre possunt. (v. SHAW *Itiner.* p. 339. Vers. germ. p. 293.). Gen. 43, 11. Ezech. 27, 17. — Cum Affixo דִּבְשִׁי Cant. 5, 1.

דַּבֶּשֶׁת f. *tuber* sive *gibbus*, *dorsum cameli* vel *pars dorsi* Jes. 30, 6 (ubi thesauri *portari* dicuntur *super dorso camelorum*). Poëta Latinus de *camelo*: *Edita procurrunt summo duo tubera dorso, Quo magnum gravitatis onus portare valet* - - Origo voc. ignoratur. Ridicule enim JARCHIUS gibbum camelorum inde dictum arbitratur, quod ubi oneribus exulceratum sit, *melle* illini soleat.

דָּגָה *multiplicatus est, multiplicavit se.* Fut. Plur. יִדְגּוּ *multiplicentur* Gen. 48, 16. Arab. دجا *multitudine* et *copia* omnia *obtexit*. Hinc:

דָּג (semel דָּאג Neh. 13, 16.): m. *piscis* Jon. 2, 1. 11. (*mirifice se multiplicans*. vid. PLINIUS L. IX. c. 20. coll. BOMPARTIO in *Parallelis sacris et profanis* ad Gen. 48, 16. et LEEUWENHOEKIO in *Bibliotheque Universelle* T. I, p. 474). Habet Kametz mutabile, quod arguit radicem דָּגָה, non דּוּג, ac דּוּג denominativum potius est a דָּג. Plur. דָּגִים *pisces* 1 Reg. 4, 33. Job. 40, 31. Neh. 3, 3. in regim. דְּגֵי Gen. 9, 2. Num. 11, 22. Ps. 8, 9.

דָּגָה f. *id.* Deut. 4, 18. Jon. 2, 2.; alibi fere *collective* sumitur (vid. suo loco דָּגָה), ut Exod. 7, 18. 21. Num. 11, 5. Ezech. 47, 9. In regim. דְּגַת Gen. 1, 26. 28. Ezech. 29, 4. 5. cum Affixo דְּגָתָם Ps. 105, 29. Jes. 50, 2. Ezech. 47, 10.

דָּגוֹן m. Nomen *proprium* deastri Philistaeorum pisciformis (a דָּג *piscis*), capite, manibus pedibusque humanis, unde fit, ut et *Dagon solus*, h. e. piscis solus, amputatis capite, pedibus manibusque, relictus dicatur 1 Sam. 5, 4. Simile numen fuit *Derceto* (*Δερκέτω*) s. *Atargatis* (*Ἀταργάτις*), Ascalone culta illa et pisciformis, auctore DIODORO SICULO lib. 2. c. 4. STRAB. Geogr. XVI, p. 785. cf. SELDENUS de *Diis Syris* II. c. 3. v. MICHAELIS Biblioth. orient. Tom. VI, p. 89 sqq. — *Manatum* (*Meerfräulein*, *Seemensch*, *Seekuh*), piscem vastum, qui in sinu Arabico et in oceano Americano habitat et magnitudine camelum fere aequat, capite bovem, cauda piscem, reliqua corporis forma hominem, aut marem aut feminam referentem, mammis quoque et brachiis digitisque, humanis haud multum dissimilibus, praeditum, intelligit J. E. FABER in *Archaeol. Hebr.* T. I, p. 111 sqq., cui tamen locus classicus 1 Sam. 5, 4. favere non videtur.

דָּגָן m. *frumentum* Gen. 27, 28. 37. Num. 18, 26. Deut. 28, 51. 33, 28. etc. (mirum in modum *se multiplicans*. conf. Gen. 26, 12. Luc. 8, 8. coll. PLINIO in *Histor. Nat.* L. XVIII. c. 10). Metonymice sumitur pro *pane* Ps. 78, 24 (ubi Manna appellatur דְּגַן שָׁמַיִם *panis coelestis*). et Thren. 2, 12 (ubi oppon. יַיִן). In regim. דְּגַן Ps. 78, 24. cum Affixis דְּגָנִי *frumentum meum* Hos. 2, 11. דְּגָנְךָ Deut. 7, 13. 11, 14. etc.

דֶּגֶל m. *vexillum*, *signum militare majus* (minora appellabantur אֹתוֹת): Num. 2, 3. 10. 18. 25. 10, 14. 18. 22. 25.; a rad. דָּגַל, Arab. دجل in Conj. II. *obduxit*, *induxit auro*, *argento*, fortasse quod ista signa auro obducta et ornata erant, nisi notionem *splendendi*, *micandi*, quae in vocab. دُجَّل *gladii fulgor*, inest, optare velis. Alii ad propriam verbi دجل potestatem: *tegere*, *obtegere*, redeunt, ita ut דֶּגֶל sit *velum*, deinde *vexillum*, quod quidem ipsum voc. auctore SERVIO dictum a *velo* est. Cum Affixo דִּגְלוֹ Num. 1, 52. 2, 2. Cant. 2, 4. Plur. דְּגָלִים *vexilla*, cum Affixo דִּגְלֵיהֶם Num. 2, 17. 31. 33. Inde formata sunt 1) דָּגוּל *insignis*, *conspicuus* Cant. 5, 11. — 2) נִדְגֹּל Ps. 20, 6. *vexilla erigemus* tanquam victoriae reportatae signa; v. DE WETTIUS ad h. l. Al. *exultemus* (coll. הָלַל *splendere*, *gloriari*). — Niph. Part. Plur. Foem. נִדְגָּלוֹת *vexillis instructa* (militum agmina, SYMM. *τάγματα παρεμβολῶν*) Cant. 6, 4. 10.

דָּגַר (in Pausa דָּגָר Jer. 17, 11.): *collegit*, *congregavit*, *fovit* avis pullos vel ova, Chald. et Syr. דְּגַר id. Praet. foem. דָּגְרָה *congregat*, *fovet* Jes. 34,

15. [In alia omnia abit J. D. MICHAELIS in *Suppl.*, cui 1) rad. דָּגַר est *fugit* (ut نَجَمَ), unde 2) Nomen דָּגָר *perdix*, ob summam cursus celeritatem Jer. 17, 11. *perdix vocat quos non peperit;* ab hoc Nomine 3) דָּגַר *pipire, glocitare* Jes. 34, 15. Sed v. ROSENMUELLER. ad BOCHARTI Hieroz. Tom. II, p. 632 sq.].

דַּד m. *mamma, uber,* i. q. Hebr. שַׁד; Dual. דַּדַּיִם *utraque mamma,* in regim. דַּדֵּי Ezech. 23, 3. 8. cum Affixo דַּדַּיִךְ Ezech. 23, 21. דַּדֶּיהָ Prov. 5, 19. Sunt qui dictum putent pro יְדַד, a יָדַד *amare.*

דָּדָה *leniter, lente motus est* vel *incessit,* (ut Arabic. دَادَا in Conj. II., et Chald. דְּדָה *lente incessit,* דַּדָּה *lente duxit*): in Kal inusit., in Hithpah. Fut. אֶדַּדֶּה (pro אֶתְדַּדֶּה) *lente* (h. e. modeste, submisse) *incedam, procedam* (ut solent lugentes) Jes. 38, 15.; cum Affixo אֶדַּדֵּם *lente incedam* (ut solent, qui pompam ducunt) *cum illis* (pro אֶדַּדֶּה עִמָּם) Ps. 42, 5.

דְּדָן *Dedan,* Nomen populi, qui sedes habuit in Arabia septentrionali, Jer. 25, 23. 49, 8. Ezech. 25, 13. Gen. 10, 7. Significari videtur *insula* sinus Persici, quae commercia olim Indiae orientalis exercuit, et *urbs* in tabula Asiae d'Anvilliana extra ostium sinus Persici non procul ab ipso mari Indico inter *Daban* et *Kourfekian* sita et Syr. ܕܝܕܢ, Arab. دادن dicta. v. BOCHARTI *Phaleg* lib. IV. c. 6. p. 248. J. D. MICHAELIS *Spicil.* T. I, p. 203.

דֹּדָנִים *Dodanaei* Gen. 10, 4. pro antiquissimis *Epiri incolis* habentur, qui nomen a *Dodona,* antiquissimo Epiri oraculo et urbe, acceperint. Sed 1 Chron. 1, 7. legitur רוֹדָנִים *Rhodii* v. infra; add. BOCHARTI *Phaleg* lib. 3. c. 6. p. 183. J. D. MICHAELIS *Spicil.* P. I, p. 114 sqq.

דְּהַב m. Chald. *aurum* (Hebr. זָהָב, Syr. ܕܗܒܐ, Arab. ذَهَب): Dan. 2, 32. 3, 1. Esr. 7, 15. 16. In Statu emphat. דַּהֲבָא Dan. 2, 38. 3, 5. 7. 10. 12. 14. 18. 5, 2. 3. 4. 7. 16. 29. Esr. 5, 14. 23. 6, 5.; semel דַּהֲבָה Esr. 7, 18.

מַדְהֵבָה f. Jes. 14, 4. ἅπαξ λεγόμενον, quod de Babylone dictum, videtur significare *eam quae aurum corradit,* gentibus per vim extorquet, tanquam a Verbo quodam denom. הַדְהִיב *aurum conficere.* Aliter SCHULTENSIUS, qui vertit: *spolia agens,* ab Arab. ذَهَبَ *abegit, periit* v. ej. Opp. min. p. 262.

דַּהֲוָא Esr. 4, 9. Nomen propr. populi, cujus coloniam in Palaestinam duxerant Assyrii; *Daas* vel *Dahas* (al. *Dacas*) ultra Imaum et mare Caspium habitantes (CURT. 4, 12.) intelligunt recentiores ob mirum nominum concentum. v. CELLARIUS in *Orbe ant.* T. II, p. 829 et J. D. MICHAELIS in *Suppl.* p. 399. Sed possunt etiam, quae est GESENII conjectura, *Δάοι* significari, quos in Persarum populis recenset HEROD. 1, 125. *ἄλλοι νομάδες, Δάοι, Μάρδοι κτλ.*

דָּהַם radix in Kal inusit., unde Part. Niph. נִדְהָם Jer. 14, 9. *hostibus undique cinctus et oppressus,* a دَهَمَ *accidit, ex improviso supervenit*

alicui *malum*, quod frequentatur de subito incursu et oppressione bellica. vid. Alb. Schultens. in *Opp. min.* p. 298 sqq. Qui cum Capello אִישׁ נִדְהָם vertunt *vir ex improviso superveniens*, h. e. *praeteriens*, mox abiturus *ut viator*, a دهم *supervenire*, *accidere*, falluntur haud dubie, cum Verbum non notet *praeterire tanquam viatorem*, et נִדְהָם non sit *superveniens*, sed *is cui supervenitur*, *qui opprimitur*.

דָּהַר *celeriter currere*, *ferri*, unde equus דֹּהֵר Nah. 3, 2. *celerrime currens*, *concitatissimus*. Al. reddunt *sonandi*, *strependi* potestate: *ungulis sonantem*, quemadmodum *sonipedem* Poëtae fere substantive pro *equo* dixerunt, quia, ut est apud Virgilium *Aeneid.* VIII, 596, ungula ejus campum *sonitu quadrupedante* quatit. Sed ista explicatio praestat, utpote veterum interpretum auctoritate nixa.

דַּהֲרָה vel דַּהֲרָה f. *cursus concitatior*. Plur. דַּהֲרוֹת, in regim. דַּהֲרוֹת Jud. 5, 22. v. Hollmann. ad h. l.

תִּדְהָר m. Nomen arboris in Libano nascentis, cujus vera significatio ignoratur Jes. 41, 19. 60, 13. Vulgo *pinus*; quam explicationem confirmare creditur 1) locus natalis, Libanus Jes. 60, 13.; ibi enim hodienum *pinum* provenire, ex itinerariis constat; 2) nomen, sive id derives cum Hillero ab Arab. دَهْر *perpetuitas*, sive cum aliis a rad. زَهَرَ Arab. *viguit*, *floruit*, Hebr. *splenduit*, mutato ז in ד: est enim *pinus* arbor *perpetuo vigens*, et, ut Columellae dicitur, *semper virens*: sive potius ab ipsa radice Hebr. דהר *sonuit*, *strepuit*: quia ventis agitata continuo *sonat* atque *stridet*, ideoque Virgilio *Eclog.* VIII, 22. *loquens*, Nemesiano *garrula*, Nicandro γοερή vocatur. [Ita quoque πίτυς ᾄδει dixit Moschus *Idyll.* V, 8.]. Sed Saad. vertit ساج eique assentiunt Kimchius et Sal. Ben Melech. Haec autem est *platanus indica*, quam et ipsam in Libano nasci, patet ex Targ. Cant. 1, 17. v. Gesen. ad l. c. add. Celsii Hierob. II, p. 271.

דּוּב i. q. דָּאַב *defatigatus est*, *languit*. Hinc Part. Hiph. מְדִיבוֹת Levit. 26, 16. *defatigantes*, *excruciantes*.

דּוֹב *ursus* vid. supra sub rad. דבב.

דּוּג et דִּיג *piscari*. Occurrit semel in Praet. cum Vau convers. et Affixo וְדִיגוּם *et piscabuntur eos* Jer. 16, 16. Oritur a Nom. דָּג *piscis*, quod v. supra sub דגה.

דַּוָּג m. *piscator*. Plur. דַּוָּגִים Jes. 19, 8. et sec. Kri Jer. 16, 16.

דַּיָּג m. *id.* in Plur. דַּיָּגִים *piscatores* Ezech. 47, 10. et sec. Cthib Jer. 16, 16.

דּוּגָה f. *piscatio* Am. 4, 2. ad quem loc. v. Rosenmueller. cf. infra voc. סִיר.

דּוּד duplex radix Hebr. innsit. 1) i. q. Syr. ܕܳܘ *turbavit*, *perturbavit*, Arab. داد *agitavit*, *movit*; hinc oritur דּוּד *olla*; — 2) *amavit*, *dilexit*, i. q. יָדַד, ودّ (nisi, ut alii volunt, haec verbi potestas a *perturbatione*, *commotione animi* proficiscitur, ut propr. *amor vehemens* significetur). v. infra דּוֹד, דּוֹדָה, דּוּדַי.

דּוּד m. 1) *olla* (coquinaria, ab *agitatis* h. e. *aestuantibus aquis* etc. dicta. cf. infra סִיר) Job. 41, 11.; *lebes* sive *cacabus* 1 Sam. 2, 14. 2 Chron. 35, 13. (Samar. דודיה *ollae*, Syr. ܕܘܕܐ *olla*). — 2) *corbis* sive *calathus* 2 Reg. 10, 7. Jer. 24, 2., quo etiam pertinet Ps. 81, 7. ubi sumitur de *corbe*, in qua lutum vel lateres portantur. Pluralem duplici modo format, regulae convenienter: דּוּדִים *corbes* 2 Reg. 10, 7., praeter regulam per Vau mobile: דְּוָדִים 2 Chron. 35, 13.

דּוּדָאִים 1) *corbes* in regim. דּוּדָאֵי Jer. 24, 1. — 2) Gen. 30, 14. 15. 16. Cant. 7, 17. *mandragora* (*Atropa Mandragora* L.), ut ex vett. interpretum consensu (Lxx. μῆλα μανδραγορῶν, Onkel. et Syr. יַבְרוּחִין, Arabs لُفّاح) colligitur, ab *amando* forsitan dicta, quia magnae ei in philtris vires in Oriente tribuuntur. v. Herbelot Bibl. orient. s. v. *Astrenk* conf. J. D. Michaelis *Suppl.* p. 412 sq. Nullam tamen aliam vocem textus S. Hebr. tot explicationibus vexatam videas. Varias has doctorum hominum sententias pluribus recensuerunt Donatus (*Auszug a.* Scheuchzer. *Phys. sacr.* I, p. 301 sqq. et Simonis in peculiari Dissertatione de h. v. *Arcano Form. Hebr.* subjecta, ubi Jobi Ludolfi aliorumque expositionem de *ficu Indica* defendere sustinuit, et in *Onomast. V. T.* p. 643.; quibus addendi sunt (ut alios taceamus) Olaus Rudbeckius (filius) in Dissert. de *Dudaim Rubenis*, edit. Upsal. an. 1733., qui *fraga* vel *mora rubi Idaei* intelligit, Maundrellus in *Itinerar.* p. 83. (Vers. german.). Ol. Celsius in *Hierobotan.* P. I, p. 1 sq., qui *Dudaim* pro *sidra* sive *loto Cyrenaica* habet, Theod. Waltherus in *Relatt. Malabar.* Continuat. XLIII, p. 877 sq., qui speciem quandam *mandragorae* spinosam, *Melanzenfrucht* (Arab. *medongena*), significari existimat, J. E. Faberus (in Rosenmueller. *alt. u. neuem Morgenlande* T. I, p. 143 sqq.), qui *Cucumerem Schaemam* Arabibus dictam (Hasselquist Itiner. p. 526.) intelligit. Nam quod nuper G. T. Stegerus (in Rosenmuelleri Repertor. exeget. T. II, p. 45 sqq.) negavit omnino, voce דּוּדָאִים certam quandam innui *herbam*, id effici non potest ullo modo.

דּוֹד m. 1) *amor, dilectio*; quo sensu in solo Plurali occurrit: Prov. 7, 18. Cant. 1, 2. 4. 4, 10. 5, 1. Ezech. 16, 8. 23, 17. — 2) *amoris Objectum, amatus*, quo significatu saepissime in Cantico Canticorum dicitur, ut Cant. 1, 13. 14. 16. 2, 3. 8. 9. 10. 16. 17. 4, 16. — 3) *amicus* Jes. 5, 1., et spec. *patris frater, patruus* (ut Chald. חֲבִיבָא *dilectus*, it. *patruus*, ܕܕܐ *patris frater*): Levit. 10, 4. 1 Sam. 10, 14. 15. 14, 52. 1 Chron. 27, 32. Esth. 2, 15. etc. Cum Affixis דּוֹדִי *amatus meus* Cant. 1, 13. 5, 4. it. *patruus meus* Jer. 32, 8. 9. (sed v. 12. cum idem, qui antea בֶּן־דֹּדִי appellatus esset, דּוֹדִי appelletur, *patruelis*, h. e. *patrui filius* intelligi debet). דּוֹדוֹ *patruus ejus* Levit. 20, 20. 1 Sam. 10, 16. דּוֹדָהּ *amatus ejus* vel *suus* Cant. 8, 5. Plur. דֹּדִים *amores* etc. cum Affixis דֹּדֶיךָ Cant. 1, 2. 4, 4, 10. דֹּדֵיהֶן *patrui earum* vel *sui* Num. 36, 11.

דּוֹדָה f. *amita* (patris soror). Cum Affixis דּוֹדָתְךָ *amita tua* Levit. 18, 14. דֹּדָתוֹ *amita ejus* Exod. 6, 20 (de quo loco v. Rosenmueller.). Levit. 20, 20.

דָּוִד (in Chron. libris plene דָּוִיד): Nom. propr. regis Israelitarum no-

bilissimi. Lxx. *Δαβίδ.* 1 Sam. 16 sqq. 2 Sam. etc. — עִיר דָּוִד 1 Reg. 3, 1. 8, 1. etc. est *Sion*, q. v.

דָּוָה *languit, infirmus fuit* (Syr. *doluit*, Arab. دوى et دَوِا et Aethiop. ደወየ *infirmus, aegrotus fuit*. v. Schultens. in *Commentar.* ad Job. 6, 7.). Inde est Infinit. construct. nominascens cum Affixo, דְּוֹתָהּ *infirmitas ejus* (de muliere menstruis laborante) Levit. 12, 2.

דָּוֶה m. 1) *languidus, infirmus*, Foem. דָּוָה *languida, infirma*, inpr. *ex menstruo* vel *ex partu* Levit. 15, 33. 20, 18. Jes. 30, 22 (ad quem loc. v. Rosenmueller.). — 2) *tristis, moestus* Thren. 5, 17. *afflictus* Thren. 1, 13. (coll. Syr. ܕܘܐ *doluit*, Aph. *afflixit, contristavit*).

דְּוַי m. 1) *languor, morbus* Ps. 41, 4. — 2) *corruptio, mucor*, unde in regim. דְּוֵי לַחְמִי *corruptio* sive *mucor panis mei* Job. 6, 7. Ita plerique ex significatione radicis Arab. دوى *corrumpi, putrescere*. Sed haec verbi vis demonstrari non potest. Praestat igitur vel cum Rosenmuellero כִּדְוֵי accipere pro כְּדֵי (Jud. 6, 5.) *sicut, tanquam*, vel cum Umbreitio vertere: *sicut morbus cibi mei*, h. e. *sicut morbus, qui est cibus meus*.

דַּוָּי m. *valde languidus, perinfirmus* Jes. 1, 5. Jer. 8, 18. Thren. 1, 22.

דְּוֹת f. *languor*, unde secundum quosdam cum Affixo דְּוֹתָהּ Levit. 12, 2. (ad Formam חֲזוֹת 2 Chron. 9, 29. חֲצוֹת Exod. 11, 4. Ps. 119, 62. פְּנוֹת Ezech. 43, 17. et רְאוֹת 2 Chron. 26, 5.). Aliis tamen est Infinit.; vid. antea in rad.

מַדְוֶה m. *languor, morbus*. In regim. מַדְוֵה Deut. 28, 60. Plur. מַדְוִים, in regim. מַדְוֵי Deut. 7, 15. Sed מַדְוֵיהֶם *vestes eorum*, pertinet ad rad. מדד vel potius מדה, ubi vid.

דּוּחַ in Kal inusit., in Hiph. הֵדִיחַ *pepulit, dispulit, abiecit*, (a دَاحَ *vilis fuit*, in Conj. VI. *abiecit*): metaphorice *abluit, dispulit sordes*; nisi potius significatio *pellendi* et *trudendi* petita est a דחה vel נדח. Praet. cum Affixo הֱדִיחַנִי *pepulit, trusit me*, sec. Kri Jer. 51, 34. sed Cthib habet הֱדִיחָנוּ *trusit nos*. Fut. יָדִיחַ *abluet* Jes. 4, 4. Plur. יָדִיחוּ *abluent* Ezech. 40, 38. 2 Chron. 4, 6.

דּוּךְ *tundere, contundere*. Praet. Plur. דָּכוּ *contuderunt* Num. 11, 8. coll. Arab. دَاكَ *trivit in tenuem substantiam*. Parum abest a דכך; nam Verborum mediae rad. quiesc. et geminatae significationes saepe conspirant. v. מוּל, כּוּן etc.

מְדֹכָה f. *mortarium in quo res contundi solent* Num. 11, 8. Arab. مَدَاكٌ *lapis quo quid teritur*.

דּוּכִיפַת m. Levit. 11, 19. Deut. 14, 18. τοῖς Lxx., Luthero, Bocharto aliisque *upupa*; eidem Bocharto compositum videtur ex inusit. דּוּךְ *gallus*, Arab. دِيك, et Syr. כיפא *rupes*, q. d. *gallus rupis*. Sed unde

sic ה finale praecedente Patach? Mavult itaque SIMONIS conflatum dicere ex דּוּךְ *gallus*, (interveniente Jod *compaginis*, in Nominibus maxime *Propriis* solemni, de quo vid. *Onomast. V. T.* Sect. I. §. 8.), et ex inusit. פַּת *stercus*, a rad. Arab. فتّ *stercus excrevit*, q. d. *gallus stercoris*, German. *Kothhahn*, quo nomine *upupam* vocari, notat CYPRIANUS in *Continuat.* FRANZII *Histor. Animal.* p. 1422., quod *stercoribus* vesci ex iisque nidum exstruere putabatur. conf. BOCHARTI *Hieroz.* P. II. col. 348. OEDMANN. Samml. V, p. 71.

דום *siluit.* Pil. דּוֹמֵם *silere fecit*, vid. in דמם.

דּוּמָה f. *silentium*, metaphorice de *sepulcro* vel *statu mortuorum* dicitur Ps. 94, 17. 115, 17.

דּוּמִיָּה et דֻּמִיָּה f. *silentium* Ps. 39, 3. *quies* 22, 3.; it. *silens* auxilii divini *expectatio*, *fiducia* in Deo reposita Ps. 62, 2. 65, 2.

דּוּמָם m. *silens*, *mutus* Habac. 2, 19. trop. *silens* in exspectando auxilio divino Thren. 3, 26.; adverbialiter *tacite* Jes. 47, 5.

דּוּמָה Jes. 21, 11. *Duma*, Nomen tribus Ismaeliticae in Arabia Gen. 25, 14., cujus vestigia supersunt in urbe دومة الجندل *Dumathalgandel*, h. e. *Duma saxea*, in tab. Asiae D'Anvilliana sub gradu long. 58. lat. 29½, quae secundum ABULFEDAM in *Descr. Arab.* n. 23. est locus in Syriae et Arabiae confinio situs, a quo ad Damascum septem et ad Medinam tredecim stationes. Cf. J. D. MICHAELIS *Suppl.* p. 419.

דּוּמֶשֶׂק v. in דַּמֶּשֶׂק.

דּוּן cum derivatis v. infra דִּין.

דּוֹנַג v. infra sub דנג.

דוץ *saltare*, *exsultare*, Fut. Pers. 3 foem. תָּדוּץ Job. 41, 14. Syr. ܕܳܨ *exsilire*. Arab. داص. Infin. in Conj. II. تدويص significat *saltum descensumve e superiore in inferiorem locum per artificium*. v. A. SCHULTENS. ad Job. 41, 13.

דוק 1) Chald. i. q. דקק, sed intransit. *comminui*. Praet. Plur. דָּקוּ *comminuta sunt* Dan. 2, 35. — 2) in Hebr. inusit., Arab. دوق in Conj. IV. أداق *circumdedit, cinxit.* Inde oritur:

דָּיֵק m. (quod voc. 2 Reg. 25, 1. Jer. 52, 4. Ezech. 4, 2. 17, 17. 21, 27. legitur): *murus quo obsidentes urbem obsessosque circumvallabant*, Gallis *circonvallation*, Germ. *Circumvallations-Linie* (nam qualer cum סוֹלְלָה *aggere* conjungitur). Assentiunt antiqui interpp.: LXX. in libro Regum περίτειχος, CHALD. ubique כרקום h. e. χαράκωμα, SYR. ter ܟܪܟܘܡܐ eodem Graeco vocabulo paul. inflexo. v. J. D. MICHAELIS *Suppl.* — Aliis est *contundens*, *comminuens*, *machina* ad *contundendos* et *comminuendos* muros, *aries*, vel (quia Ezech. 4, 2. a כַּר distinguitur) alia similis *machina*, quales Graecis sunt ἑλέπολις 1 Macc. 13, 43. βελόστασις et σκορπίδιον 6, 51. Lat. *scorpio*, etc. vid. BOCHARTI *Hieroz.* P. II, p. 645. Judaei denique *turrim* (ambulatoriam) intelligunt, coll. Syr. ܕܘܩ *speculari*, *prospicere*.

דּוּר propr. 1) *in orbem ire, circuire, gyrum agere, rotundum esse, gyrari,* Arab. كور in Conj. II. *vertere, in gyrum agere,* unde *rotunditatis* notio, v. c. كَوْر *gyrus, orbis,* دَائِرَةٌ *circulus.* — 2) *habitare, commorari* Ps. 84, 11., denominat. a דּוֹר *habitatio;* دُوَارَةٌ *tentoriorum orbicularis vicus, quales scenitae habitare solent,* positis in orbem tentoriis, ut intra illum securitatis caussa cogantur greges; دَار *domus,* ܕܝܪܐ *habitatio* etc. Primae habitationes fuerunt *rotundae* sive *in rotundum exstructae,* ut hodienum Americanorum; unde et Lat. *urbs* sec. Varronem et Isidorum ab *orbe,* et Graec. πόλις a πολέω, Arab. دَار *oppidum, vicus,* et كُورَةٌ *urbs,* similiter a *rotunditate,* etc. conf. suo loco טִירָה. Cf. Hartmann. linguist. Einl. p. 82 sq.

דּוּר Chald. *habitare.* Part. Praes. דָּאֲרִין vel sec. Kri דָּיְרִין *habitantes, habitatores, habitant* Dan. 2, 38. 3, 31. 6, 26. in regim. דָּאֲרֵי vel דָּיְרֵי Dan. 4, 32. Fut. תְּדוּר Dan. 4, 18. Plur. יְדֻרוּן vel sec. Kri in Foem. יְדֻרָן Dan. 4, 9.

דּוּר m. in genere: *rotunditas, orbis, rotundum* Jes. 29, 3.; spec. 1) *pila rotunda,* quaeque *in gyrum agi* solet, Jes. 22, 18. — 2) *rogus, pyra,* strues lignorum *rotunda* Ezech. 24, 5.

דּוֹר m. I) *habitatio* (Arab. دَار, دَارَة, Syr. ܕܳܪܳܐ, pro נָוֶה): Jes. 38, 12. דּוֹר אָבוֹת *habitatio patrum,* i. e. *sepulcrum* Ps. 49, 20., quo usu etiam venit دُور Plur. vocis دَار. v. Castellum. — II) a) *aetas* (hominum, *Menschenalter*), annorum vitae *periodus.* v. radic. (*orbem aetatis* dixit Censorinus de die nat. 17, ab in.): Num. 32, 17. Deut. 23, 2. Jud. 2, 10.; passim *aetas* hominum *olim ventura, posteri* Ps. 22, 31. 71, 18. Hinc nascuntur solennes illae formulae לְדֹר וָדֹר Ps. 10, 6. 49, 14. לְדֹר דֹּר Exod. 3, 15. Joel. 4, 20. עַד דֹּר וָדֹר Ps. 100, 5. Jes. 13, 20.: *per omnes aetates,* h. e. perpetuo; מִדֹּר דֹּר *id.* Exod. 17, 16. Ceterum sunt, qui Gen. 15, 16. דּוֹר רְבִיעִי vertunt: *quartum seculum,* propter ea, quae v. 13. et Exod. 12, 40. leguntur (אַרְבַּע מֵאוֹת שָׁנָה), et credi potest, antiquis Hebraeis aetatem centum annorum fuisse, quemadmodum fortasse Romanis, si fides Censorino l. c.; sed. cf. Vater. ad h. l. Cum Suffixo דּוֹר sign. *aequales* alicujus, ut דּוֹרוֹ *aequales ejus* Jes. 53, 8. coll. infra Gen. 6, 9. — b) *genus* hominum, sensu vel bono Ps. 14, 5. 24, 6. al., vel malo Deut. 32, 5. Jer. 7, 29. Plur. duplicem formam habet דּוֹרִים et דֹּרוֹת; sed illa tamen non usurpatur nisi in trita hac locutione דּוֹר דּוֹרִים *secula seculorum* Ps. 72, 5. 102, 25. Jes. 51, 8., quae *perpetuitatem* denotat; דֹּרוֹת de *aetatibus hominum,* inpr. vero de *hominibus olim futuris, posteris* frequentatur Gen. 9, 12. Jud. 3, 2. Jes. 41, 4. etc. Cum Affixis דֹּרֹתֵיכֶם *generationes (posteri) vestrae* Gen. 17, 12. Exod. 12, 14. דֹּרֹתָם *generationes suas (posteros suos)* Gen. 17, 7. 9. Exod. 12, 42. דֹּרֹתָיו *generationes ejus (aequales ejus)* Gen. 6, 9. etc.

דָּר m. Chald. *id.* Dan. 3, 33. 4, 31.

מְדוֹר m. Chald. *locus habitationis, habitaculum.* Cum Affixis מְדוֹרָךְ *habitaculum tuum* Dan. 4, 22. 29. מְדוֹרֵהּ Dan. 5, 21.

מְדָר m. Chald. *id.* cum Affixo מְדָרְהוֹן *habitaculum eorum* Dan. 2, 11.

מְדוּרָה f. *locus in quo est* דּוּר i. e. *pyra* Ezech. 24, 9. Cum Affixo מְדֻרָתָהּ *locus pyrae ejus* Jes. 30, 33.

תְּדִירָא f. Chald. *gyratio temporis continua, perpetuitas*; unde cum Praefixo בִּתְדִירָא *continuo, jugiter* Dan. 6, 17. 21.

דּוּרָא *Dura,* Nomen propr. vallis in Babylonia Dan. 3, 1. Conferunt *Dura,* quod fuit auctore AMMIANO MARC. 25, 6. oppidum Babyloniae. Id etiamnum superstes est v. J. D. MICHAELIS *Suppl.* p. 431.

דּוּשׁ et דִּישׁ 1) *conculcare* (ut Arab. دَاسَ et Syr. ܕܳܫ) Jes. 25, 10. Job. 39, 15.; translat. *hostes conculcare,* h. e. *vincere, vim eorum infringere* Mich. 4, 13. — 2) *triturare,* de bobus qui pedibus frumentum exculcant, exterunt Deut. 25, 4. Jer. 50, 11., et de hominibus qui ad id adigunt jumenta 1 Chron. 21, 20.; hinc *triturare hostes* Am. 1, 3. Jud. 8, 7. 16., quod fiebat tribulis ferreis. Part. Praes. foem. דָּשָׁה vel (ut plurimi codices habent) דָּשָׁא (cum א pro ה) Jer. 50, 11. Infin. cum Affixo דּוּשָׁם Am. 1, 3. בְּדִישׁוֹ Deut. 25, 4. Imperat. foem. דּוּשִׁי Mich. 4, 13. Fut. תָּדוּשׁ Jes. 41, 15. cum Affixo et Nun epenth. יְדוּשֶׁנּוּ Jes. 28, 28. — Niph. נָדוֹשׁ *conculcatus est* Jes. 25, 10. Infin. abs. הִדּוֹשׁ (cum ו pro וֹ, sicut in Part. נָבוּךְ pro נָבוֹךְ a בּוּךְ) Jes. 25, 10. Hoph. Fut. יוּדַשׁ *triturabitur* (tribulis) Jes. 28, 27.

דּוּשׁ Chald. *id.* Fut. foem. cum Affixo et Nun epenthet. תְּדוּשִׁנַּהּ *conculcabit eam* Dan. 7, 23.

דַּיִשׁ m. *trituratio* Levit. 26, 5.

מְדוּשָׁה f. *id.*; metonymice: *id quod trituratur,* unde cum Affixo מְדֻשָׁתִי *trituratio mea,* h. e. *id quod a me trituratur* Jes. 21, 10.

דִּישׁוֹן v. suo loco.

דָּחָה 1) *pepulit, impulit, trusit* (alias דוח et נדח), spec. ad *labendum* Ps. 62, 4. 118, 13 (ubi adjectum est לִנְפֹּל). Arab. دحا *impellere ad lapsum,* idem Syr. et Chald. — 2) *dispulit* Ps. 35, 5. v. infra sub Niph. (Arab. دحو *disjecit, impulit cum disjectione.* v. SCHULTENS. ad Job. 38, 36.). — Praet. cum Affixo דְּחִיתַנִי Ps. 118, 13. Pahul foem. דְּחוּיָה *impulsa,* (subversus paries), Ps. 62, 4. Infin. absol. דָּחֹה 118, 13. — Niph. 1) *impulsus, detrusus est* Jer. 23, 12. יִדַּחוּ (tanquam a דחח, Arab. دَحَّ) וְנָפְלוּ *offendent et cadent*; Prov. 14, 32. בְּרָעָתוֹ יִדָּחֶה רָשָׁע *in malitia sua detrudetur* (de statu deiicietur, peribit) *improbus.* — 2) *expulsus, dispulsus est.* Hinc Part. Plur. נִדָּחִים *expulsi,* in regim. נִדְחֵי Ps. 147, 2. Jes. 11, 12. 56, 8. — Puh. Part. Plur. דֹּחוּ *dispulsi sunt* Ps. 36, 13.

דְּחִי m. *impulsio,* ad lapsum, in Pausa דֶּחִי Ps. 56, 14. 116, 8.

דַּחֲוָה vel דַּחֲוָא f. Chald., unde Plur. דַּחֲוָן *pellices,* ab Arab. دحا

subegit foeminam. Sed Judaei vertunt *instrumenta musica* (κρουστὰ sive *pulsatilia*). Dan. 6, 19. cf. Bertholdt. ad h. l.

מִדְחֶה m. *impulsio* Prov. 26, 28.

דְּחִי v. sub rad. דָּחָה.

דְּחַל Chald. *timuit.* [ܕܚܠ *timuit,* دَحَلَ *fugit timore perculsus,* ut Aeth.]. Part. Praes. Plur. דָּחֲלִין *timentes* Dan. 5, 19. Pehil: דְּחִיל *timendus, terribilis* Dan. 2, 31. (conf. similia in הֵימַן sub אָמַן et in אֲרַךְ). Foem. דְּחִילָה Dan. 7, 7. — Pahel *terruit;* Fut. cum Suffixo et Nun epenthet. יְדַחֲלִנַּנִי *terrebat me* Dan. 4, 2.

דֹּחַן m. Ezech. 4, 9., ut Arab. دُخْنٌ *holcus,* panicula ramis subternato verticellatis, patentibus, rudimentis florum sessilibus sub floribus fertilibus aristatis. Nascitur in Aegypto, Syria, Italia etc. v. Oedmann. verm. Samml. V, p. 92 sq. Olim *panicum* (italicum) intellexerunt. v. Celsii *Hieroz.* P. I, p. 453. Hilleri *Hierophyt.* P. II, p. 124.

דָּחַף *impulit, ad motum celeriorem concitavit.* Pahul Plur. דְּחוּפִים *impulsi, concitati* Esth. 3, 15. 8, 14. — Niph. Praet. נִדְחַף *impulsus est, properavit* 2 Chron. 26, 20. Esth. 6, 12. Voc. recentioris aetatis Chald. tantum sensu *impellendi* frequentatum. Arab. دحب *impulit,* ב et פ permutatis.

מַדְחֵפֹת Plur. foem. *impulsiones* Ps. 140, 12.

דָּחַק *trusit, pressit, repulit.* [Sic دَحْقَبَ *vehementi impulsu trusit a tergo.* Hinc دَحَقَ, ܕܚܩ et דְּחַק *expulit, repulit*]. Part. praes. דֹּחֵק, unde Plur. cum Affixo דֹּחֲקֵיהֶם *prementes, opprimentes eos* Jud. 2, 18. Fut. Plur. cum Nun paragog. et in Pausa יִדְחָקוּן *premunt, repellunt* Joël. 2, 8.

דַּי m. *sufficientia, sufficiens,* et adverbialiter: *satis, affatim.* Formam habet tanquam a דיה, sed significationem ab inusit. אדה, Arab. أَدَى *multus fuit,* propr. *ita plenus fuit et abundavit, ut nihil supra,* unde أَدَى السِّقَا *ita plenus fuit uter, ut jactari vix possit* ad eliciendum butyrum. Hinc עַד בְּלִי דָי *usque ad defectum sufficientiae,* i. e. ultra quam sufficit, Malach. 3, 10.; כְּדֵי בִזָּיוֹן *secundum sufficientiam contemtionis,* h. e. satis superque *contemtionis* Esth. 1, 18. Cum Affixis דַּיֶּךָ (in Pausa) *sufficientia tua,* quantum tibi satis est Prov. 25, 16. דַּיָּם *sufficientia eorum,* i. e. quantum satis habent, Exod. 36, 7. Jer. 49, 9. Obad. 5.; in regim. דֵּי, unde דֵּי שֶׂה *sufficientia agni,* i. e. quot sufficiunt ad agnum comedendum, Levit. 5, 7. 12, 8.; דֵּי הָשִׁיב *sufficientia reddendi* sive *solvendi,* h. e. quantum satis est ad solvendum Levit. 25, 28.; דֵּי חֲלֵב *sat lactis* Prov. 27, 27. Cum Praefix. כְּדֵי *secundum sufficientiam, quantum requirit,* Levit. 25, 26. Deut. 25, 2.; (גֹּרֹתָיו) בְּדֵי *pro sufficientia* (catulorum suorum), h. e. quantum satis esset (soboli) Nah. 2, 13.; מִדַּי *prae sufficientia,* i. e. supra quam requirit Exod. 36, 5. Alibi דַּי vulgo habetur pro syllaba paragogica mere otiosa sive expletiva, ut כְּדֵי idem sit quod כ *similitudinis,* בְּדֵי idem quod בְּ, מִדֵּי idem

quod Praefixum מִן. Neque tamen sic omnis *copiae* et *multitudinis*, quae radici inest, aut *sufficientiae* notio deficit; nam a) כְּדֵי est *secundum copiam* Jud. 6, 5 (ubi additur explicationis caussa לָרֹב). Deut. 25, 2 (ubi adjectum est בְּמִסְפָּר). — b) בְּדֵי אֵשׁ *pro sufficientia ignis*, i. e. quantum materiae ignis requirit Jer. 51, 58. Habac. 2, 13. Nah. 2, 13.; בְּדֵי שׁוֹפָר *in copia buccinae*, i. e. *quoties* buccinatur Job. 39, 28. (25.); בְּדֵי רִיק *pro sufficientia inanitatis*, h. e. quantum requiritur, ut aliquid frustra sit Jer. 51, 59. Habac. 2, 13. — c) מִדֵּי Verbis junctum, *multitudinem actionis* significat, reddendum per *quoties*, *quotiescunque*, ut 1 Sam. 1, 7. 18, 30. 1 Reg. 14, 28. 2 Chron. 12, 11. Jes. 28, 19. Jer. 20, 8. 31, 20.; sic cum Nomine, מִדֵּי דְבָרֶיךָ *quoties verba tua* scil. sunt Jer. 49, 27. Alibi מִדֵּי Nominibus praemissum per *quivis* vel *singuli* exponitur: ut מִדֵּי שָׁנָה בְּשָׁנָה *a quovis anno in annum, quotannis* 1 Sam. 7, 16. Zach. 14, 16. 2 Chron. 24, 5.; sic cum חֹדֶשׁ et שַׁבָּת Jes. 66, 23.

דִּי Pronomen Chald. utriusque Generis et Numeri, ab Hebr. זֶה (mutato ז in ד, ut alibi, et ה in Quiescentem aliam, Jod). Est autem דִּי *Pronomen relativum:* ut 1) *qui, quae, quod; qui, quae* (sicut Hebr. זֶה Ps. 74, 2. 104, 8. 26. Prov. 23, 22. Jes. 25, 9. et זוּ Exod. 15, 13. 16. Jes. 43, 21. Ps. 9, 16. 142, 4. etc.), ut Dan. 2, 10. 11. 14. 20. 3, 2. 3. 4, 5. 5, 23. Esr. 4, 10. 11. 17. etc. Pro: *illud quod* legitur דִּי Dan. 2, 23. (alibi est מָה דִּי Dan. 2, 28. 45. Esr. 6, 8.). Ceterum notanda Chaldaeorum verbositas in his talibus sententiis: בִּירְתָא דִּי בְמָדַי *arx quae in Media*, pro eo quod brevius dici poterat: *arx Mediae;* Esr. 6, 2. הֵיכְלָא דִּי בִירוּשְׁלֶם *templum quod* (est) *Hierosolymis*, Dan. 5, 2. al. — Cum Praefixis occurrit כְּדִי *cum, quando* (ut Hebr. כַּאֲשֶׁר) Dan. 2, 43. 3, 7. 5, 20. 6, 11. 15.; עַד דִּי, quod vid. in עַד; מִן־דִּי *ex quo* (tempore) Dan. 4, 23. — 2) *mera relationis nota*, ut in דִּי תַמָּה Esr. 6, 1. i. q. אֲשֶׁר שָׁם *ubi;* דִּי מְדָרְהוֹן *quorum domicilium* Dan. 2, 20. — 3) *conjunctio*, maxime *caussalis: quod, quia* Dan. 2, 8. 9. 3, 18. 28. 4, 6. Esr. 4, 13. 15. 16. 5, 8. 7, 24. (unde דִּי הֵן *quod si* Dan. 2, 9.); *ut*, Dan. 2, 16. 18. 3, 10. 29. Esr. 6, 11. 7, 13. 21. etc. (sicut Hebr. אֲשֶׁר, it. ὅτι, *dass*, ubi Lat. utuntur Accus. cum Infin.). Dan. 2, 47. Praemittitur etiam, ut ὅτι et כִּי, orationi directae Dan. 2, 25. 5, 7. 6, 6.; דִּי לְמָה est *ne* Esr. 7, 23. — 4) nota *Genitivi*, quae tamen ipsa quoque ad Pronominis *Relativi* significationem revocari potest: ut שַׁלִּיטָא דִּי מַלְכָּא praefectus *regis*, propr. *qui erat regis* Dan. 2, 15. Esr. 5, 13. Saepe Nomini regenti additum est Pronomen pleonast., ut קַרְצֵיהוֹן דִּי יְהוּדָיֵא *accusationes eorum* (scil.) *Judaeorum* Dan. 3, 8.; שְׁמֵהּ דִּי אֱלָהָא *nomen ejus, Dei* Dan. 2, 20. 6, 25. v. Winer. Grammat. Chald. p. 91. — Genitivum *materiae* deprehendis Dan. 2, 32. רֵאשֵׁהּ דִּי־דְהַב טָב *ejus caput auri boni* (fuit), h. e. ex auro bono confectum; et Esr. 6, 4. נִדְבָּכִין דִּי־אֶבֶן גְּלָל.

דִּי זָהָב Deut. 1, 1. propr. *locus auri fecundus* (coll. Arab. ذو, ذى i. q. Hebr. בַּעַל in compos.): Nom. propr. loci in deserto Arabiae, haud procul a monte Sinai. Ibi nunc quoque est regio, dactylorum fertilis, *Dsahab* dicta, quam Burkhardtus ad montem Sinai iter faciens, transivit in ipsa peninsula ad litus occidentale sinus Aelanitici v. ejus Itinerar. ed. Gesen. Tom. II, p. 847 sq.

דִּיבֹן (Arab. ذيبان) et דִּיבוֹן (ex frequenti Consonant. ב et מ permutatione): 1) *urbs* ad Arnonem sita, Moabitarum ante Mosen, inde ab ejus tempore Israelitarum transjordanensium, Num. 32, 3. 34. Jos. 13, 9. 17., quae postea Moabitis iterum cesserat Jes. 15, 2. 9. Jer. 48, 18. 22. cf. Burkhardt. Reise Tom. II, p. 633. Aliam v. s. דִּימוֹנָה.

דָּוָה rad. in Hebr. inusit., i. q. Chald. דְּהָא *obscurus, ater fuit*, unde Arab. دَوِيَ *infelix fuit*: (sicut Lat. etiam *atra dies* pro *infausta* et *infelice* etc.).

דְּיוֹ m. *atramentum* Jer. 36, 18. (ܕܝܘܬܐ et Chald. דְּיוּתָא *atramentum*). v. J. J. Quandt Diss. de דְּיוֹ seu atramento Hebr. Regiom. 1713. 4.

דַּיָּה f. Deut. 14, 13. Lxx. ἴκτινος, Vulg. *milvus*, Bocharto *vultur niger*. Plur. דַּיּוֹת *vultures* Jes. 34, 15.

דִּימוֹן vide supra דִּיבֹן.

דִּימוֹנָה Nomen propr. oppidi tribus Judae, al. דִּיבֹן. Jos. 15, 22. Neh. 11, 22.

דִּין (et דּוּן, Syr. ܕܳܢ Arab. دان pro دين: 1) *judicavit* Ps. 7, 9. 9, 9. 72, 2. Jes. 3, 13. al. atque hinc: a) *caussam* alicujus *egit, absolvit, vindicavit* Gen. 30, 6. Ps. 54, 3. Jer. 22, 16. Deut. 32, 36.; b) *punivit* Gen. 15, 14. Job. 36, 31. — 2) sq. עִם: *disceptavit, altercatus est* (coll. δικάζεσθαι med.) Coh. 6, 10. — 3) *rexit, moderatus est* Gen. 49, 16. 1 Sam. 2, 10. (cf. infra אָדוֹן). Huc pertinet etiam Zach. 3, 7. וְגַם אַתָּה תָּדִין אֶת־בֵּיתִי (vicissim) *reges domum meam* (Jovae), h. e. rem sacram moderaberis (v. Rosenmueller.), et Gen. 6, 3. לֹא יָדוֹן רוּחִי בָאָדָם quod verti potest: *non regnabit in hominibus* (agitabit homines) *spiritus meus* (vitae principium et fons Ps. 104, 30.). Aliorum explicationes v. ap. Rosenmueller. in Scholl. et in Commentat. de versione Pentat. Pers. p. 19 sq. — Praet. cum Affixo et Nun epenth. דָּנַנִּי Gen. 30, 6. Part. Praes. דָּן Gen. 15, 14. Infin. cum לְ, לָדִין Jes. 3, 13. Imperat. דִּין Prov. 31, 9. Fut. יָדִין Gen. 49, 16. 1 Sam. 2, 10. etc.

Niph. Part. נָדוֹן *disceptans* 2 Sam. 19, 10.

דִּין Chald. *id.* unde Part. Praes. Plur. דָּאנִין vel sec. Kri דַּיְּנִין *judicantes* Esr. 7, 25.

דָּן Nom. propr. 1) filii Jacobi Gen. 30, 3. etc. ejusque posterorum, Danitarum, Gen. 49, 16. Num. 2, 25. al. — 2) urbis in finibus borealibus terrae Israëliticae, quae olim לַיִשׁ vocabatur, sed a Danitis occupata ab iisdem *Dan* dicta est, Jud. 18, 29.; unde phrasis: *a Dan usque ad Beerschebam*, et vicissim, Jos. 19, 47. 2 Sam. 3, 10. etc. Idem oppidum intelligendum Gen. 14, 14. Sed v. Rosenmueller. ad h. l.

דָּנִיֵּאל Nom. propr. prophetae celeberrimi qui in Babylonia vixit Dan. 1, 6. al. דָּנִאֵל Ezech. 14, 14. Lxx. Δανιήλ.

דּוֹן m. *judicium*, sec. Kri Job. 19, 29. sed Cthib habet דִּין, alia Forma.

דִּין m. 1) *litigatio* Prov. 22, 10. — 2) *judicium* Prov. 20, 8. Job. 35, 14. etc. Metonymice 3) *caussa quae dijudicatur* Deut. 17, 8. Ps. 140, 13. Prov. 29, 7. 31, 8. Jer. 5, 28. 22, 16. Job. 36, 17. etc. — 4)

judicii norma, jus Esth. 1, 13. — Dicitur עָשָׂה דִין *caussam alicujus agere, defendere* Ps. 9, 5. 140, 13. et דִין דִין Jer. 5, 28. 22, 16. Cum Affixis דִינִי Ps. 9, 5. דִינֵךְ Jer. 30, 13.

דִין m. Chald. 1) *judicium*, h. e. collect. *judices* Dan. 7, 10. — 2) *jus* Dan. 4, 34. 7, 22. — 3) *poena* Esr. 7, 26. In Statu emphat. דִינָא Dan. 7, 10. et דִינָה Esr. 7, 26.

דַּיָּן m. *judex* 1 Sam. 24, 16. in regim. דַּיַּן Ps. 68, 6.; ut Arab دَيَّان etiam *patronus, vindex*, unde l. c. דַּיַּן אַלְמָנוֹת *patronus viduarum.*

דַּיָּן m. Chald. *id.* unde Plur. דַּיָּנִין *judices* Esr. 7, 25.

אָדוֹן m. *dominus* (a *regendo, imperando* dict.; sec. all. ab אדן, unde est אֶדֶן *basis*, quod v. suo loco), eodem sensu quo Lat. voc. et nostr. *Herr:* a) 1 Reg. 16, 24. אֲ׳ הָהָר שֹׁמְרוֹן *dominus* (possessor) *montis Schomron.* Hinc Jova appellatur אֲ׳ כָּל־הָאָרֶץ *dominus totius terrae* Jos. 3, 11.; alibi simpl. הָאָדוֹן Exod. 23, 17. vel omisso Artic. אָדוֹן Ps. 114, 7. (nusquam בַּעַל vel הַבַּעַל). — b) Ps. 12, 5. מִי אָדוֹן לָנוּ *quis* est *nobis* (noster) *dominus* cui pareamus; Jes. 26, 13. בְּעָלוּנוּ אֲדֹנִים *dominati sunt in nos domini;* 2 Sam. 11, 11. 1 Reg. 1, 11. 1 Sam. 24, 11. — c) *herus* servorum Gen. 24, 14. 27. 35. 39, 2. 7. 16. etc. בֶּן־אָדוֹן *filius heri* Gen. 24, 44. Exod. 21, 8. 22, 12. al. — d) אֲ׳ לְבֵית פ׳ *dominus* i. e. praefectus *domus alicujus* Ps. 105, 20. Gen. 45, 8. — e) *maritus* (Graec. *κύριος γυναικός*, vern. *Eheherr*) Gen. 18, 12. v. בַּעַל. — In regim. אֲדוֹן, cum Affixo אֲדֹנִי Gen. 23, 6. cum Praefixo בַּאדֹנִי 1 Sam. 24, 11. וַאדֹנִי Gen. 18, 12. לַאדֹנִי Gen. 24, 36. — Denique persaepe אֲדֹנִי etc. est nomen honoris Gen. 32, 4. 18., quo et principes compellant, ut 1 Sam. 24, 11. אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ 2 Sam. 14, 9. 1 Reg. 3, 17. 1, 17. 18., et eos omnino, quibus reverentiam habere placet Gen. 23, 6. 11. 31, 35. Num. 12, 11. 1 Reg. 6, 5. Blandius et aliquanto submissius illi, qui ubicunque vocis *tu* vel *tuus* locus erat, אֲדֹנִי dicunt atque ita in omni oratione utuntur tertia persona (fere ut nostrates *Sie, Er,* pro *du*): Gen. 33, 13. *dominus meus scit* (tu scis), v. 14. *transeat dominus meus -- donec venero ad dominum meum,* Gen. 44, 16. 47, 18. 2 Sam. 1, 10. Eadem de caussa pro *ego* dicunt *servus tuus* Gen. 44, 7. 2 Sam. 19, 19 35. 2 Reg. 5, 18. v. sub עֶבֶד.

Plur. אֲדֹנִים *domini* Jes. 26, 13. cum Suffixo אֲדֹנַי domini *mei* Gen. 19, 2. 18.; sed alibi *excellentiae* caussa de *uno domino* (v. Gesen. Lehrgeb. p. 663.), ut אֲדֹנֵי הָאָרֶץ *dominus terrae* Gen. 42, 30. Deut. 10, 17. אֲדֹנֶיךָ dominus (magister) tuus 1 Reg. 2, 3. 5. 16. אֲדֹנָיו *dominus ejus* Gen. 24, 9. 39, 2. 3. 40, 7., etiam cum Adject. singul. Jes. 19, 4. אֲדֹנִים קָשֶׁה *dominus durus,* severus. Hinc Jova appellatur אֲדֹנֵי אֲדֹנִים *dominus dominorum*, i. e. summus dominus Deut. 10, 17.

אֲדֹנָי (pro אֲדֹנִים v. Gesen. Lehrgeb. p. 524.): Plur. excellentiae de summo *domino* h. e. *Jova* Gen. 18, 27. Num. 14, 17. Jud. 13, 8. Esr. 10, 3. Neh. 1, 11. etc., quo Jova et ipse semet appellat Jes. 8, 7. Job. 28, 29. Ubivis cum Verbo singul. copulatur. Passim אֲדֹנָי אֱלֹהִים Dan. 9, 9. 15. אֲדֹנָי יְהוִֹה Am. 5, 3. — Cum Suffixo אֲדֹנֵינוּ *dominus noster* Ps. 147, 4. cum Praefix. לַאדֹנָי Jes. 28, 2. etc.

Huc pertinent, quae ab אָדוֹן orta sunt, Nomina propria, ut:

אֲדֹנִי־בֶזֶק (*dominus,* dynasta *Besek*) rex Cananit. Jud. 1, 5 sqq.

אֲדֹנִי־צֶדֶק (*dominus justitiae*) rex Cananit. Jos. 10, 1. 3.

אֲדֹנִיָּה filius Davidis, qui imperium affectabat. 2 Sam. 3, 4. 1 Reg. 1, 5. 9 sqq. 2, 13 sqq. LXX. *Ἀδωνίας*.

מָדוֹן m. *disceptatio, contentio, lis* 2 Sam. 21, 20. Prov. 18, 15. 16, 28. 17, 14. Jer. 15, 10. Habac. 1, 3. etc. Metonymice *contentionis caussa et materia* Ps. 80, 7. In Plur. Vau fit mobile (sicut in שְׁוָרִים a שׁוֹר, in הֲוָתִים a הוֹת etc.): מְדוָנִים, sec. Cthib Prov. 18, 19. 21, 9. 19. 23, 29. 25, 24. 26, 21. 27, 15. (quod tamen etiam legi potest מְדוֹנִים, cum Vau quiesc.), et mutato Vau in Jod, מִדְיָנִים Prov. 18, 18. et sec. Kri 6, 14. 18, 19. 21, 9. etc. unde in regim. מִדְיְנֵי Prov. 19, 13. (Sed מָדוֹן sec. Kri 2 Sam. 21, 20. vid. sub rad. מדה). — אִישׁ מָדוֹן 1) active, *qui cum aliis libenter rixatur, litigiosus* 2 Sam. 21, 20.; 2) passive, *qui aliorum contentionibus et rixis expositus est, qui eas adversus se pati cogitur* Jer. 15, 10.

מְדָן m. *id.* unde Plur. מְדָנִים *lites, contentiones* Prov. 6, 19, 10, 12. et sec. Cthib 6, 14.

מְדִינָה f. *judicium, jurisdictio*; sed metonymice sumitur pro *provincia, ditione*, quae *jurisdictioni* subest (ut مدينة *civitas, jurisdictio*) Eccles. 3, 7. Esth. 1, 1. 22. 3, 12. 14.; it. *terra* Dan. 11, 24. Eccles. 2, 8. etc. Plur. מְדִינוֹת *provinciae* Ezech. 19, 8. Thren. 1, 1. Eccles. 2, 8. Esth. 1, 16. etc. Sic ab Aethiop. ኰነነ: *judicavit* est ምኵናን: *territorium, tractus*, et ap. Lat. a *regendo* fit *regio*.

מְדִינָה f. Chald. *id.* in Statu emphat. מְדִינְתָּא Esr. 5, 8. 6, 2. in regim. מְדִינַת Dan. 2, 48. 3, 1. 12. 30. Esr. 7, 16. Plur. מְדִינָן *provinciae* Esr. 4, 15. in Statu emphat. מְדִינָתָא Dan. 3, 2. 3.

דִּיפַת colonia Cimmeriorum 1 Chron. 1, 6. pro רִיפַת, quod vide.

דָּיֵק m. vid. supra sub rad. דוק.

דִּישֹׁן m. 1) genus *dorcadis* sive *capreae*, quod *platyceros* vocatur, i. e. *dama* Deut. 14, 5.; nomen habet a *timiditate*, coll. Arab. دريت *fuga*: unde *timidi damae* apud VIRGIL. *Eclog.* VIII, 28. *Georg.* III, 539. et apud STATIUM ACHILL. L. II., *pavidae damae* apud HORAT. *Carm.* L. I. Od. 2. et Arab. *dorcas* vocatur أبن بريح *filius fugae*. Chald. et Syr. pro eo dicitur דִּיצָא, per צ, quod est ab Arab. داص *se subduxit, fugit*. BOCHARTUS Tom. II, p. 270. ed. Lips. ortum putat a דֶּשֶׁן *cinis*, quod fera sit, specie cervi, maculas in natibus albas cinereasve habens. LXX. *πύγαργος*. OEDMANNO denique est *capradorcas*. — 2) Nom. propr. filii Seiri atque inde regionis Idumaicae Gen. 36, 21. 1 Chron. 1, 38.

דָּךְ m. *hic, iste*, Pronomen *demonstrativum* Chald. Esr. 5, 16. 17. 6, 7. 8. 12. in Foem. דָּךְ *haec, ista, istud* Esr. 4, 15. 16. 18. 21. 5, 8.; quorum prius דָּךְ ortum est ex Hebr. זֶה (cujus Segol est pro Zere, ut in aliis tertia radicali ה Quiescentibus, e. g. in Particip. praes.), cum Caph Pronom. *pleonastico*, posterius דָּךְ ex דָּא (excidente א), quod vide supra suo loco, et ex simili Caph. Pronom. *pleonastico*, ut Arab. ذَاكَ et ذَلِكَ.

דִּכֵּן simile Pronomen Chald. vid. infra suo loco.

דָּכָא *attritus, contritus est*, in Kal. inusit. (Quatuor radices eandem vim habent: دَاكَ דּוּךְ Num. 2, 8. دَكَّ דָּכַךְ Ps. 74, 21. Prov. 26, 28. دَكَي et دَكَوَ דָּכָה Ps. 51, 19. 38, 9. 93, 3. et دَكَأ ult. Hamz. *tundendo terere, comminuere*). In Piel: *conterere, conculcare* Thren. 3, 34., *confringere, pessumdare* Ps. 72, 4. 89, 11. Job. 6 9., *opprimere* (in judicio) Jes. 3, 15. Prov. 22, 22. Job. 5, 4., plagis, morbo *conficere* Jes. 53, 10., semel ad *desperationem* adducere Job. 19, 2. — Praet. 2. pers. דִּכָּאתָ (petita punctatione a synonymo דכה) Ps. 89, 11. Infin. cum Affixo דַּכְּאוֹ Jes. 53, 10. Fut. Plur. cum Affixo תְּדַכְּאוּנַנִי Job. 19, 2. more Syrorum cum Nun epenthet. ante Affixum etc. — Pyal: 1) *conteri, confringi*: Job. 22, 9. זְרֹעוֹת יְתֹמִים יְדֻכָּא *lacerti pupillorum contriti, fracti sunt.* — 2) *contundi* (plagis) Jes. 53, 5. — 3) *moerore confici, moestum reddi* Jes. 19, 10. Jer. 44, 10. — Niphal *conteri, opprimi* Jes. 57, 15. — Hithpah. Fut. Plur. יִדַּכְּאוּ (pro יִתְדַּכְּאוּ) *conterentur, opprimentur* Job. 5, 4., in Pausa יִדַּכָּאוּ *confringuntur, pessumdantur* 34, 25.

דַּכָּא m. 1) *contritus, contusus, comminutus*: Ps. 90, 3. תָּשֵׁב אֱנוֹשׁ עַד דַּכָּא *reverti facis hominem ad contritum* h. e. ut fiat contritus, (redigis hominem in pulverem). Michaelem, qui דַּכָּא pro Substantivo habuit, coll. Arab. دَكَّاء *pulvis*, bene refutat Rosenmueller. ad h. l. — 2) trop. *afflictus, animo abjectus* Jes. 57, 15 (ubi jungitur שְׁפַל רוּחַ). Plur. דַּכְּאֵי רוּחַ Ps. 34, 19.

דָּכָה *attritus, contritus* (h. e. oppressus) *est.* Convenit cum דכא, דכך et דוך. Praet. cum Vau convers. וְדָכָה *et atteretur* vel *atteritur* sec. Cthib Ps. 10, 10., sed Kri habet יִדְכֶּה in Fut. *atteretur, atteritur*, quod fortasse legendum in Hithpahel יִדַּכֶּה *comminuet se, incurvabit se* v. Schnurreri *Observv.* ad h. l. — Niph. נִדְכָּה *attritus est* Ps. 38, 9. Part. נִדְכֶּה *attritus, contritus, afflictus* (animus) Ps. 51, 19. Pih. Praet. דִּכִּיתָ *contrivisti* Ps. 51, 10., cum Affixo דִּכִּיתָנוּ *contrivisti nos* (acerbissime afflixisti) Ps. 44, 20.

דֳּכִי m. *illisio, contusio*, deinde *sonus rei illisae*, hinc *fragor* (aquarum, fluctuum). Cum Affixo דָּכְיָם Ps. 93, 3. Arab. دَكْي *collisio*, a دَكَوَ, دَكَا *tundere, trudere*, Conj. VI. *truserunt compresseruntque se invicem.* v. Michaelis Suppl. p. 441.

דַּכָּיו m. idem fere quod דַּכָּא, *attritus, afflictus* Prov. 26, 28. (mutata tertia Radicali ה in ו, cum Jod otioso, sicut in עָנָיו Num. 12, 3., שְׁלָיו, שָׁלֵיו Jer. 49, 31. etc.), ut sensus l. c. sit: *lingua mendax odit* sive *hostiliter tractat attritum, afflictum*, adeoque afflicto addit afflictionem. Sic Aben Esra, Kimchius, Mercerus, Pagninus, Coccejus in *notis Lexicis*, aliique intellexerunt. Sed v. sub דַּךְ.

דָּכַךְ Hebraeis inusit., apud Arabes idem significat, quod Hebr. דוך et דכה *contudit, contrivit.* Inde sunt

דַּךְ in Pausa דָּךְ m. *attritus, miser, afflictus* Ps. 9, 10. 10, 18. 47,

21. Ad hanc voc. revocant nonnulli דַּכָּיו Prov. 26, 28., ut sit: *lingua odit a se atterendos* h. e. eos quos atterere, perdere vult. Ita Dathius, cui assentitur Gesenius.

דַּכָּה f. *contritio, contusio* Deut. 23, 2.

דִּכֵּן m. Pronomen *demonstrativum* Chald. compositum ex duobus Pronominibus דָּךְ *hic*, et הֵן *ipse, ille* (cujus Plur. est הִנּוּן), q. d. *hic ipse, is ipse* Dan. 2, 31. 7, 20. 21.

דְּכַר Chald. idem quod Hebr. זָכַר *meminit recordatus est.* Inde sunt

דְּכַר m. (in genere *mas*, ut Hebr. זָכָר, in specie) *mas ovium* sive *aries*: unde Plur. דִּכְרִין *arietes* (coll. Graec. ἀρὴν, ἀῤῥὴν, unde ἀρνός, ἀρνί etc. *aries* et ἄῤῥην *mas*) Esr. 6, 9. 17. 7, 17.

דִּכְרוֹן m. Chald. *memoriale, monumentum*, ut Hebr. זִכְרוֹן, unde in Statu emphat. דִּכְרוֹנָה Esr. 6, 2.

דָּכְרָן m. Chald. *id.* unde Plur. דָּכְרָנִין *monumenta*, in Statu emphat. דָּכְרָנַיָּא Esr. 4, 15.

דָּלַג *saliit* (Chald. id.) Jes. 35, 6., *transiliit* sq. עַל Zeph. 1, 9. — Pih. *saliit, subsiliit* Cant. 2, 8. it. *transiliit* sq. Accus. 2 Sam. 22, 30. Ps. 18, 30. Vicinum est Arab. دلق *prosilire cum impetu* in Conj. VII.

דָּלָה I) *in altum traxit, evexit,* specialiter *aquam ex puteo hausit* Exod. 2, 16. 19. (sic Chald. דְּלָא et Syr. ܕܠܐ *hausit, eduxit,* Ar. دلا *hausit* aquam: nisi potius est denomin. a דְּלִי *situla,* q. d. *situlas agere,* hinc *haurire* cf. Alb. Schultens. ad Prov. 20, 5.); metaphor. *consilium alicujus* quasi *exhaurire* h. e. *perspicere* Prov. 20, 5. — Pih. 1) *extraxit, liberavit* (e calamitatibus) Ps. 30, 2. דִּלִּיתָנִי *evexisti, extraxisti me.* — 2) *abstulit, sustulit,* unde Imper. plur. דַּלְיוּ (pro דַּלּוּ, mutata tertia Radicali ה in Jod, et extruso Dagesch forti ex littera schwata) *tollite, auferte* (tanquam rem inutilem) Prov. 26, 7. coll. rad. cognat. Chald. דְּלַל *detraxit, subtraxit, avulsit,* et Arab. كدل *hausit, attraxit ex puteo,* it. *surripuit.* Sic Graec. αἴρω et ἐξαίρω *in altum tollo, eveho,* et *aufero.* [Schultensio est h. l. Verbum *denominativum* a דְּלִי *situla,* unde דַּלְיוּ *situlas agunt,* quo sensu etiam Arab. مال et سجل usurpari solet. Ita enim totum versum reddit: *situlas agunt crura ex claudo,* h. e. claudicant, vacillant. Sed haec longius petita et doctior quam verior explicatio esse videtur]. — II) i. q. Arab. دلى Conj. V. *pependit deorsum,* unde דָּלִית, quod v. infra.

דַּל m. *valva ianuae* vel *portae,* et propr. quidem talis, quae, dum aperitur, *attolli* solet (conf. Ps. 24, 7.); metaphorice usurpatur de *labiis oris* Ps. 141, 3. collata simili phrasi Mich. 7, 5. Job. 41, 5. Eccles. 12, 4. et secundum quosdam Prov. 17, 19. Sic ἐν πύλαις στόματος dixit Euripides in *Hippol.* v. 882. et contra στόμα ἀπύλωτον Aristophanes in *Ran.* v. 861. Lat. *orationis ianuam* de *ore* quoque dixit Apulejus in *Apolog.* Aliud vid. sub rad. דָּלַל.

דֶּלֶת f. *valva, ianua:* unde cum Affixo דַּלְתֶךָ sec. Kri Jes. 26, 20. sed Ctib habet דְּלָתֶיךָ *valvae tuae,* in Duali. Dual. דְּלָתַיִם (quod vulgo a

דֶּלֶת deducitur, sed invita analogia grammatica) *valvae binae, fores* Deut. 3, 5. 1 Sam. 23, 7. Eccles. 12, 4. Jes. 45, 1. Jer. 49, 31. etc. in regim. דַּלְתֵי Jos. 2, 19. Jud. 11, 31. 1 Reg. 7, 50. Trop. דַּלְתֵי שָׁמַיִם *portae coelorum*, nubium Ps. 78, 23., ד׳ פָּנִים *ianua oris, fauces* Job. 41, 6., ד׳ בֶּטֶן *ostia ventris, uteri* Job. 3, 10. Cum Affixis דַּלְתֵי Job. 31, 32. דְּלָתֶיךָ Zach. 11, 1. et sec. Cthib Jes. 26, 20. דַּלְתֵיהָ Jos. 6, 26. 1 Reg. 16, 34.

דֶּלֶת com. *id.* Gen. 19, 9. 10. Exod. 21, 6. Jud. 19, 22.; trop. Cant. 8, 9: אִם דֶּלֶת הִיא *si ianua est* soror nostra, h. e. si procis facilem aditum praebet etc.; duplici sensu, pro *valvis* et pro *foribus*, occurrit Ezech. 41, 24. Cum Affixo דַּלְתּוֹ *ianua ejus* 2 Reg. 12, 10., ubi metaphorice *operculum arcae* significat. Plur. דְּלָתוֹת *valvae, ianuae* Neh. 6, 1. Jer. 36, 22. Ezech. 41, 23. 24. etc.; trop. *columnae* libri, voluminis Jer. 36, 23., in regim. דַּלְתוֹת Jud. 3, 23. 24. 25. 1 Sam. 3, 15. cum Affixo דַּלְתוֹתָיו Neh. 3, 1. 2 Chron. 3, 7.

דְּלִי m. *situla*, qua aqua ex puteo *hauritur*, Arabibus dicta دَلْوٌ et دَلًى, Jes. 40, 15.; plerumque *uter coriaceus*, qui demittitur in puteum ad hauriendas aquas et hodienum دلو dicitur teste Niebuhrio.

דְּלִי m. *id.* unde est Dualis דָּלְיַיִם, et cum Affixo דָּלְיָו *situlae sive haustra ejus*, quae bina esse solent, Num. 24, 7. (cum Kametz brevi ex Chateph-Kametz conciso, licet adsit Accentus Metheg, qui non semper Kametz longum arguit conf. Dav. Kimchius in *libro Rad.* ad h. v. Danzius in *Litterat.* p. 87 sq. et *Var. Lect.* Bibl. Hebr. Halens. ad Ps. 16, 1.).

דָּלִית f. unde Plur. דָּלִיּוֹת *propagines, palmites* Jer. 11, 16. Ezech. 17, 6. 23. 19, 11. 31, 7. 9. 12., a تَدَلَّى, quod est de arbore *propendere ramis* v. Gjeuharium ap. Schultens. ad Prov. 20, 5. Cum Affixo דָּלִיּוֹתָיו Ezech. 17, 7.

דָּלַח *turbavit, conturbavit, lutulentam* (aquam) *fecit*. Fut. cum Vau convers. וַתִּדְלַח *et turbasti* (aquas pedibus tuis, h. e. commovisti populos, coll. Jes. 17, 12.) Ezech. 32, 2. Foem. 3. pers. cum Affixo תִּדְלָחֵם *turbet eas* Ezech. 32, 13. (Syr. ܕܠܰܚ *perturbavit*).

דָּלַל *exhaustus, attenuatus est* (Syr. ܕܰܠ *diminuit*, Chald. דְּלַל et דַּלְדֵּל *attenuavit, diminuit*) Jes. 19, 6 (de fluviis).; specialiter *viribus* et *opibus*, adeoque *languit* Jes. 38, 14. Hinc a) *attritus, afflictus fuit* (Arab. ذَلَّ *vilis, humilis, attritus fuit*) Ps. 79, 8. 142, 6. — b) a languendo: *pendulus fuit, pependit* Job. 28, 4. constr. cum לְ. Praet. defect. דַּלּוֹתִי Ps. 116, 6. Plur. דַּלְלוּ Jes. 19, 6. et defective דַּלּוּ Job. 28, 4. *penduli haerent* (aliorum explicationes v. ap. Rosenmueller. ad h. l.); it.: *languebant* (oculi mei) לַמָּרוֹם suspicientes *in altum* (Lxx. ἐξέλιπόν μου οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ βλέπειν εἰς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὸν κύριον) Jes. 38, 14. coll. Ps. 69, 4. — Niph. fut. יִדַּל *attenuabitur, minuetur* (gloria) Jes. 17, 4.

דַּל m. 1) *exhaustus, attenuatus* corporis viribus, *macilentus* Gen. 41, 19. 2 Sam. 13, 14. — 2) *exhaustus, attenuatus opibus, infirmus*

2 Sam. 3, 1. Jud. 6, 15. — 3) *tenuis sorte, ignobilis, afflictus, pauper* Levit. 14, 21. 19, 15. 1 Sam. 2, 8. Jes. 26, 6. Jer. 5, 4. etc. Plur. דַּלִּים *exhausti, attenuati, tenues, pauperes* Job. 20, 10. Prov. 10, 15. Jes. 10, 2. etc. Foem. דַּלָּה, unde Plur. דַּלּוֹת Gen. 41, 19. Aliud vid. supra sub rad. דלה.

דַּלָּה f. 1) *tenuitas* a) *filorum*, hinc *licium* Jes. 38, 12.; b) *hominum*, hinc *ignobilitas, paupertas, miseria* 2 Reg. 24, 14. 25, 12. Jer. 40, 7. Plur. דַּלּוֹת *tenuitates turbae pauperculae* Jer. 51, 15. 16. — 2) *longior* et *copiosior coma* Cant. 7, 6. v. rad. sub b.

דְּלִילָה Nomen propr. mulieris in valle Sorek, quam adamavit Simson Jud. 16, 4 sqq.

דָּלַף *stillavit, perstillavit*. Praet. foem. דָּלְפָה *stillavit* scil. lacrymis *oculus* Job. 16, 20., et de *anima* Ps. 119, 28: דָּלְפָה נַפְשִׁי מִתּוּגָה *stillat* (lacrymis) *anima mea prae moerore*, h. e. totus quasi solvor in lacrymas (al. *incurvus lente incedo* sed vid. Rosenmueller. ad. h. l.); Fut. יִדְלֹף *perstillat* (tectum) Eccles. 10, 18. (ذَلَفَ *lente incedere, serpere, serpendo fluere*, Conj. VII. *fluere*. Syr. ܕܠܦ et Chald. דְּלַף *stillavit*).

דֶּלֶף m. *stillatio, stillicidium* Prov. 18, 13. 27, 15.

דַּלְפוֹן Nomen propr. filii Hamanis Esth. 9, 7.

דָּלַק *arsit* 1) Ps. 7, 14. Obad. 18: דָּלְקוּ בָהֶם (Israelitae tanquam flamma ignis) *ardebunt in iis* (Edomitis). — 2) transl. a) *angore quasi aestuavit, angore confectus est* Ps. 10, 2.; b) sq. אַחֲרֵי *ardenter, cupide, acriter persecutus est* Gen. 31, 36. 1 Sam. 17, 53. al.; c) *amore, amicitia incaluit* Prov. 26, 23. (coll. Lat. *aestuare in aliquid*). Arab. ذَلِقَ *flagravit, arsit*. v. Alb. Schultens. ad Prov. 26, 23. et ܕܠܩ *arsit*; unde per metaphoram: *exardescere in aliquem, persequi*. Praet. cum Affixo דְּלָקֻנוּ Thren. 4, 19. Part. Praes. plur. דֹּלְקִים *ardentes* (sagittae) Ps. 7, 14., de quib. v. Lydius de re milit. p. 119. 315. coll. זִקִּים, זִיקוֹת. Fut. יִדְלַק Ps. 10, 2. — Hiph. הִדְלִיק 1) *ardere fecit, accendit* proprio sensu Ezech. 24, 10. 2) *inflammavit* de vino Jes. 5, 11.

דְּלַק Chald. *arsit*. Part. praes. דָּלִק Dan. 7, 9.

דַּלֶּקֶת f. *febris ardens* Deut. 28, 22.

דֶּלֶת vid. supra sub rad. דלה.

דָּם *sanguis*, vid. sub rad. אדם, et aliud sub sq. rad. דמה.

דָּמָה Duplex radix est: 1) *similem se exhibuit, similis fuit* vel *factus est, assimilatus est* (Syr. ܕܡܐ et Chald. דְּמָא *similis fuit*) sq. לְ Ps. 144, 4. Cant. 7, 8. Ps. 102, 7. 89, 7. sq. אֶל Ezech. 31, 8. — Praet. Kal דָּמִית Ezech. 31, 2. 18. Plur. דָּמוּ Ezech. 31, 8. דָּמִינוּ Jes. 1, 9. Imperat. דְּמֵה Cant. 2, 17. etc. — Niph. Praet. נִדְמֵיתָ *similis*

factus es Ezech. 32, 2. — Pih. דִּמָּה 1) *assimilavit, comparavit*, sq. אֶל Jes. 40, 18., sq. לְ Cant. 1, 9. Thren. 2, 13. — 2) *animo sibi aliquid informavit*, h. e. a) *opinatus est* Ps. 50, 21. Jes. 10, 7. Esth. 4, 13.; b) *meditatus est* sq. vel Accus. Ps. 48, 10. vel Infin. Jud. 20, 5. Num. 33, 56. Jes. 14, 24. (quae quidem *cogitandi meditandique* notio in ling. Chald. et Samar. praecipue obtinet). Praet. cum Affixo דִּמִּיתִיךְ Cant. 1, 9. Fut. Plur. תְּדַמְּיוּן (mutata tertia Radicali ה in Jod) Jes. 40, 18. et cum Affixo Jes. 40, 25. 46, 5. — Hithpah. fut. אֶדַּמֶּה (pro אֶתְדַּמֶּה) *similem me faciam* Jes. 14, 14.

II) i. q. דּוּם *siluit* Thren. 3, 49. Jer. 14, 17.; transit. *fecit silere*, h. e. *excidit, perdidit* Hos. 4, 5. Jer. 6, 2. — Pih. דִּמָּה *excidium meditatus est* 2 Sam. 21, 5. (Huc revocat Gesenius etiam Hos. 12, 11. Fut. אֲדַמֶּה, quod al. vertunt: *similitudines* proponam). — Niph. נִדְמָה *excisus est, periit* Jes. 15, 1. Hos. 10, 15. Zeph. 1, 11. Jer. 47, 5. Ps. 49, 13. Hos. 4, 6. Praet. נִדְמְיָתָה (cum ה paragog.) Obad. 5. נִדְמֵיתִי Jes. 6, 5. Part. נִדְמֶה *excisus, exscindendus* Hos. 10, 7. Infin. absol. נִדְמֹה Hos. 10, 15. Sed תִּדַּמּוּ et יִדַּמּוּ pertinent ad Niphal Verbi דמם.

דְּמָה Chald. *similis fuit*, unde Part. praes. דָּמֵה *similis* Dan. 3, 5. Foem. דָּמְיָה Dan. 7, 5.

דָּם m. *assimilatio, similitudo* unde cum Affixo דָּמְךָ Ezech. 19, 10. coll. Gen. 5, 1. Aliud v. sub rad. אָדַם.

דֳּמִי m. *silentium* Jes. 38, 10. דֳּמִי יָמַי *silentium dierum meorum* (i. q. הַרְגָּעָה interprete Jarchio) h. e. id vitae tempus, quo tranquille poteram regnare, ut bene explicuit Gesenius. Al. *meridies dierum meorum* (ἐν τῇ μεσημβρίᾳ τοῦ βίου h. e. *media aetate mea*), coll. Arab. دوّمت الشمس, quod de *sole* dicitur, quando stat in medio coeli culmine. Ita Scheidius, cui adstipulatur Rosenmueller. Cf. supra דום.

דֳּמִי m. *silentium, quies* Jes. 62, 6. 7. Ps. 83, 2.

דּוּמִיָּה f. vid. sub rad. דּוּם.

דְּמוּת f. (non masc. ut vulgo volunt, vid. C. B. Michaelis Dissert. de *Soloecismo Generis* p. 27.) *similitudo* Gen. 1, 26. 5, 1.; *imago, exemplar* 2 Reg. 16, 10.; *species, forma* Ezech. 1, 16. 26. Dan. 10, 16. Jes. 40, 18. etc. Cum Affixis דְּמוּתוֹ *similitudo ejus* Gen. 5, 3. דְּמוּתֵנוּ *similitudo nostra* Gen. 1, 26. Nonnunquam כִּדְמוּת *secundum similitudinem*, in Adverbium abit: *sicut* Ps. 58, 5., omisso etiam כ Jes. 13, 4. Ezech. 23, 15.

דִּמְיוֹן m. *similitudo*, unde cum Affixo דִּמְיוֹנוֹ *similitudo ejus* Ps. 17, 12.

דָּמַם 1) *siluit, conticuit* Levit. 10, 3. Am. 5, 13. Thren. 3, 28. Jes. 23, 2. etc., sq. לְ *alicui silere* est *cum silentio*, reverentia *audire* Job. 29, 21.; de phrasi דֹּם לַיהוָה v. infra. (Sunt, qui primariam voc. vim in *exscindendo, abscindendo* [v. infra s. Hiph.] positam esse arbitrentur, ut דמם *silere*, propr. sit: *vocem abscidit, abrupit*. Sic Homericum illud *Odyss.* III, 31. τάμνετε γλώσσας Scholiastes Apollonii ad *Argonaut.* I, 518. et auctor veteris Commentarii apud Eustathium

de *silentio* intellexerunt. Qui vocem quacunque de caussa amittunt, Graecis dicuntur *φωνὴν ἀποκεκομμένοι*, unde et *φωνῆς ἀποκοπή*: ad quorum imitationem CELSUS L. II. c. 6. et L. IV. c. 8. latine quoque *vocis amputationem* dixit, observante REINESIO *Var. Lect.* L. III. c. 18. p. 671). — 2) *quietus, pacatus fuit, cessavit* Thren. 2, 18. Job. 31, 34. Ps. 35, 15. etc. — 3) *substitit, cursum inhibuit* Jos. 10, 12. 1 Sam. 14, 9. coll. rad. דום. (ALB. SCHULTENSIUS in *Clav. dial.* p. 255. originem quaerit in *complanando*, quae vis inest Arab. دَمَّ. Unde translatio facta ad fluctus, strepitus, voces *post motum residentes, stratas, complanatas, ad quietem silentiumque compositas*. Alio flexu *complanatio* illa *perditionem* et *excidium* indicat, quatenus *solo aequantur, complanantur*, quae exscindimus. Sed haec longius repetita videntur).

Praet. plur. דַּמּוּ, in Pausa דָּמּוּ Ps 35, 15. Imper. דֹּם לַיהוָֹה *sile Jovae*, h. e. *patienter* Jovae auxilium exspecta Ps. 37, 7. Foem. דֹּמִּי Ps. 62, 6. Fut. cum Vau convers. וַיִּדֹּם Job. 31, 34. media Radicali deficiente compensata in prima Radicali, more Chaldaico; sic יִדֹּם Thren. 3, 28. Plur. cum ה paragog. נִדְּמָה Jer. 8, 14.

Niph. *ad silentium redactus* i. e. *excisus, deletus est* Jer. 25, 37. 48, 2. Fut. Plur. (cum terminatione Patach) תִּדַּמּוּ Jer. 51, 6. יִדַּמּוּ 1 Sam. 2, 9. Jer. 49, 26. 50, 30. — Poh. דּוֹמַמְתִּי *silere* sive *quiescere feci, compescui* Ps. 131, 2. — Hiph. הֲדֵם, unde cum Affixo הֲדִמָּנוּ *silere fecit nos, excîdit nos* Jer. 8, 14.

דְּמָמָה f. *lenis aurae sibilus* 1 Reg. 19, 12. Ps. 107, 29. Job. 4, 16.

דֻּמָּה f. *excisio*, metonymice *excisa* Ezech. 27, 32.

דֹּמֶן m. *fimus*, quo *stercoratur* (Arab. دَمَنَ *stercoravit*, دِمْن *stercus*); deinde etiam *limus, lutum platearum* 2 Reg. 9, 37. Jes. 5, 25. Jer. 8, 2. 16, 4. 25, 33. Ps. 83, 11.

מַדְמֵנָה f. *locus fimi* sive *stercoris, sterquilinium* Jes. 25, 10. Arab. دِمْنَة.

דָּמַע *lacrymavit*: unde Infin. absol. et Fut. דָּמֹעַ תִּדְמַע *lacrymando lacrymabit* Jer. 13, 17.; دَمَعَ, ܕܡܰܥ et Chald. דְּמַע *id.*

דֶּמַע m. *lacryma*, metaphorice *humor* sive *succus arborum*, specialiter *vitium* et *olearum*, isque sponte fluens adeoque praestantior (sicut Arab. دَمْع *lacrymae*, et دَمْعَة *una lacryma ejusve gutta*, deinde *gutta succi* ex planta stillantis. v. HARTMANN. linguist. Einl. p. 284. Graec. *δάκρυα* et Lat. *lacrymae*; *τῶν δένδρων τὰ δάκρυα* THEOPHRASTUS, *arborum lacrymas* PLINIUS L. XI. c. 6. dixerunt. Conf. G. D'ARNAUD in *Lectionibus Graecis* L. I. c. 17.). Cum Affixo דִּמְעֲךָ *lacryma tua*, i. e. vinum sive mustum et oleum tuum Exod. 22, 29.

דִּמְעָה f. *lacryma* (دَمْعَة et ܕܶܡܥܬܳܐ *id.*), et collective positum *lacrymatio, magna lacrymarum vis* Ps. 80, 6. 116, 8. Jes. 25, 8. Jer.

9, 16. 13, 17. 14, 17. (in quibus Jeremiae locis oculus vel oculi dicuntur ירד דמעה h. e. *lacrymis fluere*, coll. tamen Thren. 1, 16. et Alb. Schultens. ad Prov. 20, 5.). In regim. דִּמְעַת Eccles. 4, 1. cum Affixo דִּמְעָתִי Ps. 6, 7. Plur. דְּמָעוֹת *lacrymae* Ps. 80, 6. Thren. 2, 11.

דַּמֶּשֶׂק (Arab. دِمَشْق) et דַּרְמֶשֶׂק (ut scribitur Syrorum more, ܕܪܡܣܘܩ, in Chronicis 1 Chron. 18, 5. 6.), semel דּוּמֶּשֶׂק (2 Reg. 16, 10.) 1) urbs celeberrima Syriae, cui Antilibanus imminet v. Abulfedae *Syriam* p. 50. (Incertum est, utrum Hebraei vel Masorethae ר elisum per Dagesch compensarint an pro Dagesch forti Syri et auctor Chronicorum ר posuerint, ut ܟܘܪܣܝܐ pro כִּסֵּא cf. J. D. Michaelis *Suppl.* p. 455.). — 2) Gen. 15, 2. ponitur pro אִישׁ vel בֶּן דַּמֶּשֶׂק. v. Rosenmueller. ad h. l. (coll. Hos. 12, 7.).

דְּמֶשֶׁק Am. 3, 12. *sericum, pannus sericus*, coll. Arab. دِمَسَّاق i. q. دِمَقْس aut دِمَقْسِق *sericum (album)*, inpr. illud, quod ex ruptis bombycum telis loculisve in fila attenuatum, deinde ipsa bombycis tela, tum pannus sericus. v. Rosenmueller. ad h. l. Sed Judaici interpretes vertunt: *angulus*.

דֵּן m. *hic, haec, hoc*, Pronomen Chald. *demonstrativum*, apud Targumistas obvium; unde in Statu emphatico דְּנָה Dan. 2, 18. 28. 30. 36. 47. 4, 15. 5, 7. 15. 24. 26. etc. Foem. דְּנָה *hoc* Dan. 2, 43. 5, 22. 6, 4. etc. Construitur quoque cum Particulis, ut כִּדְנָה *secundum hoc* i. e. *sic, ejusmodi* Jer. 10, 11. Dan. 2, 10. 3, 29. Esr. 5, 7. עַל־דְּנָה *propter hoc, propterea* Dan. 3, 16. Esr. 4, 14. 15. 22. 5, 5. 17. 6, 11. אַחֲרֵי דְנָה *posthac* Dan. 2, 29. 45. בָּאתַר דְּנָה id. Dan. 9, 6. 7. כָּל־קֳבֵל דְּנָה vid. קֳבֵל, מִן־קַדְמַת דְּנָה vid. קַדְמָה.

דּוֹנַג m. *cera* Ps. 97, 5. alibi, ut Ps. 22, 15. 68, 3. Mich. 1, 4., דּוֹנָג (per Patach). Origo vocis ignoratur. Scheidio dicitur a *firmitate* sive *concretione* (v. Columella de re rust. lib. IX. c. 16. 1.), coll. دنج *rei soliditas* s. *firmitas*; Simonisio a *flexibilitate*, qua identidem indurata in varias formas *emollitur*, a rad. inusit. דנג, Arab. transpos. غدن *flexus fuit*, alias دعن *emollitus est*.

דָּעַךְ *exstinctus est*, propr. de rebus *ardentibus* et *lucidis* Prov. 13, 19. Job. 18, 5. 6., metaph. de hostibus caesis Jes. 43, 17. et in Niph. de aqua solis aestu exsiccata Job. 6, 17. — Niph. Praet. plur. נִדְעֲכוּ *exstincti sunt* Job. 6, 17. — Pyh. דֹּעֲכוּ *exstincti sunt* Ps. 118, 12.

דָּפָה rad. inusit., Aethiop. דפא *impulit, propulit*, Arab. دفا et دفى *trusit, obruit.* cf. Levit. 19, 14. et Schroeder. ad Ps. X, p. 151.

דֳּפִי m. in Pausa דֹּפִי Ps. 50, 20. *interitus.* Lxx. et Vulg. *offendiculum.* Al. *infamia*, secund. Judaeos, qui דִּבָּה רָעָה interpretantur.

דָּפַק 1) *pepulit, trusit, impulit* Gen. 33, 13. וּדְפָקוּם יוֹם אֶחָד (si) *nimium, iusto acrius impellerent eos (greges) vel uno die.* — 2) *pulsavit* ianuam Cant. 5, 21. — Hithp. הִתְדַּפֵּק *pulsavit* ianuam Jud. 19, 2. (Chald. דְּפַק *pulsus*, Arab. دفق *celeriter incessit*; fortasse igitur: *facere, ut aliquis celeriter incedat* h. e. *propellere*).

דִּקְלָה Gen. 10, 27. Nomen propr. tribus Joctaniticae. Ortum duxisse videtur a *palma*, Orientalibus دقل et ܕܶܩܠܳܐ dicta. Ex sententia Bochartí Phal. lib. II. c. 22. p. 134 sqq. est *regio Minaeorum* in aditu Arabiae felicis, valde palmifera coll. Strab. lib. XVI. cum Plin. lib. VI. c. 28. Sed haec non unica est Arabiae felicis regio palmifera. Michaelis (Spicileg. II, p. 175.) significari existimat regionem Tigridis ostium inter et mare Persicum sitam, coll. ܕܶܩܠܰܬ quod est *Tigridis* fluvii nomen.

דָּקַק 1) *comminuit, contrivit* Jes. 28, 28 (frumentum), poet. Jes. 41, 15 (montes). — 2) intrans. *comminutus, contritus est* Deut. 9, 21. hinc *tenuis fuit* Exod. 32, 20. (دقّ *contudit, comminuit,* it. *contritus, contusus fuit,* Syr. ܕܩ et Chald. דְּקַק). Praet. in Pausa דָּק Exod. 32, 20. Fut. cum Affixo יְדֻקֶּנּוּ Jes. 28, 28. — Hiph. הֵדַק *comminuit*, a) *proprie* 2 Reg. 23, 15 (altare). 2 Chron. 15, 16. 34, 4 (Deorum simulacra). Exod. 30, 36: וְשָׁחַקְתָּ מִמֶּנָּה הָדֵק *et comminues de eo comminuendo,* h. e. in tenuissimum pulverem comminues; b) *translate* 2 Sam. 22, 43. Mich. 4, 13 (hostes). Infin. servato puncto Praeteriti sub ה, הֵדַק 2 Chron. 34, 7 Fut. cum Affixo אֲדִיקֵם 2 Sam. 22, 43. tanquam a דּוּק; sed וַיָּדֶק 2 Reg. 23, 6. — Hoph. Fut. יוּדַק *comminuitur* (frumentum) Jes. 28, 28.

דְּקַק Chald. *id.* Aphel Praet. foem. הַדֶּקֶת *comminuit* Dan. 2, 34. 45. Plur. הַדִּקוּ Dan. 6, 25. Part. מְהַדֵּק Dan. 2, 40. et exclusa Praeformante ה, מַדֵּק, unde Foem. מַדְּקָה Dan. 7, 7. 19. Fut. תַּדִּק Dan. 2, 40. 44. et תַּדֵּק, unde cum Affixo תַּדְּקִנַּהּ Dan. 7, 23. Seu Praet. Pehal plur. דָּקוּ Dan. 2, 35. pertinet ad דּוּק.

דַּק m. 1) *minutus, tenuis* Exod. 16, 14. Jes. 40, 13. 29, 5. Levit. 13, 30.; hinc subst. Jes. 40, 15. *pulvisculus.* — 2) *gracilis, macer* Gen. 41, 3. 4. 6. 7. Levit. 21, 20 (ubi significatur homo nimium gracilis vel qui membrum aliquod habet nimis gracile). — 3) *exilis, debilis,* de voce, 1 Reg. 19, 12. In Pausa דָּק Levit. 13, 30. Foem. דַּקָּה Levit. 16, 12. Plur. דַּקּוֹת Gen. 41, 3. etc.

דֹּק m. *pannus* sive *cortina tenuis* Jes. 40, 22.

דָּקַר *confixit, confodit* gladio, hasta etc. (Syr. et Chald. ܕܩܰܪ et דְּקַר id.). Praet. plur. in Pausa דָּקָרוּ Zach. 12, 10. cum Affixis et Vau convers. וּדְקָרֵנִי 1 Sam. 31, 4. וּדְקָרֻהוּ Zach. 13, 3. Imperat. cum Affixo דָּקְרֵנִי 1 Sam. 31, 4. 1 Chron. 10, 4. Fut. cum Vau convers. וַיִּדְקֹר Num. 25, 8. — Niph. Fut. יִדָּקֵר *confodietur* Jes. 13, 15. — Pyh. Part. plur. מְדֻקָּרִים *confossi* Jer. 37, 10. 51, 4., translat. *confossi* h. e. *con-*

sumti ciborum inopia (coll. parall. חַלְלֵי חָלָב) Thren. 4, 9. ubi alii jejune admodum conferunt arab. دقر *impletus fuit cibo* v. Erdmann. Curr. exegett. critt. in Jerem. Threnos (Rostoch. 1818. 8.) p. 48 sqq.

מַדְקְרוֹת f. plur. *confossiones;* Prov. 12, 8. מַדְקְרוֹת חָרֶב *confossiones gladii* i. e. verba aculeata, quibus alii proscinduntur, coll. Ps. 57, 5. 59, 8.

דַּר vid. sub rad. דרה.

דָּרָא, arab. دَرَأَ *repulit.* Inde est:

דֵּרָאוֹן m. *aversatio* sive *contemtus magnus, abominatio;* in regim. דִּרְאוֹן Dan. 12, 2.

דֵּרָאוֹן m. *id.* (forma dagessanda) Jes. 66, 24., ubi per metonymiam pro eo, quod contemtui est, ponitur.

דָּרַב arab. ذرب *acutus fuit* cf. Schultens. in Clav. p. 205. Inde oriuntur:

דָּרְבָן m. *stimulus (acutus),* quo boves aguntur (*βούκεντρον*) 1Sam. 13, 21. [Possis etiam conferre درب *exercuit, assuevit.* Sic saltem מַלְמַד *stimulus,* a לָמַד]. Cf. Ewald. Gr. p. 143.

דָּרְבוֹנָה f. *aculeus, stimulus;* plur. דָּרְבֹנוֹת Eccles. 12, 11.

דָּרַג radix Hebraeis inusit.; syr. ܕܪܓ et arab. درج *gradatim progressus est, gradatim adscendit.*

מַדְרֵגָה f. *locus acclivis,* ad quem *gradatim adscenditur, praecipitium* Cant. 2, 14. Plur. מַדְרֵגוֹת Ezech. 38, 20.

דַּרְדַּר vid. sub rad. דרה.

דָּרְיָוֶשׁ *Darius,* nomen propr. regum Persarum a) *Darii Medi* h. e. Cyaxaris II. Dan. 6, 1. 9, 1. b) *Darii Hystasp.* Esr. 4, 5. 5, 5. Hagg. 1, 1. Zach. 1, 1. c) *Darii Nothi* Neh. 12, 22. Conferunt voc. zendic. دارابش, pars. دَارَاب et دَارَا *rex.* Herodot. 6, 98. interpretatur Ἑρξείης *coercitor* (v. Passov. s. h. v.). Cet. cf. Rosenm. *Alterth.* I, 1, p. 373 sq.

דָּרַךְ 1) pedibus *calcavit* (syr. et chald. *id.*); spec. a) *torcular* vel *cupam* Neh. 13, 15. Job. 24, 11. Jes. 16, 10. (sq. accus.) 63, 2. (sq. בְּ), *olivas* Mich. 6, 15. (sq. accus.) et *uvas* Jud. 9, 27., ad exprimendum vinum et oleum, hinc trop. Jes. 63, 3. *hostes* tanquam uvas *calcare (keltern),* coll. Apoc. 14, 19.; b) *arcum* (sq. accus.) h. e. *pedibus tetendit,* quod fit, si est praegrandis (Arrian. Indic. 16.) vel aheneus (Job. 20, 14. Odyss. 21, 75. 125 sqq. Pind. Nem. 3, 2.

61.) 1 Chron. 5, 18. 8, 40. 2 Chron. 14, 8. Ps. 37, 14. 64, 4. Jes. 5, 28. 21, 15. Jer. 46, 9. etc.; trop. Zach. 9, 13. דָּרַכְתִּי לִי יְהוּדָה *tendam mihi Judam* tanquam arcum, i. e. Judaeis hostes impugnantibus praesens adero. Hinc sylleptice dicitur דָּרַךְ חִצִּים *calcare* arcum ad mittendas *sagittas,* pro דָּרַךְ קַשְׁתּוֹ וְכוֹנֵן חִצָּיו Ps. 58, 8. 64, 4.; c) *hostes* Jud. 5, 21. sq. accus. (v. supra). — 2) *pedibus attigit* locum, *betreten,* sq. בְּ Deut. 11, 24. 25. Jos. 1, 3. 14, 9., sq. עַל 1 Sam. 5, 5., hinc i. q. *intravit* Mich. 5, 4. 5. sq. בְּ; it. *incessit, gressus est in* vel *super* al., sq. עַל Job. 9, 8. Am. 4, 13. Ps. 91, 13., deinde: *progressus est, processit,* poet. Num. 24, 17. דָּרַךְ כּוֹכָב מִיַּעֲקֹב *stella procedit ex Jacobo.*

Hiph. הִדְרִיךְ 1) *calcare* h. e. *incedere fecit, duxit* a) proprie Jes. 42, 16.; b) longe frequentius *tropico* sensu, ut ה׳ בְּדֶרֶךְ יְשָׁרָה *in via recta* Ps. 107, 7. vel ה׳ בִּנְתִיב מִצְוֹת יי *in semita praeceptorum Jovae* Ps. 119, 35. vel ה׳ בְּמַעְגְּלֵי יֹשֶׁר *in tramite recti* Prov. 4, 11. vel denique ה׳ בַּאֲמֶת יי *in veritate Jovae* Ps. 25, 5. Semel absolute ponitur Jes. 11, 15. הִדְרִיךְ בַּנְּעָלִים *incedere* (pertransire) *faciet* (homines) *calceis* h. e. sicco pede, ubi vid. Gesen. — 2) a) *calcavit,* aream h. e. fruges in area Jer. 51, 33. (ubi הַדְרִיכָהּ imperson. dictum: *calcabitur*), arcum vel potius linguam tanq. arcum Jer. 9, 2. h. e. linguâ tanq. arcu sagittas (improbe dicta) jaculari. b) *pedibus attigit, ingressus est* viam Job. 28, 8. sq. acc. — 3) *assecutus est* Jud. 20, 43. aliquem, sq. acc., ut أَدْرَكَ et لَحِقَ. — Fut. c. affixo יַדְרִיכֵנִי Habac. 3, 19., plur. וַיַּדְרְכוּ Jer. 9, 2. (ex chaldaismo pro יַדְרִיכוּ v. Ben. Michaelis *Lumina syriaca* p. 33.).

דֶּרֶךְ com. 1) a) via, qua *inceditur* Gen. 3, 24. 38, 14. Exod. 13, 18. Num. 14, 18. Deut. 1, 8. etc. Passim sequitur genitivus loci vel regionis, *quo* via ducit, ut Gen. 3, 24. דֶּרֶךְ עֵץ, 35, 19. ד׳ אֶפְרָתָה, 38, 14. al. (ita Graeci quoque. v. Seidler. ad Eurip. Electr. 161.), ד׳ הַמִּדְבָּר *via in* (versus) *desertum* 2 Sam. 4, 7., ד׳ הַצָּפוֹן *via septentrionem versus* Ezech. 40, 20. (alibi additur he locale, Ezech. 8, 5. 21, 2. Jer. 50, 5.). רֹאשׁ דֶּרֶךְ Ezech. 16, 25. et אֵם דֶּרֶךְ Ezech. 21, 26. *initium viae, bivium;* דֶּרֶךְ הַמֶּלֶךְ Num. 20, 17. coll. v. 19. 21, 22. *via publica, militaris,* דֶּרֶךְ נְדִיבָה Prov. 12, 28. *via munita;* שׂוּם דֶּרֶךְ Prov. 50, 23. Jes. 43, 19., פַּנּוּ דֶרֶךְ Jes. 40, 3. 57, 14. Mal. 3, 1., נָתַן דֶּרֶךְ Jes 43, 16., סָלַל דֶּרֶךְ Job. 19, 12. *sternere, munire viam.* Metaph. ד׳ כָּל־הָאָרֶץ *via omnium hominum,* quam omnes homines ingrediuntur (moriendi necessitas) Job. 23, 14. 1 Reg. 2, 2. — b) iter, quod quis facit (profectio) Gen. 28, 20. Prov. 7, 19. 2 Sam. 11, 10., עָשָׂה דֶרֶךְ *iter facere* (ποιεῖσθαι ὁδὸν) Jud. 17, 8., דֶּרֶךְ לוֹ *in itinere est* 1 Reg. 18, 27.; hinc 1 Reg. 19, 4. דֶּרֶךְ הַיּוֹם *iter* (unius) *diei* h. e. quod uno die confici potest; Num. 11, 31. דֶּרֶךְ שְׁלֹשֶׁת יָמִים *iter trium dierum* Gen. 30, 36. Adde Deut. 1, 2. Exod. 5, 3. — 2) translate (sed ita tamen, ut translatio paene in significationem verterit) modus, ratio, a) *qua cum aliquo agitur* (passive) ut דֶּרֶךְ נָשִׁים *ratio mulierum,* h. e. menstrua Gen. 31, 35., ד׳ מִצְרַיִם *ratio Aegypti* h. e. ea, qua (olim) cum Aegypto, Aegyptiis agebatur, Jes. 10, 24.; alibi פ׳ דֶּרֶךְ est *sors* alicujus Hagg. 1, 4. coll. Job. 3, 23. Thren. 3, 9., *caussa* al. *(Angelegenheit),* ut in

formula גֹּל עַל־יְהוָֹה דַּרְכּוֹ (vid. גָּלַל), et Am. 2, 7. דֶּרֶךְ עֲנָוִים יַטּוּ *caussam miserorum pervertunt* (coll. Prov. 17, 23.). — b) *qua quis agit* (active). Dicitur aa) de *Deo*: דֶּרֶךְ אֵל *agendi ratio Dei* Ps. 18, 31. Deut. 32, 4. 2 Sam. 22, 31. et Plur. דַּרְכֵי אֵל objective: *facta Dei (Schöpfungen), opera Dei* Job. 26, 14. 40, 19. (14); sed de locis Ps. 27, 11. 25, 4. al. v. infra; — bb) *de hominibus*: vel *α*) *in univ.*, ita ut *eorum omnis agendi vivendique ratio (Wandel), omnia studia et instituta* significentur Jer. 32, 39. Jes. 40, 27. Ps. 1, 1. 35, 5. Prov. 12, 15. 2 Chron. 6, 23. 1 Sam. 18, 14. Hinc דֶּרֶךְ, דַּרְכֵי יְהוָֹה (propr. via, quam Deus jubet nos ingredi cf. Deut. 9, 12.) hominum *agendi ratio, quae Jovae probatur* Ps. 5, 9. 27, 11. 25, 4. (ὁδὸς θεοῦ Act. 18, 26. Mt. 22, 16.); הָלַךְ בְּדֶרֶךְ פּ׳ alicujus *mores, agendi rationem imitari, sequi* Jes. 8, 11. 1 Reg. 16, 26. 2 Reg. 22, 2. al. — vel *β*) angustiore sensu, ut Gen. 19, 31. דֶּרֶךְ כָּל־הָאָרֶץ *mos, agendi ratio omnium* mulierum i. e. nubendi consuetudo; inpr. vero de *religione, cultu divino*, ut דֶּרֶךְ עוֹלָם *religio, pietas majorum* Ps. 139, 24., דֶּרֶךְ בְּאֵר־שֶׁבַע *cultus, religio Beersebensis* Am. 8, 14. Simil. سَبِيل et طَرِيق, cf. Hebr. אֹרַח et שְׁבִיל. — Cum Affixo דַּרְכִּי Gen. 24, 42. 2 Sam. 22, 33. ubi Cthib habet דַּרְכּוֹ Plur. דְּרָכִים Deut. 28, 7. 25. in regim. דַּרְכֵי 2 Sam. 22, 22. cum Affixis דְּרָכָיו Deut. 8, 6. etc.

דֶּרֶךְ *id.* unde Dual. עִקֵּשׁ דְּרָכַיִם, נֶעְקַשׁ *perversus duplici via*, i. e. homo bilinguis, *fraudulentus*. Prov. 28, 6. 18.

מִדְרָךְ m. *locus, qui calcatur* Deut. 2, 5., cujus circumscriptionem habes Deut. 11, 24. Jos. 1, 3. מָקוֹם אֲשֶׁר תִּדְרֹךְ כַּף רַגְלְכֶם בּוֹ.

דַּרְכְּמוֹן vid. suo loco אֲדַרְכּוֹן.

דָּרוֹם *auster*, vid. statim sub rad. דרר.

דְּרָע com. Chald. *brachium* (Hebr. זְרוֹעַ). Plur. cum Affixo דְּרָעוֹהִי Dan. 2, 32.

אֶדְרָע c. *id.* c. Aleph prosthet. (Hebr. אֶזְרוֹעַ) Esr. 4, 23.

דָּרַר Hebraeis significasse videtur 1) *clare luxit, splenduit*; 2) *libere fluxit*, ut Arab. دَرَّ spec. *libere* i. e. *sine incisione fluxit, copiose, radiatim stillavit*, it. *libere* i. e. *sine cultura crevit, abundavit, luxuriavit* herba. Sic etiam נָהַר est 1) *luxit*; 2) *fluxit*. A *fluxu libero* orta est vis *libertatis*.

דְּרוֹר m. 1) propr. *fluxus liber, spontaneus*, hinc Exod. 30, 23. מָר־דְּרוֹר *myrrha fluxus spontanei*, h. e. quae sponte (nulla incisione facta) ex arbore stillat, h. e. praestantissima. v. Plin. H. N. XII. 15. — 2) *libertas* Levit. 25, 10. Jes. 61, 3. Jer. 34, 8. 15. 17., hinc שְׁנַת הַדְּרוֹר *annus libertatis* h. e. quo servi manumitti solent, annus jobelaeus (v. Winer, bibl. Realwört. Tom. I, p. 362.) Ezech. 46, 17. — 3) avis, *turtur* (ex mente veterum interpretum, LXX. Syr. Chald. Vulg.), vulgo ac rectius *hirundo*, Ps. 84, 4. Prov. 26, 2., sec. Judaeos sic dicta a *volandi* celeritate, coll.

Arab. دَرَّ Conj. IV. X. *leviter cucurrit equus*; quam explicationem contra Bochartum, qui *columbam feram* sive *palumbem* intelligit (Hieroz. P. II. lib. I. c. 8.) defendit Geierus ad Ps. 84, 4.

דַּר m. Esth. 1, 6. genus *marmoris nitidum et splendens,* forte *Alabastrites,* quem Plinius lib. 36. §. 12. in Caramania et India probatissimum esse refert. Dici potuit a *margarita,* facta eadem comparatione, quae in German. *Perlenmutterstein* obtinet; etenim دُرّ et دُرَّة propr. *margarita* est, (ut multis probavit Bochartus in *Hieroz.* T. II, p. 708 sqq. add. Hartmann. linguist. Einl. p. 285.), vel dicta a *nitore* et *splendore*, coll. دَرَّ *radiare* h. e. *lucere, fulgere,* ut voluit cum Bocharto Albert. Schultensius ad *Haririi consess.* II, p. 109., vel a *gutta,* cui margarita perquam similis est, coll. نُطْفَة *gutta, margarita.* v. J. D. Michaelis *Suppl.* p. 459. Alii l. c. ipsam *margaritam* significari putant.

דַּרְדַּר m. *tribulus, libere* et *sine cultura* copiose crescens Gen. 3, 18. Hos. 10, 8. Celsio in *Hierob.* P. II, p. 128. est *tribulus* veterum longissimis aculeis armatus. Arab. دُرْدُر id., Graec. τρίβολος.

דָּרוֹם m. *auster* h. e. a) *plaga, regio australis* (quippe *lucidissima,* a rad. دَرَّ *luxit)* Ezech. 40, 24. 27. 28. 44. 45. 42, 12. 13. 18. Deut. 33, 23. Eccles. 1, 6. 11, 3. — b) *ventus australis* Job. 37, 16.

דַּרְמֶשֶׂק v. sub דַּמֶּשֶׂק.

דָּרַשׁ (propr. *trivit,* ut درس et دَاسَ): 1) quaesivit, *scrutatus est* Levit. 10, 16. Deut. 22, 2., sq. אַחַר rei Job. 39, 8. *diligenter, studiose al. quaesivit (nachsuchen, nachspähen)*; — hinc sq. Accus. *loci: adiit, frequentavit* (vern. *besuchen*) 2 Chron. 1, 5. Am. 5, 5., it. sq. אֶל Deut. 12, 5. — 2) percontatus, sciscitatus est Jud. 6, 29., sq. Accus. rei 1 Chron. 28, 9. 2 Chron. 32, 31. Deut. 17, 4.; sq. לְ vel עַל *de aliquo, de aliqua re* 2 Sam. 11, 3. 2 Chron. 31, 9. Eccles. 1, 13.; sq. מֵעִם Pers. *ex aliquo percontari, consulere aliquem* 1 Reg. 14, 5.; sq. לְ vel אֶל vel בְּ Pers. *percontari ap. aliquem,* i. e. *oraculum petere* ab aliquo, *consulere* prophetam Ezech. 14, 7. incantatorem 1 Sam. 28, 7. idolum 2 Reg. 1. 2. 2 Chron. 17, 3. Messiam Jes. 11, 10. etc. Sed de formula ד׳ אֶת־יְהוָֹה v. infra. — 3) postulavit, poposcit, sq. Accus. rei et מִן Pers. Deut. 23, 22. Mich. 6, 8.; hinc omisso voc. *panis, victus: mendicavit* Ps. 109, 10. — it. *reposcere* Ezech. 34, 10., unde ד׳ דָּם מִיַּד, מֵעִם פּ׳ *sanguinem reposcere ab al.,* h. e. caedem ab eo commissam ulcisci Gen. 9. 5. 42, 22 al. — 4) sectatus est rem, studuit, operam dedit rei, ut ד׳ מִשְׁפָּט *justitiae studere* Jes. 1, 17. 16, 5. ד׳ טוֹב *bonum sectari* Am. 5, 14. ד׳ שָׁלוֹם, טוֹבַת פּ׳ *utilitati, saluti alicujus studere* Deut. 23, 7. Jer. 29, 7. ד׳ רָעַת פּ׳ *malum,* interitum *alicujus meditari* Ps. 38, 13 Prov. 11, 27. ד׳ תּוֹרַת יְהוָֹה *operam dare legi Jovae,* h. e. observare eam Esr. 7, 10. ד׳ מִצְוֹת, פִּקּוּדֵי יְיָ eod. sensu Ps. 119, 45. 1 Chron. 28, 8. Huc referunt etiam Prov. 31, 13. דָּרְשָׁה צֶמֶר וּפִשְׁתִּים *studet, operam dat lanae,* vacat lanificio. — Jam cum ea sectemur, quae

nobis placent, semel Ps. 111, 2. דְּרוּשׁ dictum est eo sensu, ut sit *optabile, exoptatum, acceptum.* — 5) curavit, respectum habuit, *curam gessit* (vern. *nach etwas fragen*) Deut. 11, 12. Ezech. 20, 40. 34, 8. Ps. 10, 13. 142, 5., quo referri etiam potest formula: ד׳ תּוֹרַת, מִצְוֹת יי׳, quam supra explicuimus. Semel sq. עַל 2 Chron. 24, 6. מַדּוּעַ לֹא דָרַשְׁתָּ עַל־הַלְוִיִּם לְהָבִיא וג׳ *cur non curasti,* quod *ad Levitas* attinet, *ut afferrent* etc.

Frequenter admodum cum hoc verbo copulatur voc. *Dei*, inpr. *Jovae*, et quidem vario modo; dicitur enim a) (אֶת) יְהוָֹה ד׳: h. e. *α*) *venerari, colere* (q. quaerere, curare) *Jovam* 2 Chron. 22, 9. Hos. 10, 12. Ps. 14, 2. Jes. 58, 2. etc.; *β*) *consulere Jovam, oraculum ab eo petere* Gen. 25, 22. Exod. 18, 15., etiam ד׳ יְהוָֹה מֵאֵת נָבִיא *consulere Jovam per prophetam* 2 Reg. 3, 11. 8, 8.; *γ*) *precibus adire, opem ejus implorare* Ps. 34, 5. 69, 33. 105, 4. — b) ד׳ לֵאלֹהִים, לַיהוָֹה in libris posterioribus: *venerari Jovam* 2 Chron. 17, 4. Esr. 4, 2. 15, 13. — c) ד׳ אֶל יְהוָֹה *quaerere apud Jovam* sive *α*) *consilium: consulere Jovam, oraculum ab eo petere* Jes. 8, 19.; sive *β*) *auxilium: precibus adire, opem ejus implorare* Job. 5, 8. — d) ד׳ בַּיהוָֹה *consulere Jovam* 1 Chron. 10, 14.

Part. Pahul foem. דְּרוּשָׁה *frequentata, celebrata* Jes. 62, 12. Infin. absol. דָּרוֹשׁ Levit. 10, 16. Infin. construct. דְּרֹשׁ Deut. 22, 2. cum Affixo דָּרְשׁוֹ 2 Chron. 26, 5. Imper. דְּרשׁ, et ablato Accentu, דְּרָשׁ־ 1 Reg. 22, 5. Jer. 21, 2. 2 Chron. 18, 4. Fut. אֶדְרֹשׁ, cum ה paragog. אֶדְרְשָׁה 1 Sam. 28, 7. etc.

Niph. *quaeri* 1 Chron. 26, 31. *requiri, reposci* Gen. 42, 22. Alibi semper *Jova quaeri* h. e. *implorari* (sq. לְ Pers.) dicitur (v. supra דָּרַשׁ יְהוָֹה), ita tamen, ut non tam imploratio ipsa, quam implorationis *effectus* cogitetur adeoque significet ista formula: *precibus annuere, precantibus aures praebere,* i. q. עָנָה Jes. 65, 1. Ezech. 14, 3. 20, 3. etc. Praet. in Pausa נִדְרָשׁ Gen. 42, 22. Plur. in Pausa נִדְרָשׁוּ 1 Chron. 26, 31. Infin. absol. אִדָּרֹשׁ (vide de hac forma Alb. Schultens. Institt. L. H. p. 480. Gesen. Lehrgeb. p. 311.) Ezech. 14, 3. Fut. אִדָּרֵשׁ Ezech. 20, 3. 31. 36, 37.

דְּרִישׁ m. *inquisitio* Esr. 10, 16.; sed legendum videtur לִדְרוֹשׁ v. J. D. Michaelis *Suppl.* p. 480.

מִדְרָשׁ m. propr. *interpretatio*, hinc *commentarius.* In regim. מִדְרַשׁ סֵפֶר מְלָכִים *commentarius libri* (in librum) *regum* 2 Chron. 24, 27. Syr. ܡܕܪܫܐ id. Sed 2 Chron. 13, 22. videtur *librum* significare coll. Arab. مَدْرَس *liber.*

דָּשָׁא *germinavit* Joël. 2, 22. Hiph. Fut. Foem. תַּדְשֵׁא *germinare* sive *herbescere faciat, producat* Gen. 1, 11.

דֶּשֶׁא m. *herba tenera, gramen* Gen. 1, 11. 12. Deut. 32, 2. 2 Sam. 23, 4. 2 Reg. 19, 26. etc. Syr. ܬܕܐܐ Chald. דִּתְאָא *planta progerminans.* Opponitur *herbae adultiori* עֵשֶׂב, *semen concipienti*, Gen. 1, 11.

דָּשֵׁן *pinguis fuit* vel *factus est* Deut. 31, 20. — Pih. דִּשֵּׁן: 1) a) *pinguem reddidit* Prov. 15, 30. שְׁמוּעָה טוֹבָה תְּדַשֶּׁן־עָצֶם *bona existimatio*

impinguat ossa, h. e. vires auget, confirmat animum; Ps. 23, 5. דִּשַּׁנְתָּ בַשֶּׁמֶן רֹאשִׁי *pingue reddidisti* h. e. unxisti *oleo caput meum;* b) *pinguem existimavit, declaravit* Ps. 20, 3. עוֹלָתְךָ יְדַשְּׁנֶה (Fut. c. ה paragog. ut 1 Sam. 28, 15.) *holocaustum tuum pingue* h. e. acceptum, gratum *reputet* Deus. — 2) *decineravit.* v. sub nom. דֶּשֶׁן. — Pyh. *pinguis, dives factus, bonis satiatus est* Prov. 11, 25. 13, 4. 28, 25. Jes. 34, 7. (Sic שֶׁמֶן de *copia* et *bona fortuna* Jes. 10, 16. 17, 4. ودك et دسم *pinguedo, vita lautior,* et Graec. πίων *dives,* Il. σ'. v. 342. cf. Alb. Schultens. *Animadvv. ad Anthol. sentent. Arab.* p. 117. Meidanii *Specim. provv. Arab.* p. 43.). — Hothp. הֻדַּשְּׁנָה pro הִתְדַּשְּׁנָה *impinguata est* Jes. 34, 6. (cf. 2 Sam. 1, 22.).

דָּשֵׁן m. 1) *pinguis* Jes. 30, 23. Plur. דְּשֵׁנִים *pingues (succosi)* Ps. 92, 15. — 2) *dives, opulentus* Ps. 22, 30.

דֶּשֶׁן m. 1) *pinguedo* Jes. 55, 2. Jer. 31, 14. Ps. 36, 9. 63, 6. 65, 12. מַעְגָּלֶיךָ יִרְעֲפוּן דָּשֶׁן *orbitae tuae destillant pinguedinem* (foecunditatem agrorum); metonym. *cibus pinguis* et *lautus* Job. 36, 16. Cum Affixo דִּשְׁנִי Jud. 9, 9. — 2) *cinis* Levit. 1, 16. 1 Reg. 13, 3. 5. Jer. 31, 39. etc. q. d. *pinguefactio agrorum:* veteres enim *cinere* ad arva et prata *fructificanda* usos esse, docet Plinius L. XVII. c. 9. conf. Deylingius in *Observatt. S.* P. I, p. 183. Vriemoet in *Observatt. miscell.* L. I. c. 2. §. 14 sq. et de la Cerda ad Virgil. *Georg.* I, 81. — A דֶּשֶׁן *cinis,* formatur Verbum

Pih. דִּשֵּׁן *cinerem abstulit, decineravit* Num. 4, 13. Exod. 27, 3.

דִּישֹׁן vid. sub rad. דּוּשׁ.

דָּת f. *lex* Esth. 1, 13. 3, 8. it. *edictum* Esth. 3, 14. 8, 13., vox, ut videtur, persicae originis a دادن *dare, ponere, constituere,* unde داد *justitia, jus, aequitas;* Armenis etiam *Dat* sign. *judicium* v. Schroeder. Thes. l. arm. p. 19. (Vulgo deducunt a יָדָה *ponere,* ut *Satzung* a *setzen*). — In regim. דַּת Esth. 2, 12. cum Affixo דָּתוֹ Esth. 2, 8. Plur. דָּתִים in regim. דָּתֵי Esth. 1, 18. 3, 8. cum Affixo דָּתֵיהֶם Esth. 3, 8. — In loco Deut. 33, 2. אֵשׁ דָּת significare videtur *ignem legis* h. e. *legem igneam,* media inter fulgura promulgatam.

דָּת f. Chald. 1) *propositum, consilium* Dan. 2, 9. — 2) *edictum* Dan. 2, 13. 15., *lex* Dan. 6, 9.; דָּת אֱלָהֵהּ *lex dei ejus* (i. q. תּוֹרַת יְיָ), *religio ejus* Dan. 6. 6. Simil. Rabbini דת הנוצרים *legem Nazarenorum* appellant religionem christ. et דת הישמעאלים *legem Ismaelitarum,* religionem mohammedicam.

דְּתָבַר m. *legis peritus,* ex דָּת *lex* et syllaba בַר (de qua vide in גְּזָבַר), coll. Pers. دادور *juris peritus.* Plur. emphat. דְּתָבְרַיָּא Dan. 3, 2. 3.

דֹּתַיִן (Dual. nom. Chald. דּוּת *cisterna, puteus*) Nom. propr. oppidi, quod auctore Eusebio 12 milliar. Rom. distabat a Samaria, septentrionem versus Gen. 37, 17., al. דֹּתָן 2 Reg. 6, 13. v. Winer. *bibl. Realwörterb.* I, p. 172.

דִּתְאָ m. Chald. i. q. Hebr. דֶּשֶׁא *herba tenera, gramen,* unde Emphat. דִּתְאָה Dan. 4, 12. 20.

דָּתָן m. conjurationis Korachiticae socius Num. 16, 1. 26, 9. Deut. 11, 6. Ps. 106, 7. Cf. Arab. دثن *volavit, nidificavit in arbore.*

ה

Litera ה, quoties *servilis* est *formandisque* vocabulis inservit, additur vel *ab initio* vel *a fine*. Ab *initio* vocum varii usus est atque significatus. Est enim

I) (sed admodum raro) *Heemantica,* formans Nomina *Aucta:* eaque vel a) ex Conjugatione Hiphil orta, ut הַשְׁמָעוּת *nuntiatio* a שָׁמַע *audire,* Hiph. *nuntiare;* הַצָּלָה *ereptio* ex Hiph. Verbi נצל *eripere, liberare;* הַתּוּךְ *liquatio* ex Hiph. הִתִּיךְ *liquare;* — vel b) ex Conjugatione Hithpah. repetita, ut הִתְיַחֵשׂ *index, catalogus,* ex הִתְיַחֵשׂ *censeri, in indicem referri.*

II) *Praeformans* Verborum, fingendis Conjugationibus Hiphil et Hophal, nec non Infinitivis ac Imperativis Niphal, et, cum ה servili, Conjugationi Hithpahel adhibita, qua de re v. Grammatt.

III) *Articulus,* respondens Graecorum et Germanorum *Articulo definito*. Atque ita praefigitur a) Nominibus, Pronominibus et Participiis, eadem fere, qua apud Graecos et nostrates, lege (v. Gesen. Lehrgeb. p. 652 sqq.), in pedestri quidem oratione. Quod addunt passim etiam poni *indefinite,* id, ut ea tantum loca persequamur, quae Gesenius l. c. notavit, falsissimum est. Etenim Num. 11, 27. הַנַּעַר significare videtur certum quendam puerum, qui Mosi in castris ministerium praestabat; 1 Sam. 17, 34. בָּא הָאֲרִי וְאֶת־הַדּוֹב neminem morabitur, qui et Graecos et nostrates simili modo dicere (*der Wolf kam,* add. Joh. 10, 12. θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον; ὁ λύκος notus iste et perpetuus gregum hostis) recordatus fuerit; denique Exod. 2, 15. haud scio, an הַבְּאֵר nobilem quendam in terra Midianitica puteum, vel eum qui proxime ab Aegypti finibus aberat, designet; (de Adverbio הַיּוֹם Job. 1, 6. 2 Reg. 4, 18. v. infra sub יוֹם). Ceterum Articulus saepe in Cthib deficit, ubi in Kri adest: ut 1 Sam. 14, 32. 1 Reg. 7, 20. 15, 18. 2 Reg. 11, 20. 14, 7. 15, 25. Jes. 32, 15. Jer. 17, 19. 40, 3. 52, 32. Ezech. 18, 20. 42, 9. Thren. 1, 18. Contra in Kri deficit, ubi in Cthib adest: ut 1 Sam. 26, 22. 1 Reg. 21, 8. 2 Reg. 7, 13. Jes. 29, 11. Jer. 25, 20. 38, 11. Eccles. 6, 10. 10, 3. 20. — Originem autem duxit ex vetere הַל, Arab. أَلْ, transmutata litera ל, ut in יִקַּח pro יִלְקַח, et ل articuli arabici in Nominibus a litteris solaribus incipientibus, ut اَلشَّمْس *Aschschams.* — b) In libris aetate posterioribus praefigitur Verbis, rarius *Particulis,* ita, ut vim *Relativi* habeat, ut הַנִּמְצְאוּ *qui inventi sunt* 1 Chron. 1, 4. הֶעָלֶיהָ *quod supra eam* 1 Sam. 9, 24. Addunt vulgo, ה etiam Nominibus et Participiis sic

praefigi; sed praeter necessitatem: nam הַטּוֹב Gen. 16, 6. Deut. 12, 28. הָרֹמֵשׂ Gen. 1, 26. et similia, commode sensu *demonstrativo* exponi possunt. — c) He *vocandi* vocibus, etiam per regimen constructis, praemittitur: ut הַצְּבִי *o decus!* 2 Sam. 1, 19.; הַבַּת *o filia!* Thren. 2, 13.

IV) *Interrogativum* (de cujus diversa punctatione consulendi sunt Grammatici, inpr. Nold. Concordantt. Partic. p. 856 sq.), innuens vel simplicem *interrogationem dubitantis* aut *ignorantis*: ut הַאַתָּה *an tu sis?* Gen. 27, 21., vel *interrogationem* cum *negatione* subintellecta: ut הֲשֹׁמֵר *num custos?* Gen. 4, 9. 2 Sam. 7, 5., vel *interrogationem* cum *affirmatione* subintellecta (pro הֲלֹא): ut 1 Sam. 2, 27. Jer. 7, 9. al., vel *admirationem*: ut הַלְּבֶן־ *natone?* Gen. 17, 17. Neque tamen non deesse potest ה interrog. Gen. 27, 24. 1 Sam. 16, 4. 27, 10. al. Ceterum respondet Arab. أ, quod sunt qui ex هَلْ ortum putent.

In *fine* vocum est vel I) *Afformativum Foem.* tam in *Nominibus*: ut חכמה *sapientia*, quam in *Verbis*: ut בָּכְתָה *flevit* Deut. 21, 13.; vel II) *Paragogicum*: idque vel sola litera ה, vel integra syllaba הָ (rarius הֶ) constans. *Illa* passim adiicitur et Pronominibus et Praeteritorum formis, in Kametz cadentibus, ut אַתָּה, הֵמָּה, בָּגַדְתָּה Malach. 2, 14. יָדְכָה (pro יָדְךָ) Exod. 13, 16. — *hujus* autem varius admodum usus est. Nam 1) הָ *accentu carens* additur a) Nominibus vel mascul. vel, quod saepius fit, foemininis, maxime apud poetas, nec non Praeteritor. Personae tert. sing. foem. *sine ulla significationis accessione* (v. Gesen. Lehrgeb. p. 544 sqq.), ut מָוְתָה *mors* Ps. 116, 15. אֵימָתָה *formido* Exod. 15, 16. עֶזְרָתָה *auxilium* Ps. 44, 27. לַיְלָה *nox;* הֶחְבָּאַתָה *abscondidit* Jos. 6, 17.; b) Nominibus *locorum, motum* significans, ut אַרְצָה *in terram* Gen. 19, 1. בַּיְתָה *domum* (cf. Gesen. l. c. p. 633. ceterum v. sub מִזְבֵּחַ, זְבוּל etc.). — 2) הָ *cum accentu efferendum* adiicitur Imperativis et Futuror. Personae primae, vel *excitandi* vel *obsecrandi* sensu: quae quidem res late patens diligenter explicata est a Gesenio p. 285 sqq.

הֵא et Chald. הָא *ecce* Gen. 47, 43. Ezech. 16, 43. Dan. 3, 25. Syr. ܗܳܐ Arab. هَا *id.*

הֶאָח onomatop. *eja, euge,* vox laetantis Jes. 44, 16., inpr. de casu adversarii exultantis Ps. 35, 21. 40, 16. Ezech. 25, 3.

הַבְהָבִים Plur. vid. sub rad. יהב.

הָבַל *evanuit,* more *corporis instabilis nec solidi quid habentis* (Arab. in Conj. IV. أَهْبَلَ i. e. أَسْرَعَ *cito abiit, properavit*), hinc *vanus fuit* (de hominibus). Propria vis voc. Alb. Schultensio ad *Hamasam* p. 381. sita videtur in *inflatione, turgore* sive *flatu tumido,* et inde notio *vanescendi* et *vanitatis* promanasse. Fut. plur. in Pausa תֶּהְבָּלוּ *vanescitis* (vana profertis) Job. 27, 12., *vanescatis, vani sitis* (spem vanam, fallacem reponatis) Ps. 62, 11.; וַיֶּהְבָּלוּ *et vani facti sunt* (idola colendo) 2 Reg. 17, 15. Jer. 2, 5. — Hiph. Part. Plur. מַהְבִּלִים *vanos facientes* (vana spe ludentes) Jer. 23, 16.

הֶבֶל m. 1) *vapor, halitus cito evanescens:* hinc imago *vitae caducae, fluxae* Ps. 39, 6. (Job. 7, 16.) Ps. 144, 4., *divitiarum* facile dilabentium Prov. 13, 11. 21, 6., *summae levitatis* Ps. 62, 10. [Syr. ܗܒܠܐ *halitus, vanitas,* Chald. הֲבַל *fumus, vapor, halitus calidus*]. — 2) *vanitas, res vana et inanis* Ps. 94, 11. Job. 7, 16. Eccles. 1, 2. 14. etc.; speciat. de *idolis* dicitur Deut. 32, 21. 1 Reg. 16, 26. 2 Reg. 17, 15. Jer. 2, 5. 10, 15. etc. Sumitur quoque adverbialiter pro *vane, inaniter, frustra,* Job. 9, 29. 21, 34. [35, 16.] Jes. 49, 4. — Cum Affixis הֶבְלִי Eccles. 7, 15. הֶבְלוֹ 6, 12. Plur. הֲבָלִים *vanitates* Eccles. 1, 2. Jer. 10, 8. in regim. הַבְלֵי Ps. 31, 7. Jer. 8, 19. cum Affixo הַבְלֵיהֶם Deut. 32, 21. — 3) Nom. propr. *Abelis,* filii Adami natu minoris Gen. 4, 2. etc.

הֲבֵל m. *vanitas* Eccles. 1, 2. 12, 8.

הָבְנִי m., unde Plur. הָבְנִים vel secundum Cthib הוֹבְנִים Ezech. 27, 15. *ligna ebena,* auctoribus Symmacho, Hieronymo, al. Unde dicta sint, non liquet; v. tamen Bochartus in *Hieroz.* P. II. L. I. c. 20. Fullerus in *Miscell. S.* L. VI. c. 14. et Hillerus in *Hierophyt.* P. I, p. 437 sq. Ol. Celsius *Hierob.* T. I, p. 327. Scilicet cum ligna *ebena* ex Aethiopia afferantur (Herod. 3, 97. Dioscor. 1, 30.), הָבְנִים sive הוֹבְנִים dicta existimant ab *Opone,* emporio Aethiopiae quondam celeberrimo, ad sinum Barbaricum sito.

הָבַר rad. in Hebr. inusit., Arab. هبر *secuit.*

הֹבֵר m. in Plur. הֹבְרִים *augures,* q. d. *sectores* regionum coeli, quod coelum in partes secare solebant, ad auguria commodius captanda (vid. Fulleri *Miscell. sacr.* lib. I. c. 16.). In regim. הֹבְרֵי Jes. 47, 13. secundum Kri, sed Cthib habet הָבְרוּ *secuerunt, diviserunt.* Conf. Chald. גָּזְרִין Dan. 2, 27.

הָגַג rad. Hebr. inusitata, Arab. هجّ Conj. IV. *accendit ignem.* Inde:

הָגִיג m. 1) *aestus, fervor animi* Ps. 39, 4. coll. Arab. هجيج *ardor ignis,* per metaphoram *aestus animi* in querelas erumpens v. Ev. Scheidii *Observv. in Ps.* I. p. 66. — 2) *gemitus,* qui ex aestuante animo effunditur Ps. 5, 2.

הָגָה Duplex radix est: I) 1) *fremuit, mussavit, mussitavit* Jes. 31, 4. de leone praedam nacto (differt a שָׁאַג *rugire,* quemadmodum ὑποβρυχᾶσθαι a βρυχᾶσθαι): hinc *gemuit* (οἰμώζειν) Jes. 38, 14. 59, 11 (v. *gemere* de *columba* in carm. de philomela v. 20.), Jes. 16, 7. sq. עַל, et Jer. 48, 31. sq. אֶל, *gemere de aliquo.* — 2) poet. *locutus est,* vel absolute Ps. 115, 7. לֹא יֶהְגּוּ בִּגְרוֹנָם *non loquuntur* (sonum edunt) *gutture suo,* vel sq. Accus., ut Job. 27, 4. ה׳ רְמִיָּה *fraudem, fallaciam* i. e. fraudulenter *loqui,* Jes. 59, 3. ה׳ עַוְלָה *loqui scelus, nequitiam,* Prov. 8, 7. ה׳ אֱמֶת *loqui verum,* Ps. 37, 30. ה׳ חָכְמָה *sapientiam* h. e. sapienter *loqui;* hinc *cecinit, celebravit* Ps. 35, 28. 71, 24. — 3) *cogitavit, meditatus est,* i. e. vel a) *mente* aliquid agitavit, reputavit secum (*nachdenken über etwas*), sq. בְּ Ps. 1, 2. ה׳ בְּתוֹרַת יְיָ *legem Jovae meditari,* Jos. 1, 8. Ps. 77, 13. 143, 5.; hinc *recordatus est,* sq. Accus. Jes. 33, 18.; vel b) *machinatus, molitus est* (*denken auf etwas*) Ps. 2, 1. ה׳ רִיק *vana medi-*

tari, Prov. 24, 2. ה׳ שׁד *vim, injuriam meditari* Jes. 59, 13. [Syr. ܗܓܐ *meditatus est, syllabatim legit*, Pa. *contemplatus, meditatus est*, Ethpa. *legit*]. — Infin. absol הָגֹה Jes. 59, 11. Fut. יֶהְגֶּה Job. 27, 4. Jes. 33, 18. Foem. תֶּהְגֶּה Ps. 35, 28. — Poel Infin. הֹגוֹ *meditando* Jes. 59, 13. — Hiph. Part. Plur. מַהְגִּים *stridentes, mussantes* (praestigiatores, exili et submissa voce mortuorum umbras evocantes) Jes. 8, 19.

II) i. q. יָגָה *amotus est*, transit. *amovit*: Praet. Jes. 27, 8 (ubi Kimchius recte interpretatus est per הֵסִיר). Infin. absol. הָגוֹ Prov. 25, 4. 5. *amove, separa*. Sed הָגָה 2 Sam. 20, 13. videtur ad יָגָה pertinere.

הֶגֶה m. 1) *fremitus, fragor* (de tonitru) Job. 37, 2. — 2) *gemitus, suspirium* Ezech. 2, 9. — 3) *cogitatio* Ps. 90, 9., ubi anni vitae consumi dicuntur *cogitationis instar*, qua phrasi etiam Homerus *Hymn. in Mercur.* v. 43. et Theognis v. 979. (αἶψα γάρ ὥστε νόημα παρέρχεται ἄγλαος ἥβη) utuntur. Al. *suspirium, halitus* vertunt.

הָגוּת f. *meditatio* Ps. 49, 4.

הָגִיג m. *cogitatio, meditatio* Ps. 19, 15. Thren. 3, 62.

הִגָּיוֹן m. *eloquium, stridor, sonitus, cantus* (coll. rad. הגה Ps. 35, 28.): hinc עֲלֵי הִגָּיוֹן בְּכִנּוֹר Ps. 92, 3. *ad sonitum, cantum citharae*, Lxx. μετ᾽ ᾠδῆς ἐν κιθάρᾳ; הִגָּיוֹן סֶלָה Ps. 9, 17. Lxx. ᾠδὴ διαψάλματος cf. Joh. Chr. Biel in Diss. *de voce* סלה, in *Miscell. Lips. novis* Vol. III, P. I. p. 24 sq. — Al. *instrumentum musicum* intelligunt.

הָגַן rad. in Hebr. inusit.

הָגִין m. inusit., inde Foem. הֲגִינָה *recta, apta* Ezech. 42, 12. Conveniunt Chaldd. הָגוּן et מְהֻגָּן *rectum, decens, conveniens, decorum, aptum, idoneum*, et הֹגֶן *decentia*.

הָגָר f. ancilla Sarae ex Aegypto oriunda, mater Ismaelis Gen. 16, 1. 25, 12. Cf. Arab. هجر *deseruit, reliquit* patriam, *discessit a suis*.

הַגְרִים et הַגְרִאִים (ut 2 Chron. 17, 11. ערביאים ex orthographia libb. Chron. peculiari) Nomen propr. *Hagarenorum* 1 Chron. 5, 10. 19. 20. Ps. 83, 7., h. e. *populi* ad orientem Gileaditidis juxta sinum Persicum, ubi urbs هَجَر invenitur in tab. d'Anvilliana Asiae inter gradum longitudinis 65 et 69., a qua tota regio *Baharein* etiam هَجَر dicitur v. Geogr. Nubiens. p. 122. vers. germ., Abulfedae *Arab.* ed. Gagnier. p. 49. 50. 54. Niebuhrii *Descr. Arab.* p. 339. J. D. Michaelis *Suppl.* p. 498. Alii conferunt Ἀγραίους, quorum Steph. Byzant., aut Ἀγρέας, quorum Dionys. Perieg. v. 956. mentionem facit (ubi tamen al. libri habent Ἀδρέες).

הַד v. sub rad. הדד.

הַדָּבְרִין m. Plur. Chald. q. d. *duces supremi, regis amici* (*Staatsräthe*):

unde in Statu emphat. הַדָּבְרַיָּא Dan. 6, 8. Vulgo compos. putant e 2 Synonymis, Syr. הדא, Arab. هَدَى *duxit* (unde هَادٍ *dux*), et ex דְּבַר Chald. *duxit*. Al. persicum voc. esse arbitrantur v. Bertholdt Excurs. 2 ad Dan. p. 820. In regim. הַדָּבְרֵי Dan. 3, 27., cum Affixis הַדָּבְרַי *supremi duces mei* Dan. 4, 33., הַדָּבְרוֹהִי *supremi duces ejus* Dan. 3, 24. Sed Hebr. הַדָּבְרוֹ Mich. 2, 12. vid. in דֹּבֶר sub rad. דבר.

הָדַד, Arab. هَدَّ *sonum graviorem edidit, murmuravit* (pr. *fregit, rupit,* Conj. II. terruit).

הֵידָד m. *celeusma:* a) *laeta exclamatio* (jubilatio) vindemiantium uvasque calcantium Jer. 25, 30. 48, 32.; b) *clamor inconditus* militum pugnam ineuntium Jer. 50, 14. Jes. 16, 9.

הֵד m. *id.* Ezech. 7, 7.

הֲדַד m. rex Idumaeorum Gen. 36, 35. 1 Chron. 1, 46.

הֲדַדְעֶזֶר m. rex Syriae Zobae 2 Sam. 8, 3 sqq.; aliis in locis plurimi Codd. exhibent: הֲדַרְעֶזֶר. 2 Sam. 10, 16. 1 Chron. 19, 16. etc.

הֲדַדְרִמּוֹן Nom. propr. oppidi haud procul a Megiddunte siti, postea dicti *Maximianopolis* Zach. 12, 1. v. Reland Palaest. p. 891.

הָדָה *direxit, misit, immisit* (manum) Jes. 11, 8. [Ar. هَدَى *tetendit, manum direxit ad aliquid,* Syr. ܗܕܝ *direxit*].

הֹדּוּ *India,* pro הנדו, Syr. ܗܢܕܘ Arab. هِنْد: Esth. 1, 1. 8, 9.

הֲדוֹרָם Gen. 10, 27. nomen tribus Joctaniticae, Arab. هدرام, cujus sedes definire non ausus est J. D. Michaelis in *Spicileg.* P. II, p. 162. Sed Bochartus in *Phal.* lib. II. c. 20. p. 128. *Drimatos* Plinii lib. VI. c. 26. comparat, qui ad fretum sinus Persici habitarunt.

הָדַךְ *diruit, evertit, destruxit,* ut Arab. هَدَكَ *diruit,* propr. *contrivit, humi prostravit,* ut هَدَمَ. Unde Imperat. הֲדֹךְ *everte, destrue* Job. 40, 12.

הָדַם rad. in Hebr. inusit.; Arab. هَدَمَ *humi prostravit, solo aequavit.*

הֲדֹם m. *scabellum,* propr. *substratum pedibus.* Ubique metaphorice usurpatur: a) *scabellum pedum Jovae* appellatur vel *orbis terrarum* Jes. 66, 1., vel *arca foederis,* super qua praesens esse credebatur Jovae numen (1 Sam. 4, 4.): hinc *adorare Jovam* לַהֲדֹם רַגְלָיו *coram scabello pedum ejus* Ps. 99, 5. 132, 7., hinc זָכַר הֲדֹם ר׳ *non oblitus est* (Jova) *scabelli pedum suorum* h. e. urbis Hieros., ubi reposita fuit sacra arca (cf. Jes. 60, 13.); — b) semel legitur: *subiicere hostes tanquam scabellum pedibus alicujus* Ps. 110, 1. cf. Jos. 10, 24. et Bohlen Symbol. p. 34.

הַדָּם m. Chald. *frustum,* Plur. הַדָּמִין Dan. 2, 5. 3, 29, a rad.

הֲדַם Chald. *discidit, discerpsit,* Arab. هَدَمَ *secuit* v. Chr. Ben. Michaelis *de poenis capit. Hebr.* §. 24. (in Pottii Sylloge Vol. IV. p. 220 sqq.).

הֲדַס m. *myrtus* Neh. 8, 15. Jes. 41, 19. 55, 13. Arab. هَدَس i. q. incolis Arabiae felicis آس *myrthus,* Syr. ܐܣܐ cf. Celsii *Hierobot.* P. II, p. 17., a *celeri* (ut putant) et *alacri incremento*, coll. rad. הדס Chald. *saliit*, Rabbin. *festinavit*, Syr. *alacris fuit.* Sic Lat. *salix* et *saltus* dicuntur a *salio*, et German. *spriessen* et *springen* est *salire*, et *germinare* et *fruticari.* Nihil definimus. Plur. הֲדַסִּים *myrti* Zach. 1, 8. 10. 11.

הֲדַסָּה Nom. propr. Estherae, *myrthus* dictae v. Simonis *Onomast.* p. 252. Graecis quoque *Μύρτιλος, Μυρτίνη* etc. sunt Nomina person.

הָדַף 1) *trusit, impulit, deturbavit* (homines) Num. 35, 22. Jer. 46, 15. — 2) *removit, repulit* 2 Reg. 4, 27. Prov. 10, 3. *Jova cupiditatem impiorum repellit.* — 3) *depulit* e loco, constr. cum Accus. pers. et מִן loci Jes. 22, 19.; *expulit (cum dedecore publico)* Deut. 9, 4. Jos. 23, 5. Job. 18, 18., constr. cum מִפְּנֵי, מִן et לִפְנֵי. (Chald. הֲדַף id.). — Praet. cum Affixo הֲדָפוֹ Num. 35, 22. Infinit. construct. הֲדֹף Deut. 6, 19. cum Affixo הָדְפָהּ 2 Reg. 4, 27. Fut. יֶהְדֹּף Prov. 10, 3. cum Affixis יֶהְדְּפֶנּוּ Num. 35, 20. יֶהְדָּפֵם Jos. 23, 5. Plur. in Pausa תֶּהְדֹּפוּ Ezech. 34, 21.

הָדַר propr. 1) *tumuit, tumidus fuit*, ut Arab. هدر *intumuit,* unde أهدر *inflatus, tumens;* Jes. 45, 2. הֲדוּרִים אֲיַשֵּׁר *tumida* h. e. edita *loca complanabo.* Ita Ovid. Am. 2, 16. 51. *tumidos montes* dixit. Hinc 2) *ornavit, decoravit* Jes. 63, 1. Exod. 23, 3. דַּל לֹא תֶהְדַּר בְּרִיבוֹ *pauperem ne ornes in caussa sua,* h. e. ne exornes fictisque argumentis adiuves caussam pauperis, misericordia scil. commotus. — 3) *honoravit* (ut Graeci dicunt *τιμαῖς κοσμεῖν* et *ἀγάλλειν*, Latini *honoribus decorare* et *ornare, gloria decorare, gloria exornare*, *honoris ornamenta* et *ornamenta* absolute pro *honoribus*). Conspirat Syr. ܗܕܰܪ *decoravit, honoravit*, et Chald. הֲדַר. Levit. 19, 32. וְהָדַרְתָּ פְּנֵי זָקֵן *et honorabis vultum senis,* 19, 15. לֹא תֶהְדַּר פְּנֵי גָדוֹל *ne honores vultum divitis,* h. e. ne diviti faveas, ejus partibus temere studeas (cf. נָשָׂא פָנִים). Ceterum simili ratione *κυδαίνειν honorare,* et *κῦδος majestas,* oritur a *κύειν tumere.* — Niph. Praet. Plur. in Pausa נֶהְדָּרוּ *honorati sunt* Thren. 5, 12. — Hithpah. Fut. תִּתְהַדַּר *tibi honorem sumes, gloriaberis* (vel *inflatum, superbum te geres*) Prov. 25, 6.

הַדַּר Chald. *honoravit.* Pahel Praet. הַדַּרְתְּ Dan. 5, 23. הַדְּרֵת Dan. 4, 31. Part. Praes. מְהַדַּר Dan. 4, 34.

הָדָר m. 1) *ornatus, decus* Ps. 45, 4. 96, 6.; hinc עֵץ הָדָר Levit. 23, 40. *arbor decoris, decora, speciosa.* — 2) *majestas* (Dei) Deut. 33, 17. Ps. 29, 4. — 3) *honor* Ps. 149, 9. — In regim. הֲדַר Ps. 145, 5. 12. Jes. 2, 10. 19. 21. cum Affixis הֲדָרִי *ornatus meus,* quo scil. ego ornavi, Ezech. 16, 14. הֲדָרֵךְ *honor* vel *decus tuum,* quo scil. ornata es, Ezech.

27, 10. etc. Plur. הֲדָרִים *decora, ornatus, ornamenta*, in regim. הַדְרֵי Ps. 110, 3.

הֶדֶר m. *decus* Dan. 11, 20. מַעֲבִיר נוֹגֵשׂ הֶדֶר מַלְכוּת *transire, peragrare faciens exactorem decus regni* h. e. praestantissimam regni partem, quae v. 16. appellatur אֶרֶץ הַצְּבִי cf. Zach. 9, 8. et 2 Macc. 3, 4. Al. *tributum, censum* vertunt, coll. Graec. *τιμή*, sed v. Gesen. *Gesch. d. hebr. Spr.* p. 64.

הֲדָרָה vel הֲדָרָה f. *ornatus*, unde in regim. הַדְרַת Ps. 29, 2. 96, 9. Prov. 14, 29. 1 Chron. 16, 29. 2 Chron. 20, 21.

הֲדוֹרִם vide suo loco.

הָדוּשׁ vid. in דּוּשׁ.

הָהּ *ah!* Interjectio *dolentis, a sono* factitia Ezech. 30, 2., alias אֲהָהּ unde Arab. آه *moestus fuit, prae dolore suspiravit.*

הוֹ vid. infra הוֹי.

הוּא *Pronomen* 3. pers. sing. masc. *Personale: is, hic, ille (hæc, illud)* هو, ουι etc. cum א paragog. (v. Storr *Synt.* p. 110.) Gen. 2, 13. 14. 19 3, 15. 4, 20. Deut. 7, 26. Ruth. 2, 20. etc.; *ipse, αὐτός*, ubi הוּא opponitur illis, qui cum aliquo sunt, Ruth. 1, 1. Gen. 19, 30. 24, 54. etc. Passim cum emphasi pronunciandum: a) *is, hic ipse*, ut Graec. *οὗτος, ἐκεῖνος*, ubi nomini postponitur, Jes. 7, 14. יִתֵּן אֲדֹנָי הוּא לָכֶם *dabit dominus, hic ipse vobis*, Gen. 44, 17. Ezech. 12, 12. etc.; b) *idem* Job. 3, 19. Ps. 102, 28. — Denique saepenumero pro Verbo *Substantivo: sum, es, est, fuit, erit*, etc. usurpatur, ut Gen. 3, 5. Exod. 1, 16. Levit. 1, 13. 17. Deut. 1, 17. 2 Sam. 7, 28. 1 Chron. 21, 17. etc., quo pertinent etiam illa loca, ubi הוּא explicationis causa interponitur, ut Gen. 14, 17. עֵמֶק שָׁוֵה הוּא עֵמֶק הַמֶּלֶךְ *vallis Schave*, quae est (appellatu hodie) *vallis regia* Deut. 4, 48. שִׂיאֹן הוּא חֶרְמוֹן *Sion, qui est Hermon*; Esth. 2, 16. 3, 7. 8, 12. al. Cum Artic., הַהוּא subiicitur Nominibus, quae et ipsa articulum praefixum habent, ut הַמָּקוֹם הַהוּא Gen. 21, 31. 22, 14. הַדּוֹר הַהוּא Exod. 1, 6. הָאִישׁ הַהוּא 1 Sam. 1, 3. al. ac verti passim potest: *idem, hic ipse* Levit. 22, 30.; cum ה Interrogativo הַהוּא *an ille?* Num. 23, 19. Sed Plur. הֵם et הֵמָּה vid. infra suo loco.

Ubi de Deo dicitur, vel signif. *hic, hic ipse, idem* Deut. 32, 39. Ps. 102, 28., vel exprimit verb. Substant., ut Ps. 44, 5. Neh. 9, 6. al. Hinc perperam fecerunt, qui הוּא inter *nomina divina* referrent v. Simonis Onomast. V. T. p. 549. Vriemoet. Annott. ad Dict. class. T. I, p. 119 sq. T. II, p. 178. Carpzovii Exerc. in ep. ad Hebr. p. 51 sq. al.

הוּא Chald. *id.* Dan. 2, 21. 22. 28. 32. 39. 47. 4, 19. Esr. 5, 8. etc. Plur. הִמּוֹ et הִמּוֹן vid. sub Hebr. הֵם.

הֲוָא Chald. idem quod הֲוָה quod vide paulo inferius.

הוֹד m. *praestantia, gloria, dignitas* v. sub rad. נהד.

הֹוֶה 1) *sidit, ex alto decidit, delapsus est* Job. 37, 6.; deinde (*accidit*) *fuit* vel *factus est, exstitit* (Arab. هوى *decidit*. Cf. rad. הָיָה). Part. Praes. הֹוֶה *est* Eccles. 2, 22. *es, eris* Neh. 6, 6. Imperat. הֱוֵה *esto* Gen. 27, 29. et cum א. הֱוֵא *decide* Job. 37, 6., ut coll. Arab. exponit Alb. Schultensius ad Prov. 10, 3., Foem. הֱוִי Jes. 16, 4. Fut. יְהוּא pro יְהִי (ex יִהְוֶה) Eccles. 11, 3. — 2) aliam radicis significationem vid. sub הַוָּה.

הֲוָה et הֲוָא Chald. *fuit*; cum Partic. junctum passim pro Verbo fin. ponitur, ut Dan. 4, 26. מְהַלֵּךְ הֲוָה *ibat, proficiscebatur*, 5, 19. 6, 4. 11. 15. 7, 13. Esr. 5, 11. etc. — Praet. foem הֲוָת Dan. 7, 19. Esr. 4, 24., et cum Patach, הֲוַת Dan. 2, 35. הֲוַיְתָ Dan. 2, 31. 34. הֲוֵית Dan. 4, 1. 7. 10. 7, 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 13. 21. Plur. הֲווֹ Dan. 2, 35. 5, 19. 6, 5. Esr. 4, 20. Futur. (non, ut alii volunt, Infin.) cum ל, emissa Praeformativa לֶהֱוֵה *ut sit, sit, erit*, Dan. 4, 22., et cum א, לֶהֱוֵא Dan. 2, 20. 28. 41. 3, 18. Esr. 4, 12. 5, 8. 6, 3. 9. 7, 23. 26. Plur. לֶהֱוֺן *ut sint, sint, erunt illi* vel *illa* Dan. 2, 43. 6, 2. 3. 27. Esr. 6, 10. 25. Foem. לֶהֶוְיָן Dan. 5, 17. v. Winer. Grammat. Chald. p. 96 sq. Fut. foem. תֶּהֱוֵה Dan. 2, 41. 42. 4, 24. et cum א, תֶּהֱוֵא Dan. 2, 40. 7, 23. Esr. 6, 8. Imper. plur. הֱווֹ Esr. 4, 22.

הֹוָה f. *casus*, specialiter *casus adversus, calamitas, infortunium* (German. *ein Unfall*; Arab. أوة, per א) Jes. 47, 11. Ezech. 7, 26.

הַוָּה f. 1) *casus* h. e. *calamitas, infortunium* Prov. 19, 13. Job. 6, 2. 30, 13., etiam *infortunium* sive *calamitas active* sumta, i. e. quae aliis infertur, hinc *injuria, nequitia, pravitas*, ut Ps. 5, 9. 10. 38, 13. 52, 4. 9. 94, 20. Prov. 17, 4. — 2) *desiderium, cupiditas* Prov. 10, 3. 16, 6. Mich. 7, 3. a rad. Arab. هوى *voluit, desideravit, cupivit*, pr. *ruit in aliquid*, unde هوى *cupido*, quod convenit cum Hebr. אוה. In regim. est הַוַּת Prov. 10, 3. 11, 6. Mich. 7, 3. cum Affixo הַוָּתִי Ps. 52, 9. Plur. הַוּוֹת Ps. 5, 10. Job. 6, 30.; דְּבַר הַוּוֹת *pestis perniciosa*, perniciem afferens Ps. 31, 3., כִּסֵּא הַוּוֹת *thronus* (judex) *miseriam inferens* Ps. 94, 20.

הַיָּה f. *calamitas*, unde cum Affixo הַיָּתִי *calamitas mea*, sec. Cthib Job. 6, 2. 30, 13., ubi Kri habet הַוָּתִי.

יֵהוּא 1) rex Israel. 884 — 856. a Ch. 2 Reg. 9, 10. Lxx. Ἰού. — 2) propheta aequalis Baësae 1 Reg. 16, 1. 2 Chron. 19, 2.

יְהוָֹה Nomen propr. Dei, a Mose demum, ut videtur, introductum, *eum qui re praestiturus sit, quod olim promiserit, immutabilem sibique constantem* sec. Exod. 3, 14. coll. Apoc. 1, 4. significans. Conferri potest templi Saitici inscriptio, quae teste Plutarcho de Iside et Osir. c. 9. haec fuit: ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς καὶ ὂν καὶ ἐσόμενον v. Gesner. in Commentatt. Soc. Gotting. I, p. 247 sqq. Judaei posteriores, sanctum hoc Dei nomen efferre veriti, quoniam ejus in locum אֲדֹנָי (Lxx. κύριος) substituebant, in vocalibus appingendis eam rationem secuti sunt, ut consonantibus יהוה vocales ab אֲדֹנָי tanquam a Kri suo peterent, quod tamen, ne sexcenties repetendum esset, ad marginem nusquam adscripserunt, sed cuilibet ex ipsa vocis natura ejusque punctatione anomala supplendum reliquerunt. Quaeri igitur potest, quomodo a veteribus hoc voc. *appellatum* fuerit. Abeunt viri docti in duas potissimum

partes: alii Diodorum Sic. 1, 94. et Theodoret. Quaest. ad Exod. 15. secuti, יַהֲוֹה (ad formam יַעֲקֹב) pronunciandum existimant (Scheid in Observv. gramm. ad Ps. I, p. 54. Wahl Excurs. I. ad version. Habac. p. 217 sqq., contra quem disputavit Stange *Beiträge z. hebr. Grammat.* p. 102 sqq.); alii (ut Relandus in Dec. dissertatt. philol. de vera nom. Jeh. pronunciatione Traj. ad Rh. 1707. 8.): יַהְוֶה, quae quidem, teste Theodoreto l. c. Samaritanorum fuit appellatio. Sed certi nihil definiri poterit, ac sunt quoque, qui יְהוָֹה veram nominis pronunciationem esse contendant v. Michaelis Suppl. p. 554. add. Steph. Souciet Recueil de dissertt. critiq. sur des endroits difficiles de l'écriture sainte (Paris 1715. 4.) p. 232 sqq. Ceterum יְהוָֹה cum praefixis sequitur punctationem Nominis אֲדֹנָי: ut לַיהוָֹה Ps. 16, 2., הַיהוָֹה Jer. 8, 18. etc.; sed ubi cum אֲדֹנָי copulatum est, recipit puncta nominis אֱלֹהִים, ut יֱהוִֹה 2 Sam. 7, 18. 19. 20. 29. Ezech. 5, 5. etc., unde cum praefixo לֵיהוִֹה Ps. 68, 21. Singulare est הַלַיהוָֹה Deut. 32, 6., ubi quidam codices habent הַלְ יְהוָֹה, vid. infra הֲלֹ.

Ceterum multa Nomina virorum, quae e duobus vocabulis conflata sunt, a יְהוֹ vel יוֹ i. e. יְהוָֹה ordiuntur. Notasse sufficiat haec:

a) יְהוֹאָחָז (*Jova tenet*) 1) rex Israel., filius ac successor Jehu (856—840 a. Ch.) 2 Reg. 13, 1 sqq. 2) rex Jud., fil. Josiae natu minor (611 a. Ch.) 2 Reg. 23, 30. 2 Chron. 36, 1. — b) יְהוֹחָנָן (*gratiam exhibet J.*, vern. Gotthold, i. q. חַנִּיבַּעַל ap. Phoen.) 2 Chron. 17, 15. 28, 12. Neh. 12, 13. Esr. 10, 6. al.; יוֹחָנָן Neh. 12, 22., in N. T. Ἰωάννης. — c) יְהוֹיָדָע (*J. novit*) sacerdos Israelit., cujus auctoritate effectum est, ut Athaliâ regno pulsâ Joas juvenis imperium capesseret 2 Reg. 11, 1 sqq. (856 a. Ch.). — d) יְהוֹיָכִין (*fundabit J.*) rex Jud., fil. Jojakimi (600 a. Ch.) 2 Reg. 24, 8 sqq.; יוֹיָכִין Ezech. 1, 2., יְכָנְיָה Jer. 27, 20. יְכָנְיָהוּ Jer. 24, 1. in Cthib. — e) יְהוֹיָרִיב (*litigat J.*) sacerdos Hierosolym. tempore exilii babyl. 1 Chron. 9, 10. 24, 7. Esr. 8, 16. al. Ἰωαρὶβ 1 Macc. 2, 1. — f) יְהוֹיָקִים (*stabiliet, eriget J.*) fil. Josiae et in regno Jud. Joahasi successor (611 — 600 a. Ch.) 2 Reg. 23, 24., al. אֶלְיָקִים. — g) יְהוֹנָתָן, יוֹנָתָן (*dat J.*, Θεόδωρος) filius Sauli, qui cum Davide intimam familiaritatem contraxerat 1 Sam. 13 sqq. Alios v. 2 Sam. 15, 27. 23, 32. Jud. 18, 32. etc. — h) יְהוֹרָם, יוֹרָם (*altus, sublimis est J.*) 1) rex Jud., fil. Josaphati (891 — 884 a. Ch.) 2 Reg. 8, 16 sqq. 2) rex Israel., fil. Ahabi 2 Reg. 3. (896—884 a. Ch.). — i) יְהוֹשׁוּעַ, יְהוֹשֻׁעַ (*Jova auxilium*, vern. *Gotthilf* cf. אֱלִישׁוּעַ) 1) dux Israelitar. nobilissimus Exod. 17, 9. 24, 13. al. 2) summus pontifex, aequalis Zachariae proph. Zach. 3, 1. Hagg. 1, 1. 12. Lxx. Ἰησοῦς. [Sed יֵשׁוּעַ v. sub ישׁע]. — k) יְהוֹשָׁפָט (*judicat J.*) rex Jud., fil. et successor Asae 2 Reg. 22, 41 sqq. (914 — 889 a. Ch.). — l) יוֹאָב (*J. pater*) dux militum regnante Davide, quem Salomo interfici jussit 2 Sam. 2, 24. 1 Reg. 2, 5 sqq. — m) יוֹאֵל (*Jova est Deus*) propheta nobilis, qui Usiae aequalis fuisse videtur Joel. 1, 1. Alii ejusd. nominis 1 Sam. 8, 2. 1 Chron. 6, 21. Esr. 10, 43. etc. — n) יוֹתָם (*J. est perfectus*) rex Judd. 2 Reg. 15, 32 sqq. Al. Jud. 9, 5. 7. 1 Chron. 2, 47.

יָהּ i. q. יְהוָֹה Ps. 94, 12: אַשְׁרֵי הַגֶּבֶר אֲשֶׁר תְּיַסְּרֶנּוּ יָּהּ *beatus ille,*

quem tu castigas, Jah! Ps. 68, 5: בְּיָהּ שְׁמוֹ *Jah (immutabilis)* est *nomen ejus;* Jes. 26, 4: בְּיָהּ יְהוָה צוּר *in Jah, in Jova est rupes* (vid. sub ב). Alibi in formulis solennibus legitur, maxime in hac: הַלְלוּ יָהּ *celebrate Jovam* Ps. 104, 36. 105, 45. 106, 1. 111, 1. etc., nec non in his: עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ *gloria mea et carmen* est *Jova* Exod. 15, 2. Ps. 118, 14. Jes. 12, 2. et לֹא יִרְאֶה יָהּ Ps. 94, 7., לֹא אֶרְאֶה יָהּ Jes. 38, 11. — Ceterum יָהּ ex יהוה vel potius יַהְוֶה decurtatum esse, et plerique omnes censent et vix dubitari potest; nec audiendi sunt, qui vel ab aethiop. יהה *mitis, clemens fuit,* vel (quae Schreidii ad Cantic. Hisk. p. 45 sqq. sententia fuit) ab ipsa rad. יהה, arab. وحى *fuit* (ut significet τὸν ὄντα, τὸ ὄν) derivant. — Quemadmodum vero multa hominum nomina a יְהוֹ ordiuntur, ita haud pauca in syllabam יָה vel יָהוּ cadunt, ut יִרְמְיָה et יִרְמְיָהוּ, יְשַׁעְיָה et יְשַׁעְיָהוּ. Ea quaere sub iis vocibus, a quibus incipiunt.

הוֹי interjectio, a *sono* facta, eaque vel *hortantis: heus! eheu!* Jes. 1, 4. 17, 12. 55, 1. Jer. 47, 6. Zach. 2, 10., vel *dolentis: ah! heu!* 1 Reg. 13, 30. Jer. 22, 18. 30, 7. 34, 5., vel *comminantis* et *exsecrantis: vae!* Jes. 5, 8. 11. 18. 20. 21. 22. 10, 1. Jer. 22, 13. 23, 1. Ezech. 34, 2. etc. Per aphaer. dicitur הוֹ Am. 5, 16. [Syr. ܘܝ *heu, eheu, hem*].

הוּךְ chald. *ire, abire.* Infin. מְהָךְ Esr. 6, 13., fut. יְהָךְ Esr. 5, 5. 6, 5. 7, 13. Arab. هيك *properavit.*

הוּם *commovit, turbavit, terrorem incussit* Deut. 7, 23. [Arab. هيم est proprie *rotari, δινεῖσθαι,* et adhibetur de pecore ob vehementem sitim, imo et morbum inde contractum aestuante, *vagante,* palante. Conj. II. *obstupefecit*]. — Niph., unde fut. f. cum vau convers. וַתֵּהֹם *et commota est* 1 Sam. 4, 5 (terra) 1 Reg. 1, 45. Ruth. 1, 19 (*civitas,* h. e. hominum confluxus factus est). — Hiph. *strepitum edidit, strepuit* Mich. 2, 12., trop. *aestuavit* (de afflictis) Ps. 55, 3.

מְהוּמָה f. *commotio, perturbatio* Deut. 7, 23. 28, 20. Jes. 22, 5. Ezech. 7, 7. 22, 5. Prov. 15, 16 (in quo loco מ' significare videtur *perturbationem, trepidationem* ejus, qui totus est in divitiis conservandis, augendis, custodiendis v. Ziegler ad h. l.); מְהוּמַת־מָוֶת 1 Sam. 5, 11. *conturbatio mortis* i. e. quam timor mortis incutit, Zach. 14, 13. *conturbatio Domini,* quam Dominus immittit. Plur. מְהוּמוֹת Am. 3, 9. 2 Chron. 15, 5.

תְּהוֹם com. (voc. poet.) 1) *fluctus, aestus aquarum* Ps. 42, 8. תְּהוֹם אֶל־תְּהוֹם קוֹרֵא *fluctus fluctum vocat,* deinde *magna aquarum vis, aquarum moles* Deut. 8, 7. Ps. 78, 15., hinc *aequor, oceanus* Gen. 1, 2. 8, 2. Jon. 2, 6., max. תְּהוֹם רַבָּה Gen. 7, 11. Job. 28, 14. 38, 16. Ps. 36, 7. Am. 7, 4. Plur. תְּהוֹמוֹת *id.* Exod. 15, 5. 8. Ps. 33, 7. 148, 7. — 2) *abyssus, vorago* Ps. 71, 20. [Utraque significatio inest etiam in syr. ܬܗܘܡܐ].

הון radix in Kal inusit., videtur significasse *levis fuit* (ab Arab. هان *levis, inconsideratus fuit*), in Hiph. *levem* s. *facilem se praebuit*. Deut. 1, 41: וַתָּהִינוּ לַעֲלֹת *faciles vos praebuistis ad ascendendum*, h. e. *inconsiderate, temere ascendistis* cf. Alb. Schultens Opp. min. p. 154. et J. D. Michaelis *Suppl.* Al. vertunt: *neglexistis* (monitum Dei) *ascendendo in montem*, coll. Arab. هان Conj. IV. *contemsit, vilipendit*.

הוֹן m. *divitiae, opes* Ps. 44, 13. 112, 3. Prov. 1, 13. 6, 31. 30, 15. (לֹא אָמְרוּ הוֹן *non dicunt: opes!* h. e. *abunde, satis est*) Cant. 8, 7. etc. Plur. הוֹנִים Ezech. 27, 33. (Dic. a *vitae levitate, commoditate*, cui opes inserviunt, coll. هَوْن *commodum*, هُيْنَة *facilitas, commoditas*. Sic *facultates* Latinis a *facilitate*. Cf. etiam אוֹן Hos. 12, 9.).

הִין m. *Hin*, mensura liquidorum continens 12 Logos sive 72 ova (2 χοάς attic. sec. Joseph. Antt. 3, 9.) Exod. 30, 24. Levit. 19, 36. 23, 13. Num. 15, 4. 5. 6. 7. 9. 10. etc. Ejus figuram ex mente Judaeorum exhibet Dassovius in Dissert. ad Tit. *Chelim*. Viteb. 1714. 4. Sic dicta videtur, quod *levis*, exigua fuit.

הוֹת vid. sub הת.

הות in Kal inusit.; unde Pohel הוֹתֵת *occlamavit*, Arab. هات in Conj. II. *clamavit, inclamavit*. Inde est Fut. Plur. תְּהוֹתְתוּ *occlamabitis* Ps. 62, 4. Alii conf. هات *malum intulit, grassatus est*, sed v. Rosenmueller. ad l. c.

הָזָה *somniavit*, somnians *deliravit* (Arab. هذا et هذى *deliravit* vel per somnum vel per morbum), unde Part. Praes. הֹזֶה, Plur. הֹזִים *somniantes, somniatores* Jes. 56, 10. Aquil. φανταζόμενοι. cf. Bocharti *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 56. p. 680.

הִי m. *planctus*, vid. infra sub rad. נהה.

הִיא *Pronomen* 3 pers. sing. foem. *Personale: sie, ea, haec; id, hoc:* Gen. 14, 2. Levit. 2, 15. Jos. 10, 2. 13. 1 Sam. 20, 33. etc.; *ipsa* Jos. 6, 17. Saepius quoque pro Verbo *Substantivo* occurrit, ut Levit. 11, 39. Cant. 6, 9. Prov. 3, 18. etc. Duobus Nominibus interpositum significat: *haec est* (hodie appellatur) Gen. 14, 2. 7. 8. 23, 19. 48, 7. Jos. 18, 14. — Cum Articulo, הַהִיא, subiicitur Nominibus, quae Articulum praefixum habent, et sign. vel *eadem* 2 Reg. 19, 8. vel *haec ipsa* Mich. 3, 4. Am. 5, 13. al. In Pentateucho, undecim locis exceptis, semper, alibi rarius (1 Reg. 17, 15. Job. 31, 11. Jes. 30, 33.), pro היא scriptum occurrit הוא, secundum litteras legendum הוּא: unde Mosis aetate הוא fuisse generis commun. monent Altingius in *Fundament. Punctat. Hebr.* §. 93. Danzius in *Litterat. Hebraeo-Chald.* p. 320. Heumannus in *Poecile* T. II, p. 520. et ad Clerici *Art. Crit.* in *Parergis Crit.* p. 146. Tympius in *Notis* ad Noldii *Concordant. Partic.* p. 250. Jahn in Bengel. theol. Archiv. Tom. II, p. 581.; sed v. Gesen. *Gesch. d. hebr. Spr.* p. 31 sq. Contra pro הִיא interdum legitur הִיא, secundum Masorethas efferendum הוּא in Masc., ut 1 Reg. 17, 15. 1 Chron. 29, 16. Ps. 73, 16. Job. 31, 11. Eccles. 5, 8. — Plur. הֵן et הֵנָּה vid. infra suo loco.

הִיא Chald. *id.* Dan. 2, 9. 20. 21. 27. 44. 7, 7. Esr. 6, 15.

הֵידוֹת vide sub יָדָה.

הָיָה (propr. *sidit, decidit,* coll. Arab. هوى et supra הָוָה. v. Alb. Schultens. in *Comment.* ad Prov. 10, 3.) 1) *accidit* Exod. 32, 2: מֶה הָיָה לוֹ *quid ei acciderit;* unde solennis ista formula וַיְהִי כִּ, וַיְהִי וְ *accidit ut.* — 2) *factus est, exstitit* Gen. 1, 3: יְהִי אוֹר *fiat, exsistat lux;* ibid. וַיְהִי אוֹר *et exstitit lux;* Job. 6, 21. 1 Reg. 13, 32: יִהְיֶה הַדָּבָר *fiet, eventum habebit verbum;* Gen. 19, 26: וַתְּהִי נְצִיב מֶלַח *et facta est statua salis,* (mutata in stat. salis). Adde has formulas: a) הָיָה כְּ *factus est ut:* Gen. 3, 22: הָאָדָם הָיָה כְּאַחַד מִמֶּנּוּ *homo factus est ut unus nostrum;* Num. 17, 5: כֹּא יִהְיֶה כְקֹרַח *ne fieret ut Korachus,* h. e. ne idem ipsi, quod Koracho, eveniret; — b) הָיָה לְ, vario sensu: Gen. 2, 24: וְהָיוּ לְבָשָׂר אֶחָד *et coalescent (quasi) in unam carnem* (in unum corpus); Exod. 4, 4: וַיְהִי (נָחָשׁ) לְמַטֶּה *et conversus est serpens in baculum,* Gen. 17, 4. al.; Gen. 18, 18: אַבְרָהָם יִהְיֶה לְגוֹי גָּדוֹל *Abrah. fiet* pater, conditor *magnae gentis,* Gen. 24, 60; Jer. 3, 1: הָיְתָה לְאִישׁ אַחֵר *facta est* (mulier) *alii viro* h. e. nupsit alii.

הֶרֶס m. *destructio* Jes. 18, 19. Ikenio in *Dissert. philol. theol.* XVI. est *leo* Arab. فرس propr. *vorator* (a rad. فرس *vorax fuit*), epitheton leonis, ut שחל et אוכל, et l. c. עִיר הֶרֶס *Leontopolis*, urbs Aegypti in nomo Heliopolitano cf. J. D. Michaelis *Suppl.* Sed v. Rosenmueller. et Gesen. ad h. l. Al. Codd. habent: חֶרֶס q. v. infra.

הֲרִיסָה f. *id.*, unde Plur. cum Affixo הֲרִיסֹתָיו *destructiones* sive *destructa ejus* Am. 9, 11.

הֲרִיסוּת f. *id.*, cum Suffixo הֲרִיסֻתֵךְ *destructio tua* Jes. 49, 19.

הֲרַת, הָרֹתָה vid. sub rad. הרה.

הֲתָךְ Nom. propr. eunuchi Esth. 4, 5. coll. Pers. هدك *donum*, addita ك litera, quae saepenumero claudit vocabula persica. Bohlen in Symbol. p. 23. confert هدك *veritas*.

התל in Kal inusit.; Pih. *lusit, delusit, illusit*, sq. ב pers., h. e. a) *ludibrio habuit, ludificavit* 1 Reg. 18, 27.; b) *decepit* Job. 13, 9. Jud. 16, 10. al. — Praet. irregul. הֵתֵל (pro הִתֵּל v. Gesen. Lehrgeb. p. 316.) et retracto Accentu הֵתֶל Gen. 31, 7. Infin. הָתֵל (pro הַתֵּל) Exod. 8, 29. Fut. regulariter וַיְהַתֵּל 1 Reg. 18, 27., sed Plur. cum Dagesch euphon. et in Pausa, תְּהַתֵּלּוּ Job. 13, 9. יְהָתֵלּוּ (similiter in Pausa) Jer. 9, 4. Hoph. praet. הוּתַל *illusum, seductum est* Jes. 44, 20.

הֲתֻלִּים m. Plur. *illusiones* Job. 17, 3.

מַהֲתַלּוֹת f. Plur. *id.* Jes. 30, 10.

הוֹתֵת vid. supra הות.

ו

ו *et*, ab initio vocum *Particula* est *inseparabilis* sive *praefixum*, de cujus varia punctatione consulendi sunt Gesen. Lehrgeb. p. 634. et J. D. Michaelis in *Suppl.* Significatio ejus adeo variare dicitur, ut fere omnium Particularum vicem sustineat; quam ob causam Noldius (in Concordantt. p. 282—318.) 73 ejus significationes enumeravit. Verum habet *unam* tantum *connectendi vim*, quae pro diversa sententiarum, quibus connectendis inservit, indole diversis cultiorum linguarum particulis exprimi debet, quales non tantum sunt *etiam, porro, deinde* ac similes, (quae et ipsae quodammodo copulativae sunt), sed plures quoque aliae, ab illarum simplicitate paullo longius recedentes. Pertinet igitur particulae hujus copulativae (quae tantum *copulandas* esse sententias, non *quo* copulandae sint *modo*, declarat) tam frequens tamque varius usus ad linguae Hebraicae simplicitatem et quasi tenuitatem, quam reliquae linguae longo cultu subactae deposuerunt. Cf. Schroederi *Institt. L. H.* synt. reg. 109. a. J. D. Michaelis *Gramm. Arab.* p. 235. Itaque praeterquam quod *copulandi* vim habet (*et, etiam*, vel in libris histor. *tum, deinde, porro*), praemittitur:

a) vocabulis, quae *exaggarandi* caussa adiiciuntur: *et quidem*, (*isque*) Ps. 68, 10: נַחֲלָתְךָ וְנִלְאָה *possessionem tuam eamque fatiscentem;* Am. 3, 11: צַר וּסְבִיב *hostis et quidem circumquaque* Jer. 15, 13.; *imo* 1 Reg. 8, 27. Prov. 6, 16. Job. 5, 19. Aliquanto rarius voci, in qua non nisi *appositionis* vis inest, additur 1 Sam. 28, 3: רָמָה וּבְעִירוֹ *Rama et* (haec fuit) *patria ejus;* — b) sententiis *adversativis*: *sed* Gen. 2, 17. 13, 12. Ps. 5, 8. Prov. 3, 33. Esr. 3, 6., *tamen, veruntamen* Gen. 20, 4. Exod. 4, 8. Ps. 44, 18., *et tamen* Eccles. 1, 4. Ps. 49, 13. *cum tamen* Deut. 9, 29. Gen. 18, 13. Jud. 16, 15. Jer. 5, 21. Gen. 26, 27., *alioquin* Ps. 51, 18. Job. 6, 14.; — c) sententiis *disjunctivis*: *aut* 1 Sam. 17, 34. Deut. 3, 24. Prov. 20, 20. 2 Sam. 24, 13. Jer. 44, 28. (alii loci levioris momenti sunt: nam haec: *maledicens patri suo et matri suae morietur* Exod. 21, 17. dicuntur concise pro: maledic. patri suo morietur, et mal. matri suae mor., Gen. 26, 11. etc.), repetit. significat *sive, sive* Exod. 21, 16. Levit. 5, 3. al.; — d) sententiis *caussalibus*: *nam, enim* Gen. 6, 17. 30, 27. Ps. 7, 10. Hos. 12, 2. Jes. 39, 1.; — e) sententiis *conclusivis*: *itaque, igitur* Ps. 81, 13. Deut. 31, 17., *ita ut* Num. 23, 19. Ruth. 1, 11.; — f) sententiis *finalibus*: *ut* Jud. 14, 15. 1 Sam. 11, 12. maxime ubi futura sequuntur; — g) sententiis, quae a verbis *videndi, putandi, dicendi* etc. pendent Gen. 30, 27. Exod. 32, 9. Jos. 2, 12.; — h) sententiis *comparativis*: *sicut, velut* 1 Sam. 12, 15. Job. 5, 7. Prov. 25, 25. — (Addunt etiam praefigi sententiis *conditionalibus* Ruth. 2, 9. Levit. 10, 19. Jud. 6, 13. etc. Sed in istis locis omnibus praetermissum videtur אִם, quod sexcenties deest v. Gesen. Lehrgeb. p. 843).

Ubi idem nomen interposita copula bis collocatur, vel *continuitatis* vel *diversitatis* notio inest: a) יוֹם וָיוֹם *de die in diem, quotidie* Esth. 3, 4., דֹּר וָדֹר *omnes aetates* Deut. 32, 7.; — b) אֶבֶן וָאֶבֶן *diversa pondera* Deut. 25, 13., לֵב וָלֵב *diversa sententia* h. e. dissidium animorum 1 Chron. 12, 33.

Ab initio orationis posita declarat, suppressum esse aliquid cogitatione, quod debeat e praegressa sententia repeti, ut 2 Sam. 24, 3: *et addat Deus huic populo*; plenius: *et faciam, quod imperasti, et opto, ut addat* etc. 2 Reg. 4, 41: *et afferte farinam*, h. e. recte faciunt illi, et vos afferte etc. Ps. 4, 4. Zach. 2, 10. De simili usu voc. *καὶ* v. Passow. Lex. II, p. 764. Hoc autem magis mirum, integros adeo libros a וְ incipere, ut 1 Reg. 1, 1: וְהַמֶּלֶךְ דָּוִד זָקֵן, Esr. 1, 1: וּבִשְׁנַת אַחַת לְכוֹרֶשׁ etc. Ita hae narrationes annectuntur quasi superiorum temporum historiis, quarum imago scriptoris menti obversabatur.

Ceterum passim (per anacoluth.) incipit *apodosin*, ubi praecedit particula *conditionalis* Jud. 4, 8. Jer. 5, 1. 14, 18. Ps. 78, 34., vel *caussalis* Gen. 29, 15. 23. Deut. 7, 12., vel *temporis* Hos. 11, 1. Jer. 7, 25. 2 Sam. 7, 14. (cf. *ὡς — καὶ* in N. T. Luc. 7, 12. Act. 10. 17.); quanquam in his locis omnibus apodosi aliquam vim addere videtur, ut si vernacule dicimus: *wenn sie sich bessern, dann, da will ich* etc.

Simil. Arab. فَ. Ubi in media sententia *verbo* praemittitur, facit, ut aliquantum ponderis accedat: nam Prov. 23, 24: יֹלֵד חָכָם וְיִשְׂמַח plus est quam: יֹלֵד חָכָם יִשְׂמַח; illud significat: *pater sapientis, hic (is) gaudere potest*, hoc vero: *pater sap. gaudere potest*, sine ulla vi; Prov. 31, 28. Num. 23, 3. Exod. 12, 15. 2 Sam. 15, 34. simil. Gen. 3, 5: בְּיוֹם אֲכָלְכֶם — וְנִפְקְחוּ *die quo comederitis, hoc ipso die-aperientur*, Prov. 24, 27. Exod. 16, 6. Augetur etiam orationis gravitas, ubi הִנֵּה adiicitur, ut Gen. 40, 9: בַּחֲלוֹמִי וְהִנֵּה גֶפֶן לְפָנָי, quod quantopere differat ab hac sententia: בַּחֲלוֹמִי גֶפֶן לְפָנָי, nemo non sentit.

Quod addunt, וְ passim etiam *relativi* vicem obtinere, id verendum est, ut recte praecipiatur. Nam Ruth. 3, 16. Gen. 15, 6. 18, 17. Mal. 3, 1. et plerisque aliis in locis a Noldio enotatis duae res gravitate *pares* copulantur, quod, ubi fit, vocula *et* naturalem quasi sedem habet; *relativum* contra annectit ejusmodi sententiam, quae gravitate dignitateque *inferior* est illi, cui nectitur (*einen Nebensatz*); haec autem verba: יִפְקֹד יְהוָה אֶת־צֹר וְשָׁבָה וגו׳ Jes. 23, 17. ita reddas: *visitabit Jova Tyrum et redibit* (ea), *reducet eam*. Loci denique Gen. 49, 25. gravitas augeri eo ipso videtur, quod יַעְזְרֶךָּ et יְבָרְכֶךָּ non *relativi* ope juncta sunt Nominibus אֵל et שַׁדַּי; hoc enim dicit poëta: (*es kam*) *von dem Gott deines Vaters — und er hat* (*ebendadurch*) *dir geholfen, von dem Allmächtigen — und er hat dich gesegnet.*

Praetermissâ copulâ *Asyndeta* oriuntur, quae passim egregiam vim addunt orationi. Sed notanda potissimum haec genera sunt: 1) in formulis, quarum *crebra* erat repetitio, ut תְּמוֹל שִׁלְשֹׁם Exod 5, 8., maxime ubi computationis summa definitur (nostr. 4 *Fuss* 6 *Zoll*, *ein Jahr* 3 *Tage*) Jud. 19, 2. — 2) in rerum *enumerationibus* Mich. 1, 1. — 3) in sententiis sibi invicem *oppositis* Thren. 5, 7: *patres nostri peccarunt, nos plectimur*, Prov. 27, 12. 28, 2. — 4) ad significandam *celeritatem* Exod. 15, 9: *persequar, apprehendam, dividam praedam* (cf. *veni, vidi, vici*), Jud. 5, 27. 1 Sam. 15, 6. — 5) ubi notiones copulantur, quarum unaquaeque singulari cum vi efferenda est Ps. 65, 2. לְךָ דֻמִיָּה תְהִלָּה *tibi* debetur *fiducia, laus*, q. d. tibi deb. fiducia, tibi deb. laus; Jes. 63, 11.

De וְ conv. Praeter. v. GESEN. Lehrgeb. p. 296 sqq.

Aliquando ו in Cthib deficit, ubi in Kri adest, ut Jes. 55, 13. Dan. 2, 43. Prov. 23, 24. 27, 24. Job. 2, 7. Thren. 2, 2. 5, 3. 5. 7. et vicissim 2 Sam. 16, 10. 2 Reg. 11, 1. 16, 17. Jer. 4, 5. 5, 5. 24. 8, 1. Prov. 23, 24. Thren. 4, 12. Dan. 9, 5. Neh. 9, 17.

וַ *conversivum Futuri* differt a וְ *cop.* Illud enim ortum videtur ex הָוָה *fuit,* suppressa prima rad. (quae a Syris etiam occultari solet), tertia vero י (ה) per Dagesch forte compensata. Itaque וַיִּקְטֹל dictum est pro הָוֵי יִקְטֹל (הֲוֵי), quemadmodum Arabibus كان يقتل *fuit (ut) interficeret,* significat: *interfecit.* Ceterum de usu hujus וַ conv. v. GESEN. Lehrgeb. p. 293 sqq.

וְדָן Ezech. 27, 19. Nom. propr. loci in Arabia. J. D. MICHAELIS in *Suppl.* et in *Spicil. geogr. Hebr.* T. II, p. 168—171. *urbem* intelligit vel *regionem inter duo flumina* (h. e. ودان) h. e. regionem circa *Goblam* (جبلة), quae sita est Sanaam inter et Adanam in tractu montano ad duos fluvios (Vadi Meidani et Vadi Zebid), unde civitas duorum fluviorum (مدينة النهرين) vocatur ab Abulfeda. V. tabulam Jemenae Niebuhrianam circa grad. lat. 14.

וָהֵב Num. 21, 14: יֵאָמַר בְּסֵפֶר מִלְחֲמוֹת יְהוָה אֶת־וָהֵב בְּסוּפָה, in quo loco et qua ratione *interpungenda* et quomodo *legenda* sint verba, perobscurum est. Si, ut in aliquot libris est, uno vocabulo legas אתוהב habebis Ithpaal aram. verbi והב h. e. יְהַב *dedit;* sin recte scribitur את־והב, videtur nomen *loci* aut *torrentis* esse, in quam sententiam ROSENMUELLER. etiam concessit. Alior. conjecturas idem enarrat in Scholl. ad h. l.

וָו m. *clavus, uncinus, paxillus,* Plur. וָוִים. Derivant a rad. Arab. ويى, cui falso significationem *ligandi* tribuunt, cum potius notet *uxorem duxit;* nisi dicendum, eam in univ. involvere notionem *conjunctionis* q. d. *uxorem sibi junxit:* quo sensu convenit Syr. אוא in Pahel *conjunxit.* In regimine וָוֵי Exod. 27, 10. 11. 38, 10. 11. 12. 17. cum Affixo וָוֵיהֶם Exod. 26, 32. 37. 27, 17. 36, 36. 38. 38, 19.

וָזָר Prov. 21, 8. vid. sub rad. וזר.

וַיְזָתָא Nom. propr. filii Hamanis natu minimi Esth. 9, 9. coll. Pers. ويشه *albus.*

וָלָד et וֶלֶד *proles,* vid. sub rad. ילד.

וַשְׁתִּי f. uxor Ahasveri, regis Persarum Esth. 1, 9. coll. Pers. وشتى *pulcher.*

ז

זְאֵב m. *lupus* (Arab. ذِئْبٌ Syr. ܕܐܒܐ) Gen. 49, 27. Jes. 11, 6. 65, 25. Jer. 5, 6., sec. MAJUM et ALB. SCHULTENSIUM in *Clave Dialectorum* p. 190. ab Arab. ذَأَبَ *terruit, abegit gregem*, nisi haec notio a *lupo* prognata est, q. d. *lupinatus est*, ut ipse monet ALB. SCHULTENS. *ad Ispah.* p. 7. Itaque videtur voc. *primitivum* esse. Plur. זְאֵבִים Ezech. 22, 20., in regim. זְאֵבֵי Habac. 1, 8 Zeph. 3, 3., ubi *lupi vespertini* sunt qui vespere et noctu praedae invigilant, sec. illud VIRGILII *Georg.* III, 538. IV, 434. 435. *Aeneid.* IX, 59—61., unde νυκτερινοὶ vocantur OPPIANO *Cyneget.* III, 266. et νυκτιπόροι I, 440.

זֹאת (pro זָאת Arab. ذَهْ et ذَاتُ) Pronomen *demonstrativum* 3 Pers. Singul. foem. *haec, ista* Gen. 2, 23. Exod. 12, 43. Levit. 6, 2. 18. etc. *hoc, istud* Gen. 45, 19. Am. 2, 11. Cum ה paragog. זֹאתָה (quale ה etiam in aliis Pronominibus frequens est) sec. Cthib Jer. 26, 6. Repetitum *distributive* significat: *haec, illa*, vel *una, altera*, ut 1 Reg. 3, 23. 26.

זֹה pro זֹאת (ut רִבּוֹ pro רִבּוֹת) in solo Ecclesiaste occurrit: ut 2, 2. 5, 15. 18. 7, 23. 9, 13.

זוּ i. q. זֹה, זֹאת Hos. 7, 16.; it. pro *relat.* Ps. 132, 12.

זבב rad. in Hebr. inusit., Arab. ذَبَّ *incertis sedibus vagari.*

זְבוּב m. *musca* Jes. 7, 18. (Syr. ܕܒܒܐ Arab. ذُبَابٌ *id.*). Plur. זְבוּבִים, in regim. זְבוּבֵי Eccles. 10, 1. ubi *muscae mortis* dicuntur *muscae mortiferae* et *noxiae*, conf. Sapient. 16, 9.

בַּעַל זְבוּב Nomen idoli Ekronitarum, *Deus muscarum averruncus*, qualis Graecorum Zeus ἀπόμυιος (PAUSAN. Eliac. prior. c. 14.) h. e. *Jupiter muscarum abactor*, a Judaeis per contemtum vocatus בַּעַל זְבוּל *Deus stercoris* 2 Reg. 1, 2. 3. 16. Cf. HYDE *de rel. Persar.* p. 129. CLERICUS ad 1 Reg. 1. Sed Βεελζεβοὺβ Novi Testam. est ܒܥܠܕܒܒܐ *calumniator*, διάβολος.

זָבַד *donavit* (Chald. זְבַד et Syr. ܙܒܕ *id.*). Praet. cum Affixo זְבָדַנִי *donavit me* Gen. 30, 20. Aliter, sed parum probabiliter, de hoc l. sentit SCHULTENS. in *Origin. Hebr.* T. I, p. 100 sq., qui integram phrasin Gen. 30, 20. ex Arab. exponit: *Utrem* (h. e. uterum) *mihi meum optima agitavit Deus agitatione*, ut de *parturiendo* et *foetum enitendo* loquuntur.

זֶבֶד m. *donum* Gen. 30, 20., زُبْدٌ *donum, munus.*

זָבָד Nom propr. 1) filii Nathanis 1 Chron. 2, 36. — 2) aliorum 1 Chron. 7, 21. (11, 41.) 2 Chron. 24, 26.

זָבַח in genere *mactavit* (ut cognatum טבח, Syr. ܕܒܚ et Arab. ذبح *mactavit)* Gen. 31, 54. 1 Sam. 28, 24. 1 Reg. 13, 2. 19, 21., spec. *mactavit ad sacrificandum* 1 Sam. 1, 4. Ezech. 16, 20.; hinc per metonymiam *sacrificavit:* non tamen de sacerdotum ministerio, sed de iis adhibetur, qui victimam ex gregibus suis eligunt eamque in loco sacro vel mactant vel mactari jubent. Constr. cum לְ nomini Dei vel idolorum praefixo 1 Reg. 8, 63., vel cum לִפְנֵי eidem praemisso Levit. 9, 4., cum עַל vel בְּ loci Exod. 20, 21. Jes. 65, 3. 2 Chron. 33, 17. — Part. praes. זֹבֵחַ Exod. 13, 15. Ps. 50, 23. Plur. זֹבְחִים Levit. 17, 5. Jes. 65, 3. in regim. זֹבְחֵי Deut. 18, 3. Hos. 13, 2. Infin. constr. זְבֹחַ Exod. 8, 25. 1 Sam. 15, 15. cum Affixo זָבְחוֹ 2 Sam. 15, 12. Imper. זְבַח Ps. 50, 14. Fut. cum ה paragog. אֶזְבְּחָה Ps. 54, 8. Jon. 2, 10. תִּזְבַּח Exod. 23, 18. Deut. 12, 15. Foem. cum Vau convers. et Affixo וַתִּזְבָּחִים Ezech. 16, 20. Plur. נִזְבַּח cum ה paragog. נִזְבְּחָה Exod. 3, 18. 5, 3. 8. 17.

Pihel זִבַּח *sacrificavit* 2 Chron. 33, 22. Ps. 106, 38. — Praet. plur. in Pausa זִבֵּחוּ Hos. 12, 12., Part. מְזַבֵּחַ 1 Reg. 3, 3. Plur. מְזַבְּחִים 1 Reg. 3, 2. 2 Reg. 12, 4. Foem. Plur. מְזַבְּחוֹת 1 Reg. 11, 8. Infin. זַבֵּחַ 1 Reg. 12, 32. Fut. אֲזַבֵּחַ 2 Chron. 28, 23. יְזַבֵּחַ Habac. 1, 16. Plur. יְזַבֵּחוּ (in Pausa) Hos. 4, 14 (in quem loc. cf. Rosenmueller.) etc.

זֶבַח m. propr. *mactatio*, metonym. 1) *carnes mactatorum animalium, epulae* Prov. 17, 1. — 2) *sacrificium* Gen. 46, 1. 1 Sam. 1, 21. 1 Reg. 8, 62. etc. cum *convivio sacrificiali* 1 Sam. 9, 12. 13. 16, 3. (Arab. ذِبْح et ذَبِيح *quod mactatur* aut *pro sacrificio offertur, hostia, victima.* ܕܶܒܚܳܐ *sacrificium, victima.*); זִבְחֵי צֶדֶק *sacrificia justa, legitima* h. e. *talia, qualia esse debent* adeoque Deo placent Ps. 51, 21. Deut. 33, 19. coll. זִבְחֵי אֱלֹהִים Ps. 51, 9. Sensu strictiore opponitur *sacrificio* incruento, מִנְחָה, ac *cruentum* denotat, non tamen prorsus concremandum (quo usu venit עֹלָה Jer. 7, 21. 22.), sed de quo comedere licebat Exod. 10, 25. Num. 15, 5. 1 Sam. 2, 29. 3, 14. — Cum Affixo זִבְחִי Exod. 23, 18. Ezech. 39, 17. Plur. זְבָחִים Gen. 46, 1. Exod. 10, 25. in regim. זִבְחֵי Levit. 17, 5. Num. 10, 10. cum Affixo זִבְחֵינוּ Jos. 22, 27. זְבָחֵימוֹ Deut. 32, 38. Plur. foem. זְבָחוֹת, unde cum Affixo זִבְחוֹתָם Hos. 4, 19.

מִזְבֵּחַ m. *altare* (locus, in quo *sacrificatur* v. Gesen. Lehrgeb. p. 494.) Gen. 8, 20. Exod. 17, 15. Jos. 8, 30. etc. [Arab. مَذْبَح et Syr. ܡܰܕܒܚܳܐ *ara*]. — Cum ה paragog. et Artic. הַמִּזְבֵּחָה *in altare* Exod. 29, 13. 18. 25. Levit. 1, 9. 13. 15. Num. 5, 26. (post verb. הִקְטִיר, quare vertunt: *in altari,* sed consimile est Graec. εἰς μέγαρον κατέθηκε et all. v. Passow Lex. I, p. 420.) 2 Chron. 29, 22. etc. in regim. מִזְבַּח Exod. 20, 21. 22. Levit. 4, 7. 10. 18. 25. 30. 34. cum Affixis מִזְבְּחִי Exod. 20, 26. 1 Sam. 2, 28. 33. מִזְבַּחֲךָ 1 Reg. 8, 31. Ps. 26, 6. in Pausa מִזְבְּחֶךָ Deut. 33, 10. Plur. מִזְבְּחוֹת *altaria* Num. 23, 1. 14. 29. 2 Reg. 21, 3. 4. 5. cum Affixo מִזְבְּחוֹתָם Exod. 34, 13. Deut. 12, 3. et sec. Kri

2 Chron. 34, 5., ubi Ctbib habet מִזְבְּחֹתָם *altaria*, tanquam a Sing. מִזְבָּחוֹת *altare*, ad formam רָאשֹׁתָיִם v. Gesen. Lehrgeb. p. 541.

זָבַל *habitavit*, Fut. cum Affixo יִזְבְּלֵנִי *habitabit mecum* (coll. יְגֻרְךָ Ps. 5, 5.) Gen. 30, 20. Origo ignoratur. Conjecturas v. ap. J. D. Michael. in *Suppl.* (qui confert Arab. زول *declinavit, divertit*) et Schroeder in *Observv. phil. crit. ad quaed. Pss. loca* p. 32 sqq (qui verbo زبل *stercoravit: fovendi* notionem tribuendam existimat, huic autem *habitandi, cohabitandi* significationem finitimam esse dicit; parum probabiliter).

זְבוּל m. propr. *habitatio*, metonymice *habitaculum* 1 Reg. 8, 13. Jes. 63, 15., pro quo occurrit זְבֻל Ps. 49, 15. 2 Chron. 6, 2.; cum ה paragog. מִזְּבֻל זְבוּלָה *subsistit in habitaculo* (h. e. ingressus in habitaculum subsistit [in eo] coll. εἰς οἶκον ἐστι Mr. 2, 1. κατῴκησεν εἰς πόλιν Mt. 2, 23. εἰς θρόνους καθίζάνω Aeschyl. Eumen. 29. v. Winer. Grammat. N. T. p. 161. et cf. supra מִזְבֵּחַ) Habac. 3, 11.

זְבֻלוּן, זְבוּלֻן, זְבוּלוּן Nom. propr. filii Jacobi decimi, quem ex Lea susceperat Gen. 30, 30. De finibus tribus Sebuloniticae v. Jos. 19, 10—16. Inde oritur Nom. gentil. זְבוּלֹנִי *Sebulonita* Num. 26, 27.

זְבַן Chald. *emit, redemit* (it. Syr. et Samar.). Part. Praes. זָבֵן, Plur. זָבְנִין *redimentes (tempus* h. e. dilationem quaerentes) Dan. 2, 8.

זָג m. *cortex* uvarum exterior, *pellicula uvae* Num. 6, 4. coll. Chald. זְגֵג *luxit, lucidus, clarus fuit*. Finitimum est Samar. זגג *purus fuit*. (Arab. زجاج *vitrum*).

זֶה Pronomen *demonstrativum* 3 Pers. Sing. masc. *hic, iste* Gen. 3, 1. 6, 15. 7, 13. etc. *hoc, istud* Exod. 30, 13. 2 Reg. 4, 43.; Arab. ذا. Semel de *muliebri* genere occurrit Jos. 2, 17. Cum Artic. הַזֶּה Gen. 28, 20. Num. 14, 2. Esth. 7, 6. 1 Sam. 17, 12 (de quo loco v. Gesen. Lehrgeb. p. 751).

Ceterum adde haec: 1) in eadem sententia repetitum, *distributive* intelligendum est: ut זֶה אֶל־זֶה *hic ad hanc* i. e. *alter ad alterum* Jes. 6, 3. Job. 1, 16. 17. 18. — 2) passim (in poeticis certe libris) ponitur pro אֲשֶׁר Ps. 104, 8. Prov. 23, 22. Ps. 78, 54. 74, 2. Jes. 42, 24. (ita nostrates *der* pro *welcher*, et Aram. דִּי i. e. זִי in Pronom. relat. abit). Ad Plural. refertur Job. 19, 19.; *is qui* significat Exod. 13, 8. — 3) postpositum Pronominibus et Adverbiis interrogativis auget eorum vim; nam מַה־זֶּה est *quid tandem, quid nam*, אֵי־זֶה *ubinam* Gen. 27, 10. 1 Reg. 21, 5. Gen. 18, 13. Exod. 5, 22. 1 Sam. 17, 28. Job. 38, 19. coll. Arab. لماذا etc. cf. Gesen. Lehrgeb. p. 751. Postpositum Particulae עַתָּה videtur significare *usque ad hoc ipsum temporis momentum, bis diesen Augenblick* Ruth. 2, 17. vel *modo, eben jetzt* 2 Reg. 5, 22. (cf. *nunc ipsum* Cic. Attic. 7, 3. τοῦτ' ἐκεῖ *illo ipso tempore* Eurip. Jon. 556).

4) praemissum in Singulari *numeralibus* indicat, ei, qui scribat, *satis magnum* aut *justo majorem* videri numerum, ut nostrum *schon*,

bereits, Gen. 31, 41: זֶה־לִּי עֶשְׂרִים שָׁנָה *hi mihi* (aguntur) *viginti anni, das sind nun schon* 20 *Jahre,* Num. 14, 22: זֶה עֶשֶׂר פְּעָמִים *bereits zehnmahl, jam decies* Zach. 7, 3. Jud. 16, 15. — 5) passim de *loco* dicitur, omisso voc. מָקוֹם, ut a) מִזֶּה *hinc* (*von hier*) Gen. 37, 17. Exod. 11, 1. Ruth. 2, 8.; מִזֶּה וּמִזֶּה est *hinc hinc, ab hac parte ab illa parte, utrimque* Num. 22, 24. Jos. 8, 33.; b) זֶה Gen. 28, 17. *hic,* alibi בָּזֶה Gen. 38, 21., quod tamen etiam de *tempore* dici solet Esth. 2, 13. Mich. 5, 4.

זוּ Arab. ذُو (v. Schultens. ad Hariri II, p. 75.) Pronom. *demonstrativum* Sing. 3 pers. masc. *hic, iste* Ps. 12, 8. Hab. 1, 11., *hoc, istud* Ps. 62, 12. Saepius in poeticis libris pro אֲשֶׁר ponitur, nullo generis et numeri discrimine habito, Exod. 15, 13. 16. Ps. 142, 4. Jes. 42, 42.; Ps. 9, 16 (ubi ad Foemin. refertur); Ps. 10, 2. 17, 9 (ubi cum Plur. copulatur).

הַלָּזֶה conflat. ex זֶה et הַל Artic., dupl. לְ (ut Arab. أَلَّذِى v. Rosenmueller. Institutt. Arab. p. 242.), *hic* Gen. 24, 65. 37, 19.

הַלֵּזוּ foem. Ezech. 36, 36. ortum ex זוּ et הַל.

הַלָּז com. Zach. 2, 8. Jud. 6, 20. 1 Sam. 17, 26. (masc.) 2 Reg. 4, 25. 23, 7. (foem.); decurtatum videtur ex הַלָּזֶה.

זָהָב m. *aurum* [Arab. ذَهَب Syr. ܕܗܒܐ Chald. דְּהַב] Gen. 24, 22. 53. 36, 39. Exod. 3, 22. Jos. 7, 21. Jud. 8, 24. 26. etc. dictum a *splendore,* coll. rad. Chald. cognat. צהב *splenduit.* Per metaphoram sumitur pro *oleo purissimo* ad splendorem *auri* fluidi prope accedente Zach. 4, 12. Denique Job. 37, 22. זָהָב est *splendor,* qualis *auri* esse solet (ita Val. Flaccus V, 370. *aurum* pro *fulgore* dixit) cf. Rosenmueller. ad h. l. — In regim. זְהַב Exod. 35, 24. Num. 7, 86. Ps. 72, 15. etc. semel cum Schwa composito (Gesen. Lehrgeb. p. 76. 77.) זֲהַב Gen. 2, 12. Cum Affixo זְהָבִי 1 Reg. 20, 7. Joël. 4, 5.

זהה rad. in Hebr. inusit., Arab. زهى, Syr. ܙܗܐ *splenduit,* ܐܙܕܗܝ *illustratus est, splendidus factus est.*

זִו (per syncopen pro זִהְו, mutata insuper tertia radicali ה in ו, ut in עָנָו etc.) m. mensis Hebr. *secundus,* Aprili nostro partim, partim Maio respondens (v. Michaelis *Suppl.*) 1 Reg. 6, 1. 37., sic dictus a *splendore plantarum,* inpr. *florum* cf. Arab. زهو *flos plantae.* Idem mensis Chaldaeis et Arabibus vocatur אִיָּר, أَيَّار, similiter a *splendore,* et German. *Lenz,* antiquioribus *Glentz,* i. e. *ver,* dicitur a *glänzen* h. e *splendere.* Aliam nominis rationem habet Fullerus in *Miscell. S.* VI, 5.

זִיו (per syncopen pro זְהִיו) m. Chald. *splendor.* Cum Affixis זִיוֵי Dan. 4, 33., זִיוֵהּ Dan. 2, 31. Plur. זִיוִין de *oris colore egregio* Dan. 5, 6. 9: זִיוֹהִי שָׁנַיִן עֲלוֹהִי *color oris ejus mutabatur ipsi* h. e. *palluit,* Dan. 7, 28.

זָהַם in Kal. inusit., Chald. *foetuit*, (ܙܘܗܡܐ *foetor*), Arab. زَخِمَ *sorduit*, praesertim *prae pinguedine*, unde Pih. זִהֵם pr. *foetidum reddidit* (Mischn. I, p. 106.); deinde *foetidum habuit*, *ut sordidum aversatus est*, *nauseavit* v. HARTMANN. linguist. Einl. p. 220 sq. Praet. foem. cum Affixo זִהֲמַתּוּ (pro זִהֲמַתְהוּ) *nauseavit* sive *fastidivit eum* scil. panem Job. 33, 20., cum Pleonasmo Affixi, more Syrorum, ut Exod. 2, 6.

זָהַר in Kal. inusit., Arab. زَهَرَ *splenduit*, *luxit* (v. HARTMANN. linguist. Einl. p. 86.), in Niph. נִזְהַר *edoctus*, *admonitus est*, q. d. quoad mentem *illustratus est* Ps. 19, 12.; it. *admonitionem admisit*, *admonenti paruit* Eccles. 4, 13. 12, 12. Ezech. 33, 4. 5. 6.

Hiph. הִזְהִיר 1) *illustravit* h. e. trop. (v. supra אוֹר) a) *docuit*, *edocuit* aliquem aliquid, cum dupl. Accus. Exod. 18, 20.; — b) *monuit*, *admonuit* Ezech. 33, 3., sq. מִן *dehortatus est a* Ezech. 3, 18. Levit. 15, 31. (sed Ezech 3, 17: הִזְהַרְתָּ אוֹתָם מִמֶּנִּי est: *admoneas eos meo nomine*, *mea auctoritate*; vernac. etiam dicimus: *von mir*). — 2) intrans. *splenduit*, *fulsit* Dan. 12, 3. — Cum Affixo הִזְהִירָהּ 2 Reg. 6, 10; 2 pers. cum ה paragog et Vau convers. וְהִזְהַרְתָּה Exod. 18, 20.

זְהַר Chald. *admonuit*, unde Particip. Pehil plur. זְהִירִין *admoniti*, *commonefacti*, hinc *cauti* Esr. 4, 22.

זֹהַר m. *splendor* siderum Ezech. 8, 2. Dan 12, 3; زُهْرٌ *splendorem omnium siderum* complectitur, unde أَزْهَرَان *duo sidera splendentia*, *sol* et *luna*, v. SCHULTENSIUM ad Prov. 20, 13.

זוּב *fluere*, *profluere*, *effluere* (ذَابَ *fluxit*, propr. *liquefactum fluxit*, ܕܳܒ *liquefactus est*, *fluxit*). Propr. de *fluxu humoris* dicitur, ut de *aqua* Ps. 78, 20. 105, 41. Jes. 48, 21., de *sanguine menstruo* Levit. 15, 25., de *semine virili* Levit. 15, 2.; metonymice autem de *illis rebus*, *quibus aliquid fluit* (VIRG. Georg. II, 166.) h. e. affluit, redundat (*fliessen von etwas*): ut de *terra Canaan* lacte et melle *affluente* Exod. 3, 8. 17. Levit. 20, 24. etc., de *valle* sanguine fluente Jer. 49, 4., de homine *fluxu* seminis s. gonorrhoea *laborante* Levit. 22, 4. Hinc Particip. praes. זָב gonorrhoea *laborans* Levit. 15, 2. 4. 6. 7. etc. Foem. זָבָה *id.* Levit. 15, 19., in regim. זָבַת Exod. 3, 8. 17. 13, 5. 33, 3.

זוֹב m. *fluxus*, ut *seminis* (*gonorrhoea*) Levit. 15, 2. 3. 15., *sanguinis menstrui* Levit. 15, 19. 25. 26. 28. 30.; cum Affixo זוֹבוֹ Levit. 15, 2. 3.

זוג, unde זַג, vide supra post זָבַן.

זוּד propr. *intumescere*, *ebullire*, *effervescere* (coll. Gen. 25, 29. et זֵידוֹן Ps. 124, 5.); metaphorice de *animo*: *tumere*, *efferre se*, *superbire* Deut. 1, 43. 17, 13. al., constr. cum עַל et אֶל *in*, *contra aliquem superbire*, *insolenter se gerere*, *per superbiam lacessere*, *vexare* aliquem Exod. 21, 14. Neh. 9, 10. Jer. 50, 29. [زَادَ *tumuit*, *intumuit*, speciatim de olla bulliente, de aquis fluvii altius intumescentibus, ut زاد النيل *intumescere Nilum*, per metaphoram *superbivit* q. d. *intu-*

muit prae fastu. Sic עפל *tumuit,* transfertur ad audaciam insolentem add. פחז infra]. Hiph. הֵזִיד 1) *effervescere fecit* h. e. *coxit* Gen. 25, 29. (Chald. בַּשֵּׁל). — 2) *superbe, insolenter egit* Neh. 9, 10. 16. 29. Exod. 21, 14. Deut. 18, 25. Fut. יְזִידוּן cum Nun paragog. Deut. 17, 13.

זוד Chald. *superbivit, superbe, insolenter egit,* unde Aphel Infin. הֲזָדָה *superbe agere* Dan. 5, 20.

זֵד m. *superbus, inflatus,* hinc *impius* Prov. 21, 24. Ps. 19, 14. Plur. זֵדִים Ps. 86, 14. 119, 21. 51. 69. Jes. 13, 11.

זֵידוֹן m. *fastuosus, superbus.* Plur. זֵידוֹנִים (de *aquis*) Ps. 124, 5.

זָדוֹן m. 1) *tumor* sive *superbia magna, insolentia ingens, protervitas* Ps. 19, 14. Deut. 17, 12. 18, 22. Prov. 11, 2. 13, 10. Pro concreto: 2) *fastuosus* Jer. 50, 31. 32. Significationem habet a זוד, sed Formam tanquam a זדה, unde kametz suum mutat: in regim. זְדוֹן Jer. 49, 16. Obad. 2., cum Affixo זְדֹנְךָ 1 Sam. 17, 28.

נָזִיד m. *pulmentum coctum* Gen. 25, 29. 2 Reg. 4, 38. 39. 40. Hagg. 2, 12. in regim. נְזִיד Gen. 25, 29. Propr. est Partic. Niph. pro נָזוֹד v. Gesen. Lehrgeb. p. 411.

זָוָה rad. inusit., Arab. زوى *tetendit aliquo, in se collegit, contraxit,* fortasse etiam *abdidit.*

זָוִית f. *angulus,* ad quem murus vel paries utrinque *se colligit* sive *contrahit,* ad quem paries utrinque *tendit* et *vergit;* unde Plur. זָוִיּוֹת Ps. 144, 12. Zach. 9, 15. زَاوِيَةٌ et ܙܘܝܬܐ *angulus.*

מָזֶו m., unde Plur. מְזָוִים *promtuaria, penuaria,* loca in quibus opes *colliguntur* et *congeruntur.* Cum Affixo מְזָוֵינוּ Ps. 144, 13.

זוז propr., ut videtur (coll. Arab. زيز), *micare, emicare* v. Schroeder. Observatt. ad origg. Hebr. p. 24 sqq. add. Syr. ܙܘ *superbivit;* in Chald. זוז superest *movendi, discedendi* notio. Cf. דרר. Inde sunt

זִיז m. 1) *emicatio, fluxus emicans* lactis Jes. 66, 11: לְמַעַן תָּמֹצּוּ וְהִתְעַנַּגְתֶּם מִזִּיז כְּבוֹדָהּ ut sugatis et delectemini (h. e. cum oblectatione sugatis) *ex micante fluxu opulentiae ejus* v. Michael. in Suppl. p. 599. et Rosenmueller. ad h. l. cf. rad. דרר. Al. *splendor* vertunt. — 2) *bestia,* proprie *fera,* quae quoquo versum praedabunda *discurrit* Ps. 50, 11. 80, 14. Sic Aethiopibus ansesâ, *animal,* dicitur a *vagando,* observante Jobo Ludolfo in *Lex. Aethiop.* col. 177. et Graecis κνώδαλον (pro κινώδαλον) a κινεῖσθαι v. Bochart Hieroz. T. II, p. 375 sqq. Sed al. vertunt: *pulchritudo* (agri) Lxx. ὡραιότης τοῦ ἀγροῦ, al. *copia* (agri) Symm. πλῆθος.

מְזוּזָה f. *postis,* in quo valvae januae *moventur* Exod. 21, 6. Jes. 57, 8. In regim. מְזוּזַת 1 Sam. 1, 9. Ezech. 41, 21., cum Affixo מְזוּזָתִי Ezech. 43, 8. Plur. מְזוּזוֹת *postes* Exod. 12, 7. Deut. 11, 20. Jud. 6, 3. et מְזֻזוֹת Deut. 6, 9.

זוּזִים Gen. 14, 5. Nom. propr. ignoti populi, quem ad orientem maris mortui collocat Bachiene Descript. Pal. T. I. Vol. II. §. 255. Al. pu-

tant, *vagam* et stabilis sedis expertem gentem significari, a زَلْزَلَ *movere*; (quemadmodum Suevi dicti videntur a *circumvagando*).

זָלַל *amovit* [Arab. زَالَ *amovere, removere*, media Je, *separare*, ذَلَّ *vilipendere* cf. etiam infra זָלַל]. Part. Praes. plur. זָלִים *amoventes*, tanquam vile quid i. e. *prodigentes* Jes. 46, 6.

זוּלָה f. *remotio, separatio*, sed in particulam abit, significans *praeter* q. d. *neglecto, excepto*. Semper occurrit in regim., ut זוּלַת 2 Reg. 24, 14. et cum Affixis, ut זוּלָתִי *praeter me*, q. d. *separato, excepto me* Jes. 45, 5. 21. Hos. 13, 4. זוּלָתְךָ *praeter te* Ruth. 4, 4. Jes. 64, 4. in pausa זוּלָתֶךָ 2 Sam. 7, 22. Jes. 26, 13. 1 Chron. 17, 20. זוּלָתָהּ *praeter eam* 1 Sam. 21, 9., nec non cum Jod paragog. זוּלָתִי *praeter* Deut. 1, 36. 4, 12. Jos. 11, 13. 1 Reg. 3, 18. 12, 20. Ps. 18, 32.

זוּן *alere, cibare, pascere* [Chald. זוּן et Syr. ܙܳܢ *id.* Cf. etiam זָיַן]. Semel in Hophal occurrit Part. מוּזָנִים *pasti* i. e. *pingues* (sicut Lat. *pastus* dicitur pro *pingui*, ut observat Salmasius in *Exercitatt. Plin.* p. 26.) sec. Cthib Jer. 5, 8., sed Kri habet מְיֻזָּנִים a rad. יָזַן, وَزَنَ *libravit, ponderavit* (unde وَزْن *pondus*, وَزِين *ponderosus*), quae si vera est lectio, סוּסִים מְיֻזָּנִים sunt *equi ponderibus praediti* h. e. *probe vasati* eaque pondera (Catull. 62, 5.) librata trahentes in Venerem. Cf. Alb. Schultens. in *Clav.* p. 212 sq. LXX. ἵπποι θηλυμανεῖς.

זוּן Chald *id.* unde Ithpehel fut. יִתְּזִין *aletur* Dan. 4, 9.

מָזוֹן m. *cibus, alimentum* Gen. 45, 23. 2 Chron. 11, 23. ܡܶܙܽܘܢܳܐ *alimentum.*

מָזוֹן m. Chald. *id.* Dan. 4, 9. 7, 18.

זוּעַ *movere se, commovere se, commoveri, tremere* [rad. Aramaeis satis nota Syr. ܙܳܥ et Chald. זוּעַ *movere se*; Arab. زَاغَ med. Je et Vav v. Hartmann. ling. Einl. p. 80.]. Praet. זָע *movit se* (ad saltum) Esth. 5, 9. Fut plur. יָזֻעוּ *commovebuntur, trement* Eccles. 12, 3. — Pil. Part. מְזַעְזֵעַ, unde Plur. cum Affixo מְזַעְזְעֶיךָ *commoventes, inquietantes, vexantes te* Hab. 2, 7.

זוּעַ Chald. *commoveri, tremere, terreri.* Part. Praes. Plur. זָאֲעִין vel sec. Kri זָיְעִין Dan. 5, 19. 6, 27.

זְוָעָה f. (cum ו mobili) 1) *terror* [Syr. ܙܘܳܥܳܐ *terror*, Chald. זוֹעָה *commotio, terror*, v. J. D. Michaelis *Suppl.*] Jes. 28, 19. — 2) alibi semper per metathesin legitur זַעֲוָה in formulis נָתַן פ׳ לְזַעֲוָה (Ezech. 23, 46. et sec. Kri Jer. 15, 4. 24, 9. 29, 18. 34, 17. 2 Chron. 29, 8.) et הָיָה לְזַעֲוָה (Deut. 28, 25.) ac de *vexatione, divexatione* intelligitur: *tradere* aliquem *vexationi* (vexandum): *esse* (tradi) *vexationi.*

זֵעָה f. *sudor, motionis* effectus. Cf. יָזַע. In regim. זֵעַת Gen. 3, 19.

זוּף Chald. *mutuatus est, mutuo accepit.*

זִיף Nom. propr. oppidi et deserti in tribu Jud. Jos. 15, 55. 1 Sam.

23, 14. 2 Chron. 11, 8. Hinc oritur nom. gentil. זִיפִי 1 Sam. 23, 19. 26, 1.

זוּר Tres radices Arab. in unam Hebr. coaluisse videntur: I) ذَارَ *fastidivit, abhorruit*, unde Job. 19, 17: רוּחִי זָרָה לְאִשְׁתִּי *halitus meus* (foetens) *fastidio est uxori meae.* HIERON. *halitum meum exhorruit uxor mea* v. ROSENMUELLER. et UMBREIT. ad h. l. — II) زَوَرَ (Conj. VIII. IX. et XI. *declinavit, deflexit* ab aliqua re; Chald. זוּר *divertit*, Syr. Aph. ܐܙܝܪ *divertit, declinavit* a via) *recessit*, sq. מִן Ps. 78, 30. (v. infra), hinc *abalienatus est* Job. 19, 13. Ps. 58, 4: זֹרוּ רְשָׁעִים מֵרָחֶם (cum Cholem, ut אֹרוּ 1 Sam. 14, 29.) *abalienati sunt* (a Deo) *impii inde ab utero* v. infra זָר. (Huc referunt nonnulli etiam Job. 19, 17. praeeunte Syro, qui vertit: ܘܗܘܝܬ ܢܘܟܪܝܐ ܠܐܢܬܬܝ *alienus factus sum uxori meae*, sed parum accommodate ad parallelismum). — Niph. נָזֹרוּ *recesserunt* Jes. 1, 14., ubi vid. GESEN. — Hoph. Partic. מוּזָר *abalienatus, alienus factus* Ps. 69, 9. — III) زَمَّ (*substringere, constringere, premere* v. SCHULTENS. ad Prov. 30, 31., Syr. ܙܪ *manu* aliquid *capere*): Hebr. 1) *pressit, compressit* Jud. 6, 38: וַיָּזַר אֶת־הַגִּזָּה (ad formam וַיָּסַר Ruth. 4, 1. ob ultimam rad. ר) *et compressit vellus*; Job. 39, 15 (18): וַתִּשְׁכַּח כִּי רֶגֶל תְּזוּרֶהָ *et obliviscitur* (struthio) *pedem ea* (ova sua) *comprimere*, conculcare (posse). — 2) intrans. *compressus fuit* Jes. 1, 6: לֹא זֹרוּ *non sunt* (vulnera) *compressa, expressa.*

זָר (Partic. verbi זוּר II.) m. 1) *peregrinus, externus*, ut אֵל זָר *Deus peregrinus* (exterae gentis) Ps. 44, 21. 81, 10. (opp. Jovae, tanquam numini Israelitarum *domestico*); substantive: *peregrinus, alienigena* Exod. 30, 33. Levit. 22, 10. 12. 13. adeoque *hostis, barbarus* Jes. 2, 7. 25, 2. 5. 29, 5. Obad. 11. Ezech. 28, 1. 30, 12. al. (ut Lat. *hostis* olim erat peregrinus Cic. Off. 1, 12. add. Samar. כַּאנָזִין in carminn. Sam. a GESENIO editt. p. 62). — 2) *alienus* h. e. a) *alius familiae*, hinc זָרָה *mulier aliena* i. e. *meretrix* Prov. 2, 16. 5, 3. 7, 5. al. Plur. זָרוֹת *meretrices* Prov. 22, 14. 23, 33.; זָרִים *alieni* h. e. mariti alius uxoris i. e. adulteri Ezech. 16, 32. Jer. 2, 25; בָּנִים זָרִים *filii alieni* h. e. *nothi*, spurii Hos. 5, 7. (בְּנֵי זְנוּנִים vocantur 2, 6). Subst. זָר *alienus*, opp. domesticis, cognatis 1 Reg. 3, 18. — b) אֵשׁ זָרָה *ignis alienus* i. e. illegitimus, profanus Levit. 10, 1. (ubi explicatur: אֲשֶׁר לֹא צִוָּה אֹתָם) Num. 3, 4., קְטֹרֶת זָרָה *suffitus alienus*, profanus Exod. 30, 9. — c) Subst. *alius* i. q. אַחֵר Prov. 11, 15. 20, 16. 27, 2. al.

זוּרֶה m. *conculcatum, fractum*, Jes. 59, 5. Part. Pahul verbi זוּר pro זוּרָה (cf. Zach. 5, 4.). Al. vertunt *progenies* a ذَرَأَ *procreavit*, ذُرِّيَّة *progenies*. V. GESEN. ad l. c.

זֵר *cinctura, limbus* v. sub rad. זרר.

מָזוֹר m. 1) *compressio*, qualis fit in curandis vulneribus et ulceribus, ad *exprimendam* saniem Jer. 30, 13.; it. *vulnus, ulcus*, quod eo modo *comprimitur* et a sanie purgatur, Hos. 5, 13. cum Affixo מְזֹרוֹ. — 2)

Obad. v. 7. propr. *mendacium* (ut زور *mendacium*, a זור n. II., Arab. *mentitus est*, in Conj. II. *adornavit falsum* quid), hinc *insidiae* (Syr. vertit ܟܡܢܐ *insidiae*, Chald. תַקְלָא *offendiculum*). Al. deducunt a Syr. ܡܙܰܪ *extensus fuit*, ut מָזוֹר proprie significet *tendiculas*, quas aucupes extendere solent v. Rosenmueller. ad h. l.

זחח *removit, dimovit*, ut Arab. زحّ suo loco *dimovit* impellendo, trahendo; unde Niph. Fut. Exod. 28, 28. 39, 21: וְלֹא יִזַּח הַחֹשֶׁן מֵעַל הָאֵפוֹד *ne dimoveatur pectorale ab ephodo*.

מֵזַח v. sub lit. מ.

זחל 1) generatim: *tardo fuit incessu, lente processit*, ut Arab. زحل, hinc *serpsit* (in Chald. זְחַל *serpere*, זְחִיל *vermis*, et ܙܚܠܐ *locusta nondum alata*, sed repens). Unde Part. Praes. plur. in regim. זֹחֲלֵי *repentia, serpentia* Deut. 32, 24. Mich. 7, 17. — 2) i. q. ܕܚܠ Chald. דְּחַל *timuit* Job. 32, 6. (ut נִדְעֲכוּ pro נִזְעֲכוּ 17, 1.); al. *cunctatus est*, quam signif. Arab. زحل habet.

זִיז m. *splendor*, it. *fera*, vid. supra sub rad. זוז.

זִיקָה v. infra sub rad. זנק.

זיר Arab. زار med. Je, *fastidivit*. Hinc

זָרָא m. *fastidium, nausea* Num. 11, 20.

זַיִת m. *olea arbor* Gen. 8, 11. Exod. 27, 20. 30, 24. Deut. 28, 40. Jes. 17, 6. etc., metonymice ejus fructus, *oliva* Deut. 24, 20. Mich. 6, 15. Origo ignoratur, sed significatio certa est ex consensu lingg. Orr. Aeth. Chald. זֵיתָא, Syr. ܙܰܝܬܐ *oliva*, Ar. زيت *oleum*, زيتون *oliva*. Ex Aegyptiaco sive Coptico ϪⲰⲒⲦ χωιτ, *Schait* formatum esse, existimat P. E. Jablonskius, vid. *Thesaur. Epistol.* La Crozian. T. I, p. 184. Male; potius ex lingg. Orr. in Copticam migrasse videtur. Cf. Michaelis *Suppl.* p. 611. — In regim. dicitur זֵית Deut. 8, 8. cum Affixo זֵיתְךָ Deut. 24, 20. in pausa זֵיתֶךָ Exod. 23, 11. Deut. 28, 40. Plur. זֵיתִים Deut. 6, 11. 28, 40. Ps. 128, 3. etc.; הַר הַזֵּיתִים *mons olivarum*, prope Hierosolyma, de quo v. Winer. bibl. Realwörterb. II. p. 494.

זָכָה *purus, mundus fuit*, de animo et moribus [زكا *purus, justus, pius fuit*, ܙܟܳܐ *purus, innocens, justus fuit*] Mich. 6, 11. Ps. 51, 6. Prov. 25, 4. Job. 15, 14. — Pih. זִכָּה *purum fecit, mundavit* (לְבָבִי, אָרְחוֹ) Ps. 73, 13. Prov. 20, 9. Ps. 119, 9. — Hithpah. imperat. plur. הִזַּכּוּ (pro הִתְזַכּוּ) *mundate vos ipsos* Jes. 1, 16.

זַךְ m. *purus, mundus* Exod. 27, 20. Levit. 24, 2.; al. deducunt a זָכַךְ.

זָכוּ f. Chald. *puritas*, per apocopen litterae ת, זָכוּת Dan. 6, 23.

זָכַךְ *purus, mundus fuit* Job. 15, 15. 25, 5. Thren. 4, 7., Hiph. הֵזַךְ *mundum fecit, mundavit* Job. 9, 30. (sensu et physico et ethico).

זַךְ m. *purus, mundus* Prov. 16, 2. 20, 11. 21, 8. Job. 8, 6. Foem. זַכָּה Exod. 30, 34. Levit. 24, 7. Job. 16, 17.

זְכוּכִית f. *vitrum, crystallus* Job. 28, 17. Quidam *adamantem, gemmam nitidissimam,* intelligunt. Lxx. ὕαλον reddiderunt; ὕαλον autem et *vitrum* et *crystallum* et *succinum* denotare, observat Fullerus in *Miscell. S.* L. IV. c. 9., unde ab Hieronymo aliisque vertitur *vitrum*; cf. Arab. زُجَاج *crystallus, vitrum* v. Alb. Schultens, in *Animadverss.* ad Job. l. c.

זָכַר 1) *meminit* (memoriâ tenuit, custodivit) Deut. 5, 15. Ps. 103, 14., sq. Accus. Jer. 20, 9. Deut. 8, 2. Jes. 17, 10. Ps. 20, 4. Eccles. 12, 1., sq. לְ Ps. 25, 7., sq. בְּ Jer. 3, 16.; hinc זָכַר אֶת־יְהוָֹה Deut. 8, 18.; sed זָכַר sq. לְ pers. et accus. rei est: *meminisse alicujus rei* vel *in commodum* (Neh. 5, 19. Jer. 2, 2.) vel *in detrimentum* alicujus (Ps. 79, 8.), *einem etwas gedenken,* — 2) *recordatus est* (in memoriam sibi revocavit, quod in oblivionem abierat) sq. לְ Exod. 32, 13. Deut. 9, 27. 2 Chron. 6, 42. — Praet. cum Affixo זְכָרָנוּ Ps 115, 12. Pers. 2. cum Jod paragog. זָכַרְתִּי sec. Cthib Ezech. 16, 22. 43. Pahul זָכוּר *recordatus* (sensu activo v. Gesen. Lehrgeb. p. 309.) Ps. 103, 14. Infin. absol. זָכוֹר Deut. 7, 18. Jer. 31, 20., quo etiam pertinet Exod. 13, 3. 20, 8. Deut. 24, 9. 25, 17. Jos. 1, 13., ubi est pro Verbo *finito.* Infin. construct. cum Affixo זָכְרֵנוּ Ps. 137, 1. cum ה paragog. זָכְרָה Neh. 5, 19. Plur. in pausa זָכֹרוּ Neh. 4, 8. Fut. אֶזְכֹּר Levit. 26, 42., cum ה paragog. אֶזְכְּרָה Ps. 42, 5. cum Affixo more Chald. אֶזְכְּרֵכִי Ps. 137, 6. etc.

Niph. נִזְכַּר 1) *memoria alicujus rei retinetur vel revocatur* Jer. 11, 19: לֹא יִזָּכֵר *nulla* (ejus rei) *memoria retinebitur, supererit;* Esth. 9, 28: הַיָּמִים אֵלֶּה נִזְכָּרִים *horum dierum memoria supererit;* Jes. 23, 16: לְמַעַן תִּזָּכֵרִי *ut tui redeat memoria;* sq. אֶל יְהוָֹה vel לִפְנֵי יְהוָֹה *apud Jovam, coram Jova* Ps. 109, 14. Num. 10, 9.; sq. לְ Pers. Ezech. 18, 22: לֹא יִזָּכְרוּ לוֹ (פְּשָׁעָיו) *werden ihm nicht gedacht werden;* 33, 16. — 2) *masculus factus* sive *mas natus est,* petita significatione a nomine זָכָר *mas,* Exod. 34, 19. Infin. cum Affixo הִזָּכֶרְכֶם Ezech. 21, 29. Fut. 2. Pers. foem. in Pausa תִּזָּכֵרִי Jes. 23, 16. Ezech. 21, 37. תִּזָּכְרָן Ezech. 3, 20.

Hiph. הִזְכִּיר 1) transit. a) *commemoravit* h. e. in memoriam revocavit, vel *signo* aliquo Num. 5, 15. (מִנְחַת זִכָּרוֹן מַזְכֶּרֶת *oblatio memorialis in memoriam revocans* culpam), vel *verbis: mentionem fecit* 1 Sam. 4, 18: כְּהַזְכִּירוֹ אֶת־אֲרוֹן אֱלֹהִים *cum commemoraret arcam Dei;* sq. לְ vel אֶל pers. *apud aliquem commemoravit, mentionem fecit, alicui in memoriam revocavit* Gen. 40, 14. 1 Reg. 17, 18. — Hoc tamen *commemorandi* sensu longe frequentius ita dicitur הִזְכִּיר, ut *laudationis publicae* notio accedat: *praedicavit, celebravit* Cant. 1, 4., inpr. Jovam, Jovae nomen, virtutes, res mirabiliter gestas (coll. Arab. ذِكْر) Ps. 71, 16. Jes. 62, 6. 1 Chron. 16, 4. Jes. 26, 13., etiam בְּשֵׁם יְהוָֹה Ps. 45, 18. 20, 8. Jes. 48, 2. Am. 6, 10. etc., sq. בְּ Jes. 12, 4:

הַזְכִּירוּ כִּי נִשְׂגָּב שְׁמוֹ *praedicate nomen ejus excelsum esse;* sq. Dat. pers. Jer. 4, 16. Semel est: *praedicari, celebrari jussit* Exod. 20, 21.; — b) *memoriam alic. rei conservavit* ap. alios, *propagavit* Ezech. 21, 29. 2 Sam. 18, 18.; hinc *memoriae prodidit* v. infra מַזְכִּיר; — c) *tanquam sacrificium memoriale adoluit* Jes. 66, 3. (cf. infra אַזְכָּרָה). — 2) intrans. *recordatus est, sibi in memoriam revocavit* Gen. 41, 9. Jes. 19, 17. 49, 1. — Part. מַזְכִּיר Gen. 41, 9. Ezech. 21, 28. etc. Fuit quoque nomen dignitatis in aula regia: *Secretarius* sive *Cancellarius* (propr. *memoriae prodens* res gestas), *magister memoriae* (ut in Imperio Romano tempore Arcadii, Honorii et deinceps vocabatur) i. e. *actis publicis* sive *annalibus regni praefectus* 2 Sam. 8, 16. 20, 24. 1 Reg. 4, 3. 2 Reg. 18, 18. 37. 1 Chron. 18, 15. 2 Chron. 34, 8. Jes. 36, 3. 22. Infin. הַזְכִּיר, unde in Psalmor. titulis לְהַזְכִּיר Ps. 38, 1. 70, 1. h. e. *ad revocandum* Deo *in memoriam*, ut ne afflicti obliviscatur, sed sine mora ad opem ipsi ferendam festinet coll. Ps. 38, 22. 23. cum Ps. 70, 2. 6.; cum Affixis הַזְכִּירוֹ 1 Sam. 4, 18. הַזְכַּרְכֶם Ezech. 21, 29. ex הַזְכַּר, cum terminali Patach, more Chaldaeorum. Imperat. cum Affixo הַזְכִּירֵנִי Jes. 43, 26. Fut. אַזְכִּיר cum ה paragog. אַזְכִּירָה Ps. 45, 18. etc.

זֵכֶר (Exod. 17, 14. Jes. 26, 14. Ps. 145, 7. Prov. 10, 7. secundum multos codices) et זֶכֶר (Ps. 30, 5. 97, 12. et sec. plurimos codices Deut. 25, 19. Ps. 111, 4. 112, 6.) m. 1) *recordatio, memoria* (Arab. ذِكْرٌ *memoria, commemoratio*) Exod. 17, 14. Deut. 25, 19. 32, 26. Prov. 10, 7. etc. — 2) *nomen*, quo efficitur, ut alicujus rei *recordemur* Exod. 3, 15. Hos. 12, 6., quo pertinet etiam formula Ps. 30, 5. 97, 12. obvia: הוֹדוּ לְזֵכֶר קָדְשׁוֹ. — 3) *laus, celebratio* Ps. 6, 6. 102, 13. (ذِكْرٌ id.) add. Hos. 14, 8: זִכְרוֹ כְּיֵין לְבָנוֹן *laus, gloria ejus erit sicut vinum Libani* h. e. gratissima, jucundissima. — Cum Affixis זִכְרוֹ Job. 18, 17. זִכְרָם Deut. 32, 26. Ps. 9, 7. etc.

זָכָר m. *mas, masculus*, per quem *memoria* parentum propagatur, q. d. *memoria* parentum (coll. 2 Sam. 18, 18.) Gen. 1, 26. 5, 2. Exod. 12, 8. Levit. 1, 3. 10. Num. 1, 2. etc. Plur. זְכָרִים *mares* Exod. 13, 12. 15. Jos. 5, 4. Esr. 8, 4. 5. etc. Arab. ذَكَرٌ Syr. ܕܶܟܪܳܐ id. Hinc oritur:

זָכַר verb. denominat. Niph. נִזְכַּר *masculus natus est* v. supra.

זָכוּר m. *mas.* Cum Affixis זְכוּרְךָ Exod. 23, 17. 34, 23. Deut. 16, 16. זְכוּרָהּ Deut. 20, 13.

זְכַרְיָה s. זְכַרְיָהוּ Nom. propr. 1) prophetae Esr. 5, 1. 6, 14. — 2) regis Israelitarum, qui fuit Jerobeami filius 2 Reg. 15, 1 sqq. Lxx. *Ζαχαρίας*.

זִכְרִי Nom. propr. virorum Exod. 6, 21. 1 Chron. 9, 15. Neh. 11, 9. 2 Chron. 23, 1. rel.

זַכּוּר Nom. propr. virorum Num. 13, 4. 1 Chron. 4, 26. 25, 2. Neh. 3, 2. 10, 13. al.

זִכָּרוֹן m. 1) *memoria* Eccles. 1, 11. Jes. 57, 8. Jos. 4, 7. Exod. 28, 12: אַבְנֵי זִכָּרוֹן *lapides memoriae*, memoriales, Exod. 12, 16: *dies memoriae*, Exod. 13, 9: זִכָּרוֹן בֵּין עֵינֶיךָ *memoriale inter oculos* h. e. quod ante oculos versatur (v. Rosenmueller. ad h. l.). — Paullo aliter Num. 10, 10. *erunt illa* (sacrificia) *vobis* לְזִכָּרוֹן לִפְנֵי אֱלֹהֵיכֶם *in memoriam coram Deo* h. e. vobis vestrisque rebus Deo in memoriam revocandis inservient (cf. v. 9.). — 2) *id quod memoriae proditur* Exod. 17, 14. Mal. 3, 16.; hinc סֵפֶר זִכְרֹנוֹת *liber memoriarum* h. e. annales, in quibus res gestae perscriptae sunt Esth. 6, 1. — 3) *sententia memorialis*, verba sapientum, quae memoria custodiri solent Job. 13, 12. — 4) *celebratio* festi diei, solennitas Levit. 23, 24. (cf. זכר Hiph. 1. a. — In regim. זִכְרוֹן Levit. 23, 24. cum Affixo זִכְרוֹנְךָ (*tui memoria*) Jes. 57, 8. Plur. זִכְרֹנִים, cum Affixo זִכְרֹנֵיכֶם Job. 13, 12. Plur. foem. זִכְרֹנוֹת Esth. 6, 1.

אַזְכָּרָה f. nom. ex Hiphil formatum: *id quod commemorationi* h. e. *celebrationi inservit.* Sic dicebatur, quod de fertis in altari adolebatur, maxime *thus* fertis adjungi solitum, quod incendebatur ad celebrandum nomen Jovae, ad gratias ipsi agendas (reliquae enim sacrificii partes in usum sacerdotum cedebant). Occurrit Levit. 24, 7. et cum Affixo אַזְכָּרָתָהּ Levit. 2, 2. 9. 16. 5, 12. 6, 8. Num. 5, 26.

זָלַג radix inusit., quae significationem *hauriendi* et *extrahendi* habuisse videtur coll. Arab. دلج *hausit*, Chald. זלח et Syr. ܙܠܚ id. [Sed Lette ad *Caab.* p. 131. cum aliis confert زلج, cujus originem quaerunt in *radendo.* Inde مِزْلَج *pessulus* h. e. instrumentum, quod transversum radit. J. D. Michaelis denique in *Suppl.* notionem *lubrici* primariam arbitratur, unde زلج *lapsare*, ut in *lubrico*, et زلج *lubrica petra*, et مِزْلَج *vectis portae* mobilior, quod lapsans et lubrice transeat. Hinc מזלג *fuscina*, a lubricitate, qua per carnem transit. At ista tamen, quam primo loco posuimus, derivatio simplicitatis facilitatisque nota prae ceteris commendare sese videtur].

מַזְלֵג m. *fuscina*, *qua* caro ex aheno *extrahitur* 1 Sam. 2, 13. 14.

מִזְלָגָה f. *id.* in Plur. מִזְלָגוֹת *fuscinae* Exod. 38, 3. Num. 4, 14. 1 Chron. 28, 17. 2 Chron. 4, 16. Cum Affixo מִזְלְגֹתָיו Exod. 27, 3.

זָלַל Duplex radix est: I) *vilis fuit* [quo sensu convenit cum Arab. ذلّ *abjectus vilisque fuit*, ذُلّ *vilitas*, oppos. *gloriae* عِزّ, cum Syr. ܙܠ *vilis fuit*, in Aphel *vilipendit*, *contemsit*] Jer. 15, 19. Thren. 1, 11.; it. *vilipendit.* — Part. זֹלֵל Prov. 28, 7. *vilipendens* (sua) i. e. *prodigus*, voluptarius, spec. זֹלֵל בָּשָׂר *vilipendens* et *ignominia afficiens corpus suum* (*turpi Venere*), *Veneri deditus* Prov. 23, 21. Deut. 21, 20. Plur. זֹלְלִים Prov. 28, 7. in regim. זֹלְלֵי Prov. 23, 20. —

II) *commotus est, tremuit* Jud. 5, 5. Jes. 64, 1. (quo sensu convenit cum Arab. زلزل *id.*).

Niph. Praet. Plur. נָזֹלּוּ *commoti sunt* (montes) Jes. 63, 19. 64, 2. (ad formam נָגֹזּוּ a גזז, נָבֹלּוּ a בלל etc.), et alia forma נָזְלוּ Jud. 5, 5. (ut נָבְלָה pro נָבֹלָּה Gen. 11, 7.), quod al. deducunt a נָזַל.

זֻלּוּת f. *vilitas, contemtus* (al. *tremor*) Ps. 12, 9.

זַלְזַלִּים m. Plur. *flagella* (Varro R. R. 1, 31, 4.) i. e. summae partes vitium copiose propullulantes Jes. 18, 5., dictae vel a *tenuitate*, vel, quod praestat, a *commotione, tremore*.

זַלְעָפָה et זִלְעָפָה f. *aestus vehemens*, sive *famis* Thren. 5, 10., sive *venti* Ps. 11, 6., sive *irae* Ps. 119, 53. Compos. dicunt ex 2 synonymis, زلع Arab. *cremavit*, et זעף *iratus fuit, exarsit irâ*, Chald. *flavit*, Syr. in Ethp. *combustus, aestu percitus fuit*; perperam: etenim زلع vix habet *cremandi* significationem in univ.; oritur potius a זעף, immisso ל, ut in שַׁלְאֲנָן v. Gesen. Lehrgeb. p. 863. (nisi velis conflatum esse ex זעף et זלף, quod statim vide). Ceterum ad Thren. 5, 10. cf. *ignea fames* apud Quintilian. Declam. 12. et *gulae flamma* apud Ovid. Metam. 8, 846. nec non λιμὸς αἴθοψ apud Hesiod., λιμὸς αἴθων apud Callimach. Sed ei, qui Ps. 11, 6. commemoratur, רוּחַ זִלְעָפוֹת similis est سموم ille Arabum obvia quaevis necans, qui Julio et Augusto mensibus nonnunquam per octavam horae partem spirat v. Thevenoti *Itinerar.* P. I L. II. c. 34. et P. II. L. I. c. 12. et 16. Niebuhrii *Itinerar.* T. I, p. 7.

זָלַף Chald. *stillavit, effudit.* Hinc oritur:

זִלְפָּה Nom. propr. ancillae Gen. 29, 24. 30, 9.

זָמַם *cogitavit, meditatus, molitus est*, vel sq. Accus. *rei* Thren. 2, 17: עָשָׂה יְהוָה אֲשֶׁר זָמָם *fecit Jova, quod meditatus est*, decrevit, Prov. 31, 16: *agrum meditatur* h. e. emere cogitat; vel sq. Infin. Ps. 31, 14: לָקַחַת נַפְשִׁי זָמָמוּ *animam* (vitam) *mihi eripere meditantur*, Gen. 11, 6. Deut. 19, 19. Zach. 8, 14. 15. Absolute dic. Prov. 30, 32. pro *mali aliquid machinatus est* (ubi tamen Schultens. ex Arab. vertit *extulisti te, superbiisti*), et Ps. 37, 12: זֹמֵם רָשָׁע לַצַּדִּיק *machinatur* h. e. insidiatur *improbus probo.* [Artificiosius quam verius post Alb. Schultensium ad Job. 17, 11. conferunt Arab. زمّ *ligavit, capistro constrinxit*, hinc *animum adstrinxit, nexuit cogitationes, cogitavit.* — Si quid omnino conferendum, vide an سمّ *proposuit sibi*, huc pertineat in ista potissimum phrasi, quam tetigit Hartmann. linguist. Einl. p. 288.].

Praet. foem. זָמְמָה Prov. 31, 16. זַמּוֹתָ 30, 32. זָמַמְתִּי et defective זַמֹּתִי Jer. 4, 28. (aliud v. infra sub זִמָּה). Plur. in pausa זָמָמוּ Ps. 31, 14. Fut. 3. Plur. יָזְמוּ (pro יָזֹמּוּ, vid. supra rad. זלל) Gen. 11, 6.

זָמָם m. *consilium, machinatio.* Cum Affixo זְמָמוֹ Ps. 140, 9.

זִמָּה f. *consilium*, et honestum Job. 17, 11. et turpe (machinatio) Prov. 21, 9.; it. *scelus excogitatum, prave factum* Levit. 18, 17. Jud,

20, 6. Ps. 26, 10. Prov. 10, 23. Job. 31, 11. etc., spec. *incestus cum uxoris filia vel matre* Levit. 20, 14. — In regim. זִמַּת Prov. 21, 9. 13, 27. cum Affixis זִמָּתֵךְ Ezech. 16, 58. 23, 27. 29. 35. זִמָּתֵכָנָה (cum ה paragog.) Ezech. 23, 48. 49. Plur. cum Affixo זִמֹּתַי Job. 17, 11.

זַמָּה f. *cogitatio, meditatio* Ps. 17, 3: זַמֹּתִי בַּל־יַעֲבָר־פִּי *cogitationes meae non praeteribunt os meum* h. e. ut Abenesra explicat: verba mea cum animo congruent, oratio mea nihil a mente discrepabit; זַמֹּתִי dictum est pro זַמֹּתַי v. Gesen. Lehrgeb. p. 215. Alii deducunt ab ipsa rad. זמם, ut sit 1 pers. Sing. praet.: sed Masorethae diserte adscripserunt, hoc voc. esse מִלְּרַע; alii mutandam scripturam censent, praeter necessitatem, vid. omn. Rosenmueller. ad h. l.

מְזִמָּה f. 1) *meditandi solertia, prudentia* Prov. 1, 4. 3, 21. 5, 2. — 2) *consilium* in bonam et malam partem Job. 21, 27. Ps. 10, 2. 4. 21, 12. Jer. 23, 20. 30, 24.; hinc אִישׁ מְזִמּוֹת *vir consiliorum, machinationum*, i. e. *versutus* Prov. 14, 17. — 3) metonymice *scelus excogitatum* Ps. 139, 20. בַּעַל מְזִמּוֹת *machinator* scelerum Prov. 24, 8. Cum ה paragog. מְזִמָּתָה Jer. 11, 15. cum Affixo מְזִמָּתוֹ, Jer. 51, 11.

זַמְזֻמִּים Deut. 2, 20. Nomen propr. gentis giganteae, jam ante Mosen deletae, cujus origo et sedes ignoratur. Conjecturas super hoc nomine etymologicas vide in Simonis *Onom.* p. 135. coll. J. D. Michaelis *Suppl.* p. 626.

זָמַן *paravit, statuit, praefinivit*: in Kal. inusit., Pyhal Part. plur. עִתִּים מְזֻמָּנִים *statuta, stata tempora* Esr. 10, 14. Neh. 10, 35. Foem. עִתִּים מְזֻמָּנוֹת *id.* Neh. 13, 31.

זְמַן Chald. *id.*, اَضْمَن *praeparavit*, unde Aphel Praet. 2 Pers. plur. m. הַזְמִנְתּוּן vel הִזְמִנְתּוּן *parastis, statuistis*, sec. Cthib Dan. 2, 9., sed Kri habet הִזְדְּמִנְתּוּן *parati estis*, ex Ithpahal, pro הִתְזַמִּנְתּוּן.

זְמָן m. *tempus statutum* sive *praefinitum*, καιρός (Arab. زَمَان *tempus*) Eccles. 3, 1. Neh. 2, 6. Cum Affixo זְמַנָּם Esth. 9, 27. Plur. זְמַנִּים, unde cum Affixo זְמַנֵּיהֶם Esth. 9, 31.

זְמָן et זְמַן Chald. *id.* Dan. 2, 16. 7, 12. In Statu emphat. זִמְנָא Dan. 3, 7. 8. 4, 33. 7, 22. Esr. 5, 3. Plur. זִמְנִין *tempora statuta*, hinc תְּלָתָה זִ׳ *ter* (simil. Chald. et Syr, nec non Arab. Plur. ازمان) Dan. 6, 11. 7, 25.; in Statu emphat. זִמְנַיָּא Dan. 2, 21.

חַג (v. infra) et חָג m. 1) *festum* 1 Reg. 12, 32. Neh. 8, 18.; cum Articulo הֶחָג 1 Reg. 8, 65. 2 Chron. 7, 8. 9. Ezech. 45, 23., et excluso illo, בֶּחָג 1 Reg. 8, 2. 2 Chron. 5, 3. Neh. 8, 14. Ezech. 45, 25. כֶּחָג 1 Reg. 12, 32. Dicitur חָג חַג Exod. 12, 14. et עָשָׂה חַג Deut. 16, 10. *festum celebravit.* — 2) metonym. *sacrificium festivum,* victima festis diebus mactari solita Exod. 23, 18. Malach. 2, 3. Ps. 118, 27. Jes. 29, 1. — In regim. חַג Exod. 10, 9.; it. ante לְ in hac formula חַג לַיהוָה Exod. 12, 14. Num. 29, 12. (v. Gesen. Lehrgeb. p. 679.). Cum Affixo חַגִּי Ps. 81, 4. Plur. חַגִּים Jes. 29, 1. Ezech. 45, 17. etc. cum Affixo חַגֵּיכֶם Am. 5, 21. 8, 10.

חָגָּא f. Jes. 19, 17. *commotio, tremor, pavor;* vocabula enim *commotionis* ad *tremorem* et *pavorem* referuntur. Lxx. φόβητρον, Hier. *pavor,* Chald. דַּחְלָא. Non igitur fuit, quod Schultens. (Animadverss. philoll. ad h. l.) redderet: *asylum, refugium,* coll. Arab. لَجَأ *confugere,* v. Rosenmueller. ad h. l.

חָגָה rad. in Hebr. inusit., Arab. حجى *constitit in loco.*

חַגַּי Nom. propr. prophetae, Lxx. Ἀγγαῖος, Vulg. *Hagaeus.*

חֲגָוִים Plur. *tractus petrarum* (quo refugium patet), Arab. حجى *tractus.* Inde in regim. est חַגְוֵי Jer. 49, 16. Obad. 3. Cant. 2, 14. Conf. Schnurrer in Dissertatt. philol. crit. p. 391.

חָגַר 1) accinxit et *proprio* et *translato* sensu (ut Ps. 65, 13. Prov. 31, 17. cf. אזר). Constr. a) cum accus. membri 2 Reg. 4, 29. 9, 1.; b) cum accus. ejus rei, qua quis se accingit, ut ח׳ אֶת חֶרֶב 1 Sam. 17, 39.

Ps. 45, 4. פַּק חָ Jes. 15, 3. Thren. 2, 10. 1 Reg. 20, 32. (omisso שַׂק Joel. 1, 13.) etc.; translate: Ps. 65, 13: גִּיל גְּבָעוֹת תַּחְגֹּרְנָה *laetitiam accingunt colles* h. e. laetum praebent adspectum; Ps. 76, 11: שְׁאֵרִית חֵמֹת תַּחְגֹּר *reliquias irae* (h. e. iram diu cohibitam) *accinges;* c) cum duplici accus. et personae et cinguli Exod. 29, 9. Levit. 8, 13.; d) cum accus. pers. (vel membri) et בְּ cinguli Levit. 8, 7. בְּאַבְנֵט, בַּחֵשֶׁב, Prov. 31, 17. בְּעֹז; e) cum accus. cinguli et עַל membri Ps. 45, 3. Proverbialiter אַל־יִתְהַלֵּל חֹגֵר כִּמְפַתֵּחַ *gloriatus est accinctus aeque ac discinctus* h. e. *triumphum ante victoriam cecinit* (Targ. אִשְׁתַּבַּח דְּמִזְדָּרֵז וְנָחֵית בִּקְרָבָא כִּגְבַר דְּנָצַח וְסָלֵיק מִנָּהּ gloriatur expeditus et descendens in proelium sicut is qui vicit et ascendit ex eo) 1 Reg. 20, 11. — 2) accinxit se, absolute Ezech. 44, 18. לֹא יַחְגְּרוּ *non accingent se,* 1 Reg. 20, 11.; praegn. 2 Sam. 22, 46: וְיַחְגְּרוּ מִמִּסְגְּרוֹתָם *accingunt se* (h. e. accincti prorumpunt) *e munimentis suis.*

Pahul חָגוּר Jud. 18, 11. 17. 1 Sam. 2, 18. Plur. חֲגוּרִים Exod. 12, 11. Jud. 18, 16. Foem. in regim. חֲגֻרַת Joël. 1, 8. Infin. constr. חֲגֹר Jes. 22, 12. Imper. foem. חִגְרִי Jer. 7, 26. Fut. יַחְגֹּר Levit. 16, 4.

חָגוֹר m. *accinctus,* hinc *armatus,* unde Plur. in regim. חֲגוֹרֵי Ezech. 23, 15.

חֲגוֹר m. *cingulum* 2 Sam. 20, 8. Prov. 31, 24., cum Affixo חֲגֹרוֹ 1 Sam. 18, 4.

חֲגוֹרָה f. *id.* 2 Sam. 18, 12. 2 Reg. 3, 21. Jes. 3, 24. cum Affixo חֲגֹרָתוֹ 1 Reg. 2, 5. Plur. חֲגֹרֹת *cingula, subligacula* Gen. 3, 8.

מַחֲגֹרֶת f. *cinctura, amictus* Jes. 3, 24.

חַד m. Chald. *unus,* per aphaeresin pro אֶחָד, vid. sub Hebr. אֶחָד.

חָדַד 1) *acutus fuit, exacutus est* (Arab. حَدَّ *acutus fuit,* etiam de *visu* frequentatur). — 2) *celer fuit;* vocabula enim *acuminis* sensum quoque habent *celeritatis,* cujus rei exempla dedit Simonis in *Arcano Form. Hebr.* p. 65. 67. 129. 158. Sic Graec. ὀξύς atque θοός et *acutum* et *celerem* notat. Adde Syr. ܚܪܝܦ et Lat. *acer.* — Praet. plur. חַדּוּ *acuti* i. e. *celeres sunt* Habac. 1, 8., in quem locum conf. Bochartus in *Hieroz.* P. I. p. 825. 826. et Schultens. in *Animadverss. philol.* Fut. יָחַד, in pausa יָחַד (pro יָחֵד more Chald. v. Gesen. Lehrgeb. p. 370.) *acuitur* Prov. 27, 17. — Hiph. fut. יַחַד Prov. 27, 17. (in his verbis: אִישׁ יַחַד פְּנֵי רֵעֵהוּ) pro יָחֵד (v. Gesen. l. c. p. 371.) *acuit* i. e. *excitat ad studium* vel *ad iram.* — Hoph. praet. foem. הוּחַדָּה (de gladio) *exacutus est* Ezech. 21, 14. 15. 16.

חַד m. *acutus,* foem. חַדָּה de *gladio* Ps. 57, 5. Prov. 5, 4. Jes. 49, 2. Ezech. 5, 1.

חַדּוּדִים m. Plur. *acumina,* in regim. חַדּוּדֵי Job. 41, 22.

חָדָה *gavisus, laetatus est* (خَدِيَ Syr. ܚܕܝ Chald. et Samar. חדא *id.*). Fut. per Apocopen יִחַדְּ (cum patach furtivo sub ח) *laetetur* (al. minus recte *uniatur* coll. יחד) Job. 3, 6. Exod 18, 9. — Pih. *exhilaravit,* Fut. cum Affixo תְּחַדֵּהוּ *exhilares eum* Ps. 21, 7.

חֶדְוָה f. (mutata tertia radicali ה in ו), *laetitia, gaudium* 1 Chron. 16, 27. in regim. חֶדְוַת Neh. 8, 10.

חֶדְוָה f. Chald. *id.* Esr. 6, 16.

חֲדִין m. Plur. Chald. *pectus*, i. q. Hebr. חָזֶה; unde cum Affixo חֲדוֹהִי *pectus ejus* Dan. 2, 32. (Singul. חֲדִי v. in Targum. Gen. 29, 26.). Nomina *partium* et *membrorum corporis* saepissime numero plurali efferuntur, ut apud Hebraeos גַּרְגְּרוֹת *guttur*, צַוָּארִים *collum* Gen. 27, 16. 33, 4. 45, 14. etc.

חָדַל et **חָדֵל** (propr. *flaccescendi* notionem habere, monet Schultens. ex Arab. خذل. Hinc) 1) cessavit h. e. a) *feriatus, otiatus est, quievit* 1 Sam. 2, 5: רְעֵבִים חָדֵלּוּ *famelici cessant* h. e. feriantur; Job. 14, 6: וְיֶחְדָּל *ut cesset* h. e. *quiescat*, vexari desitus sit; poet. etiam de *rebus* Jud. 5, 6: חָדְלוּ אֳרָחוֹת *cessarunt*, feriantur quasi, *viae* h. e. non sunt ab hominibus celebratae. — b) sq. Infin. vel solo Jes. 1, 16. vel cum Praef. לְ Gen. 11, 8. 1 Sam. 12, 23. *cessavit, desiit aliquid facere*, ut Gen. 41, 49: חָדַל לִסְפֹּר *cessavit, desiit numerare*; rarius sq. nom. Job. 3, 17: רְשָׁעִים חָדְלוּ רֹגֶז *cessant*, desinunt *tumultuari, furere* h. e. *deponunt furorem*, Jud. 9, 9. — c) i. q. *esse desiit* Exod. 9, 34: חָדַל הַמָּטָר *cessavit*, finem habuit *imber*; Deut. 15, 11: לֹא יֶחְדַּל אֶבְיוֹן *non cessabunt*, esse desinent *pauperes*; Job. 14, 7. Gen. 18, 11. — 2) sq. מִן abstitit, destitit a, duplici sensu, vel a) *missum fecit* aliquem, aliquid Exod. 14, 12: חֲדַל מִמֶּנּוּ *desiste a nobis*, missos fac nos, Job. 7, 16. 10, 20. 2 Chron. 35, 21.; 1 Sam. 9, 5: פֶּן יֶחְדַּל אָבִי מִן־הָאֲתֹנוֹת *ne desistat pater meus ab asinabus*, ne missas faciat asinas; Prov. 23, 4; vel b) *cavit sibi* ab aliquo, aliqua re Exod. 35, 5: וְחָדַלְתָּ מֵעֲזֹב *et desistes a relinquendo* h. e. cavebis, ne relinquas cf. Abenesra ad h. l. Huc refert Gesenius etiam 2 Chron. 35, 21: חֲדַל מֵאֱלֹהִים, ubi tamen recte verti potest: *desiste* a *Deo*, noli amplius ei adversari. — 3) omisit aliquid, *non fecit* 1 Reg. 22, 6. Jer. 40, 4., sq. Infin. Num. 9, 13.

Praet. plur. חָדְלוּ Job. 3, 16. in Pausa חָדֵלּוּ c. Dag. euphon. Jud. 5, 7. 1 Sam. 2, 5. Infin. חֲדֹל 1 Sam. 12, 23. Imper. חֲדַל Prov. 19, 27. Plur. in Pausa חֲדָלוּ Zach. 11, 12. Fut. אֶחְדַּל Jud. 15, 7. cum ה paragog. אֶחְדְּלָה Job. 16, 6. (sicut ex אֶהֱרֹג fit אַהַרְגָה Gen. 27, 41.), יֶחְדַּל Deut. 15, 11. Plur. in Pausa יֶחְדָּלוּ Ezech. 2, 5. 7. 3, 11. simulque cum Nun paragog. יֶחְדָּלוּן Exod. 9, 29. — Quod Jud. 9, 9. 11. 13. legitur הֶחֳדַלְתִּי (pro הֶחְדַּלְתִּי) a librariorum errore proficisci videtur. Al. Codd. הֶחֱדַלְתִּי (praeter. Hiph.), quod emendatorem sapit.

חָדֵל m. *cessans, desinens* vel *esse*, ut Ps. 39, 5. vel *agere*, ut Ezech. 3, 26. Sed constructum Jes. 53. 3. חֲדַל אִישִׁים sign. *desertum destitutum a viris, hominibus*, coll. rad. Arab. خذل *desertus fuit*, unde مخذول *ope destitutus*.

חֶדֶל m., in pausa חָדֶל *orcus*, locus ubi *cessant, quiescunt* homines Jes. 38, 11.

חָדַק rad. in Hebr. inusit., Arab. خذق *stimulavit, pupugit*.

חֵדֶק m. genus *spinae* Mich. 7, 4. Idem esse quod Arab. حدق *melongena spinosa*, pluribus ostendit Celsius Hierob. P. II, p. 40 sq. et in duabus *Dissertationibus* de h. n.

חֵדֶק, in pausa חֵדֶק, m. *id.* Prov. 15, 19.

חִדֶּקֶל Gen. 2, 14. Dan. 10, 4. *Tigris* fluvius, qui demto Cheth Syr. ܕܩܠܬ, Chald. דִּיגְלַת, Arab. دجلة vocatur, v. Michaelis *Suppl.* p. 675.

חדר Aethiop. ኀደረ *habitavit, commoratus est, requievit, mansit,* Arab. خدر *substitit*, it. *post velamentum custoditus est* sive *latuit, abditus, occultatus est.* Hinc Hebr. Part. praes. foem. (gladius) חֹדֶרֶת *latens, clam repositus, clanculum insidians* Ezech. 21, 19. et

חֶדֶר m. propr. *velum*, spec. *velum, quod partem tentorii mediam et postremam a se invicem separat,* hinc *interius aedium conclave* Gen. 43, 30. Jud. 16, 9. *cubiculum* 2 Sam. 4, 7. 13, 10. *gynaeceum* Cant. 1, 4. 3, 4. *conclave nuptiale, thalamus* Joel. 2, 16. *cella penaria* i. q. אֹצָם Prov. 24, 4. coll. 3, 10. (conf. Arab. خدر *velum, aulaeum, conclave interius, penetrale velo disclusum.* Alb. Schultens. ad Job. 9, 9. et 37, 9.). Metaphorice a) חַדְרֵי תֵמָן *penetralia austri, plaga coeli australis,* quae ad polum antarcticum spectat, qui nobis abditus est, q. d. *velata pars austri* Job. 9, 9. 37, 9.; b) חַדְרֵי בֶטֶן *penetralia ventris* h. e. *animus* Prov. 18, 8. 20, 27. 30. 26, 22.; c) חַדְרֵי מָוֶת *penetralia mortis* i. e. *orcus* Prov. 7, 27. In regim. חֲדַר Exod. 7, 28. Jud. 3, 24. Cum ה paragog. חַדְרָה *in cubiculum* Gen. 43, 30. 1 Reg. 1, 15., in pausa חֶדְרָה Jud. 15, 1. 2 Sam. 13, 10. cum Affixo חֶדְרוֹ Joel. 2, 16. Plur. חֲדָרִים Deut. 32, 25. Prov. 24, 4. cum Affixo חֲדָרֶיךָ Jes. 26, 20.

חַדְרָךְ Zach. 9, 1. urbs olim celebris, ab oriente Damasci versus desertum, Arab. حدرك, a qua circumiacens *regio* אֶרֶץ חַדְרָךְ *terra Hadrach* nominata est. Conf. J. D. Michaelis *Suppl.* p. 676. et Christ. Ben. Michaelis ad locum Zach. in bibl. Halens. Varias doctorum virorum opiniones de terra Chadrach collegit Hier. van Alphen in Diss. de terra Chadrach et Damasco, ejus quiete Trai. a Rh. 1723. 8.

חָדַשׁ *novus fuit*, in Kal inusit., unde Pihel חִדֵּשׁ *novum fecit, innovavit, restauravit* (Arab. حدث Syr. et Chald. חֲדַת *id.*) 2 Chron. 24, 4 (templum), Jes. 61, 4 (urbes eversas), 2 Chron. 15, 8 (altare). Ps. 104, 30.; 1 Sam. 11, 14: חַדֵּשׁ מְלוּכָה *renovare imperium* h. e. regem denuo confirmare; Job. 10, 17: *renovas testes tuos in me* h. e. novos in dies testes producis; Ps. 51, 12: רוּחַ נָכוֹן חַדֵּשׁ בְּקִרְבִּי *animum firmum (fiducia plenum) innoves in me;* Thren. 5, 21: *renova dies nostros* h. e. pristinam nobis restitue felicitatem. — Hithpah. הִתְחַדֵּשׁ *renovavit se* Ps. 103, 5.

חָדָשׁ m. *novus*, ut *Dii novi*, antea non culti Deut. 32, 17. *carmen*

novum, antea cani non solitum Ps. 33, 3. *mulier nova* Deut. 24, 5. add. Jos. 9, 13. Jes. 41, 15. Deut. 20, 5.; Jud. 5, 8: יִבְחַר אֱלֹהִים חֲדָשִׁים *elegit Deus nova* h. e. novas prorsus, antea inauditas populo suo succurrendi rationes; Jer. 31, 22. Eccles. 1, 9. — Passim possit *recens* verti h. e. qui non ita pridem exstitit, ut Deut. 20, 5. Jes. 41, 15., sed vix opus est, ne in Levit. quidem loco 26, 10., cf. *frumentum novum* ap Cic.; v. infra לַח sub rad. לחח. Fem. חֲדָשָׁה *novum quid* Jes. 43, 19. Plur. חֲדָשׁוֹת *nova* Jes. 42, 9. 10. 48, 6.

חֹדֶשׁ m. 1) *novilunium* (q. d. *innovatio lunae*), qui fuit dies festus (v. Carpzov. Appar. p. 424 sq.) Num. 29, 6. 1 Sam. 20, 5. 18. 24. 2 Reg. 4, 23. Jes. 1, 13. Hos. 5, 7. etc. — 2) per synecdochen *mensis*, qui a novilunio incipit Gen. 8, 5. Exod. 23, 15. Deut. 1, 13. etc. חֹדֶשׁ יָמִים *per integrum mensem* Gen. 29, 14. Num. 9, 22. 11, 20. 21. Cum Affixo חָדְשׁוֹ Num. 28, 14. 1 Reg. 4, 27. Plur. חֳדָשִׁים Neh. 10, 34. Jes. 47, 13. Ezech. 45, 17. Exod. 12, 2. etc. in regim. חָדְשֵׁי Exod. 12, 2. Num. 28, 14. cum Affixis חֳדָשָׁיו Job. 14, 5. Ezech. 47, 12. חָדְשֵׁיכֶם Jes. 1, 14. Num. 10, 10.

חֲדַת m. Chald. *novus, novum* Esr. 6, 4.

חוב radix in Kal inusit., Aram. ܚܳܒ *reum esse*, Arab. حَابَ *peccare, delinquere, reum esse* vel *fieri, debere*. Inde est Pih. hebr. חַיֵּב *debitorem* sive *reum fecit* Dan. 1, 10.

חוֹב m. *debitum* Ezech. 18, 7.

חוֹבָה nom. propr. oppidi in agro Damasceno Gen. 14, 15. Χωβα Judith. 15, 5.

חוג *circuire* (conf. חגג), it. *circumscribere, circinare* Job. 26, 10. (Syr. ܚܳܓ *circumivit*, ܚܽܘܓܳܐ *circulus, gyrus*).

חוּג m. *circulus, orbis* Prov. 8, 27. Job. 22, 14. Jes. 40, 22.

מְחוּגָה f. *circinus* Jes. 44, 13.

חוד proprie *flectere, deflectere, intorquere, per ambages ducere*, ut Arab. حَادَ (media Je), coll. infra לוץ. Deinde sq. חִידָה *aenigma proponere* (cf. Graec. ἐμπλέκειν αἰνίγματα Aeschyl. Prom. vinct. v. 610.) Jud. 14, 12. 13. 16., it. *parabolam proponere* Ezech. 17, 2., ad quem loc. v. Rosenmueller.

חִידָה f. 1) *oratio inflexa, perplexa, aenigma* Jud. 14, 12. 14. 15. 16. 17. 19. — 2) *carmen*, quod *deflectit* a vulgari sermonis proprietate: a) *aculeatum*, ad *irridendum* aliquem compositum Hab. 2, 6.; b) γνωμικόν, i. q. מָשָׁל Ps. 49, 5. Ps. 78, 3.; c) *parabola* Ezech. 17, 2. — 3) *fraus* Dan. 8, 23. (cf. Arab. فتل *torsit* funem, *nevit*, deinde *machinatus est*, et Graec. ἐμπλέκειν). — Dicitur מָצָא אֶת הַחִידָה vel הִגִּיד Jud. 14, 14. 18. *aenigma solvit*, נִסָּה בְחִידוֹת *aenigmatibus* aliquem

tentavit 1 Reg. 10, 1.; מֵבִין חִידוֹת *astutus* Dan. 8, 23. Plur. חִידוֹת Num. 12, 8. 1 Reg. 10, 1. cum affixo חִידֹתָם Prov. 1, 6.

אֲחִידָה f. Chald. *id.* Plur. אֲחִידָן Dan. 5, 12.

חָוָה 1) voc. poet. in Kal inusit., in Pih. חִוָּה *indicavit* (i. q. הִגִּיד; Chald. et Syr. ܚܘܝ, Arab. وحى per transpos. ut בְּנָה a وحى), sq. accus. et pers. et rei (Job. 32, 6. coll. 15, 17.) Ps. 19, 13. Job. 32, 10. 17. Fut. cum affixo אֲחַוְּךָ Job. 15, 17. et interveniente Nun epenthetico per Dagesch forte inserto אֲחַוֶּךָּ Job. 36, 2. — II) *collegit* vide sub חַוָּה, et cf. חָיָה.

חַוֵּא vel חַוֵּי Pahel Chald. *id.* sq. לְ pers. Dan. 5, 7. vel קֳדָם Dan. 2, 11. cum affixis יְחַוִּנַּנִי 5, 7. יְחַוִּנַּהּ 2, 11. — Aphel *indicavit* sq. לְ pers. Dan. 2, 16. sq. accus. pers. Dan. 2, 6. 9. Infin. הַחֲוָיָה Dan. 2, 10. 27. 5, 15. Imperat. plur. הַחֲווֹ, הַחֲוֹנִי Dan. 2, 7. Fut. יְהַחֲוֵה 5, 12. Plur. נְהַחֲוֵה 2, 7. cum affixo תְּהַחֲוֻנַּנִי 2, 9.

אַחֲוָה f. *indicatio* (formam habet hiphilicam) Job. 13, 17. Sed אַחֲוָה v. sub אָח.

אַחֲוָיָה f. Chald. *indicatio* Dan. 5, 12.

חַוּוֹת Plur. foem. LXX. ἐπαύλεις, pr. *pagi Nomadum* ambulatorii ex tentoriis in orbem positis constructi (*Nomadenlager*), deinde *villae, vici stabiles* Num. 32, 41. Deut. 3, 14. Jos. 13, 30. Jud. 10, 4. 1 Reg. 4, 13., dicti a *collectione*, Arab. حوى *collegit*, Conj. V. *rotundus fuit*, unde oritur حِوَآءٌ *tabernaculum ex lana et filis caprinis*, أَحْوِيَةٌ *complures ejusmodi domus inter se propinquae.* Conf. J. E. Faber in *Archaeologia* T. I, p. 158. Clericus ad Num. 32, 41.

מְחַוָּה f. *indicium, signum* v. sub rad. חוה.

חוּז radix inusit. Inde est:

מָחוֹז Ps. 107, 30. m. vel *portus*, secundum vet. interpp. (LXX. λιμήν, Syr. ܠܡܐܢܐ), vel generatim: *ora maritima, littus* (Arab. حَوْزٌ *ora, margo*) conf. Schnurrer. in Dissertatt. philol. crit. p. 495 sq. et Michaelis *Suppl.* p. 682. Haud inepte derivari possit ab Arab. حاز *collegit*, in Conjug. V. *collectus, congregatus est*, in Conj. VII. *declinavit, recessit*: ut sit *locus quo naves recedunt, se recipiunt.* Conf. simile מִקְלָט.

חוֹחַ m. gener. *acutum* quid, spec. 1) *spina aculeata*, et quidem *prunus silvestris*, quae Arab. خَوْخٌ et Syr. ܚܘܚܐ nominatur (v. Celsii *Hierob.* T. I. p. 477.) 2 Reg. 14, 9. Jes. 34, 13. Hos. 9, 6. Prov. 26, 9. etc. Plur. חוֹחִים Cant. 2, 2. et cum Vau mobili, חֲוָחִים 1 Sam. 13, 6. *spinae* vel collective *spineta.* — 2) *annulus ferreus*, per maxillas piscium

transmissus, quo ad ripam alligantur alligatique tenentur Job. 40, 21 (26). v. Brucium in Oedmann. verm. Saml. VI, p. 51 sqq. — 3) *catena ferrea*, qua captivi vinciri solent 2 Chron. 33, 11. (Lxx. ἐν δεσμοῖς).

חַח m. *acutum* quid, specialiter: 1) *fibula*, q. d. *spinula* (épingle) Exod. 35, 22. Habetur pro *instrumento instar acus*, qua *perforant et jungunt duas oras indusii sub gutture* v. Bocharti *Hieroz.* T. I. lib. 3. c. 4. p. 764. Sed plurimi tamen Kimchium secuti *annulum ex naribus perforatis* Asiaticarum feminarum pendentem intelligunt, qui alibi נֶזֶם dicitur. Vett. interpretes in diversissimas partes abeunt. — 2) *annulus*, ad domandos bubalos, camelos etc. adhiberi solitus, *per nares perforatas transmissus*, ex quo lorum, in unum alterumque latus tractum, pendet, quo indocili et refractario jumento spiritus praecludi potest 2 Reg. 19, 28. Jes. 37, 29. Ezech. 19, 4. 9. Praeiverunt Syrus utroque in loco, Symmach. in Jes., Hieron. in lib. Regg. v. Michaelis in *Suppl.* p. 712. Huc pertinet etiam loc. Ezech. 29, 4., ubi Pharao assimilatur crocodilo, cujus faucibus חַח *annulus ferreus* immittitur, ut coerceri possit. — Cum affixo חַחִי (Vocali longa in Dagesch forte euphonicum implicitum et in Vocalem brevem resoluta) 2 Reg. 19, 28. Plur. חַחִים Ezech. 38, 4. [Ezech. 29, 4. Cthib habet החיים vel הַחִיִּים, tanquam a Sing. חַחִי, forma ex quiescentibus tertia radicali ה petita. Conf. Bocharti *Hieroz.* P. I, p. 764].

חִיט Chald. *suere, consuere* (Arab. خاط med. Je *id.*; finitimum est Chald. חֲטַט Gen. 3, 7. Jon.), unde Aphel fut. plur. יְחִיטוּ *consuunt* i. e. *resarciunt, reficiunt* (muros) Esr. 4, 12. (conf. Hebr. רפא propr. *consuit, sarcivit, resarcivit*, de *restauratione* altaris 1 Reg. 18, 30.). Inde oritur Hebr.

חוּט m. 1) *filum*, quo *consuitur*, (Arab. خَيْطٌ *id.*) Jud. 16, 12. 1 Reg. 7, 15. Jer. 52, 21. Eccles. 4, 12. Cant. 4, 3. In proverbio dicitur Gen. 14, 23: מִחוּט וְעַד שְׂרוֹךְ־נַעַל *a filo usque ad corrigias calcei* h. e. ne vilissimum quidem v. Valckenaer diss. de ritib. in jurando a vett. Hebr. et Graecis observ. in Oelrichs Collect. opusc. hist. phil. theol. Tom. I, p. 207 sqq. — 2) *funiculus* Jos. 2, 18. (خيط *id.* v. Hartmann. linguist. Einl. p. 290.).

חִוִּי Populus Cananiticus, qui ad ipsas radices Libani, sed etiam alibi passim habitavit Gen. 34, 2. Exod. 3, 8. 17. Jos. 12, 8. 2 Sam. 24, 7. etc. Conf. Michaelis *Spicileg. geogr.* T. II, p. 21. Alia v. in Ikenii *dissert. de Nibchas idolo Avaeorum* §. 2 sq. et Bocharti *Phal.* c. 36. p. 345.

חוּל et חִיל Arab. حَالَ propr. 1) *gyrare, in orbem ire, circumire* (unde حَوْلَ *circum, circa*), *saltare* in orbem Jud. 21, 21. Hinc *torqueri, intorqueri, contorqueri*, sq. עַל vel בְּ *torqueri in aliquid* (ut Virgil. dixit: *torquere saxa*) h. e. *immitti, irruere*, de calamitatibus (quae tanquam missilia in aliq. torquentur) Jer. 30, 23. Thren. 4, 6. 2 Sam. 3, 29. Hos. 11, 6. Ex hac primaria significatione nascuntur reliquae omnes, conf. Schultens. ad *Excerpta ex Hamasa* p. 361. 362. J. W. Schroederus in *Comment. philol.* in Ps. 10. p. 97. sq. et

Michaelis in *Suppl.* p. 653. Scilicet vocabula *gyrandi*, *torquendi*, *constringendi* in linguis orientalibus adhibentur: 1) de *doloribus* Ezech. 30, 16. Jer. 5, 3., sq. ל rei Michr. 1, 12., maxime *parturientium* (ut Lat. *doloribus torqueri*, et *tormina* pro *doloribus*, vid. supra חֶבֶל) Jes. 23, 4. Mich. 4, 10., hinc *peperit* Jes. 54, 1. 66, 1. — 2) de *tremore* (sic Exod. 15, 14. חִיל אָחַז alternat cum רָגַז eique v. 15. רַעַד respondere videtur. Constr. cum מִן 1 Chron. 10, 3., cum מִפְּנֵי Deut. 2, 25. Ps. 96, 9. Jer. 5, 22. Joel. 2, 6., cum מִלִּפְנֵי Ps. 114, 7. — 3) de *robore* et *firmitate* Ps. 10, 5. Job. 20, 21: לֹא יָחִיל טוּבוֹ *non durabit, manebit ejus felicitas* cf. Bocharus in *Hieroz.* P. I. col. 514. et Schultens. in *Observatt. philolog.* ad Gen. 30.; v. suo loco קָצַר. Inde Aethiop. חיל et Arab. حال *robore polluit, valuit.* Vocabula porro *roboris* et *valoris* etiam ad *numerum* et *copiam* referuntur, ut גבר, עצם etc. Sic Lat. *opes validae* i. e. *multae*. Haec *roboris* significatio in derivatis חֵיל, חַיִל et חֵל obtinet. — 4) de *expectatione* et *praestolatione* (quomodo Lat. *exspectatione torqueri* dixit Cicero) Gen. 8, 10. Jud. 3, 25. coll. יחל.

Imp. f. חוּלִי Mich. 4, 10., sed plur. חִילוּ Ps. 96, 9. Fut. יָחוּל Jer. 23, 19. et יָחִיל Ps. 55, 5. cum Vau conv. וַתָּחֹל Jer. 51, 29. et וַיָּחֶל 1 Chron. 10, 3. sed Ps. 97, 4. וַתָּחֵל.

Pil חוֹלֵל 1) *tripudiavit, saltavit* (v. sub Kal) Jud. 21, 23. — 2) *contremiscere fecit, perterruit* Prov. 26, 10. it. *contremuit* Job. 26, 5. — 3) *parturire, parere fecit* Ps. 29, 9. it. *peperit* Job. 39, 1 (4).; et in univ. *formavit, finxit* Deut. 32, 18. Job. 26, 13. Ps. 90, 2: וַתְּחוֹלֵל הָאָרֶץ *et formavit* (produxit) *terra* (herbas, germina). — 4) *exspectavit, praestolatus* est Job. 35, 14. תְּחוֹלֵל לוֹ *expecta eum* (Deum) h. e. fiduciam in eo repone. — Py. חוֹלַל *partu editus est* Job. 15, 7. Ps. 51, 7. Prov. 8, 24. 25. (sed Part. מְחוֹלָל *vulneratus* Jes. 53, 5. v. sub rad. חלל).

Hiph. fut. יָחִיל *contremiscere facit* Ps. 29, 8. — Hoph. fut. יוּחַל *parietur* vel *gignetur* Jes. 66, 8.

Hithpoh. 1) *dolore affectus, cruciatus est* Job. 15, 20. — 2) *irruit* Jer. 23, 19: סַעַר מִתְחוֹלֵל *procella irruens* (al. *in gyrum se agens*, al. *perseverans*). — 3) *exspectavit, praestolatus est* Ps. 37, 7: הִתְחוֹלֵל לַיהוָה *expecta Jovam* auxilium tibi ferentem, *harre seiner.* — Hithpalp. הִתְחַלְחֵל *dolore affectus est* Esth. 4, 4.

חוֹל m. *arena* Exod. 2, 12. Syr. ܚܠܐ (vel a *gyrando* vel a *copia* sic dicta, *numero carentem* dicit Horatius), unde חוֹל הַיָּם *arena maris* imago *copiae* est ac *multitudinis* Gen. 22, 17. 32, 12. Jos. 11, 4. Jud. 7, 12. 1 Sam. 13, 5. it. חוֹל simpl. Jes. 48, 19. sicut apud Graecos κόνις et ψάμμος v. Homer. *Iliad.* II, 800. IX, 385. Huc quoque pertinet Job. 29, 18., ubi quidam *phoenicem* avem vel *palmam* intelligunt, in quem locum conf. Bocharti *Hieroz.* Tom. III, p. 809 sqq. ed. Lips. et Schultensii *Animadverss. philolog.* atque *Commentar.* — Sed חֹל *profanum* vid. in radice חלל.

חַיִל m. 1) *robur, vis* maxime *hominis* Ps. 33, 16. Eccles. 10, 10, *fortitudo* (virtus militaris) Ps. 18, 40.; hinc עָשָׂה חַיִל *fortem se praestitit*

Num. 24, 18. Ps. 108, 14. 110, 3. Deut. 8, 18., et אִישׁ חַיִל, בֶּן *vir fortis, heros* Jud. 3, 29. 20, 44. 46., sed v. infra. — Objec. a) *opes, facultates*, ut vern. *Vermögen*, Gen. 34, 29. Deut. 8, 17. Job. 31, 25. Ps. 49, 11.; עָשָׂה חַיִל *opes, divitias sibi comparare* Ruth 4, 11. Prov. 31, 29. Lat. etiam passim *vires* pro *opibus* dixerunt v. Gronov. Observv. 4, 24. b) *exercitus*, quo rex *valet*, in quo civitatis robur consistit (ut nostr. dic. *Macht, Kriegsmacht*, graec. ἰσχύς Xen. Cyrop. 1, 4, 19. 5, 3, 57.) Exod. 14, 28. 1 Sam. 17, 20. 1 Reg. 20, 1. plur. 1 Reg. 15, 20. Jer. 40, 7. 13.; שָׂרֵי הַחַיִל *praefecti militum* 2 Sam. 24, 2. Jer. 40, 7., פְּקוּדֵי הַחַיִל *id.* Num. 31, 14. 2 Reg. 11, 15., אַנְשֵׁי חַיִל. בְּנֵי *milites* Deut. 3, 18. Jud. 21, 10. 2 Sam. 24, 9. c) spec. חֵיל הָעֵץ *vis arboris* h. e. *fructus* Joel. 2, 22. cf. כֹּחַ. — 2) robur animi i. e. *virtus, probitas, integritas* Exod. 18, 21. 25. Ruth. 2, 1. 3, 11. 1 Reg. 1, 42. 52. Prov. 12, 4., hinc אַנְשֵׁי חַיִל, בְּנֵי *homines probi, honesti* Gen. 47, 6. 1 Reg. 1, 42. 52., אֵשֶׁת חַיִל *mulier honesta, proba* Prov. 12, 4. 31, 10. Ruth. 3, 11. — In regim. חֵיל Exod. 14, 28., cum affixis חֵילִי Joël. 2, 25., חֵילוֹ Deut. 33, 11. Job. 15, 29. Plur. חֲיָלִים 1 Chron. 7, 5. 7. 11. 40., cum affixo חֵילֵיהֶם Jes. 30, 6. [de loco Eccles. 10, 10. v. sub גבר].

חֵיל s. חֵל m. 1) *exercitus*, i. q. חַיִל, 2 Reg. 18, 17. Jes. 36, 2. Obad. 20. 2) pars munimenti urbium a muris distincta, *antemurale* Thren. 2, 8. Nah. 3, 8. 2 Sam. 20, 15.; deinde *munimentum* Ps. 48, 14. 122, 7.; trop. *praesidium* Hab. 3, 19. 3) *pomoerium*, tanquam *circuitus* (حول) vel templi vel urbis, h. e. spatium definitum, murum ambiens, quod neque habitari neque arari fas erat (v. de *pomoerio* Livium lib. I. c. 44. Gellium XIII, 14.) 1 Reg. 21, 23. Cum affixis חֵילֵךְ Ezech. 27, 10., חֵילָה sine Mappik Ps. 48, 14.

חַיִל m. chald. 1) *robur* Dan. 3, 4. Esr. 4, 23.; בְּחַיִל *cum robore*, i. e. *vehementer* Dan. 3, 4. 4, 11. 5, 7. 2) *exercitus*, in regim. חֵיל Dan. 4, 32., cum affixo חֵילֵהּ Dan. 3, 20.

חִיל m. 1) *dolor*, maxime *parturientium* (v. rad.) Ps. 48, 7. Jer. 6, 24. 22, 23. 50, 43. Mich. 4, 9. — 2) *tremor, metus* Exod. 15, 14.

חִילָה f. *dolor* Job. 6, 10.

חַלְחָלָה f. *dolor vehementissimus* Jes. 21, 3., *tremor, consternatio* Ezech. 30, 4. 9. Nah. 2, 10. Lxx. ταραχή.

יָחִיל m. *expectans* v. sub rad. יָחַל.

מָחוֹל m. *tripudium, chorea* Ps. 30, 12. 149, 3. 150, 5. Jer. 31, 4. 13. Thren. 5, 15.

מְחֹלָה f. *id.* Cant. 7, 1. Plur. מְחֹלוֹת Exod. 15, 20. 32, 19. Jud. 11, 34. 21, 21. 1 Sam. 18, 6. 21, 12. 29, 5. — Cet. v. sub אָבַל.

חוּל Gen. 10, 23. Nomen propr. regionis, quam Aramaei incolebant.

Coelesyriam (a חֵיל chald. *vallis*) et quidem *proprie sic dictam* (quam a Damascene distinguit PLINIUS, complectique ait *Apamiam, Bambycen, alio nomine Hierapolim vocatam, Syris vero Mabog, et Chalcidenem*), intelligit MICHAELIS in *Spicil. Geogr. Hebr.* T. II, p. 135.; BOCHARTUS vero in Phaleg lib. 2. c. 9. p. 92. significari putat *Cholobetenem* (*Χολοβητήνην*), partem illam Armeniae, cujus satrapa erat Tigranes.

חֲוִילָה nomen propr. regionis. Triplex *Chavila* occurrit: 1) et 2) duplex *Arabiae* Gen. 10, 7. a Chamitis et v. 29. a Semitis habitata. Sic Arabibus duplex *Chaulan* خولان est, altera in tabb. d'Anvillianis sub gr. long. 60, lat. 19., altera ibidem sub long. 64, lat. 6½ v. MICHAELIS *Spicileg.* T. I, p. 202 sq. — 3) *Chavila ad Pischonem* Gen. 2, 11. i. e., auctoribus RELANDO (*de situ Paradisi*), et ROSENMUELLERO (*bibl. Alterthumskunde* I, 1, p. 203 sqq.): *Colchis* v. sub פִּישׁוֹן. BUTTMANNO (*älteste Erdkunde d. Morgenl.* p. 32 sqq.) placuit *Ava* in India orientali, parum probabiliter. Plurimum autem a veritate abest MICHAELIS in *Suppl.* p. 686., qui significari putat *regionem in vicinia maris Caspii,* quod ipsum Russis *Chwalinskoje More* (Chvalinscium mare) dicitur, a populo aliquo antiquo nec satis noto *Chvaliscorum,* de quo G. F. FISCHER in BUESCHINGII *promtuario historico et geographico* T. XVI, p. 305.

חוּם m. *fuscus, niger* Gen. 30, 32 sqq. proprie ex *aestu solis.* Formam habet a חוּם, sed significationem a חמם *calefactus est, incaluit, aestuavit,* arab. حَمَّ *niger fuit,* أَحَمُّ *niger,* حُمَّة *nigredo.* Sic apud Syros quoque ܚܡܰܡ et ܚܡܰܡ *incalescendi* sensu inter se permiscentur, et Graec. ab *αἴθω* descendit *αἴθινος* et *αἴθοψ niger.*

חוֹמָה f. murus Exod. 14, 22. 29. Levit. 25, 29. Deut. 3, 5. Neh. 2, 17. etc. (q. d. *cinctura,* a rad. حلم *circuivit, circumdedit,* vel urbis *praesidium,* a حمى *praesidio custodivit, tuitus est* contra hostem, in Conj. IV. *inaccessum effecit locum*). Plerumque est *murus urbis,* passim etiam *aedium privatarum* Thren. 2, 7. In regim. חוֹמַת Jos. 6, 5. Jer. 51, 44., cum affixo חוֹמָתָהּ Nah. 2, 5. 3, 5. Plur. חוֹמוֹת *muri* 2 Reg. 25, 10. Jes. 26, 1. 25, 12., sed eadem forma voc. est pro sing. *moenia* Jer. 1, 18. (coll. 15, 20.), unde dual. חֹמֹתַיִם *murus duplex, duo muri* (pro חֹמָתַיִם) 2 Reg. 25, 4. Jes. 22, 11. Jer. 39, 4. 52, 7.

חוּס 1) *misereri* sq. עַל Ps. 72, 13., it. *dolere* sq. עַל Jon. 4, 10. — 2) *parcere,* sq. עַל Neh. 13, 22. Joel. 2, 17. Jes. 13, 14. (Chald. et syr. *id.;* al. conferunt حاص et خاص *compressit, angustus fuit*). Frequenter admodum occurrit haec formula: תָּחוֹס עֵינִי עָלָיו quae valet vel: *oculus meus parcet illi* Ezech. 20, 17. Deut. 7, 16. Jes. 13, 18., vel: *oculus meus miserebitur ejus* Ezech. 16, 5. vel *dolebit de illo* h. e. aegre feram Gen. 45, 20. Elliptice dicitur תָּחָס עָלֶיךָ sc. עֵינִי h. e. *peperci*

tibi 1 Sam. 24, 11. — Imperat. cum ה paragog. חוּסָה Joël. 2, 17. Fut. יָחֹס Ps. 72, 13. apocop. cum Vau convers. וַתָּחָס Ezech. 20, 17.

חוֹף *littus* v. infra sub rad. חפף.

חוץ radix Hebraeis inusit., Syris in Pahel ܚܝܨ *cinxit,* Aethiop. חיץ *circumdedit,* Arab. حاص *circumivit, obivit,* alias ܚܘܛ Syr. et Arab. حاط *id.* Inde sunt

חוּץ m. pr. *latus* aedium *exterius,* quod quasi *cingit* aedes (cf. form. מִבַּיִת וּמִחוּץ *a latere interiore et exteriore* Gen. 6, 14.); deinde 1) *platea* Jes. 42, 2. 51, 20. Job. 18, 17. Plur. חוּצוֹת 2 Sam. 22, 43. Job. 5, 10. et חֻצוֹת Jer. 11, 13. 1 Reg. 20, 34. cum affixis חוּצוֹתֵינוּ Ps. 143, 13. חוּצוֹתָם Zeph. 3, 6.; חוּץ הָאֹפִים Jer. 37, 21. est *platea pistorum,* ubi pistorum erant tabernae versus plateas patulae et praetereuntium inspectioni expositae. Hoc sensu חוץ est idem quod بازر orientalium i. e. locus, ubi sunt tabernae mercatoriae versus plateam patulae. — 2) *rus, agri* extra urbem Job. 5, 10. Plur. חוּצוֹת Prov. 8, 26. — Saepissime vero hoc voc. in *adverbium* abit et quidem a) simpl. חוּץ *foris* Levit. 18, 9. Deut. 23, 13. cum artic. הַחוּץ *foras* Jud. 19, 25. 2 Sam. 13, 18. et cum ה loc. חוּצָה *foras* Exod. 12, 46. 1 Reg. 6, 6. הַחוּצָה Gen. 15, 5. Deut. 24, 11. — b) additis praepositionibus: ut בַּחוּץ *foris* Deut. 24, 1. Cant. 1, 8. Ezech. 7, 15. — c) מִחוּץ *extrinsecus* (opp. מִבַּיִת) Gen. 6, 14. Exod. 25, 11. 1 Reg. 7, 9. it. *foris* Deut. 32, 25., sq. לְ *extra (ausserhalb)* Gen. 19, 16. Levit. 9, 11. Jos. 6, 23.; — מֵהַחוּץ *extrinsecus* Ezech. 41, 25. בַּחוּץ מִן *foris* Jud. 12, 9. 2 Reg. 4, 3. — מִחוּצָה sq. לְ *extra* Ezech. 40, 40. 44. — d) לַחוּץ *foras* Ps. 41, 7. Ezech. 41, 17. 42, 7. לַחוּצָה *id.* 2 Chron. 32, 5. — e) אֶל־הַחוּץ *extrorsum* Ezech. 41, 9. אֶל־הַחוּצָה *id.* Ezech. 34, 21. — f) אֶל־מִחוּץ לְ *extra* (post verba *motus*) Levit. 4, 12. Deut. 23, 11. — g) חוּץ מִן *praeter* Eccles. 2, 28.

חַיִץ m. *maceries, paries* Ezech. 13, 10. Convenit حَائِط *paries* a حاط *cinxit.*

חִיצוֹן m. (adjectivum *denominativum* a חוּץ) *exterior, exterius, extimus, extimum* Ezech. 44, 1.; לַחִיצוֹן *extrorsum, foris* 1 Reg. 6, 29. 30. *(auswendig),* it. cum ה *locali* et articulo הַחִיצוֹנָה 2 Reg. 16, 18.; foem. חִיצוֹנָה *exterior* 1 Chron. 26, 29. 2 Chron. 33, 14. Neh. 11, 16 Esth. 6, 4. Ezech. 10, 5. etc., הַמְּלָאכָה הַחִיצוֹנָה *negotia civilia* 1 Chron. 26, 29. it. *negotia externa* (quae in templo reficiendo, in comparandis victimis aliisque rebus ad cultum necessariis consistebant; quanquam alii aliter exponunt) Neh. 11, 16.

חָוַר *albuit, palluit* [Arab. حور *albescere,* Schultens. in *Clav.* p. 225; Chald. חֲוַר *id.*, et ܚܘܪ in Aphel.] Jes. 29, 22. פָּנָיו יֶחֱוָרוּ *facies ejus palluit* sc. prae pudore coll. Talm. Sanhedr. fol. 107. v. Gesen ad h. l. — Aliud est חור inusit., unde oriuntur חוּר 2. חוּר 1., חֹרִי nom. propr. vid. sub חוּר.

חוּר m. 1) genus *lini candidi,* quibusdam *sericum album*

Esth. 1, 6. 8, 15. v. Hartmann. linguist. Einl. p. 289. — 2) Aliud est חוּר *foramen* (خور cum خ gutturali, v. sq. חוֹר), unde plur. חוּרִים Jes. 42, 22., defect. חֻר Jes. 11, 8. — 3) nom. propr. vir. Exod. 17, 10. Num. 31, 8. 1 Reg. 4, 8. 1 Chron. 2, 19. 4, 1. 4. rel.

חוֹר m. 1) *foramen* 2 Reg. 12, 10. Cant. 5, 4. Ezech. 8, 7. Plur. חֹרִים *foramina, cavernae (Löcher)* 1 Sam. 14, 11. in regim. חוֹרֵי Job. 30, 6. cum affixis חֹרָיו Nah. 2, 13. חֹרֵיהֶן Zach. 14, 12. (a rad. inusit. خار, unde خَوْرٌ *depressa planiorque terra inter duos montes, sinus maris, ostium fluminis*, quod ad *foraminis* notionem ducit; eadem restat in استخار *in antro obsedit hyaenam, antrum ei obstruxit*, خُوْرَانٌ *podex*, q. d. *foramen ventris*). Sed חֹרָאֵיהֶם Jes. 36, 12. vid. sub rad. חרא. — 2) Aliud est חוֹר, unde plur. irregul. חוֹרָי Jes. 19, 9. idem quod חוּר genus *lini candidi, subtilis* (Lxx. βύσσος). Simonis reddidit *sericum album*, coll. Arab. حرير Aethiop. ሐሪር (vid. tamen Ludolf. Lexic. Aethiop. p. 36.), sed *holosericorum* usus est multo recentior v. Suidas s. v. Σηρικόν. (Plur. חֹרִים *nobiles, ingenui*, pertinet ad rad. חרר).

חֹרִי m. *panis albus* Gen. 40, 16. Convenit Arab. حوارى *panis albus sive similagineus*; Lxx. κανᾶ χονδριτῶν. Contra vero Michaelis in *Suppl.* p. 698. et Rosenmueller. vertunt סַלֵּי חֹרִי *canistra foraminosi, reticulati operis (Körbe von durchbrochner Arbeit)*, a חור *foramen*, cum Symmacho (κανᾶ βάϊνα) et Raschio.

חִוָּר m. Chald. *albus, candidus* Dan. 7, 9. Syr. ܚܘܪ *id.*

חוּרָם nom. propr. regis Tyriorum, qui Salomoni aequalis fuit 2 Chron. 2, 2., alibi חִירָם quod v.

חֹרִי *Horita*, Τρωγλοδύτης, nomen propr. populi Cananitici, qui ante Edomitas in Seiritide habitavit in specubus subterraneis et cavernis montium. Gen. 36, 20 — 30. Deut. 2, 12. 22. v. Michaelis *Suppl.* p. 693.

חֹרֹנַיִם (Dual. a Sing. חֹרוֹן i. q. חֹר ?) nom. propr. urbis Moabiticae Jes. 15, 5. Jer. 48, 3. etc., unde gentil. חֹרֹנִי Neh. 2, 10. 19.

חַוְרָן *Auranitis* Ezech. 47, 16. 18. Arab. حُورَان Graec. Αὐρανῖτις (Joseph. Antt. 17, 11, 4. b. Jud. 1, 20, 4.) *regio* praefecturae Damascenae secundum Abulfedam in *tab. Syr.* p. 50. 99., a *speluncis* haud dubie dicta v. Seetzen in Zach monatl. Correspond. XVIII, p. 355 sqq. Burckhardt. Itiner. Tom. I, 446 sq. 497. Conf. *Tab. geogr.* D'Anvillii sub gr. long. 54. 55. lat. 33. adde Michaelis *Suppl.* p. 693.

חוּשׁ et חִישׁ duplex radix est: I) 1) *festinavit* (ut حاش med. Je, secundum Camus *terrore inquietus et praeproperus fuit et festinavit*, v. c. حَيْشُ الْعَمَلِ *festinus operis*, h. e. *qui cito conficit opus*: it. Chald.

חוּשׁ *festinavit)* Ps. 119, 60., partic. Pahul. חֻשִׁים *festinantes* Num. 32, 17.; *festinare ad aliquid* constr. cum עַל Job. 31, 5. vel cum לְ et Infin. Hab. 1, 8.; *propere alicui supervenire* vel *succurere*, constr. cum לְ pers. Deut. 32, 35. Ps. 70, 6. — 2) *expavit territus, fugit* Jes. 28, 16.; idem in Niphal notant reliqua verba *celerandi*, ut בהל, מהר conf. cit. Camusi loc. et حَيْشَان *trepidus eundo.* — 3) *commotus est, fervet* Job. 20, 2: בַּעֲבוּר חוּשִׁי בִי *propterea quod fervet in me*, h. e. fervet animus meus interno quodam impetu. Alior. explicatt. v. ap. Michael. in Suppl. — Imper. cum ה paragog. חוּשָׁה 1 Sam. 20, 37. Ps. 22, 20. sic sec. Kri Ps. 71, 12., ubi Cthib habet חִישָׁה. Fut. יָחִישׁ Jes. 28, 16., sed foem. cum Vau convers. וַתָּחַשׁ Job. 31, 5. per apoc. ex תָּחֻשָׁה formam habet tanquam a חַשׁ. — Hiph. הֵחִישׁ 1) *festinare fecit, acceleravit* Ps. 55, 9. Jes. 5, 19. 60, 22. — 2) intransitive: a) *festinavit* Jud. 20, 37.; b) *expavit, fugit* Jes. 28, 16.

II) *sentire, perfrui* aliqua re, *genio indulgere* (coll. Chald. חוש et Sab. *sensit, sensibus percepit* pr. *dolorem, doluit* v. Hartmann. Suppl. ad Gesen. e Mischna p. 13. et in Wineri *Zeitschr. für wissenschaftl. Theol.* I, p. 38.). Hinc Cohel. 2, 25: מִי יָחוּשׁ *quis genio indulsit.*

חִישׁ adverb. *festinanter, cito* Ps. 90, 10.

חות *invasit ex insidiis, imminuit, insidiatus est,* ut Arab. حات. Fut. cum Nun paragog. יְחִיתַן Hab. 2, 17. Ita Alb. Schultens. in *Instit. L. H.* p. 332. 428. Michaelis in *Suppl.* p. 701. Sed rectius refertur ad rad. חתת, quam vide.

חָזָה 1) *vidit* (Syr. ܚܙܳܐ, Chald. et Sam. *id.*) voc. poet. (fere ut nostr. *schauen)* Ps. 46, 9. 58, 9. Prov. 22, 29., quod apud prophetas etiam de iis dicitur, quae vatum *menti* divinitus obiiciuntur, sive visis sive oraculis Jes. 1, 1. 30, 10. Habac. 1, 1. Ezech. 12, 27. Zach. 10, 2: חָזוּ שֶׁקֶר *vident* h. e. vaticinantur *mendacia*, falsa. add. Exod. 24, 11: וַיֶּחֱזוּ אֶל־הָאֱלֹהִים et *viderunt Deum* h. e. speciem vel symbolum Dei. Aliud est *videre faciem Dei* Ps. 11, 7. 17, 15. i. e. propitium sibi Deum habere, nisi in post. loco de *vita aeterna* intell. — Sq. מִן est *dispicere, eligere* Exod. 18, 21: אַנְשֵׁי חַיִל תֶּחֱזֶה מִכָּל־הָעָם *eliges tibi ex universo populo viros fortes;* de loco Jes. 57, 8. v. sub יָד. — 2) sq. בְּ *intueri, contemplari* Jes. 47, 13. inpr. *cum voluptate intueri, adspectu rei delectari* (q. d. oculis haerere in al. re) Ps. 27, 4. Mich. 4, 11. Obad. 12. 13. al. cf. רָאָה. — Semel cum accus. Job. 8, 17: בֵּית אֲבָנִים יֶחֱזֶה *domum lapideam intuetur* i. e. poet. *muris adhaerescit* v. Umbreit. ad h. l. — 3) *vidit* h. e. vivendo vel intellexit vel attigit, *erleben* Job. 15, 17: זֶה־חָזִיתִי וַאֲסַפֵּרָה *quae vidi* (comperta habeo) *narrabo;* Job. 24, 1: (מַדּוּעַ) יֹדְעָיו לֹא חָזוּ יָמָיו *cur qui Deum colunt non vident ejus dies* poenae destinatos (v. Cic. Att. 16, 11.) Jes. 26, 11. — Ceterum v. sub חָזוּת.

Part. praes. חֹזֶה substantive, *propheta* qui visionibus utitur Am. 7, 12. 1 Chron. 29, 29. 2 Chron. 9, 29. etc. In regim. חֹזֵה 1 Chron. 21, 9. 25, 5. 2 Chron. 29, 25. 35, 15.; semel חֹזֶה in regim. manet 2 Sam. 24, 11. Plur.

חֹזִים 2 Chron. 33, 18. Jes. 29, 10. 30, 10. Mich. 3, 7. Sed חוֹזָי 2 Chron. 33, 19. est nomen *proprium.* Infin. constr. חֲזוֹת Ezech. 21, 34. Ps. 27, 4. Imper. חֲזֵה Jes. 33, 20. 48, 6. Fut. אֶחֱזֶה Job. 19, 26. per apoc. et in pausa אָחַז Job. 23, 9., תֶּחֱזֶה Exod. 18, 21., per apoc. תַּחַז Mich. 4, 11., plur. in pausa cum Nun paragog. יֶחֱזָיוּן Jes. 26, 11. etc.

חֲזָא Chald. *vidit* Dan. 4, 20. et חֲזָה 7, 1. Praet. חֲזַיְת Dan. 2, 43. 45. 4, 17. et cum ה paragog. חֲזַיְתָה Dan. 2, 41. חָזֵה Dan. 2, 26. 4, 2. 6. 15. Plur. חֲזֵיתוּן Dan. 2, 8. Part. praes. חָזֵה Dan. 2, 31. 33. 3, 25. 4, 7. 10. etc. plur. חָזַיִן Dan. 3, 19. 5, 23. Pehil חֲזֵה *visum* Dan. 3, 19. Infin. מֶחֱזֵא Esr. 4, 14.

חֹזֶה m. 1) *pactum, foedus* (respondet enim voc. בְּרִית) Jes. 28, 14. coll. 18. i. q. חָזוּת, quod vide. — 2) *propheta,* vid. supra in ipsa rad.

חָזֶה m. *pectus,* pars corporis *anterior* et *exstantior,* ex mente Gussetii, a vultu ad ventrem usque protensa, quae primum *in oculos cadit* et *videri potest;* usurpatur enim de solo *pectore brutorum* Ezech. 29, 26. Levit. 7, 30. 31. 8, 29. In regim. חֲזֵה Exod. 29, 27. Levit. 7, 34. Plur. חָזוֹת Levit. 9, 20. 21.

חֵזֶו m. Chald. 1) *visio,* in statu emphatico חֶזְוָא Dan. 2, 19., cum affixo חֶזְוִי Dan. 7, 2. — 2) *species* Dan. 7, 20. Plur. חֶזְוִין *visiones,* in regim. חֶזְוֵי Dan. 2, 28. 4, 2. 6. 7. 10. 7, 1. 13. 15.

חָזוּת f. 1) *adspectus,* unde קֶרֶן חָזוּת *cornu adspectus* i. e. *spectabile, conspicuum, insigne* Dan. 8, 5.; hinc v. 8. וַתַּעֲלֶנָה חָזוּת אַרְבַּע *surgebant* (crescebant) *quatuor cornua insignia.* — 2) *visio* Jes. 21, 2. 29, 11. — 3) *foedus, pactum* Jes. 28, 18. (v. supra חֹזֶה) fortasse a חזה i. q. חוז, coll. Arab. حوز, in Conj. III. *consensit,* VI. *pactum foedusque iniit.*

חָזוֹת f. *visio* 2 Chron. 9, 29.

חֲזוֹת f. Chald. *prospectus, conspectus* Dan. 4, 8. 17.

חָזוֹן m. *visio divina* Dan. 1, 17. 8, 1. Thren. 2, 9. it. *vaticinatio* 1 Sam. 3, 1. Prov. 29, 18. it. *oraculum, vaticinium* ipsum Obad. 1. Nah. 1, 1. Ezech. 7, 13. 26. etc., in regim. חֲזוֹן Jes. 1, 1. Jer. 14, 14.

חִזָּיוֹן m. *visio* 2 Sam. 7, 17. Jes. 22, 1. 5: גֵּיא חִזָּיוֹן *valles visionum* sunt *valles Hierosolymis subjectae:* haec enim urbs praecipua prophetiae sedes fuit; sed v. Rosenmueller. ad h. l. — In regim. חֶזְיוֹן Job. 20, 8. 33, 15. cum affixo חֶזְיֹנוֹ Zach. 13, 4. Plur. חֶזְיֹנוֹת Joel. 3, 1. Job. 4, 13. 7, 14.

מַחֲזֶה m. *visio* Gen. 15, 1. in regim. מַחֲזֵה Num. 24, 4. 16. Ezech. 13, 7.

מֶחֱזָה f. *fenestra,* per quam *prospicitur* 1 Reg. 7, 4. 5.

חֲזָאֵל (*Deus vidit, intuetur*) rex Syriae Zobae, aequalis Elisae prophetae 1 Reg. 19, 15. 2 Reg. 8, 7. 13. 10, 32 sq. 13, 3. 7. Lxx. Ἀζαήλ.

חָזַז rad. in Hebr. inusit.; Arab. حَزَّ *secuit, incidit* v. Alb. Schultens.

ad Job. p. 794., vel cum Cha, خزّ *confodit, transfixit telum fulminis* (secundum Michaelis *Suppl.* p. 705.).

חֲזִיז m. *fulmen* Job. 28, 26. 38, 25. Plur. חֲזִיזִים Zach. 10, 1.

חֲזִיר m. *porcus* (Arab. خنزير Syr. ܚܙܝܪܐ) Levit. 11, 7. Deut. 14, 8. Jes. 65, 4. 66, 3. 17. Ps. 80, 14. Prov. 11, 22. Jeno Saida aliique Arabes apud Bochartum in *Hieroz.* P. I. col. 696. nomen habere volunt ab *oculorum angustia*, ex significatione radicis Arab. خزر *oculis angustis fuit*, nisi forte hoc verbum ex isto nomine originem ducit.

חָזַק propr. ligavit, constrinxit fortius (vincula), intrans. *constrictus, adstrictus est* Jes. 28, 22. [Arab. حزق et حزك *substrinxit fortius*, Syr. magis definite ܚܙܩ *accinxit se*, ܚܙܩܐ *cingulum* etc.]; hinc 1) firmavit, *firmum* (validum) *reddidit* (cf. חבל) Ezech. 30, 21. (brachium confractum h. e. sanavit), quo sensu *transitivo* vulgo accipiunt etiam חֲזָקוֹ *confirmavit* i. e. *juvit eum* 2 Chron. 28, 20. (sicut Hiph. Levit. 25, 35).

2) multo frequentius *intransit.*: a) firmus factus est 2 Sam. 18, 9: וַיֶּחֱזַק רֹאשׁוֹ בָאֵלָה *et firmum factum est, firmiter haesit* etc. — Sed plurimis in locis ad *roboris* significationem transfertur, ut sit: α) *invaluit*, vel de *rebus (ingravescere)* Gen. 41, 56 (de annonae caritate), 2 Reg. 25, 3. Jer. 52, 6. (de fame), vel de *hominibus*, qui opibus et potentia augentur Jos. 17, 13. Jud. 1, 28.; sq. מִן 1 Sam. 17, 50. vel עַל 2 Chron. 27, 5. Dan. 11, 5. est: *robustior, potentior factus est, superavit.* — β) *convaluit, valetudini restitutus est* Jes. 39, 1. — γ) in malam partem: *pertinax factus (obfirmatus) est* Exod. 7, 13. 8, 5.

b) firmus fuit 2 Reg. 14, 5: הַמַּמְלָכָה בְּיָדוֹ חָזְקָה *firmum fuit imperium in ejus manu* i. e. confirmatus fuit in regno, 2 Chron. 25, 3. (sq. עַל pers.); trop. *assiduus fuit* in aliquare 2 Chron. 31, 4. sq. בְּ Deut. 12, 23. Jos. 23, 6. sq. Infin. cum Praef. לְ. Sed multo saepius *roboris* notionem habet; valuit et quidem α) *opibus, potentia*, sq. מִן *praevaluit, potentior, superior fuit* 2 Sam. 10, 11. 1 Chron. 19, 12.; it. sq. accus. 1 Reg. 16, 22. Jer. 20, 7. Sed sq. אֶל 2 Sam. 24, 4: וַיֶּחֱזַק דְּבַר הַמֶּלֶךְ אֶל־יוֹאָב *regis verbum praevaluit Joabo* h. e. praevaluit ejus sententiae (*behielt die Oberhand*) 1 Chron. 21, 4. — β) *animo et virtute: fortis, strenuus fuit* 1 Reg. 2, 2. Deut. 12, 23. 31, 6. Jos. 1, 6. 7. — in malam partem *pertinax fuit* Exod. 7, 14. et sq. עַל *institit alicui, ursit aliquem* Exod. 12, 33. Ezech. 3, 14. — γ) *gravitate: gravis, durus, molestus fuit* Mal. 3, 13.

Praet. foem. cum affixo חֲזַקְתַּנִי Jer. 20, 7. Inf. cum Affixo לְחָזְקָהּ Ezech. 30, 21. Imper. חֲזַק Deut. 12, 23. Jos. 1, 6. 7. 9. 18. Fut. תֶּחֱזַק 2 Sam. 10, 11. plur. תֶּחֶזְקוּ Deut. 11, 8. Esr. 9, 12. etc.

Pih. חִזַּק 1) firmum fecit, *confirmavit*, a) propr. Jes. 33, 23: חֲבָלָיִךְ בַּל יְחַזְּקוּ כֵן־תָּרְנָם *funes non firmant basin mali eorum*; Jud. 16, 28: חַזְּקֵנִי *confirma me*, vires mihi concede, adde; Jes. 41, 7:

וַיְחַזְּקֵהוּ בְמַסְמְרִים *firmat, firmum reddit illud* (idolum) *clavis* 2 Chron. 12, 11: וַיְחַזֵּק הַמְּצוּרוֹת *et firma reddidit munimenta* h. e. *munivit* (oppida) 26, 9. Ps. 147, 13. — b) sq. vel אַבְנֵט vel מָתְנַיִם: *cingulum, lumbos alicujus firmare* h. e. accingere aliquem Jes. 22, 21. Nah. 2, 2. — c) sq. יַד *manum alicujus firmare* h. e. *animum alicui addere, confirmare, instigare, adiuvare aliquem* Jud. 9, 24. 1 Sam. 23, 16. Esr. 6, 22. Neh. 6, 9. sq. בְּיַד Esr. 1, 6., et sine יד Deut. 1, 38. 2 Chron. 29, 34. — d) sq. לֵב *cor firmare* h. e. *animum al.* vel *suum obdurare* Exod. 4, 21. 9, 12. 14, 4. — e) Ps. 64, 6: יְחַזְּקוּ לָמוֹ דָּבָר רָע *confirmant sibi impie facta* h. e. constanter pergunt in impietate sua. — 2) firmitati restituit: a) *refecit, restauravit* aedificia 2 Reg. 12, 8. 13. 1 Chron. 26, 27. 2 Chron. 24, 5. — b) *valetudini restituit, sanavit* Ezech. 34, 4. 16.

Hiph. הֶחֱזִיק ejusdem fere cum Pihel est significationis: 1) firmavit, confirmavit a) *brachia, dextram alicujus* Ezech. 30, 25. Jes. 41, 13., h. e. *robur, vires alicui addidit.* — b) *iram suam*, i. e. *tenuit, retinuit* Mich. 7, 18., *bellum, obsidionem*, h. e. *ursit, perstitit, perseveravit in obsidione* 2 Sam. 11, 25. — c) *manum suam in al. re* Gen. 21, 18. h. e. *apprehendit, tenuit.* Sed alibi semper omissum est voc. יַד, ita ut הֶחֱזִיק (sq. בְּ vel לְ vel עַל) simpl. et tanquam propria vi significet: apprehendit, tenuit (ἀπτεσθάι τινος), vel α) *proprie* Exod. 4, 4. Deut. 22, 25. 2 Sam. 15, 5. Job. 8, 15. 8, 9. 1 Reg. 1, 50.; it. *retinuit* Exod. 9, 2. Jud. 19, 4. — vel β) *translate*, ut sq. בְּצִדְקָה, בְּתֻמָּה etc. *adhaesit integritati, justitiae, sectatus* vel *tuitus est* eam Job. 2, 3. 9. 27, 6.; sq. עַל pers. *adhaesit* alicui h. e. *ab ejus partib. stetit, fecit cum eo* Neh. 10, 29; sq. בּ pers. *adjuvit, sublevavit* Levit. 25, 35.; al. eo sensu dicitur: הֶ׳ בְּיַד פ׳ *aliquem manu prehendere* Job. 8, 20. Jes. 42, 6., vel הֶ׳ יַד פ׳ Ezech. 16, 49. — In libris posterioribus constr. etiam cum accus. Ps. 35, 2. Jer. 6, 23., max. ubi signif. *totum aliquid ita prehendere, ut in tua potestate sit* (κρατεῖν τι) Mich. 9, 4: הֶחֱזִיקֵךְ חִיל *prehendit, occupavit* (Graec. λαμβάνειν τινά) *te dolor* Jer. 6, 21. (contra: רֶטֶט הֶחֱזִיקָה *terrorem prehendit, cepit* Jer. 49, 24. coll. Job. 18, 20.), Dan. 11, 21: הֶחֱזִיק מַלְכוּת *capessivit regnum, potitus est regno.* Ita etiam *capiendi* sensu de vasis 2 Chron. 4, 5: (יָם מוּצָק) מַחֲזִיק בַּתִּים שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים *cepit tria millia bathorum.*

2) restauravit, refecit (aedificia) Neh. 5, 16. Ezech. 27, 9. — 3) intrans. invaluit, praevaluit 2 Chron. 26, 8. Dan. 11, 7.

Praet. cum affixo הֶחֱזִיקַתְהוּ Jer. 50, 43. Part. praes. foem. מַחֲזֶקֶת Neh. 4, 17. Infin. הַחֲזִיק 2 Reg. 15, 19. et irregulariter cum punctis praeteriti et cum affixo הֶחֱזִיקִי Jer. 31, 32. Imper. הַחֲזֵק Ps. 35, 2. Prov. 4, 13. Fut. c. Vau conv. retracto tono וַיַּחֲזֵק Exod. 4, 4. etc.

Hithpah. הִתְחַזֵּק confirmavit se h. e. a) *robur, vires sumsit, invaluit* 2 Chron. 12, 13. 13, 21. Gen. 48, 2. — b) *firmum* h. e. *strenuum, fortem se gessit* 2 Sam. 10, 12. 1 Reg. 20, 22., sq. לִפְנֵי *contra al.* h. e. *restitit, obnisus est* 2 Chron. 13, 7. 8., sq. עִם vel בְּ *cum, pro al.* h. e. *defendit, adjuvit* 2 Sam. 3, 6. 1 Chron. 11, 10. — c) *animum sibi sumsit* 2 Chron. 15, 8. 23, 1., sq. בְּ *fiduciam reposuit, confisus est* 1 Sam. 30, 6. — d) *firmum* h. e. *tutum se putavit* Ezech. 7, 13.

חָזָק m. *invalescens* Exod. 19, 19. 2 Sam. 3, 1.

חָזָק m. 1) *validus, fortis* Num. 20, 20. Prov. 23, 11. Am. 2, 14. Jos. 14, 11., יָד חֲזָקָה *manus fortis, valida* (Dei) Exod. 3, 19. Deut. 4, 34. Jos. 4, 24. — 2) *vehemens, gravis* Exod. 10, 19 (ventus). 1 Reg. 18, 2 (fames). 1 Reg. 17, 17 (morbus). Exod. 8, 16 (buccinae sonus). — 3) *durus, obfirmatus* Ezech. 3, 8. 9. Plur. חִזְקֵי לֵב *obfirmati in malo, obstinati, pertinaces* Ezech. 2, 4. חִזְקֵי מֵצַח *obfirmati fronte, praefracti, obstinati* Ezech. 3, 7. — In loco Jes. 40, 10: יְהוָֹה בְּחָזָק יָבוֹא vertunt alii: *Jova cum fortitudine* (fortiter) *venit*, al. *Jova venit fortis*, ut בְּ sit *essentiae*. Illud praeferendum cf. Gesen. Lehrgeb. p. 650.

חֵזֶק m. *robur*, unde cum affixo חִזְקִי *robur* (auxilium) *meum* Ps. 18, 2.

חֹזֶק m. *id.* Exod. 13, 3. 14. 16. Hagg. 2, 22., cum affixo חָזְקֵנוּ Am. 6, 13.

חֶזְקָה f. i. q. חֵזֶק, Infin. v. חזק a) כְּחֶזְקָתוֹ 2 Chron. 12, 1. 26, 16. *cum confirmatus esset, robur nactus esset* (rex). — b) בְּחֶזְקַת הַיָּד Jes. 8, 11. *invalescente* (h. e. agitante, *instigante*, impellente) *manu*. — c) כְּחֶזְקָתוֹ בְּעָשְׁרוֹ Dan. 11 2. *quando divitiis valebit, pollebit.*

חָזְקָה f. 1) *vis, vehementia,* בְּחָזְקָה *per vim*, ut 1 Sam. 2, 16., *severe* Ezech. 34, 4, *vehementer* Jud. 4, 3. 8, 1. Jon. 3, 8. — 2) *refectio* (aedium) 2 Reg. 12, 13. coll. לְחַזֵּק, quod l. c. praecedit.

חִזְקִיָּה m. rex Judaeorum, filius et successor Ahasi 2 Reg. 18, 1. alibi חִזְקִיָּהוּ 2 Reg. 16, 20. 18, 9. יְחִזְקִיָּה Hos. 1, 1. Mich. 1, 1. יְחִזְקִיָּהוּ Jes. 1, 1. Lxx. Ἐζεχίας. — Idem nomen gerunt alii Zeph. 1, 1. — 1 Chron. 3, 23. — Neh. 7, 21. 10, 18.

יְחֶזְקֵאל nom. propr. prophetae nobilissimi Ezech. 1, 3. 24, 24. in Assyria vaticinantis Lxx. Ἰεζεκιήλ. Vulg. *Ezechias.*

חַח, vid. sub חוֹחַ.

חָטָא 1) *lapsus est* Prov. 19, 2. (Arab. خطا ult. Waw et Je *lubricare gressum, lubrico motu excidere, labi,* unde خطو et خطوة *passus celer et lubricus.* Conf. Alb Schultens. ad Prov 21, 4.). — 2) *aberravit* (i. e. *non invenit*) Prov. 8, 36: חֹטְאִי חֹמֵס נַפְשׁוֹ *qui aberrat a me, sibimet ipsi est infestus;* Job. 5, 24: וּפָקַדְתָּ נָוְךָ וְלֹא תֶחֱטָא *visitabis habitaculum tuum nec aberrabis* (oculis) h. e. salva omnia deprehendes, *spe non destitueris,* v. Hiph. Jud. 20, 16. (Arab. خطى in Conj. IV. *aberravit a scopo,* Aethiop. ኀጥአ: *privatus, orbatus est*). — 3) peccavit (q. d. lapsus est in virtutis tramite) Eccles. 7, 20. Thren. 1, 8., sq. לְ pers. *in, erga aliquem* Gen. 20, 6. 1 Sam. 2, 25. Ps. 51, 6. Dan. 9, 11., sq. בְּ vel עַל *in aliquo* vel *in aliqua re* Gen. 42, 22. Neh. 9, 29. Levit. 5, 5. Num. 6, 11. Praegnanti sensu legitur Levit. 5, 16: אֵת אֲשֶׁר חָטָא מִן הַקֹּדֶשׁ *id quod peccavit* h. e. peccando subtraxit *de rebus sacris.* Conf. Arab. خطى in Conj. IV. *erravit*, spec. *hallucinatus*

est, non recte fecit rem. Porro 4) *reus factus est alicujus rei* Levit. 5, 7: אֶת־אֲשֶׁר חָטָא *sacrificium pro delicto, cujus reus factus est*, Gen. 43, 9. 44, 32.

Praet. foem. in pausa חָטָאת Jer. 50, 14. et ex Chaldaismo חָטָאת Exod. 5, 16. (in his verbis: חָטָאת עַמֶּךָ *peccavit populus tuus* v. Gesen. Lehrgeb. p. 718.; al. vertunt: *peccasti erga populum tuum*, quasi scriptum sit חָטָאתְ; Lxx. ἀδικήσεις τὸν λαόν σου cf. omn. Rosenmueller. ad h. l.). Part. praes. חוֹטֵא *peccans, peccator* Prov. 11, 31. 14, 21. Jes. 1, 4. Eccles. 9, 2., et petita punctatione ex forma quiescentium tertia ה, חוֹטֶא Eccles. 2, 26. 8, 12. 9, 18. Jes. 65, 20., cum affixo חֹטְאִי *peccans in me* Prov. 8, 37. Plur. חֹטִאים (ex Syriasmo pro חֹטְאִים) 1 Sam. 14, 33. Foem. חֹטֵאת (contract. pro חֹטֵאָת) Ezech. 18, 4. 20. Infin. construct. חֲטוֹא Exod. 9, 34. Levit. 5, 22. et sine א, חֲטוֹ Gen. 20, 6., cum affixo et petita forma a quiescentibus tertia rad. ה, חֲטֹאתוֹ Ezech. 33, 12. Fut. אֶחֱטָא Ps. 119, 11. etc.

Pih. חִטֵּא 1) *luit peccatum* Gen. 31, 39. metonym. *expiatorium sacrificium obtulit* Levit. 6, 26. 9, 15. — 2) *expiavit* h. e. id, quod profanum vel profanatum fuit, sacro ritu mundum declaravit, *mundavit*, consecravit. Dicuntur autem *expiari* vel homines Num. 19, 12. 19. Levit. 14, 6. vel res (vasa, aedes, altare etc.) Levit. 14, 49 sqq. Exod. 29, 36. Lxx. καθαρίζειν. — Trop. legitur Ps. 51, 9. pro: *veniam peccatorum concedere.* Praegn. 2 Chron. 29, 24: וַיְחַטְּאוּ אֶת־דָּמָם הַמִּזְבֵּחָה *et expiarunt* h. e. *expiandi caussa sparserunt eorum sanguinem ad altare.* Praet. c. affixo חִטְּאוֹ Num. 19, 19. Fut. cum affixo et Nun epenthet. אֲחַטֶּנָּה *luam illud* Gen. 31, 39. (ex Syriasmo א litera exclusa pro אֲחַטְּאֶנָּה, vel petita forma a חטה) etc.

חֵלֶק m. 1) *laevor, laevitas* Jes. 57, 6: בְּחַלְּקֵי נַחַל חֶלְקֵךְ (c. Dagesch euphon.) *in laevitatibus* (planitiebus) *vallis est portio tua*; hinc trop. *blandities* Prov. 7, 21. — 2) *pars, portio, sors* خَلَاق Deut. 10, 9. 12, 12. Jos. 14, 14. Neh. 2, 20., inpr. pars *praedae* Gen. 14, 24. 1 Sam. 30, 24. (hinc *praeda* ipsa Job. 17, 5: לְחֵלֶק יַגִּיד רֵעִים *in praedam* hostibus *prodet amicos*); it. *sors* Eccles. 2, 10. 3, 22. al. Ceterum adde has phrases: a) חֵלֶק יַעֲקֹב appellatur *Jova* Jer. 10, 16. 51, 19. tanquam Deus, quem Jacobitae h. e. Israelitae *suum* quasi *sortiti* sunt (coll. Deut. 4, 19. 20.) et vicissim חֵלֶק יְהוָֹה *populus Israel.* tanquam Jovae peculiaris Deut. 32, 9.; b) לִי חֵלֶק בְּ *mihi est pars* i. e. *communio, commercium cum aliquo* Ps. 50, 18. 2 Sam. 20, 1. 1 Reg. 12, 16. Jos. 22, 25. — 3) *ager* (Chald. חֲקַל Syr. ܚܩܠܐ *id.* transpositis invicem literis) 2 Reg. 9, 10. 36. 37., hinc (terra) *continens* opp. mari Am. 7, 4. cf. 4, 7. — Cum affixo חֶלְקִי Ps. 73, 26. Job. 32, 17. etc. Plur. חֲלָקִים Jos. 18, 5. 6. 9. Ezech. 45, 7. cum affixo חֶלְקֵיהֶם Hos. 5, 7.

חֲלָק m. Chald. *pars, portio* Esr. 4, 16. cum affixo חֲלָקֵהּ Dan. 4, 12. 20.

חַלּוּק m. *glaber, laevis.* Plur. חַלֻּקִים, unde in regim. חַלֻּקֵי אֲבָנִים *laeves lapidum* i. e. *lapides laeves* (v. Gesen. Lehrgeb. p. 678.) 1 Sam. 17, 40.

חֲלַקָּה f. (cum Dagesch forti euph.) *blandities*, in plur. חֲלַקּוֹת Dan. 11, 32.

חֶלְקָה f. 1) *laevitas, glabrities* Gen. 27, 16. — 2) *blandities* Prov. 6, 24. — 3) *pars, portio* (agri) Gen. 33, 19. Ruth. 2, 3., specialiter *pars campi*, quae alicui in *portionem haereditatis* cessit, *ager* 2 Sam. 14, 30. 31. 2 Reg. 3, 19. 25. Am. 4, 7. Jer. 12, 10. Plur. חֲלָקוֹת *laevitates* i. e. *loca lubrica* Ps. 73, 18., it. *blanditiae* Ps. 12, 3. 4. Jes. 30, 10.

חִלְקִיָּה s. חִלְקִיָּהוּ 1) summus pontifex regnante Josia 2 Reg. 22, 4. etc. 2 Chron. 34, 9. — 2) pater Eljakimi, palatio regio praefecti 2 Reg. 18, 18. Jer. 22, 20. — 3) pater Jeremiae prophetae Jer. 1, 1. Alios v. 1 Chron. 26, 11. — Jer. 29, 3. — 1 Chron. 6, 30. etc. Lxx. *Χελκίας.*

חֲלֻקָּה f. *divisio, partitio* 2 Chron. 25, 5.

חֲלַקְלַקּוֹת plur. f. 1) *loca lubrica* Jer. 23, 12. Ps. 35, 6. — 2) *blanditiae* Dan. 12, 21. 34.

מַחֲלֹקֶת f. 1) *evasio*, unde *petra evasionis* 1 Sam. 23, 28., a חלק *glaber fuit, subtraxit se*, v. radic. — 2) *classis, ordo* (a *dividendo, partiendo*) 1 Chron. 27, 2. 4 sqq. Plur. מַחְלְקוֹת *classes, ordines* (sacerdotum, *ἐφημερίαι*) 1 Chron. 26, 1. 12. 19. 27, 1. 28, 1. 13. etc. cum affixo מַחְלְקוֹתָם Jos. 11, 23. Ezech. 48, 29.

מַחְלְקָה f. Chald. *classis, ordo.* Plur. מַחְלְקָן, cum affixo מַחְלְקָתְהוֹן Esr. 6, 18.

חָלַשׁ 1) Fut. *A* יֶחֱלַשׁ *debilitatus est; viribus defecit* [Syr. ܚܠܝܫܐ *debilis*, in Ethp. *debilitatus est*] Job. 14, 10. — 2) Fut. *O* יַחֲלֹשׁ *stra-*

vit, prostravit; vicit [Arab. حلس Thalmud. חלש *projicere*, pecul. *sortem*, Syr. ܡܚܠܫܐ *abjectus*] Exod. 17, 13, sq. עַל (fere ut nostrates dicunt: *siegen über*) Jes. 14, 12., v. tamen Gesen. ad h. l.

חַלָּשׁ m. *debilis, viribus destitutus*, Joël, 4, 10.

חֲלוּשָׁה *debilitatio* i. e. *clades* Exod. 32, 18.

חָם m. 1) *socer* i. e. pater mariti (Arab. حَمٌ pro حَمُوٌ Syr. ܚܡܐ) nom. primitiv. Cum affixis חָמִיךְ Gen. 38, 13. חָמִיהָ Gen. 38, 24. 1 Sam. 4, 19. 21. Aliud v. sub rad. חמם. — 2) Nomen poet. *Aegypti*, quae Coptico nomine ⲬⲎⲘⲒ (Chemi) *nigra* (sc. humo) appellabatur Ps. 78, 51. 105, 23. Conf. *Repertorium litterat. bibl. et orient.* XIII, p. 27 sq. Michael. *Suppl.* p. 803. Jablonskii Opuscul. 404 sqq. Champollion l'Egypte sous le Pharaons I, p. 104 sqq. Sed Hebraeos vix dubium est hoc voc., verae significationis oblitos, ad חם *calidus* retulisse, v. sub rad. חמם.

חָמוֹת foem. sing. *socrus* (Syr. ܚܡܬܐ). Cum affixis חֲמוֹתֵךְ Ruth. 2, 11. 3, 17. חֲמוֹתָהּ Ruth. 1, 14. 2, 18. 19. 21. Mich. 7, 6.

חֶמְאָה f. *lac spissum, flos lactis* Gen. 18, 8. Jud. 5, 25. Jes. 7, 22. passim ap. poetas simpl. *lac* i. q. חָלָב Job. 20, 17. Deut. 32, 14. etc. (Arab. خمأ *spissum fuit lac*); hinc *caseus* Prov. 30, 33 (al. *butyrum*). Pro eo per Syncopen ex Syriasmo dicitur חֵמָה Job. 29, 6. Sed aliud חֵמָה vid. sub rad. יחם. In regim. חֶמְאַת Deut. 32, 14. — Cf. in univ. J. Kneppelhout. Diss. II. de re cibar. Hebr. Traj. a. Rh. 1769.

מַחְמָאוֹת f. (cum Kametz immutabili, ad formam מַמְתַּקּוֹת) Ps. 55, 22. *lactea* (h. e. dulcia) *verba*. Sed legitur rectius מֵחֶמְאוֹת *prae lacte* (butyro) v. Rosenmueller. ad h. l.

חָמַד 1) *appetiit, concupivit, desideravit* Exod. 20, 17. Jos. 7, 21. al. — 2) *delectatus est* re, sq. accus. Jes. 1, 29. 53, 2. (حمّد in Conj. II. *laudavit*). Pahul חָמוּד *desideratus, desiderabilis*, unde cum affixo חֲמוּדוֹ *desiderabile ejus*, i. e. quod in eo est *desiderabile* et eximium Ps. 39, 12. Plur. חֲמוּדִים Jes. 44, 9. Foem. חֲמוּדוֹת Gen. 27, 15. Fut. תַּחְמֹד Exod. 20, 17. plur. cum affixo נֶחְמְדֵהוּ Jes. 53, 2. — Niph. part. נֶחְמָד *desideratus, desiderabilis, suavis* Gen. 2, 9. 3, 6., *pretiosus* Prov. 21, 20. plur. נֶחֱמָדִים *desiderata, desiderabilia* Ps. 19, 11. — Pih. חִמַּד *vehementer desideravit* Cant. 2, 3.

חֶמֶד m. *venustas, formositas* Jes. 32, 12. Ezech. 23, 6. 12. 23. Hos. 5, 11.

חֶמְדָּה f. 1) *desiderium* 2 Chron. 21, 20. it. *id quod desideratur, deliciae* Dan. 11, 37. (ubi חֶמְדַּת נָשִׁים *deliciae mulierum* dicuntur vel sec. Berthold. *lactentes*, vel sec. Gesen. Dea Syrorum *Anaitis*; sed mirum est in hoc l. explicando interpretum dissidium), 1 Sam. 9, 20. —

2) *suavitas, praestantia* Jer. 3, 19. Ezech. 26, 12. — In regim. חֶמְדַּת 1 Sam. 9, 20. Hagg. 2, 7., cum affixo חֶמְדָּתִי Jer. 12, 10.

חֲמוּדוֹת et חֲמֻדוֹת f. plur. *deliciae, res pretiosae* Dan. 11, 38. 43. hinc Dan. 10, 3. לֶחֶם חֲמֻדוֹת *cibus delicatior;* Dan. 10, 11. אִישׁ ח׳ *o vir deliciarum* i. e. *o carissime* (Dan. 9, 23. omisso voc. אִישׁ, ut lat. *o deliciae meae*); 2 Chron. 20, 25. כְּלֵי ח׳ *vasa pretiosa.*

מַחְמָד m. 1) *deliciae.* In regim. מַחְמַד 1 Reg. 20, 6. Ezech. 24, 16. 21. 25., etiam sequente לְ Hos. 9, 6. In plur. scribitur cum Schwa compos. מַחֲמַדִּים, in regim. מַחֲמַדֵּי Thren. 2, 4. cum affixis מַחֲמַדֵּינוּ *deliciae nostrae* h. e. loca, quibus delectabamur Jes. 64, 10., מַחֲמַדֵּיהֶם *deliciae suae* sec. Kri Thren. 1, 11. — 2) *res pretiosa.* Plur. cum affix. מַחֲמַדֵּי *pretiosa nostra* Joel. 4, 5., כְּלֵי־מַחֲמַדֶּיהָ *suppellex ejus pretiosa* 2 Chron. 36, 19. — 3) *gratia, venustas* Cant. 5, 16. חִכּוֹ כֻּלּוֹ מַחֲמַדִּים *os ejus totum est venustatum* plenum, totum venustum.

מַחֲמֻדִּים plur. m. *res desiderabiles, eximiae* et *pretiosae* Thren. 1, 7. et sec. Cthib v. 11.

חָמָה *incaluit,* Arab. حمى, (i. q. יָחַם). Inde repetunt fut. plur. וַיֶּחֱמוּ *et incaluerunt* Gen. 30, 39. Vide tamen infra יחם.

חֵמָה f. *lac spissum* vid. supra in חֶמְאָה, et חֵמָה *aestus, ira* infra sub rad. יחם.

חוֹמָה *murus* vid. sub rad. חום.

חֹמֶט m. Levit. 11, 30. vel *limax (Schnecke)* v. Hartmann. Einleit. p. 221., vel *lacertae venenatae* species a rad. Arab. خمط (med. Kesre) *ira percitus fuit,* in Conj. II. *aestuavit,* alias חמט *vehementi ira efferbuit,* Chald. et Syr. חמת *exarsit ira,* unde Syr. ܚܡܬܐ *ira,* it. *venenum.* A Talmud. חמטון *arena* deducit Bochartus; parum probabiliter, cum חמטון non sit nisi Graec. ἄμαθος *arena.*

חָמַל I) *clemens fuit, clementia usus est* h. e. a) *misertus est* alicujus, sq. עַל Exod. 2, 6. 1 Sam. 23, 21. Jer. 15, 5. — b) *pepercit* alicui, sq. עַל Mal. 3, 17. 2 Chron. 36, 15. 2 Sam. 21, 7., sq. אֶל Jes. 9, 19.; hinc etiam de rebus: *pepercit, parce usus est* sq. אֶל Jer. 50, 14., sq. infin. c. praef. לְ 2 Sam. 12, 4., sq. עַל Ezech. 36, 21. אֶחְמֹל *parcam nomini meo,* consulam nominis mei honori, ut non amplius profanetur; [coll. Arab. خمل *mollis fuit,* et (transpositis literis) Chald. מחל Arab. حلم *mitis fuit iraeque continens*]. Infin. cum ה paragog. חֶמְלָה Ezech. 16, 5. nisi potius nomen est, ad formam טֻמְאָה, חֻפְשָׁה etc. Fut. יַחְמֹל Prov. 6, 34., plur. in pausa תַּחְמֹלוּ Ezech. 9, 5. etc. — II) i. q. Arab. حمل *impetum fecit, invasit* v. infra מַחְמָל.

חֶמְלָה f. *clementia* Gen. 19, 16. Jes. 63, 9.

מַחְמָל m. *desiderium, res quae desideratur* Ezech. 24, 21. Conf. (auctore Schultensio *Opp. min.* p. 315.) Arab. محمل *res, ad quam quis desiderio fertur,* i. q. מַשָּׂא v. 25., nam حمل Arab. transit. idem est quod נשא *tulit.*

חָמַם caluit, calefactus est, incaluit, aestuavit (حَمَّ calefecit et med. Kesr. calidus fuit, Syr. ܚܡܡ id.) a) proprie Exod. 16, 21. Eccl. 4, 11.; Gen. 18, 1: כְּחֹם הַיּוֹם meridiano tempore cf. Martial. 3, 67., 1 Sam. 11, 9. 11: כְּחֹם הַשָּׁמֶשׁ eod. sensu, Neh. 7, 3: עַד חֹם הַשֶּׁמֶשׁ usque ad meridiem; b) translate de animi aestu et fervore h. e. ira Ps. 39, 4. vel cupiditate ac libidine Jer. 51, 39. (Hos. 7, 7.). Passim tanquam impersonale sequente לְ construitur, חַם לוֹ (es war ihm warm) calidus fuit 1 Reg. 1, 1. 2. Eccles. 4, 11. — Praet. 1. pers. חַמּוֹתִי Jes. 44, 16. (quod tamen propter accentum in ultima Schultensio est infinit. Pih. cum affixo a חִמָּה ejusdem significationis cum חָמַם, q. d. o incalescere meum!); infin. cum affixis חַמּוֹ Job. 6, 17. חֻמָּם Jer. 51, 39. (Est quoque חֹם Nomen, quod statim sequitur), fut. יֵחַם Jes. 44, 16. cum Vau convers. וַיָּחָם 2 Reg. 4, 34. Jes. 44, 15.

Niph. calefactus, accensus est a) propr. Eccles. 4, 11. Ezech. 24, 11.; b) translate de ira Deut. 19, 6. et libidine Hos. 7, 7. Hinc Part. נֵחָם (more Chaldaico, quo compensatio secundae radicalis per Dagesch forte fieri solet in prima radicali, idque hoc loco producta vocali brevi sub Praeformante in oppositam longam), plur. נֵחָמִים accensi, calefacti scil. libidine Jes. 57, 5. Fut. יֵחַם Eccles. l. c. et sine compensatione Dagesch fortis יָחָם 1 Reg. 1, 1. Plur. יֵחַמּוּ Hos. 7, 7. — Pih. calefecit (fovit) Job. 39, 14 (17). — Hithpah. calefecit se, concaluit Job. 31, 20.

חַם m. 1) calidus Jos. 9, 12. (de pane recens cocto), plur. חַמִּים Job. 37, 17. (vestes). Syr. ܡܫܚܢ id. — Vid. etiam sub חָם. — 2) nom. propr. Chami filii Noachi Gen. 5, 32. 10, 6 sqq.

חֹם m. calor, aestus Gen. 8, 22. 1 Sam. 21, 7. Jes. 18, 4. Jer. 17, 8. etc. Syr. ܚܘܡܐ calor, aestus. Aliud v. sub ipsa rad.

חַמָּה f. 1) id. Ps. 19, 7. — 2) foem. vocis חַם, pr. calida, candens h. e. poet. sol Jes. 24, 22. 30, 26. Cant. 6, 10. Job. 30, 28. v. Gesen. Lehrgeb. p. 651.

חַמּוֹן nom. propr. 1) oppidi in tribu Asseritica Jos. 19, 28. — 2) oppidi in tribu Naphtal. 1 Chron. 6, 76.

חַמָּן m., plur. חַמָּנִים Jes. 17, 8. 27, 9. 2 Chron. 14, 5. 34, 4. 7. simulacra idolorum. Derivant plerique a חַמָּה sol, ut sint propr. statuae solares v. Bocharti Geogr. S. 2, 17.; sed rectius videtur Lorsbachius (Ephem. lit. Jen. 1815. N. 59) conferre pers. حمانایی similitudo. Cum affixo חַמָּנֵיכֶם Levit. 26, 30. Ezech. 6, 4. 6.

חָמַס (Arab. حَمِسَ strenuus it. violentus, saevus, durus fuit, monente Schultensio in Commentar. ad Prov. 4, 17. 26, 6. et in Clave Dialect. p. 226., in Conj. V. crudelem et saevum se exhibuit) Fut. יַחְמֹס 1) violenter, inique tractavit, vim, injuriam intulit, vexavit Jer. 22, 3., sq. accus. pers. Prov. 8, 36., sq. עַל Job. 21, 27. — 2) violavit legem Ezech. 22, 26. Zeph. 3, 4. — 3) violenter, vi revellit, destruxit Job. 15, 33. Thren. 2, 6. — Niph. praet. נֶחְמְסוּ עֲקֵבָיִךְ violenter tractati sunt calcanei tui h. e. nudati, calceis privati v. Grot. ad h. l.; al. vinculis constricti Jer. 13, 22.

חָמָס m. *violentia, injuria* et quae *infertur* et quae *accipitur* Gen. 6, 11. 13. Exod. 23, 16. Deut. 19, 16. etc., metonymice *id, quod vi et injuria paratur, male partum* Am. 3, 10.—In regim. חֲמַס Jud. 9, 24. Ps. 58, 3., cum affixis חֲמָסִי *injuria mea,* quam patior Gen. 16, 5. Jer. 51, 35. (simili ratione Latinos loqui, observat Heumannus in *Poecil.* T. I, p. 87.; sic quoque graece *βία ἐμοῦ vis mea* h. e. *mihi illata* apud Sophoclem in *Aiac. flagellif.* v. 1345. add. Wineri Grammat. N. T. p. 76. et Tac. Annall. 14, 51. *fama militum* h. e. ea, qua quis apud mil. floret); חֲמָסוֹ *injuria ejus,* quam infert Ps. 7, 17. Plur. חֲמָסִים 2 Sam. 22, 49. Ps. 140, 2. 5. Prov. 4, 17.

תַּחְמָס m. Levit. 11, 16. Deut. 14, 15. *struthio* (mas), erga pullos *saevum* et *crudelem se gerens,* coll. Job. 39, 14 sq. Thren. 4, 3., unde etiam Arab. ظليم i. e. *iniquus, impius* vocatur, conf. Fulleri *Miscellan. S.* L. VI. c. 9 et Bocharti *Hieroz.* P. II, p. 232. Michaelis *Suppl.* p. 825. — Judaeis Mosulensibus *Thachmas* est nomen *hirundinis,* cf. Niebuhr. in *Descr. Arab.* p. 42. praef. Etiam Arabes Chaldaeique sequiores *hirundinem* verterunt. — Lxx. *γλαύξ*, Vulg. *noctua,* quam interpretationem defendit Oedmann. (Samml. III. c. 4.) *strigem otum* L. intelligens.

חָמֵץ I) *acer* (graec. *ὀξύς*), *acidus fuit* vel *factus est* (Arab. حمض, Syr. ܚܡܥ), v. infra Pahul, hinc *fermentatus est* (Syris ܚܡܥ) Exod. 12, 34. Hos. 7, 1. Pahul חָמוּץ, in regim. חֲמוּץ Jes. 63, 1. *acutus, acer colore* i. e. *rubicundus, puniceus,* observante Bocharto in *Hieroz.* Tom. II, p. 56.; sim. *ὀξύς* Athen. XIII, p. 608. Conf. quae de *coloribus acutis* congessit Simonis in *Arcano Form. Hebr.* p. 66. et 102. — Infin. cum ה paragog. חֻמְצָה, unde cum affixo חֻמְצָתוֹ Hos. l. c. Fut. in pausa יֶחְמָץ Exod. l. c. — Hiph. part. foem. מַחְמֶצֶת *fermentum concipiens, fermentatum* Exod. 12, 19. 20. — Hithpah. fut. יִתְחַמֵּץ *exacerbabatur* i. e. *indignabatur* Ps. 73, 21. (ut חֲמַץ Chald. in Targ. Prov. 10, 1. 25, 1. al.); sic Graec. *ὀξύς acer* dicitur de *eo, qui cito ad iram fertur,* et *παροξύνω ad iram concito* (Act. 17, 16.), Lat. *acria corda* et *iracundam mentem* conjunxit Lucretius 3, 295., *iram acrem* dixit idem 3, 142., *totum in fermento esse* vel *iacere* pro *iratum esse* Plautus Merc. 5, 3. 3. etc.

II) i. q. חמס *vim, injuriam intulit,* hinc חוֹמֵץ *violentus, improbus* Ps. 71, 4. Coll. rabb. חַמְצָן *raptor.* Sed alii tamen hanc voc. potestatem ab ista priore repetunt, coll. Arab. خامس *vir depravatus et corruptus,* et graec. *ὀξίνης vappa.*

חָמֵץ m. *fermentatum* Exod. 12, 15. 13, 3. 7. Levit. 2, 11. Deut. 16, 3. Am. 4, 5 (ad quem loc. v. Rosenmueller.).

חֹמֶץ m. *acetum* Num. 6, 3. Ps. 69, 22. Prov. 10, 26. 25, 20. Ruth. 2, 14. *Omphacis* notionem loco Prov. 10, 26. et *vini acerbi* loco Ps. 69, 22. vindicat Michaelis in *Suppl.* p. 828., cui assentitur Rosenmueller.; sed vix opus est.

חָמוֹץ m. Jes. 1, 17. idem quod חֹמֵץ, quod vid. sub rad. II.

חָמִיץ m. *subacidus,* de *farragine subacida* h. e. acido quodam condimento salis, herbarum etc. mixta, quae jumentorum fastidienti sto

macho medetur, Arab. الحمض *subacidum,* quod camelis pro *bellariis* est, cui opponitur الخلة *dulce pabulum,* quod camelis tanquam *panis* est. Vid. Bocharti *Hieroz.* T. I, p. 55. Harmer *Beobacht. üb. d. Orient* I, p. 409.

חַמָּצָה vid. antea in ipsa rad.

חָמַק pr. *vertit (drehen, wenden),* hinc *se vertit* h. e. *discessit* Cant. 5, 6. — Hithpah. *circuivit, circumvagatus est* Jer. 31, 22.

חַמּוּק m. *circuitus, ambitus.* Plur. חַמּוּקִים Cant. 7. 2., ubi externi *femorum ambitus* comparantur *monilibus,* illis scil., quae *lunata* vocantur Statio, alibi uno nomine *lunulae* i. e. in lunae modum incurvata. Ea Isidorus L. X. c. 31. sic describit: *Lunulae sunt ornamenta mulierum in similitudine lunae bullulae aureae dependentes.*

חָמַר 1) *aestuavit, ferbuit,* ut Arab. خمر Conj. I. II. VIII., Aethiop. ገመረ, *ferbuit, fermentavit.* — 2) *rubuit,* ut Arab. حمر Conj. I. et VIII. Arabes geminam hujus radicis significationem duplici litterae ח pronunciatione distinguunt, quanquam vix dubitari licet, *rubendi* potestatem a *fervendi, effervescendi* notione proficisci. — Ps. 75, 9. יַיִן חָמַר *fervet vinum* atque adeo jam bibi potest (Plinius de *vino: Fervet vinum, cum ex musto in vinum transit).* Alii ex altera verbi notione *rubendi* exponunt. Ps. 46, 4. יֶחֶמְרוּ מֵימָיו *ferveant (aquae maris)* Ps. 46, 4. Sic Virgilius dixit: *aequor fervet,* Ovidius: *mare fervet aquis,* Cicero: *pelagus aestu fervet* etc.

Poalal (Gesen. Lehrgeb. p. 253.) חֳמַרְמַר 1) *rubuit* Job. 16, 16. חֳמַרְמְרָה *vehementer rubuit* (sec. Cthib) sc. *facies* lacrymarum *aestu* deformata (conf. cognatum כמר de *cute* usurpatum Thren. 5, 10.). — 2) *summo fervore, aestu affectus, commotus est* Thren. 1, 20. et 2, 11. מֵעַי חֳמַרְמָרוּ *viscera mea fervent, ardent (mein Inneres wallt)* conf. כמר Gen. 43, 30. 1 Reg. 3, 26.

Sed significatio radicis 3) *bituminandi* in וַתַּחְמְרָהּ (fut. Hiph. cum terminali puncto Zere, abiiciendo ante affixa, sicut 1 Sam. 17, 25. Ps. 65, 10. Jes. 35, 4. etc.) *et bituminavit eam, bitumine oblevit* Exod. 2, 3. petita est a nomine חֵמָר *bitumen.* Denique 4) *colligendi* notionem v. sub חֹמֶר.

חֵמָר m. *bitumen,* ἄσφαλτος Gen. 11, 3. 14, 10. Exod. 2, 3. (Arab. حُمَر et حُمَّر) sic dictum, quod *continuo ex fonte suo effervet et ebullit;* vide de ejusmodi *fontibus* Gen. 14, 10. et conf. Curtius L. V. c. 16. Dioscorides L. I. c. 100. Plinius L. II. c. 105. et 106. Salmasius ad Solin. p. 92. Maiolus in *Diebus canicular.* p. 485. 486. et Kaempferus in *Amoenit. exot.* p. 274. Aliis a *rubedine: rubere* enim *bitumen* testantur Dioscorides, Avicenna, Serapio et Aben Esra apud Bochartum in *Phaleg* L. I. c. 11. conf. Simonis *Onomast. V. T.* p. 156. — Inde oritur verb. denomin. חָמַר *bituminavit* v. supra sub rad.

חֶמֶר m. *vinum,* quod *ferbuit* adeoque *merum* Deut. 32, 14. Jes.

27, 2. (Arab. خمرة Syr. ܚܡܪܐ). *Mustum fervidum* dixit Ovidius, *fervida vina* Horatius, *aestuantia vina* Rutilius.

חֲמַר m. Chald. *id.* Esr. 6, 9. 7, 22., in statu emphat. חַמְרָא Dan. 5, 1. 2. 4. 23.

חֹמֶר m. 1) *lutum, argilla*, proprie *rubra* Gen. 11, 3. Exod. 1, 14. Jes. 45, 9. Job. 4, 19., hinc *coenum* Jes. 10, 6. etc. — 2) *coacervatio, acervus*, proprie *collectio* rerum (a rad. Chald. et Arab. חמר خمر in Conj. IV. اخمر *collegit*, alias Arab. جمر, Aethiop. כמר) Hab. 3, 14 (ubi tamen al. *lutum* vertunt). Plur. חֳמָרִים *acervi* Exod. 8, 10. Ad eandem originem referendum est 3) *Chomer, mensura* aridorum, quae alibi כֹּר, continens 10 Bathos sive 30 Sata Levit. 27, 16. Jes. 5, 10. Ezech. 45, 11. 13. 14. Hos. 3, 2., unde plur. חֳמָרִים Num. 11, 32.

חֲמוֹר m. 1) idem quod חֹמֶר *acervus* Jud. 15, 16. (ad efficiendam paronomasiam) dual. חֲמֹרָתַיִם (tanquam a foem. חֲמֹרָה) *duo acervi.* — 2) *asinus*, Arab. حمار Syr. ܚܡܪܐ (sec. Bochartum proprie *rubens*, qualis in oriente plerumque esse solet, unde Hispanice dicitur *burro* et *burrico*, a Graeco πυῤῥός et πυῤῥικός, deinde quivis alius) Gen. 49, 14. Exod. 13, 13. Num. 16, 15. Jud. 15, 15. etc. חֲמוֹר לֶחֶם *asinus panis* i. e. *pane onustus* 1 Sam. 16, 20., quomodo Sosibius dixit ἄρτων τρεῖς ὄνους κανθηλίους. Cum affixo חֲמֹרוֹ Gen. 12, 16. 22, 3. Exod. 20, 17. Plur. חֲמֹרִים Gen. 45, 23. Jud. 19, 3. 10. cum affixo חֲמֹרֵינוּ Gen. 43, 18. Jud. 19, 19. etc. — 3) nom. propr. viri, qui fuit Abrahami aequalis Gen. 33, 19. 34, 2. Jos. 24, 32. al.; LXX. Ἐμμώρ.

יַחְמוּר m. Arab. يحمور Deut. 14, 5. 1 Reg. 5, 3. *capreae* (gazellae) *rufae* species, cervo similis, serratis cornibus v. Bocharti *Hieroz.* II, p. 284. Michaelis. *Suppl.* p. 834. — Oedmanno (Fasc. I, p. 30 sq.) est *cervus dama* Linnei, ἔλαφος εὐρύκερος Oppian. Cyneget. 2, 293.

חָמַשׁ radix inusit. notionem *crassitiei* et *pinguedinis* habuisse videtur, coll. Arab. خميش *adeps*, خميس *crassus*, et transpos. lit. حشم *pinguis fuit* vel *factus est* etc. Inde est

חֹמֶשׁ m. *abdomen*, a *pinguedine*, 2 Sam. 2, 23. 3, 27. 4, 6. 20, 10. Conveniunt Syr. ܚܘܡܫܐ *inguen, ilia*, Aethiop. ሕምስ: *matrix, uterus*, Talmud. חימצא *abdomen* vel *pars abdominis, pinguedo ventris* etc. v. Fulleri *Miscell. S.* L. V. c. 1. et Wedelii *Exerercitat. medico-philolog.* Centur I. Decad. 2. Exercit. 18. Aliud vid. sub חָמֵשׁ.

חָמֵשׁ f., Gen. 5, 6. 11. 15. 17. Exod. 27, 1. Levit. 27, 5. 6. etc., חֲמִשָּׁה m., Gen. 14, 9. 18, 29. [Sunt, qui hoc. voc. pr. *pollicem*, digitum manus *crassiorem* (unde βραχὺς καὶ παχὺς appellatur Aristoteli) significare arbitrentur; a digito enim auriculari numerare incipientes subsistunt in pollice, tanquam quinto. Sed haec longius repetita sunt; videtur potius חָמֵשׁ, ut reliqua numeralia, *primitivum* esse]. In regim. חֲמֵשׁ foem. Gen. 5, 10. Exod. 26, 3. 9, חֲמֵשֶׁת m. Num. 3, 47. Jos. 8, 12. Plur. חֲמִשִּׁים *quinquaginta* Gen. 6,

15. Exod. 18, 21. cum affixis חֲמִשָּׁיו *quinquaginta ejus* 2 Reg. 1, 9. 10. 11. 12. 13. חֲמִשֵּׁיהֶם *quinquaginta eorum* 2 Reg. 1, 14. etc.; hinc שַׂר חֲמִשִּׁים *praefectus quinquaginta* (militum) h. e. πεντηκόνταρχος. Inde formata sunt

1) Verbum in Pih. חִמֵּשׁ q. d. *quintavit* i. e. *quintam partem accepit, exegit* Gen. 41, 34.

2) Nomen חֹמֶשׁ m. q. d. *quintatio* i. e. *quintae partis pensio, solutio* Gen. 47, 26. Aliud vid. supra.

חֲמִישִׁי (tanquam a חָמִישׁ) et חֲמִשִּׁי m. Adjectivum *numerale ordinale: quintus* Gen. 1, 23. 30, 17. Num. 7, 36. Jos. 19, 24. etc. foem. חֲמִישִׁית et חֲמִשִּׁית Levit. 19, 25. 1 Reg. 14, 25. Jer. 36, 9. Neh. 6, 5. etc. sed hoc saepius substantive sumitur pro *quinta parte* Gen. 47, 24. Levit. 27, 15. 19. 22, 14., unde cum affixo חֲמִישִׁתוֹ *quinta pars ejus* Levit. 5, 16. 1 Reg. 6, 31. Num. 5, 7.; plur. cum terminatione masc. חֲמִשִׁיתִים *quintae partes*, unde cum affixo חֲמִשִׁיתָיו Levit. 5, 24.

חָמוּשׁ, in plur. חֲמֻשִׁים Exod. 13, 18. Jos. 1, 14. 4, 12. Jud. 7, 11. Varie explicatum est hoc voc., sed ex locis Num. 32, 30. 32. Deut. 3, 18., qui consimiles sunt illis Jos. 1, 14. 4, 12., apparet חֲמֻשִׁים non magnopere differre a חֲלוּצִים, ita ut sint *alacres, expediti ad proelium.* Aquil. ἐνοπλισμένοι, Onkel. מְזָרְזִין, Syr. ܡܙܰܪܙܺܝܢ, Vulg. *armati.* Conferunt alii Arab. خمس *congregavit, concitavit ad pugnam*, alii خَمِيس *exercitus, acies* quinque partibus, ordinibus constans v. Pococke in nott. miscell. ad port. Mos. p. 54 sq.

חֲמָת nomen proprium 1) *urbis* nobilissimae ad Orontem sitae, Phoenicum coloniae (Gen. 10, 18.), quae etiam חֲמַת רַבָּה dicebatur Am. 6, 2. Magni olim regis, amici Davidis, sedes, posthac vero terminus borealis regni Israelitici fuit Num. 13, 21. Jos. 13, 5. 2 Sam. 8, 9. 10. 1 Chron. 8, 3. Graec. Ἐπιφανεία v. Theodoret. ad Jer. 49, 23. Etiamnum appellatur حماة. Inde oritur nom. gentil. חֲמָתִי Gen. 10, 18. v. Relandi Palaest. p. 119 sqq. Burckhardt Itiner. Tom. I, p. 514. — 2) *regionis* Hamathensis 2 Reg. 25, 21. 2 Chron. 8, 4.

חֵמֶת m. *uter, lagena* Gen. 21, 15. 19. Arab. خَمِيتٌ *id.* (Origo incerta; nam quod vulgo dicunt خمت notionem *infundendi* habuisse, hoc valde dubium est; خَمُتَ signif. *ferbuit*, חֲמַת Syr. et Chald. *aestuavit*. Vide, an ab *aestuante vino* etc., quod utribus condi solebat, dictum sit istud nomen). In regim. חֵמַת Gen. 21, 14. [Sed חֲמָתְךָ Habac. 2, 15. est a חֵמָה, quod vid. sub rad. יחם].

חֵמַת m. *id.* Hos. 7, 5. forma magis Chaldaica.

חַמַּת דֹּאר oppidum trib. Naphtal. Jos. 21, 32. v. Reland. Pal. p. 703.

חָנָה (gener., coll. Arab. حنى, *inclinavit, deflexit: inclinavit* sive

demisit se; spec. ad *commorandum* et *habitandum*, hinc Chald. *commoratus est, habitavit;* hebr.): 1) *inclinavit* Jud. 19, 9. חֲנוֹת הַיּוֹם *inclinare* (ad vesperam vergere) *diem.* — 2) *tentorium, tentoria fixit, posuit* Gen. 26, 17. (de tabernac. foederis Num. 1, 51.) Num. 31, 19. חֲנוּ מִחוּץ לַמַּחֲנֶה *tentoria figite* (vos, qui scelera commisistis) *extra castra;* — deinde *castra posuit, castra metatus est* Num. 2, 34. Exod. 18, 5. rel., maxime sensu bellico 1 Sam. 13, 17. adeoque *castra habuit* 2 Sam. 23, 13. 1 Chron. 11, 15. Esr. 8, 15.; — sq. עַל *castra posuit vel habuit contra* h. e. *obsidione cinxit* (urbem) 2 Sam. 12, 28. Jes. 29, 3. Ps. 27, 3., hinc partic. חֹנָךְ (pro חֹנְךָ) *obsidens te* Ps. 53, 6. — sq. לְ *defendit, tuitus est* Zach. 9, 8. Ps. 34, 8. — 3) *sedem fixit, habitavit* Jes. 29, 1. קִרְיַת חָנָה דָוִד (pro אֲשֶׁר חָנָה בָהּ ד) *urbs, in qua sedem fixit, habitavit Davides.* — Fut. יַחֲנֶה Ps. 27, 3. Jud. 11, 18., sed cum Vau convers. וַיִּחַן Exod. 19, 2.

חָנוּת f. *cellula, fornix,* in qua quis *commoratur* sive *hospitatur* v. rad. n. 3., vel ex significatione radicis Arab حنا *arcus more fecit, arcum fecit, incurvavit.* Plur. חֲנֻיוֹת Jer. 37, 16. Ab *opere fornicato* dicitur *taberna* Syr. ܚܳܢܘܬܳܐ et Arab. حَانُوت. Aliis arrisit significatio *cippi* a حنى *flectere,* flectendo *incurvare. Cippi* autem dicti *flexa, incurva ligna,* quibus malefici in carceribus veterum Graecorum et Hebraeorum (cf. Jes. 51, 14. 10, 4. Levit. 26, 13.) includi solebant, ut incurvato capite et dorso in iis sederent, Graec. κύφωνες a κύπτειν *curvare.* Complutensia habent συγκλεισμός. Cf. Ev. Scheidius in *Observv. ad var. ll. V. T.* p. 56.

חֲנִית f. *hasta* 1 Sam. 13, 19. 17, 7. 2 Sam. 1, 6. 23, 7. Job. 29, 23. sic dicta, quod *in eam incumbendo inclinatur,* cf. 2 Sam. 1, 6. Plur. חֲנִיתִים 2 Chron. 23, 9. et חֲנִיתוֹת (vid. Gesen. Lehrgeb. p. 527.), unde cum affixo חֲנִיתוֹתֵיהֶם Jes. 2, 4. Mich. 4, 3.

מַחֲנֶה com. (foem. Gen. 32, 9.) *castra* Exod. 16, 13. Jud. 7, 11. 13. 1 Sam. 14, 15. 19. 2 Chron. 32, 2. etc. metonymice ipse *exercitus* vel *agmen* (ut Lat. *castra*) Gen. 32, 2. 8. 50, 9. Num. 4, 5. 15. Jud. 4, 15. 16. 2 Sam. 5, 23. etc., etiam *caterva* 2 Reg. 5, 15., imo *acies* ipsa 1 Reg. 22, 34. De *agmine locustarum* dic. Joel. 2, 11., *de grege* pecudum et armentorum Gen. 33, 8. — In regim. מַחֲנֵה Gen. 32, 2. Exod. 14, 19. Num. 2, 3. cum affixo מַחֲנֵהוּ Num. 1, 52. 2 Reg. 5, 15. Plur. a) מַחֲנִים Num. 13, 19. et more Chald. מַחֲנַיִם Cant. 7, 1. (cf. Gesen. Lehrgeb. p. 537.) cum affixo מַחֲנֵיהֶם Num. 5, 3. Jos. 10, 5.; b) מַחֲנוֹת Gen. 32, 7. 10. Num. 2, 17. Ezech. 4, 2. Zach. 14, 15.

מַחֲנַיִם nom. propr. oppidi trans Jordanem in confiniis tribus Gad et Manass. Jos. 13, 29. Gen. 23, 2. Levitis concessi Jos. 21, 36. 2 Sam. 2, 8. 17, 24. al. Huc revocat Ewaldus etiam Cant. 7, 1. מְחֹלַת הַמַּחֲנָיִם *Tänze Machanaims,* sed v. sub מַחֲנֶה.

תַּחֲנוֹת f. *locus, ubi castra ponuntur* 2 Reg. 6, 8.

חָנַט *condivit* a) mortuorum corpora Gen. 50, 2.; b) ficus h. e. maturuit, succo suavi et quasi melle implevit Cant. 2, 13. [Arab. حنط *rubuit, maturuit,* Conj. II. *bonis odoribus condivit mortuum*] cf. Ruperti

Symbol. p. 56. — Infin. constr. חֲנֹט, fut. plur. cum Vau convers. וַיַּחַנְטוּ Gen. l. c.

חֲנֻטִים plur. m. *conditiones, conditurae* Gen. 50, 3.

חִטָּה f. *triticum* dum in folliculis est Exod. 9, 32. Deut. 8, 8. Job. 31, 40.; de חֵלֶב חִטָּה *adipe tritici* (plantae) Ps. 81, 17. 147, 14. et de חֵלֶב כִּלְיוֹת חִטָּה *adipe renum tritici* vid. sub h. vocc. Vulgo ad hanc rad. referunt, ut sit pro חִנְטָה (coll. Arab. حِنْطَة, Chald. חִנְטִין), adeoque *triticum* inde dictum putant, vel quod sit frumentum γλυκάζον et quasi *conditum*, vel a colore *subrufo*; sed possit vox *primitiva* esse. — Plur. חִטִּים *triticum* jam excussum (v. Gesen. Lehrgeb. p. 662.) Gen. 30, 14. Exod. 29, 2. Jud. 6, 11. etc., cum terminatione Chald. חִטִּין Ezech. 4, 9.

חִנְטִין m. plur. Chald. *triticum*, resoluto Dagesch forti in Nun, Esr. 6, 9. 7, 22.

חָנַךְ (propr., ut Aethiop. ሐነከ፡ *sapuit, sensu percepit,* hinc Arab. حنك *intellexit,* Conj. IV. *mente firmum expertumque reddidit* v. Schultens. ad Prov. 22, 6. cf. חֵךְ; Chald. et) Hebr. *instruxit, initiavit* vel a) *aliquem* h. e. primis literarum artiumve praeceptis impertivit, imbuit Prov. 22, 6.; vel b) *aliquid* (ut *domum, templum*) primo nimirum usu. Fut. cum affixo יַחְנְכֶנּוּ Deut. 20, 5.

חָנִיךְ m. *initiatus, peritus, expertus,* plur. חֲנִיכִים, unde cum affixo חֲנִיכָיו *initiatos suos* Gen. 14, 14. h. e. servos usu armorum exercitatos; Jonath. דְּחַנִיךְ לִקְרָבָא.

חֲנוֹךְ (i. q. חָנִיךְ *initiatus, peritus*) 1) filius Caini primogenitus Gen. 4, 17. — 2) pater Methusalae, vivus in coelos translatus Gen. 5, 18 sqq. Hebr. 11, 5. add. Coran. Sur. 19. 57. 58. — 3) filius Rubenis natu maximus Gen. 46, 9. Exod. 6, 14. Num. 26, 5. — 4) filius Midianis Gen. 25, 4. — Lxx. Ἐνὼχ Vulg. *Henoch.*

חֲנֻכָּה f. *initiatio, dedicatio,* ut altaris, muri etc. Neh. 12, 27. Num. 7, 10. 11. 84. 88. 2 Chron. 7, 9. Ps. 30, 1.

חֲנֻכָּה f. Chald. *id.* Dan. 3, 2. 3. 6, 17. Esr. 6, 16.

חֵךְ m. *palatum,* quod, ut apud Latinos, duplici modo dicitur, de instrumento a) *gustus* Job. 12, 11. 34, 3.; b) *vocis* Job. 31, 30. Prov. 8, 7. Hos. 8, 1: אֶל־חִכְּךָ שֹׁפָר *ad palatum* (guttur) pone *buccinam.* Per Syncopen ortum est ex חֵנֶךְ, quo modo Syr. ܚܢܟܐ et Arab. حَنَكٌ *palatum* scribitur, a prima et propria rad. significat. *sapuit, gustavit.* — Cum affixis חִכִּי Job. 6, 30. חִכּוֹ Cant. 5, 16. Job. 20, 13. etc.

חַכָּה f. *hamus* Job. 40, 25. Jes. 19, 8. Habac. 1, 15. sic [dictus, quod piscium *faucibus* (*palato*) infigitur. Al. derivant a rad. Chald. חֲכַךְ *fixit, infixit.*

חֲנָמַל m. Ps. 78, 47. ex auctoritate Judaeorum: *pruina.* Sed al. conf.

نملة *formica*, adjectâ ab initio vocis lit. ח, ut in חֲבַצֶּלֶת quod vide. Copiose de hoc voc. disputavit Bochart. Hieroz. Tom. III. p. 255.

חָנַן *misericors, gratiosus fuit, misertus est, favit,* sq. accus. pers. Exod. 33, 19. Ps. 4, 2. Prov. 14, 31. 19, 17. Mal. 1, 9. rel., it. *gratiose largitus est, gratificatus est,* sq. duplici accus. et rei et pers. Gen. 33, 5. Jud. 21, 22. (Arab. حَنَّ *id.*). — Praet. cum affixo חַנַּנִי Gen. 33, 11., plur. in pausa חָנָּנוּ Thren. 4, 16. Infin. absol. חָנוֹן Jes. 13, 19. Infin. constr. חַנַּן (cum Patach), unde cum affixo et praefixo לַחֲנַנְכֶם Jes. 30, 18. [Sed חַנּוֹת Ps. 77, 10. potius nomen est, vid. infra], imp. cum affixis חָנֵּנִי Ps. 6, 3. 119, 29. חָנֵּנוּ 123, 3. Jes. 33, 2. plur. חָנֻּנִי Job. 19, 21. חָנּוּנוּ Jud. 21, 22. Fut. אָחֹן Exod. 33, 19. תָּחֹן Ps. 59, 6. cum affixo תְּחָנֵּם Deut. 7, 2. pers. 3. more perfecto יֶחֱנַן Am. 5, 15. et defective יָחוֹן Deut. 28, 50. cum Vau convers. וַיָּחָן 2 Reg. 13, 23. cum affixis יְחָנֵּנוּ Ps. 67, 2. 123, 2. יָחְנְךָ (transpositis punctis pro יְחָנְךָ) Gen. 43, 29. Jes. 30, 19., cum Nun epenth. יְחֻנֶּךָּ Num. 6, 25. יְחֻנֶּנּוּ Jes. 27, 11.

Niph. נֵחַן (secunda littera radicali deficiente compensata in prima per Dagesch forte, sed ob primam gutturalem producta vocali brevi in longam) *misericordiâ impertitus est, miseratione dignus fuit.* Praet. 2 pers. foem. נֵחַנְתְּ *misericordiâ impertieris, miseranda eris* (al. iron. *gratiam invenies*) Jer. 22, 23., ubi Cthib habet נֵחַנְתִּי cum Jod paragog.

Pih. Fut. יְחַנֵּן sq. קוֹלוֹ *vocem suam gratam* (jucundam) *reddet* h. e. amice, blande loquetur Prov. 26, 25. — Poel חוֹנֵן 1) *miserari, deplorare* aliquid Ps. 102, 15. — 2) *misereri* alicujus Prov. 14, 21. — Hoph. Fut. יֻחַן *misericordiâ afficitur, misericordiam consequitur* Prov. 21, 10. Jes. 26, 10. — Hithpah. הִתְחַנֵּן *ad misericordiam commovere conatus est,* uno verbo, *deprecatus est, supplicavit, imploravit,* sq. vel לְ vel אֶל vel לִפְנֵי 1 Reg. 8, 59. 9, 3. Esth. 4, 8. Job. 8, 5. 19, 16. Ps. 30, 9. 142, 2. Inf. cum affixo הִתְחַנְנוֹ Gen. 42, 21.

חֲנַן Chald. *misertus est,* unde infin. formae defectivae cum praefixo בְּמִחַן Dan. 4, 24. — Ithpahal Part. מִתְחַנַּן *deprecans, supplicans* Dan. 6, 12.

חֵנַן m. *commiseratio:* unde cum affixo et praefixo לְחֶנְנָהּ *ad commiserationem* vel *commiserationis ejus* Ps. 102, 14. Affixum *objective* sive *passive* intelligendum, sicut in חִנּוֹ Gen. 39, 21. Alii infinitivum Kal esse volunt. V. Gesen. Lehrgeb. p. 347.

חָנָן m. nom. propr. multorum hominum 1 Chron. 8, 23. 38. Jer. 35, 4. Esr. 2, 46. al.

חֲנַנְאֵל nom. propr. turris in moenibus Hierosolymorum, quae non multum a porta ovium dissita fuit Jer. 31, 38. Zach. 14, 10. Neh. 3, 1. rel.

חֲנָנִי nom. propr. 1) filii Hemanis 1 Chron. 25, 4. — 2) prophetae 2 Chron. 16, 7. 1 Reg. 16, 1. — 3) fratris Nehemiae Neh. 1, 2. 7, 2. etc.

חֲנַנְיָה s. חֲנַנְיָהוּ nom. propr. 1) pseudoprophetae, Jeremiae aequalis

Jer. 28, 1 sqq. — 2) socii et comitis Danielis Dan. 1, 6. 7. cui a Nebucadnezare nomen שַׁדְרַךְ impositum est. — 3) aliorum 2 Chron. 26. 11. 1 Chron. 3, 19. Esr. 10, 28. Neh. 3, 8. al. Lxx. Ἀνανίας (Act. 5, 1.).

חַנּוּן m. *misericors, gratiosus* Exod. 22, 26. 2 Chron. 30, 9. Neh. 9, 17. Ps. 86, 15. 111, 4. etc.

חֲנִינָה f. *misericordia, gratia* Jer. 16, 13.

חֵן m. 1) *gratia* h. e. a) *venustas,* ut Prov. 5, 19: יַעֲלַת חֵן *ibex gratiosa;* Nah. 3, 4: זוֹנָה טוֹבַת חֵן *meretrix bona* quod ad *gratiam* attinet h. e. *admodum gratiosa,* venusta; Prov. 22, 11: חֵן שְׂפָתָיו *gratia labiorum* i. e. sermonis suavitas, eloquentia Ps. 45, 3.; Eccles. 10, 12: דִּבְרֵי פִי־חָכָם חֵן *verba oris sapientis gratiosa* sunt, Prov. 3, 22. Hinc per meton. אֶבֶן חֵן *lapis venustus* i. e. *pretiosus* Prov. 17, 8. — b) *favor* Gen. 6, 8. Exod. 3, 21. Num. 11, 11. Deut. 24, 1. Jud. 6, 17. Prov. 22, 1. Solennes formulae sunt: מָצָא חֵן בְּעֵינֵי פְלֹנִי (נָשָׂא Esth. 2, 15. 17.) *favorem alicujus consecutus est* vel adeo *meruit, gratiam iniit apud aliquem* Gen. 18, 3. 32, 6. 39, 4. Exod. 33, 12. 16. 17.; נָתַן חֵן בְּעֵינֵי פְלֹנִי *favorem, gratiam alicujus conciliavit* alicui Exod. 3, 21. 11, 3. 12, 36. etc. — 2) *obsecratio, preces* (v. rad. in Hithp.) Zach. 12, 10. — Cum affixo חִנּוֹ Gen. 39, 21.

חִין m. *gratia, venustas* formae Job. 41, 3. (4) cf. Chald. חֵן, חִינָא. Sed per *opportunitatem,* a rad. Arab. حان *opportunus fuit,* explicat Schultens. in *Comment.* ad Job. 41, 3.

חַנָּה f. 1) *gratia* Ps. 77, 10. — 2) *preces,* unde plur. חַנּוֹתִי (pro חִנּוֹתִי v. Gesen. Lehrgeb. p. 215.) *preces meae* Job. 19, 17., quod tamen alii repetunt a חָנַן i. e. Arab. خن etc. *foetorem emisit,* ut sit: *foeteo, foetori sum;* invito accentu. — 3) nom. propr. matris Samuelis 1 Sam. 1, 2 sqq. 2, 1. Lxx. Ἄννα.

חִנָּם 1) *gratis, gratuito* Gen. 29, 15. Exod. 21, 2. Jes. 52, 3. 2 Sam. 24, 24. — 2) *frustra, incassum* Prov. 1, 17. Mal. 1, 10., אֶל־חִנָּם *id.* Ezech. 6, 10. — 3) *sine caussa, temere, immerito* 1 Sam. 19, 5. Thren. 3, 52., hinc קִלְלַת חִנָּם *maledictio immerita* Prov. 26, 2. דְּמֵי־חִנָּם *caedes temere commissa* 1 Reg. 2, 31. (cf. de hac verborum structura Gesen. Lehrgeb. p. 827. add. Vechneri Hellenolex. L. I. P. II. c. 12.).

תַּחֲנוּן m. (verbale ex Conj. Pihel v. Gesen. Lehrgeb. p. 498.) *misericordiae imploratio, deprecatio.* Plur. a) תַּחֲנוּנִים Prov. 18, 23. Job. 40, 27. Jer. 31, 9., in regim. תַּחֲנוּנֵי 2 Chron. 6, 21. Jer. 3, 21. cum affixo תַּחֲנוּנֵינוּ Dan. 9, 18. etc. b) תַּחֲנוּנוֹת, unde cum affixo תַּחֲנוּנוֹתַי Ps. 86, 6.

תְּחִנָּה f. 1) *gratia, misericordia* Jos. 11, 20. Esr. 9, 8. — 2) *deprecatio, obsecratio* Ps. 6, 10. 55, 2. 1 Reg. 8, 30. 52. Jer. 37, 20. 42, 9. Plur. תְּחִנּוֹת, cum affixo תְּחִנּוֹתֵיהֶם 2 Chron. 6, 39. — הִפִּיל תְּחִנָּה proprie *libellum supplicem deposuit* (ad scabellum pedum regis), deinde *deprecatus est, supplices preces fudit,* phrasis maxime Jerem. et Dan. frequentata Dan. 9, 20. Jer. 36, 7. 37, 20. 38, 26.

חָנֵס Jes. 30, 4. urbs Aegypti mediae *Hnes, Hnas,* ϨⲚⲈⲤ, ϨⲚⲎⲤ, Arab. اهناس, Graece Ἡρακλέους πόλις (Ἄνυσις Herodot. 2, 137.) dicta

cf. Champollion l'Egypte sous les Pharaons I, p. 309 sqq. Gesen. ad Jes. l. c.

חָנֵף (Jer. 23, 11.) 1) *profanatus* (contaminatus) *est* Ps. 106, 38. Jes. 24, 5. (de terra israelit.), transit. *profanavit* Jer. 3, 9 (de terra israel.). — 2) *profane egit, impius fuit* Jer. 23, 11. (coll. Syr. ܚܢܦܐ *impius, gentilis,* Aeth. ሐንፍ *haereticus* v. omn. Gatacker Advers. misc. posth. c. 22.). — Fut. תֶּחֱנַף Jer. 3, 1. — Hiph. הֶחֱנִיף *profanavit* Jer 3, 2. Num. 35, 33., it. *ad impietatem* (defectionem a cultu Jovae) *induxit* Dan. 11, 32.

חָנֵף m. *profanus, impius, scelestus* (ut Arab. حَانِفٌ) Job. 8, 13. 13, 16. Prov. 11, 9. Jes. 9, 16. etc. Plur. חֲנֵפִים Jes. 33, 14. in regim. חַנְפֵי Ps. 35, 16. Job. 36, 13.

חֹנֶף m. *impietas* Jes. 32, 6.

חֲנֻפָּה f. *id.* Jer. 23, 15.

חָנַק *strangulavit, suffocavit* (ut Arab. خَنَقَ et Syr. ܚܢܩ), in Kal inusit., in Niph. fut. יֵחָנֵק, unde cum Vau convers. in pausa וַיֵּחָנַק *et strangulavit se* (significatione *reciproca,* ut alibi in Niphal saepius) 2 Sam. 17, 23. — Pih. part. מְחַנֵּק *strangulans, suffocans* (leonem) Nah. 2, 13.

מַחֲנָק m. *strangulatio, suffocatio* Job. 7, 15.

חָסַד in Kal inusit., sed videtur tamen significasse: *benignus, humanus fuit.* Pihel חִסֵּד *turpitudine* sive *probro affecit* (ex significatione hujus Conjug. *privativa* v. Gesen. Lehrgeb. p. 241.) Syr. ܚܣܕܐ *probrum, dedecus,* et ܚܣܕ *contumelia affecit;* unde fut. cum affixo יְחַסֶּדְךָ Prov. 25, 10. — Ex prima notione est Hithpahel הִתְחַסֵּד *misericordem se exhibuit,* unde fut. תִּתְחַסָּד *misericordem te exhibes,* aliis *sanctum te exhibes* (v. חָסִיד) 2 Sam. 22, 26. Ps. 18, 26.

חֶסֶד m. 1) *caritas, benignitas, gratia* (Lxx. plerumque ἔλεος), et quidem a) hominum α) *humanitas, gratia* erga alios Ruth. 3, 10. Job. 6, 14. 2 Sam. 10, 2. Gen. 21, 23., spec. *beneficentia* Prov. 21, 21. 31, 26. Solennis form. est עָשָׂה חֶסֶד עִם פּ׳ *benignum se exhibere alicui* Gen. 20, 13. 2 Sam. 3, 8. 2 Chron. 24, 22., sq. אֵת Zach. 7, 9., sq. עַל 1 Sam. 20, 8.; adde עָלָיו הִטָּה חֶסֶד לִפְנֵי פ׳ alicui *conciliavit gratiam alicujus* Esr. 7, 28., וַיִּתֵּן הָאֱלֹהִים אֶת־דָּנִיֵּאל לְחֶסֶד *fecit Deus, ut Dan. gratiam, favorem consequeretur* Dan. 1, 9.; — β) *pietas* in Deum Jes. 57, 1. v. infra חָסִיד. — b) Dei erga homines: *gratia* Ps. 25, 10. 57, 4. 61, 8. (ubi c. אֱמֶת copulatur), Ps. 89, 2. 50. 5, 8. 36, 6. 48, 10. al.; hinc עָשָׂה חֶסֶד עִם פּ׳ Gen. 24, 12. 14., vel sq. לְ Exod. 20, 6. Deut. 5, 10.; נָטָה חֶסֶד אֶל פּ׳ Gen. 39, 21. *gratia, favore amplecti.* — Meton. appellatur Jova חַסְדִּי (*fautor, benefactor*) Ps. 144, 2. Jon. 2, 9. [Arab. حَشَدَ frequentatur de *confluxu lactis ad ubera,* deinde de *ubertate bonitatis* et *caritatis,* adeoque *pietate,* στοργῇ, v. Alb. Schultens. ad Prov. 25, 10.]. — 2) *gratia* i. e. *decus, gloria* Jes. 40, 6. (ubi Lxx. et hos secutus

Petrus Epist. I, 1, 24. per δόξαν reddunt). — 3) *turpitudo, probrum, turpiter factum, flagitium* (conf. Syr.), *incestus* Levit. 20, 17. Job. 6, 14. Prov. 14, 34.

Cum affixo חַסְדּוֹ Gen. 24, 27. Ruth. 2, 20. sic sec. Cthib Ps. 59, 11. (ubi Kri habet חַסְדִּי). Plur. חֲסָדִים de *benignitate* Dei, quae *multiplex* est Gen. 32, 10., in regim. חַסְדֵי Ps. 89, 2. Jes. 55, 3. 2 Chron. 6, 42. (ubi חַסְדֵי דָוִיד sunt *benignitatis documenta, beneficia Davidi promissa*), cum affixo חֲסָדֶיךָ Ps. 17, 7. 89, 50. etc.

חָסִיד m. 1) *misericors, benignus* Jer. 3, 12. Ps. 145, 17. — 2) *pius* (erga Deum), *sanctus* Ps. 4, 4. 12, 2., adeoque ut in aliis nominibus affectuum forma passiva active sumitur. Cum affixo in pausa חֲסִידֶךָ Deut. 33, 8. Ps. 89, 20. et sec. Kri Ps. 16, 10. (ubi Cthib habet חֲסִידֶיךָ *sancti tui*), plur. חֲסִידִים Ps. 149, 1. 5. cum affixo חֲסִידָיו Ps. 30, 5. 37, 28. et sine Jod חֲסִידָו 1 Sam. 2, 9. Prov. 2, 8. etc. — Conf. de h. nomine GATAKERI *Adversar. miscell.* L. II. c. 9.

חֲסִידָה f. *ciconia* Levit. 11, 19. Deut. 14, 18. Jer. 8, 7. Zach. 5, 9. Ps. 104, 17. Job. 39, 13. dicta ab *amore* et *pietate* in pullos (PLIN. H. N. X, 28. AELIAN. Animall. III, 23. X, 26.), Romanis *avis pia*, PETRONIO *pietaticultrix:* unde Graec. ἀντιπελαργεῖν v. BOCHARTI *Hieroz.* Tom. III, p. 85 sqq. Alii *ardeam* intelligunt ex auctoritate veterum interpretum fere omnium, alii *milvum* v. MICHAEL. in *Suppl.* p. 857.

חָסָה 1) *confugit, recepit se* in tutelam et clientelam, sq. בְּצֵל פּ *sub umbram alic.* Jud. 9, 15. Jes. 30, 2. vel בְּצֵל כְּנָפֵי (יְהוָה) *sub umbram alarum (Jovae)* Ps. 57, 2. 61, 5. coll. 17, 8. — hinc 2) *fiduciam reposuit in aliquo* (Jova), *confisus* est, sq. בְּ 2 Sam. 22, 31. Nah. 1, 7. Ps. 118, 8. Jes. 57, 13. rel. Sed paullo aliter Prov. 14, 32. חֹסֶה בְמוֹתוֹ צַדִּיק *confidit* Deo *in morte sua* h. e. quando mors subeunda est *pius*, ad quem l. vid. DATHIUS. [Sunt, qui conferant حَاشِيَةٌ *limbus, ora vestis,* ut חסה proprie significet *lacinia vestis apprehensa se in alicujus clientelam et tutelam tradidit,* qui mos viguit apud Orientales, inde *cliens* et *assecla* is est, qui se velut sub laciniam alamve patroni recipit, v. ALB. SCHULTENS. ad *consessus Haririi* p. 58. et *Consess.* 27. p. 271.]. — Praet. foem. חָסָיָה (tertia radicali ה mutata in Jod, ob accentum ministrum irregulariter retrocedentem, quod alias in pausa fieri solet) pro חָסְתָה Ps. 57, 2.; sic in plur. חָסָיוּ Deut. 32, 37. pro חָסוּ Ps. 37, 40., ubi tonus retractus est ob vicinitatem sequentis (v. GESEN. Lehrgeb. p. 175.). Fut. אֶחֱסֶה 2 Sam. 22, 2. et אֶחְסֶה Ps. 57, 2. תֶּחְסֶה 91, 4. יֶחֱסֶה 34, 9., plur. in pausa et cum Nun paragog. יֶחֱסָיוּן Ps. 36, 8.

חָסוּת f. *refugium, fiducia* Jes. 30, 3.

מַחְסֶה et מַחֲסֶה m. *id, in quo confiditur* vel *ad quod confugitur: refugium* Job. 24, 8. Ps. 46, 2. Prov. 14, 26. Jes. 4, 6. etc. in regim. מַחְסֵה Jes. 28, 17. cum affixis מַחְסִי Ps. 62, 8. 71, 7. Jer. 17, 17. מַחְסֵהוּ Ps. 14, 6.

חָסַל *consumsit, absumsit* (Chald. *id.*, Sab. et Samar. *consumtus est*). Fut. cum affixo et Nun epenth. יַחְסְלֶנּוּ Deut. 28, 38.

חָסִיל m. locustae species, *bruchus* (cf. Michaelis *Suppl.* p. 862.; Oedmanno tamen est *cimex Aegyptius* Linnei; *gryllus verrucivorus* Linnei Tychsenio ad *Ignatii de Asso y del Rio librum de locustis*) Ps. 78, 46. cf. 1 Reg. 8, 37. Jes. 33, 4. Joël. 1, 4. 2, 25. Nomen deducunt ab *absumendo,* ut Graec. *βροῦχος* vel *βροῦκος* dicitur a *βρύκειν devorare, et μάσταξ* a *μασᾶσθαι mandere,* vid. Bocharti *Hieroz.* Tom. III, p. 256. et conf. rad. חסל de *locusta* Deut. 28, 38. nec non synon. אכל de חָסִיל Joël. 1, 4. 2, 25.

חָסַם *obturavit* os (*capistravit*) Deut. 25, 4. vel nares (foetore) Ezech. 39, 11. (coll. حزم *colligavit, constrinxit,* et خزم *perforavit narium isthmum et annulum trajecit*) Fut. יַחְסֹם Deut. l. c.

מַחְסוֹם m. *capistrum,* quo os *obturatur* Ps. 39, 2.

חָסַן Duplex est radix: I) *fortis, robustus fuit* (Chald. et Syr. ܚܣܢ *id.,* unde Arab. خَشِنٌ *asper, durus moribus, fortis in bello*) v. deriv. — II) *recondidit* (Arab. خزن *recondidit in horreo,* unde مَخْزَن *horreum,* Magazin). Niph. fut. יֵחָסֵן *recondetur* Jes. 23, 18.

חֲסַן Chald. *firmus, robustus fuit vel factus est,* Aphel אַחְסֵן firmiter *tenuit, possedit* (cf. hebr. הֶחֱזִיק). Praet. plur. הֶחְסִנוּ (a הֶחְסִין, forma hebr. v. Winer. Grammat. Chald. p. 36.) Dan. 7, 22. Fut. plur. יַחְסְנוּן Dan. 7, 18.

חָסֹן m. *fortis, robustus* Jes. 1, 31. Am. 2, 9. (ex rad. signif. prima).

חֲסִין *id.* Ps. 89, 9.

חֹסֶן m. *possessio, opes, thesaurus* (a خزن) Prov. 15, 6. 27, 24. Jes. 33, 6. Jer. 20, 5. Ezech. 22, 25.

חֲסַן m. Chald. *robur, potentia,* in statu emphat. חִסְנָא Dan. 2, 37. cum affixo חִסְנִי Dan. 4, 27.

חָסַף radix Hebraeis inusitata, Syr. ܐܬܚܣܦ *asper factus est,* Arab. خزف, unde خَزَفٌ *testa, squama.* Hinc oriuntur:

חֲסַף m. Chald. *vas fictile, testa* Dan. 2, 33. 41. 42. 43. in statu emphat. חַסְפָּא Dan. 2, 34. 35. 43. 45.

מְחֻסְפָּס m. *squamatus, squamis similis* Exod. 16, 14 (de *manna*), part. verbi quadril. חִסְפֵּס. Al. conf. Arab. خَشَفٌ et خِشْفٌ *nix asperior leviterque concreta,* ita ut מחספס sit: *concrescens nivis in morem, schneeförmig;* haud inepte: v. Michael. Suppl. p. 869. et Rosenmueller. ad h. l.

חָסֵר 1) *indiguit;* dicitur vel absolute h. e. *inopia laboravit* Ps. 23, 1. Prov. 25. — vel. sq. accus. *aliqua re caruit, destitutus fuit* Deut. 2, 7. Ps. 34, 11. Neh. 9, 21. — 2) *defecit* h. e. a) *imminutus est* Gen. 8, 3. 5. 1 Reg. 17, 14.; b) *defuit* Deut. 15, 8. Ezech. 4, 17. Eccles. 9, 8. sq.

ּ pers. (Arab. خسر *jacturam fecit, damnum passus est*, Syr. ܚܣܰܪ *id.*). — Praet. plur. חָסֵרוּ (in pausa) Neh. 9, 21. Infin. absol. חָסוֹר Gen. 8, 5. Fut. יֶחְסַר Prov. 31, 11. תֶּחְסַר 13, 25. Plur. יַחְסְרוּ Ps. 34, 11.

Pih. חִסֵּר *carere fecit* Ps. 8, 6: וַתְּחַסְּרֵהוּ מְעַט מֵאֱלֹהִים *carere fecisti eum* (hominem) *parum prae Deo* h. e. non multo inferiorem fecisti eum Deo; Eccles. 4, 8: מְחַסֵּר אֶת־נַפְשִׁי מִטּוֹבָה (cur) *ego carere faciam animam meam bonis* hujus vitae? — Hiph. הֶחְסִיר vel intrans. *indiguit, inopia laboravit* Exod. 16, 18. vel transit. *subtraxit, privavit* Jes. 32, 6.

חָסֵר m. 1) *carens, indigens, destitutus*, 1 Reg. 11, 22: מָה אַתָּה חָסֵר *qua re indiges*, quid tibi deest; חֲסַר לָחֶם *pane (cibo) destitutus* 2 Sam. 3, 29., חֲסַר לֵב *vecors* Prov. 6, 32. (subst. *vecordia* 10, 21.); sq. מִן Eccles. 6, 2. (ܣܪܺܝܩ *vacuus, expers, destitutus*). — 2) חֲסַר לֵב *vecordia* Eccles. 10, 3.

חֶסֶר m. *defectus, inopia* Prov. 28, 22. Job. 30, 3.

חֹסֶר m. *id.* Deut. 2, 48. 57. Am. 4, 6.

חַסִּיר m. Chald. *cui aliquid* (ponderis) *deest, justo levior* Dan. 5, 27.

חֶסְרוֹן m. *defectus* Eccles. 1, 15.

מַחְסוֹר m. 1) *egestas* Ps. 34, 10. Prov. 11, 24. — 2) *defectus, penuria* alicujus rei Jud. 19, 19: אֵין מַחְסוֹר כָּל־דָּבָר *non est defectus ullius rei*, 18, 10. — Cum affixo מַחְסֹרוֹ Deut. 15, 8. Plur. מַחְסֹרִים cum affixo מַחְסֹרֶיךָ Prov. 24, 34.

חָפָא v. sq. חָפָה.

חָפָה *texit, obtexit, operuit* (Arab. خفى *occultavit*, Syr. ܚܦܳܐ *operuit*) Jer. 14, 4. 2 Sam. 15, 30 (caput), Esth. 7, 8 (faciem). Part. Pahul חָפוּי *tectus, opertus* 2 Sam. 15, 30., in regim. חֲפוּי Esth. 6, 12. — Pih. חִפָּה *obduxit* auro, argento 2 Chron. 3, 5. 9., sq. dupl. accus.; fut. per apocopen וַיְחַף 2 Chron. 3, 7., cum affixo וַיְחַפֵּהוּ 2 Chron. 3, 5. 8. Sed וַיְחַפְּאוּ (mutata tertia radicali ה in א) 2 Reg. 17, 9. est vel *clam mussitarunt* (pr. occultarunt verba), vel *verbis* indignis *contenderunt*, a rad. حفى in Conj. III. *contendit verbis*. — [חֻפָּה Jes. 4, 5. v. infra sub חפף]. — Niph. נֶחְפָּה *obductus est* (argento) Ps. 68, 14.

חָפַז 1) *trepidavit* Deut. 20, 3. Ps. 31, 23. 116, 11. — 2) *trepide festinavit* 2 Reg. 7, 15., *praecipitanter* et *festinanter abiit, se abripuit* 2 Sam. 4, 4. Job 40, 23. (Arab. حفز *trusit, impulit*, hinc إحتفز *celeriter erupit*). — Fut. יַחְפֹּז Job. 40, 23.

Niph. נֶחְפַּז *in fugam conjectus est, fugit* Ps. 104, 7. 48, 6., *festinavit* 1 Sam. 23, 27.

חִפָּזוֹן m. *festinatio* magna, *fuga* (Arab. حفز *festinatio, celeritas*) Exod. 12, 11. Deut. 16, 3. Jes. 52, 12.

חֹפֶן m. *pugnus* i. e. manus contracta, qua aliquid *capimus* et *tenemus* (ܚܘܦܢܐ et חָפְנָא, Arab. حفن *pugnus*, unde حفن *dualus manibus excepit aliquid*). Occurrit in solo Duali חָפְנַיִם *uterque pugnus* h. e. *mensura duarum manuum junctarum* Eccles. 4, 6. in regim. חָפְנֵי Ezech. 10, 7. cum affixis חָפְנָיו Levit. 16, 12. Prov. 30, 4. חָפְנֵיכֶם Exod. 9, 8.

חָפַף I) *circumdedit*, hinc *texit*, *protexit*, sq. עַל Deut. 33, 12. (Arab. حفّ *circumivit, operuit, cinxit veste*). — II) Chald. et Arab. حفّ i. q. *fricuit, detersit, lavit, lavando purgavit* (Syr. חוף). Inde oriuntur חוֹף, חַף.

חוֹף m. (cum Cholem pleno) *littus*, sic dictum, quod fluctibus *fricatur* et *abluitur* v. חָפַף n. 2. (coll. גָּדָה, et Syr. ܣܦܪܐ a ܣܦܪ Pa. *rasit, totondit*) Gen. 49, 13. Deut. 1, 7. Jos. 9, 1. Jud. 5, 17. Jer. 47, 7. Ezech. 25, 15.

חַף m. *tersus, mundus* (sensu ethico) Job. 33, 9.

חֻפָּה f. 1) *obtectio, protectio* Jes. 4, 5: עַל כָּל־כָּבוֹד חֻפָּה *super omni gloria protectio* erit i. e. omne, quod honestum et laudabile est, tuebitur Deus. — 2) *thalamus nuptialis* vel *lectus*, quo sponsus et sponsa *teguntur*. Cum affixis חֻפָּתוֹ Ps. 19, 6., חֻפָּתָהּ Joël. 2, 16.

חָפֵץ gener. *flexit*, ut Arab. حفض, quo sensu radix hebr. occurrit Job. 40, 17., special. *flexit animum* ejusque *voluntatem*, *desiderium*, *favorem* etc. ad aliquid (sicut Lat. *flectere animum* de *voluntate* et *propensione animi* dicitur); hinc a) *voluit*, vel absolute Cant. 2, 7. עַד שֶׁתֶּחְפָּץ *donec ipsa voluerit, donec ipsi libuerit*, 3, 5. — vel sq. infin. Job. 13, 3. Ruth 3, 13. Deut. 25, 8. Jes. 53, 10. Job. 33, 32. חָפַצְתִּי צַדְּקֶךָּ *cupio, velim te justum declarare*. — b) sq. בְּ Gen. 34, 19. Num. 14, 8. Jes. 66, 3. Ezech. 33, 11., vel accus. Mich. 7, 18. Ps. 51, 21. *delectatus, oblectatus est* aliquo (bene cupiit alicui) vel aliqua re conf. v. Scheidii *Observv. grammat. ad Ps.* 1. p. 58. Alb. Schultens. in *Clav. dial.* p. 272. ad Job. p. 1166. ad Prov. p. 244. — Praet. 3 pers. foem. in pausa חָפֵצָה Jes. 66, 3. Fut. יַחְפֹּץ Job. 40, 17. Esth. 6, 6. Prov. 18, 2. et יֶחְפָּץ Ps. 37, 23.; sic foem. תֶּחְפַּץ Cant. 3, 5. 8, 4. plur. in pausa יֶחְפָּצוּ Ps. 68, 31. et simul cum Nun paragog. יֶחְפָּצוּן Jes. 58, 2.

חָפֵץ m. *volens, cupiens* 1 Reg. 13, 33.; saepe ponitur pro verbo חפץ vel absolute 1 Reg. 21, 6: אִם חָפֵץ אַתָּה *si vis, si libet*, vel constr. c. accus. Ps. 5, 5: לֹא אֵל חָ׳ רֶשַׁע *non delectatur Deus improbitate* Ps. 34, 13. Mal. 3, 1: אֲשֶׁר אַתֶּם חֲפֵצִים *quem* (nuntium) *vos cupitis, desideratis*. Plur. in regim. חֲפֵצֵי Ps. 35, 27. 40, 15. 70, 3. Foem. בְּנֶפֶשׁ חֲפֵצָה *lubenti animo* 1 Chron. 28, 9.

חֵפֶץ m. *voluntas, desiderium* Job. 31, 16. *oblectatio* sq. בְּ 1 Sam. 18, 25. Jer. 22, 28. Mal. 1, 10. etc.; Jes. 54, 12: אַבְנֵי חֵפֶץ *lapides desiderii* h. e. pretiosi (cf. supra חָמַד); — metonymice *res, in quam vo-*

luntas et desiderium fertur, qua quis delectatur 1 Reg. 10, 13. Jes. 44, 28. coll. 53, 10: כָּל־חֶפְצִי יַשְׁלִם *omne quod volo*, decrevi, *perficiet*; 58, 3. מְצָא חֵפֶץ. — Hinc est, quod apud Salomonem gener. pro *negotio* sive *studio* sumitur Eccles. 3, 17. 5, 7. 8. 8, 10., sicut Syr. צבותא *voluntas* passim pro *re* usurpatur. Eo Schultens. et Umbreit. referunt etiam Job. 21, 21. Cum affixis חֶפְצִי Ps. 16, 3. 9, 11. Plur. חֲפָצִים *delectationes* Ps. 111, 2.; it. *deliciae, res expetendae, desiderabiles* Prov. 8, 11. cum affixis חֲפָצֶיךָ Prov. 3, 15. et sine Jod Jes. 58, 13.

חָפַר Duplex est radix: 1) *fodit, effodit* (Arab. حَفَرَ, Syr. ܚܦܰܪ) Gen. 21, 30. 26, 32. Jer. 13, 7. Job. 39, 21 (24): יַחְפְּרוּ בָעֵמֶק *fodiunt* (equi) *in campo* h. e. pugnae amore incensi ungulis terunt, quatiunt campum (Virg. Geo. 3, 87 sq., Arab. حافر absol. ponitur pro *ungula equina*); hinc *foveam fodere* de insidiis Eccles. 10, 8. et omisso voc. שַׁחַת Ps. 35, 7. — metaphorice *quaesivit, speculatus est* (praedam), *inquisivit* Job. 39, 32., *exploravit* (terram) Deut. 1, 22. [Verba *fodiendi* et *findendi* passim ad *inquisitionem* et *explorationem* referuntur, ut Lat. *eruo*, Graec. σκάλλω apud Lxx. Ps. 76, 6. ἀνασκαλεύω etc. vid. pluribus Simon. *Arcan. Form Hebr.* p. 62. 235. 618.]. Fut. יַחְפֹּר Gen. 26, 18.

II) חָפֵר (Ps. 71, 24.) *erubuit, pudore suffusus est* h. e. *spe frustratus est* (Arab. خَفَرَ) Ps. 35, 4. 40, 15. 70, 3. 83, 18. Job. 11, 18: חָפַרְתָּ לָבֶטַח תִּשְׁכָּב quanquam nunc *pudore suffusus es*, tamen *tuto quiesces*. Fut. יֶחְפַּר Jer. 1, 29., sed plur. יֶחְפָּרוּ in pausa Ps. 34, 6. — Hiph. הֶחְפִּיר 1) *ignominia, probro affecit*, q. d. *pudere fecit* Prov. 19, 27. 13, 5. — 2) intransitive: *erubuit, pudore suffusus est* Jes. 54, 4., etiam trop. de monte Libano Jes. 33, 9.

חֵפֶר (propr. *fovea, puteus*) nom. propr. 1) filii Gileadis Num. 26, 32. 27, 1. et aliorum 1 Chron. 11, 36. 4, 6., unde patron. חֶפְרִי Num. 26, 32. — 2) civitatis cananiticae Jos. 12, 17. 1 Reg. 4, 10.

חֲפַר־פֵּרוֹת Jes. 2, 20., si disjunctim scribitur, significat vel *effossionem* h. e. foramem *murium* (coll. فَأْر et فَار *mus*), vel *fossorem frugum* (coll. פְּרִי). Sed videtur potius *una* vox esse, efficta illa ad speciem Conjug. Pehalhal (סְחַרְחַר, חֲפַרְפַּר) pr. *fossor* (perpetuus) h. e. *talpa*, ut interpretatus est Hieron. v. Bochart. Hieroz. Tom. II, p. 448 sqq.

חֲפָרַיִם nom. propr. oppidi in tribu Isscharitica Jos. 19, 19.

חָפְרַע rex Aegypti, Zedekiae et Nebucadnezaris aequalis Jer. 37, 5. 7. Ezech. 29, 3.; Herodoto (2, 161. 4, 159.) et Diodoro Sic. (1, 68.) appellatur Ἀπρίης v. Gesen. Comment. in Jes. p. 599. Esse voc. aegypt. dubitari nequit et Jablonskius quidem (Opusc. ed. te Water. I, p. 444.) conf. ΟΥΗΒ ΦΡΗ h. e. *sacerdos solis*.

חָפַשׁ Arab. خَفَشَ *jecit*, Conj. II. *humi prostravit* (vid. חפשׂ); it. *infirmus, imbecillis fuit*. Ab hac posteriore significatione repetunt Hebr. חָפְשָׁה *liberum dimisit, libertate donavit* q. d. debilem declaravit, Pyh. *libertate donatus, manu missus est* Levit. 19, 20. Sed rectius potest *libertatis* notio a *confluendo, in cursum se effundendo* (coll. Arab. حفش) derivari v. supra דְּרוֹר.

הֹפֶשׁ m. q. d. *stratio, instratio,* unde בִּגְדֵי חֹפֶשׁ *tapetia substrata, stragulae substratae* Ezech. 27, 20.; sequitur לְרִכְבָּה *ad equitandum.* Cognatum est חֵבֶשׁ *instratio* a חָבַשׁ *instravit.*

חֻפְשָׁה f. *libertas* Levit. 19, 20.

חָפְשִׁי m. (cum terminatione quasi *gentilitia*): 1) *liber* (manu missus) opp. *servo* Exod. 21, 2. 5. 26. 27. Deut. 15, 12. 13. 18. Job. 3, 19. Jer. 34, 9.; latius patere videtur Jes. 58, 6. ad q. l. v. interprett; — metaphorice de onagro, qui libere vagatur Job. 39, 5. — 2) *immunis* 1 Sam. 17, 25. — 3) *debilis, imbecillis,* q. *prostratus* (v. sub rad.) Ps. 88, 6. cf. Ikenius in *Dissertt. philol. theol.* II, p. 184. — Plur. חָפְשִׁים Jer. l. c.

חָפְשׁוּת f. secundum Cthib 2 Chron. 26, 21. (sed Kri habet חָפְשִׁית, ut 2 Reg. 15, 5.) *status infirmitatis, morbus,* unde בֵּית חָפְשִׁית *domus infirmitatis, nosocomium leprosorum* conf. Iken. l. c. et Michaelis in *Suppl.* 884.

חָפַשׂ *scrutatus est, investigavit* (mente) Prov. 2, 4., *exploravit* (mores suos) Thren. 3, 40., et in malam partem *excogitavit* (concinnavit) scelera Ps. 64, 7. (Chald. et Samar. *fodit,* a fodiendo *scrutatus est*). Fut. יַחְפֹּשׂ. — Niph. praet. plur. נֶחְפְּשׂוּ *pervestigati sunt* Obad. 6.

Pih. חִפֵּשׂ (accurate) *quaesivit, investigavit, scrutatus est,* vel proprie 2 Reg. 10, 23. 1 Sam. 23, 23., vel translate Ps. 77, 7 (mente). — Pyh. חֻפַּשׂ 1) *accurate quaesitus, investigatus* h. e. *excogitatus est* Ps. 64, 7. — 2) *quaeri se passus est* h. e. *occultavit se* Prov. 28, 12. — Hithpah. הִתְחַפֵּשׂ pr. (*quaeri se passus est* h. e.) *se ipsum occultavit* i. e. *aliam speciem induit, alium se simulavit* (maxime vestibus mutandis) 1 Reg. 20, 38. 22, 30. 1 Sam. 28, 8.; 2 Chron. 35, 22; — hinc gener. *mutavit se* Job. 30, 18. בְּרָב־כֹּחַ יִתְחַפֵּשׂ לְבוּשִׁי vel; *summa vehementiâ mutat se* (dolor) *in vestem meam* (h. e. undique cingit, premit me tanquam vestis), vel: *summo* (Dei) *robore mutavit se* (aliam formam sumsit) *vestis mea* i. e. sors, fortuna mea v. Rosenmueller. ad h. l. *Hoc* cum Umbreitio praeferendum censemus.

חֵפֶשׂ m. *id, quod quis investigavit, excogitavit: inventum* Ps. 64, 7.

חָצַב *cecîdit* (ligna, lapides — *hauen und behauen,* dolare) Jes. 10, 15. 1 Chron. 22, 2. Prov. 9, 1., *excîdit* (torcularia, cisternas) Jes. 5, 2. Deut. 6, 11. Neh. 9, 25., *incîdit* (v. Niph.); trop. קוֹל יְהוָה חֹצֵב לַהֲבוֹת אֵשׁ *vox dei* (tonitru) *caedit,* findit *igneas flammas* h. e. fulmina fissa et quasi intercisa spargit Ps. 29, 7.; חָצַבְתִּי בַּנְּבִיאִים *dolavi* (eos) *per prophetas* h. e. pertractavi eorum animos, studui eos ad meliorem frugem reducere (fere ut nostrates dicunt: *ich habe sie bearbeitet*) Hos. 6, 5. (al. cecîdi h. e. delevi v. Hiph.); Arab. حطب *lignari, ligna caedere.* — Part. praes. חֹצֵב *caedens,* subst. *lapicida* 1 Reg. 5, 15. 2 Chron. 2, 1. 17. cum Jod parag. חֹצְבִי Jes. 22, 16. plur. חֹצְבִים Esr. 3, 7. 1 Chron. 22, 2. 15. — Infin. cum ל, לַחְצֹב Jer. 2, 13. Fut. יַחְצֹב Deut. 8, 9.

Niph. *incisus est* Job. 19, 24. — Pyh. praet. plur. חֻצַּבְתֶּם *excisi estis* i. e. *formati estis* Jes. 51, 1., conf. de verbis *excidendi* seu *for-*

mandi dictis Simonis *Arcan. Form. Hebr.* p. 112. — Hiph. הֶחְצִיב *excīdit* h. e. *delevit* Jes. 51, 9.

מַחְצֵב m. *caesio, excisio artificiosa* (lapidum) 2 Reg. 12, 13. 22, 6. 2 Chron. 24, 11.

חצה (Arab. خضى) pr. 1) *dimidiavit, in duas partes divisit* Exod. 21, 35. sq. בֵּין־בֵּין Num. 31, 27. 42.; ח׳ לִשְׁנֵי מַחֲנוֹת *div. in duo agmina* Gen. 32, 8. Jes. 30, 28.; praegn. עַד צַוָּאר יֶחֱצֶה *ad collum dimidiat* (flumen) h. e. ad collum perveniens aqua in duas quasi partes dissecat hominem; Ps. 55, 24. *non dimidiabunt dies vitae suae* h. e. non attingent dimidiam vitae partem. — 2) *divisit, partitus est* Jud. 7, 16. 9, 43. (in tria agmina) Job. 40, 30 (25). Fut. apoc. וַיַּחַץ Gen. 32, 7.

Niph. 1) *dimidiatus est* Ezech. 37, 22. — 2) *divisus est, se divisit* 2 Reg. 2, 8. 14. Dan. 11, 4., ubi Fut. per apocop. תֵּחָץ (ex תֵּחָצֶה).

חֲצִי m. 1) *dimidium, dimidia pars* Exod. 24, 6. 12. Num. 12, 12. Jos. 22, 13. 15. — 2) *medium*, עַד חֲצִי הַלַּיְלָה *ad mediam usque noctem* Jud. 16, 3. — In pausa חֵצִי Exod. 25, 10. 17. 23. 37, 1. 6. 2 Sam. 10, 4. 1 Reg. 10, 7. etc. cum affixis חֶצְיוֹ Exod. 38, 4. Jos. 8, 33. Jes. 44, 16. 19. חֶצְיָם Neh. 4, 10. 14. Zach. 14, 8. etc. Aliud v. sub חצץ.

חֲצוֹת foem. sing. *medium* Exod. 11, 4. Ps. 119, 62. Job. 34, 20. Proprie est infinit. nominascens.

מֶחֱצָה f. *dimidium, dimidia pars* Num. 31, 36., in regim. מֶחֱצַת Num. 31, 43.

מַחֲצִית f. 1) *id.* Exod. 30, 13. 15. Num. 31, 30. 42. 47. Jos. 21, 25. etc. — 2) *medium* Neh. 8, 3. עַד מַ׳ הַיּוֹם usque *ad mediam diem* h. e. *ad meridiem* (*medidiem* v. Cic. Orat. 47).

חֹצֶן et **חֹצֶן** m. *sinus* Jes. 49, 22., quo res *gestamus* et *fovemus*, ut Arab. حِضْن, cujus radix حضن notat *fovit, in ulnas cepit, amplexus est*. Inde cum affixo est חִצְנוֹ Ps. 129, 7. et חָצְנִי Neh. 5, 13.

חֲצַף Chald. *durus, rigidus, obfirmatus fuit*. Inde est Aphel אַחְצֵף *obfirmavit, durum, rigidum fecit*; part. praet. foem. מְהַחְצְפָה *dura* (de *lege*) Dan. 2, 15. et exclusa praeformante ה, מְחַצְפָה (de *mandato*) Dan. 3, 22. Alii exponunt *urgens, festinans*, coll. rad. Arab. in Conj. IV. *velociter ivit, cucurrit, celeriter incessit*, quocum convenit Arab. قصف *trusit, impulit, ursit*.

חָצַץ (pr. *secuit*) *partitus est, divisit, se divisit* (Arab. حَصَّ Conj. III. *portionem cum alio partitus est, dedit, donavit alteri*, Chald. *dimidiavit, partitus est in duo*) Prov. 30, 27: מֶלֶךְ אֵין לָאַרְבֶּה וַיֵּצֵא חֹצֵץ כֻּלּוֹ *non est rex locustae et tamen exit divisa omnis* h. e. *partito agmine, exacto ordine*. — Pih. חִצֵּץ *divisit, partitus est*, inde part. plur. מְחַצְצִים Jud. 5, 11. *dividentes, sortientes* (praedam); al. *iaculatores* (sec. Judaeos), ut חִצֵּץ sit verb. denomin. a חֵץ v. Hollmann ad h. l. — Pyh. praet. plur. in pausa חֻצָּצוּ *abscissi*

i. e. exacti Job. 21, 21. Sed Umbreitius auctore Schnürrero: *wenn — verloset (herausgeloset) sind,* tanq. a חָץ; sagittas enim in sortiendo adhibuerunt orientales v. E. Pococke Spec. hist. Arab. p. 324 sqq.

חָצָץ m. 1) *scrupulus, lapillus, glarea* Prov. 20, 17. Thren. 3, 16. a *concidendo, comminuendo* in partes dict., Arab. حَصَى, حَصَاةٌ *lapillus,* مَحْصَاةٌ *glarea abundans terra,* حُصّ *lapillus, glarea,* conf. Alb. Schultens. ad Prov. l. c. — 2) *sagitta,* unde plur. cum affixo חֲצָצֶיךָ *sagittae tuae* i. e. poet. *fulmina tua* Ps. 77, 18.

חֵץ m. 1) *hastile (Schaft)* sec. Cthib 1 Sam. 17, 7., ubi Kri ex jejuna correctione habet עֵץ *lignum* [*lignum hastae* pro *hastili* dixit quoque Curtius lib. IX. c. 3.]. — 2) *sagitta* (ut praeced. חָצָץ) a *scindendo* dict. 2 Reg. 13, 17. Prov. 7, 23. Jes. 37, 33. Thren. 3, 12. etc., cum Jod paragog. חֵצִי 1 Sam. 20, 36. 37. 2 Reg. 9, 21. et sec. Cthib 1 Sam. 20, 38. Dagesch forte non inscribitur, quia accentus adeoque Vocalis originaria manet, sicut ante ה paragog. in גַּתָּה Jos. 2, 6. 1 Sam. 9, 26., in גַּתָּה, ut recte plurimi codices habent 1 Reg. 2, 40. etc. Metaphorice a) sumitur pro *fulmine* (ut apud profanos βέλος et *telum*) 2 Sam. 22, 15. Ps. 18, 15. 144, 6. Habac. 3, 11.; metonym. b) pro *malis* a Deo inflictis Deut. 32, 23. Job. 6, 4. Ps. 38, 3., Ezech. 5, 16. (חִצֵּי הָרָעָב *sagittae famis*); cum affixo חִצִּי *sagitta mea* i. e. *plaga mihi inflicta* Job. 34, 6. — Plur. חִצִּים 1 Sam. 20, 20. 21. 22. 36. 2 Reg. 13, 28. in regim. חִצֵּי Job. 6, 4. Ezech. 5, 16. etc.

חַצְצוֹן תָּמָר Gen. 14, 7. vicus in agro Hierichuntino, alibi *Engeddi* (v. גֶּדִי) dictus Jos. 15, 61. 62. 1 Sam. 24, 2. 3., unde patet, in deserto situm et montibus vicinum fuisse, quam ob causam חצצון a *scrupulorum* et silicum asperitate, quibus illud desertum proficiscentibus erat molestum, et תמר a *palmarum* frequentia dictum est. De palmis Engeddae v. Plinii *H. N.* lib. 5. c. 7. Iosephi *Antiqq.* lib. 9. c. 1. Sir. 24, 11. Celsii *Hierob.* P. II. p. 491.

חָצַר Tres radd. Arabb. Hebraeis inusitt. huc pertinent: 1) خضر *viruit* v. חָצִיר. — 2) حصر *arcte circumdedit,* unde حِصَار *atrium, septum,* et *septo* vel *muro circumdatus locus;* v. infra חָצֵר et חָצִיר n. 2. — 3) حضر *praesens fuit,* Conjug. X. *advocavit;* v. infra sub חֲצֹצְרָה.

חָצֵר comm. generatim *locus septo circumdatus* (a حصر), spec. 1) *atrium, vestibulum* tabernaculi sancti, templi, palatii etc. Exod. 27, 12. 13. 16. 17. 18. 19. Num. 3, 26. 1 Reg. 7, 8. 12. Esth. 4, 11. etc. sic sec. Kri 2 Reg. 20, 4., ubi Cthib habet הָעִיר, vid. suo loco עִיר. — 2) *pagus Nomadum mobilis ex tentoriis in orbem positis constans* (hodie adhuc Arabibus frequentatus, v. Arvieux *Itin.* T. V, p. 28.) Gen. 25, 16. Jes. 42, 11., opp. urbi Jos. 13, 28. 19, 8. — Deinde 3) *tabernae* ad certum tempus exstructae, nec stabiles Neh. 12, 29. — Denique 4) *pagus stabilis, villa, locus extra urbem septo conclusus* Levit. 25, 31. Jos. 19, 8. 21, 12. Jes. 42, 11. — In regim. חֲצַר Exod. 27, 9. Esth. 2, 11. cum affixo חֲצֵרוֹ 2 Sam. 17, 18. Plur. a) חֲצֵרִים Levit. 25, 31. Ps. 10, 8. etc. in regim. חַצְרֵי Neh. 13, 7. cum affixis חֲצֵרֶיךָ Ps. 65, 5. 84, 11. חַצְרֵיהֶם Jos. 13, 28

1 Chron. 4, 32. 33. etc. b) חֲצֵרוֹת Exod. 8, 13. in regim. חַצְרוֹת 2 Reg. 21, 5., cum affixis חֲצֵרוֹתַי 1 Chron. 28, 6. חֲצֵרוֹתָיו Ps. 100, 4. et mutato Zere: חַצְרוֹתָיו Ps. 96, 8. חַצְרֹתֵיהֶם Neh. 8, 17. — Ab hoc voc. nonnulla oriuntur nomina oppidorum, ut חֲצַר סוּסָה Jos. 19, 5. s. ח׳ סוּסִים 1 Chron. 4, 31. in tribu Sim., ח׳ עֵינָן Ezech. 47, 17. s. ח׳ עֵינָן 48, 1. Num. 34, 9. ad septentr. terrae Israel., ח׳ שׁוּעָל Jes. 15, 28. 19, 3. in tribu Sim., חֲצַר הַתִּיכוֹן Ezech. 47, 16. in finibus Auranitidis.

חָצִיר m. 1) a) *gramen*, a *virore* (خضر) 1 Reg. 18, 5. Job. 8, 12. Ps. 104, 14. Jes 15, 11. etc. — b) *porrum* Num. 11, 5., *gramini* majusculo simillimum, unde et χλοερον h. e. *viride* vocatur ab ORPHEO et NICANDRO. Vid. OL. CELSIUS in *Hierobotan.* L. II. p. 263 sq. — 2) *castrum* (ferarum) q. d. *pagus ferarum* (a rad. n. 2.) Jes. 34, 13.

חֲצֹצְרָה f. *tuba* Hos. 5, 8. a *convocando*, ut videtur, dicta. Fieri olim credebatur per geminationem secundae et tertiae radicalis a חצר, pro חֲצַרְצְרָה, emisso altero ר, sicut in aliis, conf. SIMONIS *Arcan. Form.* p. 21. Sed jam HACKMANNUS in *Praecidaneis S.* p. 254 sq. rectius illud retulit ad Derivata ex peculiari Conjugatione, quae respondeat Arabum Conjugationi XII. v. GESEN. Lehrgeb. p. 253. — Plur. חֲצֹצְרוֹת Num. 10, 2. 8. 9. 10. 2 Reg. 11, 14. 12, 14. — Inde formata sunt Participia plur.

a) ex Pih. מַחְצְרִים *tubâ clangentes*, altero צ omisso, sec. Kri 2 Chron. 5, 13. sed Ctib habet מחצצרים h. e. מְחַצְצְרִים.

b) ex Hiph. מַחְצְרִים *tubâ clangentes*, pro מַחְצִרִים, sec. Kri 1 Chron. 15, 24. 2 Chron. 5, 12. 7, 6. 13, 14. 29, 28., sed Ctib ibidem habet vel מְחַצְצְרִים (ex Conj. Peopel v. GESEN. l. c. p. 253.) 1 Chron. 15, 24. 2 Chron. 7, 6. 13, 14. 29, 28., vel מְחַצְרְרִים 2 Chron. 5, 12. ex Pilel.

חָצוֹר nom. propr. 1) oppidi in tribu Naphtal. Jos. 11, 1. 19, 36. Jud. 4, 2. 1 Reg. 9, 15. etc. — 2) oppidi in tribu Beniam. Neh. 11, 33. — 3) regionis Arab. Jer. 49, 28.

חֶצְרוֹן 1) filius Rubenis Gen. 46, 9. Exod. 6, 14. — 2) filius Perezi Gen. 46, 12. 1 Chron. 2, 5., unde nom. patron. חֶצְרֹנִי Num. 26, 6.

חֲצַרְמָוֶת Gen. 10, 26. nomen regionis Arabiae felicis, حضرموت in tabulis D'Anvillianis post grad. long 65. lat. 15.; in Niebuhriana tamen jam a grad. lat. 13. incipit. V. MICHAELIS in *Spicil. Geogr. Hebr.* T. II, p. 165.

חָקָה *incidit, excidit, insculpsit, exsculpsit*, hinc *caelavit, pinxit*; *picturae* enim genus omnium primum constitit in *sculptura* sive *caelatura* in lapides, ligna, metalla etc. — Pyh. part. מְחֻקֶּה *sculptum* 1 Reg. 6, 35., *pictum* Ezech. 8, 10. 23, 14. — Hithpah. Job. 13, 27. עַל־שָׁרְשֵׁי רַגְלַי תִּתְחַקֶּה *circa radices pedum meorum circumscribis* h. e. *circumcum pingis*, extra quem progredi mihi non licet.

חֲקוּפָא nom. propr. viri Esr. 2, 51. Neh. 7, 53., coll. Arab. حقف *incurvus fuit* vel Aeth. ሐቀፈ *amplexus est* i. q. hebr. חבק.

חָקַק idem fere significat quod חָקָה 1) *incîdit, excîdit* Jes. 22, 16. *insculpsit* (حقّ) Jes. 30, 8. Ezech. 4, 1. — 2) *delineavit, pinxit*

Ezech. 23, 14.; trop. Jes. 49, 16. *in manibus delineavi, pinxi te* h. e. curavi, ut ne tui obliviscerer unquam v. Gesen. ad Jes. 44, 5. — Hinc 3) *descripsit, definivit* Prov. 8, 27. 29., *decrevit, statuit* Jes. 10, 1. (verba enim *secandi* etiam sensum habent *decernendi* et *definiendi*, cujus rei exempla vid. in Simonis *Arcan. Form. Hebr.* p. 37. 66. 70. 119). Part. praes. cum Jod paragog. חֹקְקִי Jes. 22, 16., plur. *judices, legislatores* (substantive) Jud. 5, 9. Infin. cum affixo חֻקּוֹ Prov. 8. 27. et petita forma a quiescentibus media radicali cum affixo חוּקוֹ Prov. 8, 29. (quod Schultens. praeter necessitatem refert ad rad. חוק, Arab. حاق, *cingere, sinuare*).

Pohel *decrevit* Prov. 5, 15., hinc part. מְחֹקֵק *decernens, statuens*, et substantive *legislator* Gen. 49, 10. (ubi tamen al. *sceptrum* vertunt, v. sub רגל) Num. 21, 18. Deut. 33, 21., cum affixo מְחֹקְקִי Ps. 60, 9. 108, 9. plur. מְחֹקְקִים Jud. 5, 14. — Pyh. part. מְחֻקָּק *statutum* Prov. 31, 5. — Hoph. *insculptus, inscriptus est*: fut. plur. in pausa, petita forma a quiescentibus media radicali, יֻחָקוּ Job. 19, 23.

חֵקֶק vel חֲקַק m. *statutum, decretum*, unde plur. in regim. חִקְקֵי Jud. 5, 15. Jes. 10, 1.

חֹק m. gener. *statutum* et *definitum* quid Job. 23, 14. יַשְׁלִים חֻקִּי *(Deus) perficiet id, quod mihi statutum, in me decretum est*; spec. a) *demensum, pensum definitum*, sive *laboris*, ut Exod. 5, 14. Prov. 31, 15., sive *cibi* et *victus*, ut Gen. 47, 22. Prov. 30, 8. Ezech. 16, 27. etc. — b) *terminus* et *limes definitus* Jes. 5, 14. Jer. 5, 22. Job. 14, 5. 13. 26, 10. 38, 10. Prov. 8, 29. — c) *ordo* et *tempus statutum* sive *definitum* Ps. 148, 6. Jer. 31, 36. Job. 38, 26. — d) *decretum* Ps. 2, 7., *lex statuta* et *praescripta* Gen. 47, 26. Exod. 12, 24. Levit. 3, 17. Deut. 4, 6. Ps. 50, 16. 105, 10. etc., hinc Job. 23, 12. מֵחֻקִּי צָפַנְתִּי אִמְרֵי פִיו *legi meae* h. e. quam mihi ipse scripsi, *antepono verba oris ejus* (leges ejus). — e) *mos, consuetudo, legis* instar observanda Jud. 11, 39. 2 Chron. 35, 25. — f) *jus* et *privilegium, legis* instar observandum Exod. 29, 28. Levit. 10, 13.

Sequente linea Makkeph pro חֹק dicitur חָק־ Exod. 30, 21. Levit. 6. 11. 15. cum affixis חָקְךָ Levit. 10, 13. et חוּקְּךָ sec. Cthib Ps. 74, 11. (ubi Kri habet חֵיקְךָ vid. כַּלֵּה in rad. כלה) cum affixo foem. חָקָּהּ Ezech. 16, 27. חָקְכֶם Exod. 5, 14. Plur. חֻקִּים Exod. 18, 20. Deut. 4, 1. 6. 45. in regim. חֻקֵּי Exod. 18, 16. et חוּקֵּי Ezech. 20, 18. cum affixo חֻקֶּיךָ Ps. 119, 5. 8. 1 Chron. 29, 19. etc.

חֻקָּה f. gener. *statutum* et *definitum* quid, spec. a) *lex* Exod. 12, 14. 43. Deut. 8. 11. etc. hinc de legibus, quae soli, lunae, mensi etc. scriptae sunt Jer. 31, 25. 33, 25. Job. 38, 33. — b) *mos, consuetudo* 1 Reg. 3, 3.; in malam partem dic. 2 Reg. 17, 19.; Levit. 20, 23. 2 Reg. 17, 8. Mich. 6, 16. ubi *idololatria* maxime significari videtur. — c) *jus* et *privilegium* Exod. 29, 9. — Plur. חֻקּוֹת Levit. 20, 23. Jer. 5, 24. Job. 38, 33. cum affixo חֻקֹּתָיו Num. 9, 3. Deut. 6, 2. etc.

*חָקַר 1) *scrutatus est, investigavit, exploravit* (ut Chald.), vario sensu: a) terram aliquam Jud. 18, 2.; b) rerum naturam et caussas Job. 5, 27. Prov. 25, 2.; c) alicujus animum (voluntatem) Job. 13, 9. Prov. 28, 11. Jer. 17, 10. Ps. 139, 1. — 2) *pervestigavit, perscrutatus est* Job.

28, 27. *pervestigavit* (Deus) *sapientiam* h. e. totam quasi exhausit, et Job. 32, 11. חָקַר מִלִּין *verba perscrutari* h. e. accurate, subtiliter dicere. — Infin. חֲקֹר Prov. 23, 30. cum affixo חָקְרָהּ Jud. 18, 2. Imper. cum affixo חָקְרֵנִי Ps. 139, 23. Fut. יַחְקֹר Job. 13, 9.

Niph. נֶחְקַר *pervestigatus est* 1 Reg. 7, 47. 2 Chron. 4, 18. Jer. 31, 37. 46, 23. — Pih. חִקֵּר *accurate scrutatus est* Eccles. 12, 9.

חֵקֶר m. 1) *perscrutatio, investigatio* Ps. 145, 3. Job. 5, 9. 34, 24. hinc חִקְרֵי לֵב *consilia animo agitata* Jud. 5, 16. — 2) *accurata, plena cognitio*, quae *investigando* comparatur Job. 11, 7. הַחֵקֶר אֱלוֹהַּ תִּמְצָא *num attingere, assequi poteris Dei perfectam cognitionem*, num Dei naturam mente comprehendes? — 3) i. q. מֶחְקָר *id, quod non nisi investigando cognosci potest, intimum alicujus rei* Job. 38, 16. חֵקֶר תְּהוֹם *profunda, ultimi recessus, penetralia* maris. Sunt, qui huc etiam loc. Job. 11, 7. referant, neque id inepte.

מֶחְקָר m., plur. מֶחְקָרִים *res, in quas studiose inquiritur, quae pervestigando cognoscuntur*, ut *imi terrae recessus*, מֶחְקְרֵי־אָרֶץ Ps. 95, 4.

חָרָא radix Hebraeis inusit., Arab خَرِءَ *alvum deposuit, cacavit.* Inde sunt

חֶרֶא vel חֲרָא m. *stercus, excrementum*, plur. חֲרָאִים, unde cum affixo חֲרָאֵיהֶם *excrementa sua* sec. Cthib Jes. 36, 12., sed Kri habet צוֹאָתָם *stercus suum.*

חַר vel חֲר (tanquam a חרה) m. *id.* unde plur. cum affixo חֲרֵיהֶם *stercora sua* 2 Reg. 18, 27., ubi Kri similiter habet צוֹאָתָם. Inde quoque est חֲרֵי יוֹנִים *stercora, excrementa columbarum* sec. Cthib 2 Reg. 6, 25., sed Kri habet דִּבְיוֹנִים, quod vid. supra suo loco. Eos, qui longa obsidione vexabantur, columbarum excrementa comedisse, haud incredibile est v. Celsii Hierobot. II, p. 32 sqq. Sed alii tamen interpretes plantae speciem, *cicer frixum*, ob similitudinem stercoris columbarum ita dictum, intelligi maluerunt, v. Bocharti *Hieroz.* T. II, p. 44 sqq.

מַחֲרָאָה f. *locus, ubi alvus deponitur, latrina*, unde plur. מַחֲרָאוֹת sec. Cthib. 2 Reg. 10, 27., sed Kri habet מוֹצָאוֹת, ut solent Masorethae obscoena et sordida vocc. rejicere; Arab. مَخْرَأَة *latrina.*

חָרֵב 1) *exsiccatus est* Hos. 13, 15. Job. 13, 15. Gen. 8, 13. Jes. 44, 27. 19, 5. (differt a יָבֵשׁ, quod significat *aridum esse* v. infra). — 2) *desolatus, vastatus est* (خَرِبَ *desolatus est* et خَرَّبَ *vastavit*) Jes. 34, 10. Ezech. 6, 6. Am. 7, 9., *excisus, exstinctus est* (populus) Jes. 60, 12.; it. transit. *delevit* Jer. 50, 27. — Semel 3) metaphorice sumitur pro *obstupescere* Jer. 2, 12., vid. synon. שׁמם. — Infin. absol. חָרֹב Jes. 60, 12. Imper. חֲרֹב, חִרְבוּ (*dele, delete*) Jer. 50, 21., sed alia forma et significatione חֲרַב, unde foem. in pausa חָרְבִי *exsiccator* Jes. 44, 27. in plur. חָרְבוּ *obstupescite* Jer. 2, 12. Fut. יֶחֱרַב Jes. 19, 5. Plur. יֶחֶרְבוּ Ezech. 6, 6. in pausa יֶחֱרָבוּ Am. 7, 9.

Niph. נֶחֱרַב *excisus, devastatus est* Ezech. 26, 19. 30, 7.; reflex. 2 Reg. 3, 23. הָחֳרֵב נֶחֶרְבוּ הַמְּלָכִים *delendo delere se invicem studuerunt reges* i. e. *pugnarunt inter se, proelium commiserunt* LXX. ἐμαχέσαντο. — Pyh. חֹרַב *siccus factus est* Jud. 16, 7. 8.

Hiph. הֶחֱרִיב 1) *exsiccavit* Jes. 37, 25. 50, 2. Jer. 51, 36. — 2) *vastavit* Ezech. 19, 7. Zeph. 3, 6. Jud. 16, 24. Jes. 42, 15., it. *delevit* 2 Reg. 19, 17. — Hoph. הָחֳרַב *devastatus, excisus est* Ezech. 29, 12. 26, 2. Infin. absol. הָחֳרֵב 2 Reg. 3, 23.

חֲרַב Chald. *vastavit,* unde Passivum praet. foem. sing. mixtum ex Hophal hebr. et terminatione chald. הָחָרְבַת *excisa, devastata est* Esr. 4, 15.

חָרֵב m. 1) *siccus* Levit 7, 10. Prov. 17, 1. — 2) *desolatus, vastus* Jer. 33, 10. 12. Hagg. 1, 4. 9., foem. חֲרֵבָה Neh. 2, 3. 17. Plur. חֳרֵבוֹת Ezech 36, 35. 38.

חֶרֶב f. 1) quodvis instrumentum, quo secatur, ut *gladius* (Arab. حَرْب Syr. ܣܰܦܣܳܪܳܐ) Gen. 31, 26. Exod. 5, 21. Levit. 26, 25. Num. 19, 16. etc. (hinc שְׁבֻיוֹת חֶרֶב *captae gladio* i. e. bello Gen. 31, 26.), *culter* Jos. 5, 2. 3., *novacula* Ezech. 5, 1., *caelum* Exod. 20, 25., *securis* Ezech. 26, 9. et sec. quosdam 2 Chron. 34, 6., *harpe, ensis falcatus,* metaphor. *de dentibus acutis* (hippopotami) Job. 40, 19., quos etiam poëtae *harpen* vocant (Nicand. Ther. 566.), v. Bochartum Hieroz. Tom. III, p. 723. — 2) *desolatio, desolatum,* sec. Kri 2 Chron. 34, 6., sed Cthib habet בָּחַר בָּתֵּיהֶם *exploravit, examinavit domos eorum* sc. an vestigia quaedam idololatriae superessent. — 3) *exsiccatio, siccitas*, sec. Saad. et Vulg. Deut. 28, 22. — Cum affixo חַרְבִּי Exod. 15, 9. Deut. 32, 41. plur. חֲרָבוֹת Ps. 59, 8. Prov. 30, 14. in regim. חַרְבוֹת Jos. 5, 2. 3. Ezech 32, 12.

חֹרֶב m. 1) *siccitas* Jud. 6, 37. 39. 40., per metonymiam *effectus* pro *causa: aestus* Gen. 31, 40. Jes. 4, 6. 25, 4. Jer. 31, 40. 36, 30. Job. 30, 30. — 2) *desolatio, vastitas* Jes. 61, 4. Ezech. 29, 10. Zeph. 2, 14.

חָרְבָּה 1) *desolatum, locus vastus, ruinae* Levit. 26, 31. 33. Jer. 27, 16. 44, 2. Ezech. 25, 13. 35, 4. etc. Huc pertinet etiam Job. 3, 14: הַבֹּנִים חֳרָבוֹת לָמוֹ (reges) *qui sibi aedificant ruinas* h. e. splendida palatia, quae mox ruinae futura sunt, per *prolepsin* poetis admodum celebratam. Al. vertunt: *mausolea* coll. Arab. مِحْرَاب *conclave regis*, ut בַּיִת de *sepulcro* occurrit Jes. 14, 18. 19. Plur. in regim. חָרְבוֹת Jes. 5, 17. Jer. 25, 9. Ezech. 29, 10. cum affixo חָרְבֹתֶיהָ Jes. 44, 26. 51, 3.

חָרָבָה f. (formae dagessandae) *siccitas, siccum, locus siccus* Gen. 7, 22. Exod. 14, 21. Jos. 3, 17. 4, 18. 2 Reg. 2, 8. Hagg. 2, 6.

חֲרָבוֹן m. *siccitas*, unde plur. in regim. חַרְבֹנֵי Ps. 32, 4.

חַרְבוֹנָא m. nomen eunuchi persici Esth. 1, 10. 7, 9., coll. Pers. خَرْبَان *asinarius* vel خاربن *rubus*.

חָרַג vel *prodiit,* ut Arab. خَرَج, vel, quod magis placet, *timuit, horruit,* ut Arab. حَرِج *angustus fuit, metuit* coll. Chald. חַרְגָא *horror, timor.* Semel occurrit in fut. plur. יַחְרְגוּ *horrent* i. e. *perterriti fugiunt* Ps. 18, 46., pro quo in loco parallelo 2 Sam. 22, 46. יַחְגְּרוּ, per metathesin litterarum.

חַרְגֹּל rad. quadril., Hebr. inusit., Arab. حرجل *saltitavit.*

חַרְגֹּל m. Levit. 11, 22. *locusta nondum alata post tertias cutis exuvias*, dicta a *saltu*; Arab. حَرْجَوَان *locustarum genus impenne*, graec. ἀσίρακος. Est enim ἀσίρακος sec. Dioscorid. II, 57. *locusta nondum alata, maxima tamen, majoresque jam pedes habens*, conf. Bocharti Hieroz. T. III, p. 251 sqq., Michaelis *Suppl.* p. 910 — Sim. Graec. ἀττακῆς vel ἀττακὸς apud Lxx. l. c. dicitur ab ἄττω *salio.*

חָרַד *trepidavit, tremuit, territus est* 1 Sam. 14, 15. Jes. 32, 11. 1 Reg. 1, 49., sq. לְ causae Job. 37, 1.; praegn. Gen. 42, 28. *trepidarunt* h. e. trepide se converterunt *ad se invicem*, hinc a) *trepide, festinanter currit* 1 Sam. 16, 4. 21, 2. sq. לִקְרַאת, Hos. 11, 10. sq. מִן (e loco). (Sic Lat. *trepidare* etiam sumitur pro *festinare*, observantibus Bochartio in *Hieroz.* et Schultensio in *Animadverss. philol.* ad Jes. 19, 17.). — b) sq. אֶל *sollicitus fuit de aliquo, sollicitam curam gessit* (coll. σπουδή *cura, studium* a σπεύδω) 2 Reg. 4, 13. Fut. יֶחֱרַד Job. 37, 1; plur. וַיֶּחֶרְדוּ Gen. 42, 28. — Hiph. הֶחֱרִיד *trepidare fecit, perterruit, terrefecit* Jud. 8, 12. Levit. 26, 6. Deut. 28, 19. Jes. 17, 2. Ezech. 30, 9. Zach. 2, 4.

חָרֵד m. *trepidus, timidus* Jud. 7, 3., sq. עַל rei 1 Sam. 4, 13. Plur. חֲרֵדִים Jes. 66, 5., sq. בְּמִצְוַת אֱלֹהִים *quod attinet ad praeceptum dei* i. q. יִרְאֵי אֱלֹהִים Esr. 10, 3., sq. עַל דְּבָרִי יְיָ Jes. 66, 2. Esr. 9, 4.

חֲרָדָה f. 1) *trepidatio, tremor, terror* Gen. 27, 33. 1 Sam. 14, 15. Jer. 30, 8. Dan. 10, 7. etc. חֶרְדַּת אֱלֹהִים 1 Sam. 14, 15 *trepidatio Dei* i. e. *pavor divinitus incussus.* — 2) *cura, studium* 2 Reg. 4, 13. Prov 29, 25. חֶרְדַּת אָדָם *terror*, timor *hominum* (object.). Plur. חֲרָדוֹת Ezech. 26, 16.

חָרָה 1) *arsit, exarsit* (حَرَّةٌ *ardor*). Semper metaphorice de *ira* usurpatur vel addito vocabulo *irae*: חָרָה אַפּוֹ בְּ, אֶל, עַל פ׳ *exarsit ira ejus in, adversus* etc. Ps. 124, 3. Deut. 6, 15. Jud. 6, 39. Zach. 10, 3. Sam. 21, 10., vel omisso: חָרָה לוֹ *exarsit ipsi* i. e. *iratus, indignatus est* 2 Sam. 19, 43. Gen. 31, 36. 34, 7., it. חָרָה בְּעֵינָיו Gen. 31, 35. 45, 5. Semel חָרָה יְהוָה *iratus est Jova* Habac. 3, 7. (Duobus certe locis, ut jam Michael. ostendit, videtur *tristitiae* potius quam *irae* notio in hac formula inesse 2 Sam. 6, 8. 1 Chron. 13, 11., quemadmodum et Lxx. passim per λυπηθῆναι reddunt Gen. 4, 5. Neh. 5, 6.). — Infin. absol. חָרֹה 1 Sam. 20, 7. Fut. יֶחֱרֶה Exod. 32, 11., per apoc. יִחַר Gen. 18, 30. 32. [De loco Jes. 24, 6. v. sub חרר].

Niph. praet. נִחֲרוּ *ira accensi sunt* Cant. 1, 6. (quod tamen alii a נָחַר *nares* repetunt). Part. plur. נֶחֱרִים *ira accensi* Jes. 41, 11. 45, 24. — Hiph. הֶחֱרָה 1) *exardescere fecit, accendit* (iram). Fut. cum Vau conv. et per apoc. וַיַּחַר Job. 19, 11. — 2) intrans.: *exarsit* (studio), *aemulatus est* Neh. 3, 20. — Hithpah. fut. per apocop. תִּתְחַר q. d. *te ipsum ad iram accendas, indigneris* (synon. verbi קָנָא, Ps. 37, 1. 7. 8. Prov. 24, 19. [Ceterum v. infra sub תַּחֲרָה].

חֳרִי m. *aestus, ardor (irae)* Exod. 11, 8. Deut. 29, 23. Jes. 7, 4. Thr. n. 2, 3. etc.

חָרוֹן m. 1) *aestus, ardor* Ps. 58, 10. — 2) *ira, indignatio* Ezech. 7, 12. Neh. 13, 18. Ps. 2, 5., it. plene חֲרוֹן אַף Num. 25, 4. 1 Sam. 28, 18. Job. 20, 23. Cum affixo חֲרוֹנִי Ezech. 7, 14. Plur. Ps. 88, 17.

תַּחְרָא m. (mutata tertia radicali ה in א) *thorax, lorica lintea* (v. Herod. 3, 47. Casaubon. ad Suet. *Galb.* c. 19.) Exod. 28, 32. 39, 23. ex significatione radicis Syr. ܐܬܚܪܝ *contendit, pugnavit,* Aphel ܐܚܪܝ *aptavit ad pugnam.*

תַּחֲרָה Conjug. Tiktal (v. Gesen. Lehrgeb. p. 254.) verbi חָרָה q. d. *se ipsum exardescere fecit, incendit* h. e. *aemulatus est,* studiose *contendit, certavit* (vid. sub תַּחְרָא) Jer. 12, 5. 15.

חָרַז rad. in Hebr. inusit., Arab. خرز *perforavit,* Chald. et Syr. *perfixit, perforavit, filo indidit,* Talm. *margaritas filo indidit* v. Hartmann. Einl. p. 221.

חָרוּז m., plur. חֲרוּזִים *ordines* vel *series margaritarum* (ut Talm. v. l'Empereur Clav. talm. p. 4., Syr. ܚܪܘܙܐ et Arab. خَرَز *monile ex variis gemmis s. baccis simul consertis)* Cant. 1, 10.

חָרַט radix Hebraeis inusit., Syr. *incidit* (ut Hebr. חרץ et חרת), Arab. خرط *dolavit, tornavit.* Inde sunt

חָרִיט m. (pr. *opus tornatum) loculus,* ad coni formam ex metallo confectus, *marsupium* (Arab. et Pers. خَرِيطَة). Plur. חֲרִיטִים 2 Reg. 5, 23. Jes. 3, 23. conf. Schroeder de *ornatu mulierum* c. 17.

חֶרֶט m. 1) *scalprum, tornus* Exod. 32, 4. (al. *loculum* vertunt v. Rosenmüller. ad h. l. Sic זֶרֶם et זְרִים, קֶדֶם et קָדִים eadem significant).— 2) *stylus,* quo *inciditur* sive *insculpitur* Jes. 8, 1. Conf. Schroederus de *Vestitu mulier. hebr.* p. 285 sq.

חַרְטֹם m., plur. חַרְטֻמִּים a) in Pentat. Gen. 41, 24. Exod. 7, 11. 8, 3. 14. 9, 11. ἱερογραμματεῖς s. *scripturae hieroglyphicae periti et interpretes* v. Millii *diss. select.* n. 13. Derivationem e lingua Coptica invenies in *Repertorio litterat. bibl. et orient.* T. XIII. p. 18. et in Jablonsk. Opusc. T. I, p. 401 sqq. Semiticam si cupias, a חֶרֶט *stylus* et חָרַם *sanctus fuit* esset: *scripturae sacrae peritus.* Aliorum derivationes vide in Simonis *Arcan. Form. Hebr.* p. 651. iisque add. Warneri *Proverbia Pers.* p. 40. Barth. Mayeri *Philologia S.* P. I, p. 142 sq. Michael. *Suppl.* p. 921. — b) in Daniele *magi babylonii* Dan. 1, 20. 2, 2.; itaque ob soni vicinitatem Pers. خِرَدْمَنْد h. e. *sapiens* (a خِرَد *intellectus* et مَنْد *praeditus,* h. e. *intellectu praeditus)* cum חרטם permutatum fuisse videtur cf. Bertholdt. ad Dan. II, p. 835 sq.

חַרְטֹם Chald. *magus* Dan. 2, 10. Plur. חַרְטֻמִּין Dan. 2, 27. 5, 11. in Statu emphat. חַרְטֻמַּיָּא Dan. 4, 4. 6.

חֹרֵי יוֹנִים vid. supra sub rad. חרא.

חָרַךְ Prov. 12, 27. לֹא יַחֲרֹךְ רְמִיָּה צֵידוֹ *non capiet, consequetur segnis praedam.* Ita ex versionum antiquarum Lxx. Vulg. Arab. Syr. Chald. auctoritate Schultens. confert Arab. حرك *ciere, excitare*, spec. *praedam e cubili.* Sed al. vertunt: *ustulavit, assavit* coll. Chald. חֲרַךְ; al. *conclusit, inclusit* coll. Arab. حكر *frumentum commeatumve collegit* (quod ut huc pertineat, egregie verendum est), vel Chald. חֲרַךְ, v. חָרַךְ.

חֲרַךְ Chald. I) *ussit, adussit,* ut Arab. حرق, unde in Ithpahal הִתְחָרַךְ (pro אִתְחָרַךְ ex Hebraismo) *adustus est* Dan. 3, 27. — II) *conclusit* (sec. plurim.), unde חָרַךְ; sed pro arbitrio sumitur.

חָרַךְ, plur. חֲרַכִּים pr. *cancelli, clathri* (Chald. חֲרַךְ, חַרְכָּא *id.*) Cant. 2, 9. Lxx. δίκτυα. Alii conf. خرق *foramen, rima* a خرق *scindere.*

חרל rad. inusit., cujus nullum in dialectis vestigium. Putant, eam significatione non discrepasse a חרר *ussit.*

חָרוּל m. *urtica* vel *vepres* Job. 30, 7. Zeph. 2, 9. *Paliurum* intelligit Ol. Celsius in *Hierobotan.* P. II, p. 166 sq. — Plur. חֲרֻלִּים Prov. 24, 31.

חרם Duplex radix est: 1) i. q. Arab. خرم *resecuit, succídit, excídit, abscídit* (v. infra חָרַם), in Conj. IV. V. *prehendit, occupavit* (v. חֵרֶם n. 2.). — 2) حرم *prohibuit, vetuit.*

Hiphil הֶחֱרִים *devovit, addixit, consecravit* Jovae (q. d. separavit a rebus profanis v. rad. n. 2.), ita ut redimi non possit Levit. 27, 28. Mich. 4, 13.—2) *excídit, internecione delevit, exstirpavit* oppida, quae Jovae unà cum incolis devota erant (cf. tamen خرم Conj. VIII. *funditus exstirpavit, internecione delevit*) Jos. 8, 26. 10, 28. 35. 40. 11, 12. Deut. 2, 34. 1 Sam. 15, 3 sqq. Num. 21, 3.; ה׳ אַחֲרֵי פ׳ Jer. 50, 21. v. sub אַחֲרֵי. Jova ipse sibi *devovere* dicitur aliquid Mich. 4, 13., unde explicandus est loc. Jes. 11, 15., ubi al. vertunt: *exsiccavit*, ut החרים sit i. q. הֶחֱרִיב, literis ב et מ inter se permutatis, v. Rosenmueller ad h. l. — Hoph. הָחֳרַם *devotus, consecratus est* Jovae, a) de rebus: *sacro fisco addictus est* Esr. 10, 8. — b) de hominibus: *excisus, occisus est* Levit. 27, 29. Exod. 22, 19.

חֵרֶם m. 1) a) *devotio* rei *ad excisionem* 1 Reg. 20, 42. Jes. 34, 5.; — b) *res* Jovae *devota* h. e. vel *internecioni* Deut. 7, 26. vel *sacro fisco* addicta Levit. 27, 28. 29. Num. 18, 14. — 2) *rete* Mich. 7, 2. ex significatione radicis Arab. خرم in Conj. IV. *prehendit, occupavit,* conf. suo loco רֶשֶׁת. Cum affixis חֶרְמִי Ezech. 32, 3. חֶרְמוֹ Habac. 1, 15. 16. 17. Plur. חֲרָמִים *retia* Ezech. 26, 5. 14. 47, 10.; trop. Eccles. 7, 26. de retibus h. e. illecebris, quibus peccatum homines capit.

חָרֻם m. *mutilus*, spec. *simus* h. e. *cui isthmus nasi inter oculos plane depressus*, a خرم spec. *findere isthmum narium* Levit. 21, 18. conf. Fulleri *miscell.* lib. 6. c. 20.

חָרְמָה nomen proprium oppidi, de cujus situ non satis constat.

Antiquitus Cananaeorum fuit, posthac concessum est Simeonitis. Num. 21, 4. 14, 45. Deut. 1, 44. Jud. 1, 17.

חֶרְמוֹן jugum Antilibani, sub quo Jordanes oritur Deut. 3, 8. 9. dictum a خَرْم *prominens montis vertex* et مَخْرِم *supercilium montis*. Mosis tempore Amoraeis *Senir*, Sidoniis *Sirion* vocabatur, sed postea nomina distingui coeperunt 1 Chron. 5, 23. v. suo loco שְׂנִיר, שִׁרְיוֹן. Constat pluribus montibus, hinc plur. חֶרְמוֹנִים Ps. 42, 7., ut Latini in plur. dicunt *Alpes, montes Appennini* etc. conf. Relandi *Palaestinam* p. 323. Michaelis *Suppl.* p. 927. Summum ejus promontorium per totum annum nivibus tegitur, unde ipse Hermon Arabibus dicitur جبل الثلج et Chald. טוּר תַּלְגָּא *mons nivis*.

חֶרְמֵשׁ m. *falx* messorum Deut. 16, 9. 23, 26. compos. ex 2 synonym. חרם et חרשׁ propr. *secuit, incidit*.

חָרָן 1) *Κάῤῥαι, Carrae,* urbs et regio Mesopotamiae, Crassi clade posthac nobilitata, quae Arabibus حَرَّان, Syr. ܚܪܢ vocatur (v. tabb. D'Anvillianas sub long. 57'. 10''. lat. 36'. 40''.) Gen. 11, 31. 12, 5. 2 Reg. 19, 12. — 2) Ezech. 27, 23. urbs Arabiae felicis, quae mercaturam cum Tyriis exercebat, eadem, ut videtur, quae حران القرين *Haran Elkorain* dicitur ap. Assemanum in *bibl. orient.* T. II. P. II, 562 — 564. conf. tab. D'Anvill. Arabiae inter grad. long. 58. 59. et circa lat. 19½, haud procul a Chaulan.

חֶרֶס m. 1) *sol* Jud. 8, 13. Job. 9, 17., et cum ה paragog. חַרְסָה Jud. 14, 18 (sicut לַיִל et לַיְלָה). — עִיר הֶרֶס Jes. 19, 18. alii vertunt *urbs solis* sive *Heliopolis*, alii *urbs custodiae, servationis*, ab Arab. حرس *custodivit, servavit*, sed v. Rosenmueller. et Gesen. ad h. l. cf. sub. הֶרֶס. — 2) *scabies* Deut. 28, 27., Arab. حرش *scabit, aspera cute fuit,* q. d. *scabiosus fuit;* et خرش *scabit* v. c. unguibus. Huc referri potest 3) חֶרֶשׂ (cum שׂ pro ס, ut alibi passim) *testa* (Arab. خرس) Ps. 22, 16. Jer. 19, 1. Job. 2, 8. 41, 2. Thren. 4, 2. etc., unde כְּלִי חֶרֶשׂ *vas testae* i. e. *testaceum* Levit. 6, 21. Num. 5, 17. Jer. 32, 14. Hinc oritur

חַרְסוּת f. sec. Cthib. vel חַרְסִית sec. Kri Jer. 19, 2. *figlina* (ars), *Töpferei,* hinc שַׁעַר הַחַרְסוּת *porta figlina*.

חָרַף 1) *carpsit, carpendo strinxit* vel *stringendo carpsit* (ut Arab. حرف et خرف v. Alb. Schultens ad Job. 27, 6. et Prov. 17, 5.) v. infra חֹרֶף. Hinc translate ut lat. *carpere*: *reprehendit* Job. 27, 6., *obtrectavit, probro affecit, conviciis proscidit* 1 Sam. 17, 26. Ps. 69, 10. 119, 42. — 2) (petita significatione a חֹרֶף *hiems*) *hiemavit* Jes. 18, 6. — Fut. יֶחֱרַף Job. l. c.

Niph. נֶחֱרַף *probro affectus, (*tanquam vilis) *abjectus, alicui concessus est*, unde part. foem. נֶחֱרֶפֶת *concessa, commissa* (marito), *qua libere et pro lubitu* utatur, i. e. *desponsata* Levit. 19, 20., in quem locum vid. pluribus Schultens. in *Animadverss. philolog., Opp. min.* p.

143 — 146. — Pib. חֵרֵף 1) *probro afficit, conviciis carpsit*, sq. acc. 2 Reg. 19, 4. 1 Sam. 17, 26. 36. Ps. 57, 4. Prov. 14, 31., sq. לְ 2 Chron. 32, 17., sq. בְּ 2 Sam. 23, 9. *(verbis probrosis ad pugnam provocavit)*. — 2) sq. נֶפֶשׁ *animam proiecit, vilem habuit* i. e. *non pepercit, eam periculo exposuit*, quasi nihili aestimans Jud. 5, 18.

חֹרֶף m. 1) *hiems* Gen. 8, 22. Ps. 74, 17. Prov. 20, 4. Jer. 36, 22. etc. Complectitur *autumnum cum hieme* et totum frigoris tempus, sive omnes anni tempestates *aestate* קַיִץ excepta; Arab. خَرِيفٌ *autumnus* q. d. *carptura* s. *tempus, quo fructus carpuntur* v. Alb. Schultens. ad Job. 29, 4. — 2) *aetas virilis* h. e. ea, quae viribus et auctoritate maxime pollet (graec. ὀπώρα Pind. Istm. 2, 8. Nem. 5, 11. *auctumnus* Horat. Od. 2, 5, 10.) Job. 29, 4. v. Schultens in *Commentar.* ad h. l. Al. vertunt: *adolescentia*, quod Hebraei aliique orientis populi ab auctumno anni initium capiant.

חֶרְפָּה *probrum, contumelia, ignominia* a) qua quis afficitur Ps. 15, 3 119, 22. Jer. 15, 15. etc. — b) qua quis notatus est Jes. 54, 4 חֶרְפַּת אַלְמְנוּת *probrum viduitatis* h. e. quod a viduitate proficisci solet Jos. 5, 9. *probrum Aegypti* h. e. quo Israelitae post exitum ex Aegypto notati erant, circumcisione scil. carentes cf. v. s. Hinc אָסַף ,גָּלַל חֶרְפַּת פ׳ *amoliri, devolvere ab aliquo contumeliam*, levare aliquem ignominia Jos. l. c. et Gen. 30, 23. — Metonymice *res* vel *persona, quae probri, ignominia afficitur* Jer. 6, 10. 20. 8. Neh. 2, 17. Ezech. 22, 4. Ps. 31, 12. 39, 9. etc.; semel de *pudendis* Jes. 47, 3. — In regim. חֶרְפַּת Ps. 22. 7. Mich. 6, 16. (ad quem l. v. Rosenmueller.), cum affixo חֶרְפָּתִי Gen. 30, 23. Ps. 69, 20. Plur. חֲרָפוֹת Ps. 69, 11. Dan. 12, 2. in regim. חֶרְפוֹת Ps. 69, 10.

חָרִיף nom. propr. viri Neh. 7, 24. 10, 20. coll. Arab. خَرْفٌ *pluvia autumnalis*, unde l. paral. Esr. 2, 18. pro חריף legitur יוֹרָה h. e. יוֹרֶה.

חָרַץ propr. *cecidit, excidit* v. infra חָרוּץ (خَرَصَ *fidit, scidit, rasit*, v. c. corticem eamque subtilius *praesecuit*). Hinc 1) *acuminavit*, unde חָרוּץ n. 1., quod v. inter *nomina*. (Arab. خُرْصٌ *superior pars cuspidis* in hasta, et خِرْصٌ *tota cuspis*). Praegn. Exod. 11, 7: לְכֹל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לֹא יֶחֱרַץ־כֶּלֶב לְשֹׁנוֹ *adversus neminem Israelitarum cuspidabit linguam suam* (acutam linguam exseret) *canis* h. e. neminem ne allatrabit quidem, quod in proverbio dicitur pro: nemo Israelitas ne leviter quidem lacesset, offendet, Jos. 10, 21. — 2) intransitive: *acuit se, acutus, acer fuit*, metaphorice *acer, solers, promtus, expeditus fuit* (ut Graec. ὀξύς *acutus* est etiam *promtus, sedulus, expeditus*) 2 Sam. 5, 24 v. infra חָרוּץ (Arab. حَرَصَ in Conj. II. *dedit operam*, VIII. *studuit, studiosus, solers fuit*, cf. حِرْص Coran XII, 103.). — 3) *decidit, definivit, sententiam pronuntiavit* (LXX. συντέμνειν) 1 Reg. 20, 40. coll. Jes. 10, 23. 28, 22. Dan.

9, 26. conf. Alb. Schultens. ad Prov. 21, 5. — Part. Pahul חָרוּץ 1) *cui quid scissum in membris*, Hieron. *cicatricem habens*, Levit. 22, 22. coll. Arab. حارصة *contusio findens nonnihil cutem* (differt igitur a שָׁבוּר *cui fractura in membris*) conf. Alb. Schultens ad Prov. 21, 5. vid. supra חָרַם in חרם. — 2) *acutus* v. infra. — 3) *decisus, definitus* Jes. 10, 22. Plur. חֲרוּצִים Job. 14, 5. Vid. quoque inter Nomina.

Niph. part. foem. נֶחֱרָצָה *definitum, decretum* Jes. 10, 23. 28, 22. Dan. 9, 27. 11, 36., alia forma נֶחֱרֶצֶת 9, 26.

חָרוּץ m. *acutus* (vid. rad. n. 1.), substantive 1) *tribula acuta* Jes. 28, 27. i. e. *aculeis* sive *clavis acutis instructa*, quae alibi duabus vocibus מוֹרַג חָרוּץ appellatur, ut 41, 15. Huc referas etiam Job. 41, 22. (21) יִרְפַּד חָרוּץ עֲלֵי טִיט *sternit in luto tribulam*, ubi corpus crocodili squamis asperum assimilatur tribulae ferreae. Hujus figuram exhibet Matth. Beckius ad *Paraphrasin Chald. Chronic.* Vol. I, p. 210. Plur. חֲרוּצוֹת Am. 1, 3. Conf. de hoc nomine Fulleri *Miscell. S.* L. VI. c. 12. Paulsen *vom Ackerbau der Morgenl.* §. 40 — 42. et infra s. מורג. — 2) poet. *aurum* Ps. 68, 14. Prov. 3, 14. 8, 10. 19. Zach. 9, 3., sic dictum vel a *colore acuto* h. e. *splendido*, vel quod ex terrae gremio *effossum* est sua sponte, non arte humana. Cum in Arabia felici fundum auro divitem largius perfundit pluvia, illud enudatur, ex eoque existit fulguratio, quae longissime cernitur. De hoc auro ἄπυρῳ v. Diodor. Sicul. lib. 2. c. 93. lib. 3. c. 125. Ita quoque ὀξεῖα βαφή et ὀξυφεγγῆ ῥόδα apud Eustathium ad Hom. *Odyss.* X, 305. — 3) *fossa*, ut Chald. חריץ q. d. *terra excisa* Dan. 9, 25. — Addunt 4) *decisum, judicium* Joel. 4, 14. עֵמֶק הֶחָרוּץ Lxx. κοίλας τῆς δίκης. Sed alii aliter, v. Rosenmueller. ad h. l.

חָרוּץ m. (formae dagessandae) *acer, solers, sedulus, expeditus*, ut Graec. ὀξύς (v. rad.) Prov. 12, 27. 21, 5.; in plur. Kametz immutabile manet: חָרוּצִים Prov. 10, 4. 12, 24. et חָרֻצִים Prov. 13, 4.

חָרִיץ m. *caseus*, Arab. كريص (per כ), sic dictus ab *acrimonia*, quemadmodum Graec. ὀξυρίας τυρός genus *casei* fuit apud Siculos, ab *acore* vel *acrimonia* nomen habens. Al. vertunt: *segmentum*. Lxx. τρυφαλίς. Plur. in regim. חֲרִיצֵי 1 Sam. 17, 18.

חָרִיץ m. *tribula* i. q. חָרוּץ 2 Sam. 12, 31. 2 Chron. 20, 3. Victorum scilicet corpora (quae fuit illorum temporum crudelitas) tribulis ferreas rotas aciesve habentibus subjiciebantur. Aliis, nostri temporis magis quam antiqui rationem habentibus, est *fodina* q. d. *excisio metallorum* (conf. חצב de *metallis* Deut. 8, 9. et infra suo loco נְחוֹשׁ vel נְחֹשֶׁת *aes*), unde plur. in regim. חֲרִיצֵי הַבַּרְזֶל *fodinae ferri*. Sic intellexit Danzius in Dissert. de *mitigata Davidis in Ammonitas crudelitate* §. 21.

חַרְצָן m. vel sec. Chald. et Saad. *acinus* (vinaceus), a gravi *acore* sive *acrimonia* (ut *acinus* ab *aceo*), v. Hartmann. Einl. p. 222. — vel *omphax* (Arab. حصرم per metathesin). Plur. חַרְצַנִּים Num. 6, 4.

חֲרַץ Chald. *lumbus;* non differre videtur ab Hebr. חֲלָצַיִם (ל, ut saepe, mutat. in ר) et Syr. ܚܰܨܳܐ, eliso vel ל vel ר. [Alii conferunt Arab. خَصْر, Graec. ὀξύς, alias ἰξύς, et *lumbos* dictos censent a *robore* coll. rad. חרץ Hebraeis *acris fuit*, Chaldaeis *valuit;* ut Graec. ἰσχύς ab ἰσχύω *valeo*, et synonymum Hebr. מָתְנַיִם a *robore* dicuntur. Sic Graec. ὀξύ etiam exponitur ἰσχυρόν, et Lat. *acer* passim pro *forti*, conf. Servius ad Virgilii *Aeneid.* VIII, 614.]. Cum affixo חַרְצֵהּ Dan. 5, 6. sing. pro plur. vel duali, ut שֵׁן pro שִׁנַּיִם Thren. 2, 16. עֶצֶם pro עֲצָמִים Job. 30, 30. etc.

חַרְצֹב vel potius חַרְצֻבָּה f. *constrictio, contorsio* (a rad. Arab. quadrilitt. transpos. حَصْرَبَ, alias حَصْرَمَ et حَضْرَبَ *valide constrinxit torsitve funem*) h. e. a) *vinculum, funis firmiter adstrictus* Jes. 58, 6. — b) trop. *dolor, cruciatus* Ps. 73, 4. (v. rad. חזב).

חָרַק *striduit dentibus, frenduit* (حرق *id.*, خرق *fidit cum frendore*) Job. 16, 9. Constr. c. שֵׁן Thren. 2, 16. Ps. 112, 10. vel בְּשִׁנַּיִם Job. 16, 9. et sq. עַל pers. Ps. 35, 16. 37, 12. Fut. יַחֲרֹק Ps. 112, 10. plur. וַיַּחַרְקוּ Thren. 2, 16.

חָרַר 1) *exarsit, exustus, adustus est,* de *metallo* Ezech. 24, 11., hinc *exaruit* prae calore, trop. Job. 30, 30: עַצְמִי חָרָה מִנִּי חֹרֶב *ossa mea exaruerunt prae ardore* h. e. omni medulla et humore vitali privata sunt, Jes. 24, 6., ad quem loc. v. Rosenmueller. — (حَرَّ *ferbuit, canduit*). — Niph. נִחַר et נָחַר (Ps. 69, 4. 102, 4.) *adustus (combustus) est,* a) *proprie* de lignis Ezech. 15, 5., de carnibus Ezech. 24, 10., follis Jer. 6, 29. (ubi tamen Michael. et Rosenmueller. vertunt: *vehementius flavit,* coll. Arab. نَخَرَ *sonum emisit spiritumve cum sono duxit,* unde نَخْرَة *flatus venti vehemens*); b) *translate* Ps. 102, 4. — Fut. יֵחַר Ezech. 15, 5. — Pilp. infin. חַרְחַר *exardescere facere, accendere* (litem) Prov. 26, 20.

2) *liber, nobilis fuit, nobili stirpe natus est* (Arab. حَرَّ *liber evasit nobili stirpe natus fuit,* Syr. ܚܰܪ *liber fuit*); a *candore* ad *splendorem* facilis est transitus. Hinc oritur חֹר.

חֲרֵרִים plur. (loca) *adusta, arida prae calore* Jer. 17, 6.

חֹר m., plur. חֹרִים *ingenui, nobiles* 1 Reg. 21, 8. 11. Neh. 2, 16. 4, 14. 5, 7. 7, 5.; semel cum Cholem pleno חוֹרִים Eccles. 10, 17. in regim. חֹרֵי Neh. 6, 17. 13, 17. Jer. 27, 19. 39, 6. cum affixo חֹרֶיהָ Jes. 34, 12. (Syr. ܚܺܐܪܳܐ *nobilis, ingenuus, liber;* Arab. أَحَرّ *nobilior, nobilissimus*). — Sed חוֹר *foramen* et alia vid. sub rad. חור.

חַרְחֻר m. *febris ardens* vel *acuta,* ut Aethiop. ሐረረ: Deut. 28, 22.

חָרַשׁ proprie 1) *incidit, insculpsit, exaravit* Jer. 17, 1. — 2) *aravit, terram aratro proscidit* (حرث, Syr. ܚܪܬ *id.*) Deut. 22, 10. Job. 1, 14., חֹרֵשׁ *arator* Ps. 129, 3.; hinc *transl.* חָרַשׁ רָעָה Hos. 10, 13., vel חָרַשׁ אָוֶן Job. 4, 8. *arare malum, nequitiam* eodem sensu, quo זָרַע dicitur (v. supra) junctum cum verbo קָצַר *metere.* — 3) *fabricatus est,* quod fit *incidendo* et *exasciando* ligna, lapides et metalla Gen. 4, 22. 1 Reg. 7, 14, hinc metaphor. *meditatus est* aliquid Prov. 14, 22., sed saepius in malam partem: *machinatus est* Prov. 6, 14. 12, 20. (vid. tamen sub 2.). Ita Lat. *fabrefacere astutiam* apud Plautum, *fabricator doli* apud Virgilium, et Graec. τεύχειν κακὰ apud Hesiod. τέκτονες κακῶν apud Euripid. et passim τεχνιτεύω, τεχνάομαι et τεχνάζω *fabricor* pro *machinor* etc. — 4) *obmutuit, obsurduit, mutus, surdus fuit* (utraque notio copulata est etiam in Graeco κωφός, κωφεύειν et in Arab. خرس, ac satis constat, mutos homines fere omnes auditu carere), q. d. lingua, auditus ei *praecisus est* (cf. κωφός a κόπτειν). Et de *surditate* quidem proprie dicitur Mich. 7, 16.; *obmutescentiam* vero (s. v. v.) eam tantum significat, quae ab alicujus arbitrio proficiscitur, ut sit *tacuit, siluit* v. Hiph. (*mutum* enim, qui naturâ et necessitate est, denotat אִלֵּם); sed cum is, qui silet, deses etiam sit et ab agendo alienus, חָרַשׁ in Kal passim habet *quiescendi, torpendi* potestatem (de Deo homines auxilio destituente) Ps. 35, 22. 39, 13. al.; hinc praegnanter dictum est sq. מִן Ps. 28, 1. אַל תֶּחֱרַשׁ מִמֶּנִּי *ne sileas,* silens te avertas *a me.*

Infin. constr. חֲרשׁ 1 Sam. 8, 12. Fut. יַחֲרשׁ *arabit* Deut. 22, 10. Prov. 20, 4., sed יֶחֱרַשׁ *silebit* Ps. 50, 3. 28, 1. Mich. 7, 16.

Niph. *aratus est* Jer. 26, 18. Mich. 3, 12. (de urbe Hieros. prorsus evertenda v. Lydii Syntagn. de re mil. p. 234.). — Hiph. 1) *fabricatus, machinatus est,* trop. 1 Sam. 23, 9: כִּי עָלָיו שָׁאוּל מַחֲרִישׁ הָרָעָה *nam contra eum* (Davidem) *machinatus est* Saulus *malum* v. supra Kal. — 2) *surdus fuit* 1 Sam. 10, 27. — 3) *siluit* a) vel absolute Gen. 34, 5. Esth. 7, 4., vel sq. accus. rei Job. 41, 3. (*silentio texit, reticuit*); b) sq. לְ rei est: *silentio aliquid praetermisit* (*zu etwas schweigen*) Num. 30, 5. 8. etc. (idem videtur accusativo significari Job. 11, 3., ubi tamen al. reddunt: *silere fecit,* ad silentium redegit); c) sq. מִן vel אֶל pers. Job. 13, 13. Jes. 41, 1. *alicui siluit, aliquem tacitus audivit,* alicui os suum tacitum praebuit. — Deinde vero 4) ut in Kal *siluit* saepe est pro: *quievit* Hab. 1, 13. לָמָּה תַחֲרִישׁ בְּבַלַּע רָשָׁע צַדִּיק *cur siles cum devorat improbus probum?* h. e. cur quiescis, cur id fieri pateris?; Jes. 42, 14. Jer. 38, 27: וַיַּחֲרִשׁוּ מִמֶּנּוּ *et siluerunt,* silentes destiterunt *ab eo;* 2 Sam. 19, 11: לָמָּה אַתֶּם מַחֲרִשִׁים לְהָשִׁיב וגו׳ *cur vos siletis* h. e. cunctamini *reducere.* Paullo aliter Zeph. 3, 17: יַחֲרִישׁ בְּאַהֲבָתוֹ *silebit, quiescet pro amore erga te suo* h. e. condonabit tibi peccata (ut Chald. vertit), cum punire potius deberet. Itaque hîc etiam, ut alibi, הֶחֱרִישׁ sign. *quiescere, segnem esse, ubi agere debebas.* — Hithpah. fut. plur. cum Vau convers. וַיִּתְחָרְשׁוּ *et tacitos, quietos se continuerunt* Jud. 16, 2.

חֶרֶשׁ m. 1) *opus artificiosum, fabrile*, hinc גֵּי חֲרָשִׁים *vallis fabrorum* 1 Chron. 4, 14. Neh. 11, 35. — trop. *artificium* h. e. *machinatio* (aliis *praestigiae*, ex significatione radicis chald. in Pahel *fascinavit, praestigiatus est*) Jes. 3, 3., ubi respondet voci נְבוֹן. — 2) *silentium*, et adv. *tacite, clam* Jos. 2, 1.

חָרִישׁ m. *aratio, tempus arationis* Gen. 45, 6. Exod. 34, 21. Metonymice notat *id, quod aratur* vel *arandum est*, unde cum affixo חֲרִישׁוֹ *arvum suum*, vulgo *arationem suam* 1 Sam. 8, 12. (Sic *aestas* sumitur pro *fructibus, qui aestate colliguntur* Jes. 16, 9. Jer. 40, 10. Am. 8, 1., *messis* pro *frugibus, quae tempore messis demetuntur* Exod. 23, 10. Deut. 24, 19. Jes. 16, 9. Joël. 3, 18. etc. conf. Glassii *Philolog. S.* L. V. Tract. I. c. 4. §. 3.).

חֹרֶשׁ m. *silva* Jes. 17, 9. Ezech. 31, 3. proprie *caedua*, ex verbi significatione *abscindendi*, vel *densa*, coll. rad. Chald. חרשׁ *implicatus, condensatus est*, unde הֲרִישׁוּתָא *perplexitas ramorum vel silvae*. Cum ה *Locali* חֹרְשָׁה 1 Sam. 23, 16., unde porro cum ב, בַּחֹרְשָׁה *prope silvam* 1 Sam. 23, 15. 18. Plur. חֳרָשִׁים 2 Chron. 27, 4.

חָרָשׁ m. (formae dagessandae) 1) *faber* ferri, aeris, lignorum, lapidum. Hinc חָרָשֵׁי עֵץ, חָרָשֵׁי קִיר etc. Exod. 35, 35. Deut. 27, 15. Jes. 40, 19. 20. etc.; trop. Ezech. 21, 36. חָרָשֵׁי מַשְׁחִית *fabri perditionis* h. e. perdendorum populorum periti v. sub rad. 2) *sculptor gemmarum* Exod. 28, 11. — In regim. חָרַשׁ Jes. 44, 12. 13. Plur. חָרָשִׁים 2 Reg. 22, 6. Chron. 24, 12. Jes. 44, 11. in regim. חָרָשֵׁי 2 Sam. 5, 11. 2 Reg. 12, 12. etc. Sed plur. חֲרָשִׁים v. sub חֶרֶשׁ.

חֹרֵשׁ m. instrumentum, quo *secatur* Gen. 4, 22., ad formam יוֹתֵר ut jam vidit R. Sal. ben Melech.

חֵרֵשׁ m. (formae dagessandae) *surdus* Exod. 4, 11. Levit. 19, 14. Ps. 58, 5. Plur. חֵרְשִׁים Jes. 35, 5.; trop. Jes. 29, 18.

חֲרֹשֶׁת f. 1) *sculptura* Exod. 31, 5. 35, 23. — 2) nomen propr. *loci*, ubi Sisera habitabat Jud. 4, 2. 13., de cujus situ nil certi constat.

חֲרִישִׁי m. *silens, quietus*, unde foem. רוּחַ חֲרִישִׁית eurus *silens, tranquillus*, qui aestum solis magis augebat Jon. 4, 8.

מַחֲרֵשָׁה f. *rutrum, bipalium*, idem instrumentum, quod Germanis nostris *Grabscheid* dicitur, quo terra *inciditur* et *foditur* 1 Sam. 13, 20. Plur. מַחֲרֵשׁוֹת 1 Sam. 13, 21.

מַחֲרֶשֶׁת m. *vomer*, quo *aratur*, cum affixo מַחֲרַשְׁתּוֹ 1 Sam. 13, 20. Arab. مِحْرَاثٌ *aratrum*.

חֶרֶשׂ *testa*, vid. sub rad. חרס. קִיר חֶרֶשׂ urbs Moabit. Jes. 16, 11. Eadem v. 7. et 2 Reg. 3, 25. appellatur קִיר חֲרֶשֶׂת.

חָרַת *incidit, insculpsit*, non divers. a חרשׁ, sed more Aram. scriptum; Syr. ܚܪܬ *aravit*; Arabes tamen etiam habent خَرَتَ *excavavit* v. Hartmann. Einl. p. 88 sq. Part. Pahul חָרוּת *insculptus* Exod. 32, 16.

חֹרֶת 1 Sam. 22, 5. nomen proprium sylvae in tribu Jud., ubi Davides delituit v. RELAND. Palaest. p. 378.

חָשַׁב gener. *cogitavit, mente agitavit,* ut Arab. حسب et Syr. ܚܫܒ [nisi *supputandi* notio (v. Niph. et Pih.) primaria, adeoque *cogitare* sit proprie *rationes subducere*]; spec. 1) meditatus est, excogitavit aliquid, sq. acc. rei, sensu vel a) *bono,* ut carmina Am. 6, 5., opera artificiosa Exod. 31, 4., hinc חֹשֵׁב *artifex* 2 Chron. 26, 15., inpr. *polymitarius* Exod. 26, 1. 31. 28, 6. 15. — Semel omisso acc. Ps. 40, 18. יַחֲשָׁב־לִי *cogitat, meditatur mihi* sc. auxilium, salutem (*er denkt, sinnt für mich*), consulit mihi (coll. עֶשֶׁת Jon. 1, 6.); — vel b) *malo:* perniciem, interitum (רָעָה) *machinatus est,* sq. עַל vel לְ pers. (*contra*) Gen. 50, 20. Ps. 35, 4. 20. 41, 8. Jer. 11, 19. 49, 20. 2 Sam. 14, 13. Zach. 8, 17. Mich. 2, 1. — Sq. infin. c. praefixo לְ cogitavit aliquid facere, molitus est, 1 Sam. 18, 25. Ps. 140, 5. Neh. 6, 2. Jer. 23, 26. 26, 3. Sine infin. Jes. 10, 7: לֹא כֵן יַחְשֹׁב *non cogitat ita facere,* Gen. 50, 20: חֲשָׁבָהּ לְטוֹבָה *cogitavit* secum, constituit *illud* (malum) *in bonum* convertere. — 2) habuit aliquid vel aliquem pro etc., sq. acc. et dat. (*λογίζεσθαί τινα εἰς τ.*), ut Gen. 38, 15. וַיַּחְשְׁבֶהָ לְזוֹנָה *et habuit eam pro meretrice,* existimavit eam meretricem esse; Job. 13, 24. תַּחְשְׁבֵנִי לְאוֹיֵב לָךְ *habes me pro inimico tuo,* 30, 10. 1 Sam. 1, 13.; Job. 41, 19. יַחְשֹׁב לְתֶבֶן בַּרְזֶל *ferrum pro palea habet;* sqq. acc. et כְּ Job. 19, 11. v. Niph. — hinc passim est: *aestimavit* Jes. 13, 17. כֶּסֶף לֹא יַחְשֹׁבוּ *argentum pro nihilo habent, nihili aestimant,* 53, 3.; 33, 8. לֹא חָשַׁב אֱנוֹשׁ *nihili aestimat hominem;* Mal. 3, 18. חֹשְׁבֵי שְׁמוֹ (magni) *aestimantes,* venerantes *nomen ejus;* v. Pih.; — 3) imputavit alicui aliquid, sq. acc. rei et dat. pers. (*λογίζεσθαί τινί τι*), sive honesti aliquid Gen. 15, 6., sive turpiter factum Ps. 32, 2. 2 Sam. 19, 20.

Praet. 1. plur. cum affixo חֲשַׁבְנֻהוּ Jes. 53, 3., fut. יַחְשֹׁב Jes. 10, 7., cum Makkeph יַחֲשָׁב־ Ps. 40, 18. cum affixo יַחְשְׁבֵנִי Job. 33, 10., plur. in pausa יַחְשֹׁבוּ Jes. 13, 17. simulque cum Nun paragog. יַחֲשֹׁבוּן Ps. 35, 20.

Niph. נֶחְשַׁב fut. יֵחָשֵׁב 1) computatus, supputatus est 2 Reg. 22, 7. לֹא יֵחָשֵׁב אִתָּם *non supputabitur cum iis* h. e. non exigentur rationes ab iis. — 2) annumeratus est Jos. 13, 3. לַכְּנַעֲנִי תֵּחָשֵׁב *Cananaeis annumeratur,* sq. עַל 2 Sam. 4, 2. Levit. 25, 31. — 3) habitus est pro etc. sq. a) nomin. Gen. 31, 15. הֲלוֹא נָכְרִיּוֹת נֶחְשַׁבְנוּ לוֹ *nonne pro peregrinis habemur ei* (ab eo) Jes. 40, 17. Prov. 17, 28. Neh. 13, 13.; b) sq. לְ Thren. 4, 2. 1 Reg. 10, 21.; c) sq. כְּ Hos. 8, 12. Jes. 5, 28. 44, 15. Ps. 44, 23. Job. 18, 3.; d) sq. עִם c. plur. Ps. 88, 5. Sed Jes. 2, 2. בְּ est pretii: *quanti ille aestimetur.* — 4) imputatus est, sq. לְ pers., et in *malam* Levit. 7, 18. 17, 4. et in *bonam* partem Num. 18, 27. נֶחְשַׁב לָכֶם תְּרוּמַתְכֶם *imputabitur vobis* tanquam *oblatio a vobis facta,* Ps. 106, 31. וַתֵּחָשֶׁב לוֹ לִצְדָקָה.

Pih. חִשַּׁב 1) computavit, supputavit Levit. 25, 27. וְחִשַּׁב אֶת־שְׁנֵי מִמְכָּרוֹ *et computet annos venditionis,* 27, 18. 23. 2 Reg. 12, 16. וְלֹא יְחַשְּׁבוּ אֶת־הָאֲנָשִׁים *nec rationes subduxerunt cum viris.* — 2) cogitavit h. e. a) *reputavit, perpendit* Ps. 77, 6. pristina tempora, Ps. 119, 59. vias suas h. e. agendi rationem; b) *meditatus est,* vel sq. acc. Prov. 16, 9. Dan. 11, 24. Hos. 7, 15. (Nah. 1, 9. חִשֵּׁב אֶל־יְהוָה *contra Jovam machinari*), vel sq. infin. Prov. 24, 8, etiam de

rebus inanimatis Jon. 1, 4. *navis cogitabat frangi* h. e. *in eo erat, ut frangeretur,* LXX. τὸ πλοῖον ἐκινδύνευε τοῦ συντριβῆναι. — 3) aestimavit, rationem habuit alicujus Ps. 144, 3. — Hithpah. fut. in pausa יִתְחַשָּׁב *se ipsum annumerabit* (בַּגּוֹיִם gentibus) Num. 23, 9.

חֲשַׁב Chald. *reputavit, aestimavit:* unde Pehil plur. חֲשִׁיבִין כְּלָא *pro nihilo, nihili habiti, aestimati* Dan. 4, 32.

חֵשֶׁב m. *cingulum,* quo Ephod summi pontificis colligabatur, Exod. 28, 8. 27. 28. 29, 5. 39, 5. 20. 21. Levit. 8, 7. ab *artificioso* opere (v. חָשַׁב) dict., aliis a *mixtura* filorum et colorum, coll. rad. Arab. حشب *miscuit.* Sunt vero etiam, qui *opus polymitarium, texturam* vertant, ut Clericus et Dathius v. Rosenmueller. ad h. l.

חֶשְׁבּוֹן m. 1) *ratio, intelligentia, prudentia* Eccles. 7, 25. 27. 9, 10. — 2) nomen oppidi *piscinis* insignis Cant. 7, 5., quod olim Amoritarum Num. 21, 25., postea Israelitarum (h. e. vel Gaditarum vel Rubenitarum) Jos. 13, 26. 21, 37. tum Moabitarum Jes. 15, 4.) fuit. Ptolemaeo (5, 16.) appellatur *Ἐσβοῦς,* Abulfedae حُسْبَان, add. Burckhardt *Reise* II, p. 623 sq.

חִשָּׁבוֹן m. 1) *ars* (prava), *machinatio* Cohel. 7, 29. — 2) *machina bellica, tormentum* 2 Chron. 26, 15.

מַחֲשָׁבָה et מַחֲשֶׁבֶת (Exod. 35, 33.) f. 1) *cogitatio, consilium, institutum,* vel medio sensu Prov. 19, 21. vel in *bonam* 2 Sam. 14, 14. Ps. 40, 6. Jer. 29, 1 (de Deo), Prov. 12, 6. (de hom.), aut in *malam* partem Mich 4, 12 (de Deo), Ps. 56, 6. Thren. 3, 60. Jer. 11, 19. Job. 21, 27. (de homin.: *machinatio*); addita voce רָעָה Ezech. 38, 10. Haud infrequens est haec form. חָשַׁב מַחֲשָׁבָה Jer. 18, 11. 49, 30. 50, 45. Esth. 8, 3. etc. In regim. מַחְשֶׁבֶת Esth. 8, 5. 2 Chron. 26, 15. cum affixo מַחֲשַׁבְתּוֹ Esth. 8, 3. 9, 25. Plur. מַחֲשָׁבוֹת Prov. 15, 22. etc. in regim. מַחְשְׁבוֹת Ps. 33, 10. 11. Prov. 6, 18. cum affixo מַחְשְׁבוֹתֵיכֶם Jes. 55, 8. etc. — 2) *opus* ingeniose excogitatum, *artificiosum* Exod. 31, 4. 35, 33. 35.

חֲשַׁבְיָהוּ s. חֲשַׁבְיָה nom. propr. virorum e tribu Levitar. 1 Chron. 7, 45. 10, 14. 26, 3. 27, 30. Esr. 8, 24. Neh. 3, 17. al.

חָשָׁה *siluit, tacuit* (propr. φιμοῦσθαι, cum velut constipato et offarcto ore obticetur, a rad. حشي *farsit, refersit* v. Schultens. ad Hamas. p. 314.) Eccles. 3, 7. Jes. 62, 6.; de fluctibus Ps. 107, 29. Construct. praegn. חָשָׁה מִמֶּנִּי *conticescendo se subduxit, avertit a me, deseruit me* Ps. 28, 1. conf. חָרַשׁ; hinc passim Deus dicitur *silere,* cum prave facta tolerat et ad exitum perduci patitur Jes. 62, 1. 65, 6. etc. Fut. תֶּחֱשֶׁה Jes. 64, 11. [sed וַיַּחַשׁ Job. 31, 5. ratione significationis ad חוּשׁ pertinet, licet forma sit a חָשָׁה].

Hiph. הֶחֱשָׁה 1) *silere fecit, sedavit* Neh. 8, 11 (populum). — 2) intrans. *siluit* Jud. 18, 19. 2 Reg. 2, 3. 5. Ps. 39, 3., ubi הֶחֱשֵׁיתִי מִטּוֹב dictum videtur pro: ה מִטּוֹב עַד רָע *tacui a bono usque ad malum* (Gen. 31, 24.) h. e. nihil omnino, ne verbum quidem, dixi; — hinc *deses fuit, quievit* 1 Reg. 22, 3. Jud. 18, 9., de Jova hominum flagitia tolerante Jes. 42, 14. 57, 11. Imp. plur. הֶחֱשׁוּ (c. punctis praeter. pro הַחֲשׁוּ, quod tamen aliis est praeter.) 2 Reg. 2, 3. 5.

חֲשַׁח Chald. *opus, necesse fuit,* it. *necesse habuit,* sq. Infin. c. praef. לְ (ut Hebr. חסר dicitur tam de *eo, qui caret,* quam de *eo, quod deest*). Part. praes. m. plur. חַשְׁחִין *necesse habentes* Dan. 3, 16., foem. plur. חַשְׁחָן *quae opus sunt* Esr. 6, 9. pro חָשְׁחִין et חָשְׁחָן. Similia exempla participii praes. cum Patach pro Kametz vid. Dan. 2, 5. 8. 4, 16. 5, 25. etc. add. Winer. Grammat. chald. p. 76.

חַשְׁחוּת f. *necessitas* Esr. 7, 20.

חָשַׁךְ *obscurus factus est, obscuratus, obtenebratus est* (proprie coll. Arab. حسك significat *horruit,* ut observat Schultens. in *Commentar.* ad Job. 3, 4.; ab *horrido* dicebantur *tenebrae,* Syr. ܚܫܟ *tenebrosus fuit)* Jes. 13, 10. Job. 3, 8. 18, 6. (de sole ac stellis splendorem amittentibus), Exod. 10, 15 (de terra, cui per locustarum agmina lux solis adimitur), Eccles. 12, 3. Translate dicuntur *oculi obscurari*, vel ejus, qui intelligentia destitutus in perniciem ruit Ps. 69, 24., vel ejus, qui moerore afficitur Thren. 5, 17 (v. infra חֹשֶׁךְ). — Fut. יֶחְשַׁךְ Eccles. 12, 2.

Hiph. הֶחְשִׁיךְ *obscuravit* Am. 5, 8 (diem), 8, 9 (terram), sine casu Ps. 139, 12: *ipsae etiam tenebrae non obscurabunt,* caliginem efficient; — trop. a) Jer. 13, 16. בְּטֶרֶם יַחְשִׁךְ *antequam obscuret* h. e. *tenebras inducat* sc. Deus h. e. antequam vobis infligat calamitates, unde vos expedire non possitis; b) Job. 38, 2. *quis est, qui sapientiam* (meam) *verbis insipidis obscurat!*

חָשֹׁךְ m. *obscurus,* metaphorice *ignobilis,* plur. חֲשֻׁכִּים Prov. 22, 29. (Chald. חֲשׁוֹכָא *id.*). Sic Lat. *obscuri homines* vel *personae* pro *ignobilibus* apud Ciceron., *ortus obscuris* i. e. ignobilibus *majoribus* apud Vellejum.

חֹשֶׁךְ m. 1) *caligo, tenebrae* Exod. 10, 21 sq. Deut. 4, 11. Ps. 18, 12., it. *locus tenebricosus* (ut σκότος) Ps. 88, 13 (orcus), Jes. 42, 7. 47, 5. 49, 9 (carcer); אוֹצְרוֹת חֹשֶׁךְ *thesauri caliginis,* in caligine repositi h. e. abditissimi. — 2) metaphor. (cf. σκότος in N. T.) a) *ignorantia* Job. 37, 19., unde qui in ignorantia versantur, dicuntur *tenebras palpare* Job. 12, 25.; b) *miseria, pernicies* Job. 15, 22. Am. 5, 18. Jes. 9, 1. Zeph. 1, 15. Thren. 3, 2.; c) *tristitia, moestitia* Eccles. 5, 16. Cum affixo חָשְׁכִּי *tenebrae meae* i. e. *miseria mea* Ps. 18, 29. 2 Sam. 22, 29.

חֲשׁוֹךְ m. Chald. *id.* in statu emph. חֲשׁוֹכָא Dan. 2, 22.

חֲשֵׁךְ m. *id.* unde plur. חֲשֵׁכִים *tenebrae* Jes. 50, 10.

חֲשֵׁכָה f. *id.* Gen. 15, 12. Jes. 8, 23. Ps. 82, 5., semel cum Jod חֲשֵׁיכָה Ps. 139, 12. et in regim. חֶשְׁכַת Ps. 18, 12.

מַחְשָׁךְ m. *locus obscurus* sive *tenebricosus* Jes. 29, 15. Ps. 88, 7., max. de *orco* Ps. 143, 3. Thren. 3, 6., trop. de *miseria* Jes. 42, 16. Sed Ps. 88, 19. מְיֻדָּעַי מַחְשָׁךְ ita vertas: *socii mei* sunt in *tenebris* h. e. subtraxerunt se oculis meis, deseruerunt me. Plur. מַחֲשַׁכִּים Ps. 88, 7. in regim. מַחֲשַׁכֵּי Ps. 74, 20.

חָשַׂךְ 1) cohibuit, *coercuit,* ut linguam (sermonem) Prov. 10, 19. 17, 27. Job. 7, 11. 16, 5., populum 2 Sam. 18, 16., vocem Jes. 58, 1., lucem Ezech. 30, 18. (ad quem loc. v. Rosenmueller.), sputum Job. 30, 10.;

sq. מִן a) *cohibuit, retinuit* ab aliqua re Gen. 20, 6.; b) *servavit, tutum praestitit ab* al. re Job. 33, 18. Ps. 19, 14. 78, 50.; Prov. 24, 11: מָטִים לַהֶרֶג תַּחְשֹׂךְ *destinatos morti serva, libera* a morte; c) *denegavit* alicui aliquid Gen. 22, 12. 39, 9. — 2) pepercit et rebus Prov. 21, 26. et hominibus 2 Reg. 5, 20. Jes. 14, 6. Absolute Esr. 9, 13: חָשַׂכְתָּ לְמַטָּה מֵעֲוֹנֵנוּ *pepercisti* (nobis) *infra peccata nostra* h. e. minus, quam merebantur peccata, punivisti, et Prov. 11, 24. חוֹשֵׂךְ *parcus.* — Sq. לְ est: *reservare (aufsparen)* Job. 38, 23. *reservo* (nivem, grandinem) *tempori calamitoso* (Syr. ܚܣܟ et Chald. חֲסַךְ *id.*). — Imper. חֲשֹׂךְ Ps. 19, 14. fut. אֶחְשֹׂךְ Job. 7, 11., sed cum Vau convers. וָאֶחְשֹׂךְ Gen. 20, 6., foem. תַּחְשׂוֹךְ Prov. 24, 11.

Niph. fut. יֵחָשֵׂךְ *cohibebitur* Job. 16, 6. et retracto accentu יֵחָשֶׂךְ *reservatur* Job. 21, 30.

חָשַׁל *debilitavit,* in Kal inusit., Niph. part. plur. נֶחֱשָׁלִים *debilitati* Deut. 25, 18. (خُسَّلٌ *debiles, viliores,* a rad. خسل *rejecit*).

חֲשַׁל Chald. *contudit, diduxit* aes, *malleavit,* unde part. praes. חָשֵׁל *contundens* Dan. 2, 22., Syr. ܚܫܠ *fabricavit, malleavit.*

חַשְׁמַל vel, ut alii legunt, חַשְׁמָל m. *aurichalcum, metallum χαλκόχρυσον* i. e. *ex aere et auro conflatum* Ezech. 1, 4. 27., sec. Bochartum in *Hieroz.* T. III, p. 885. compositum ex Chald. נְחָשׁ *aes* (abjecto Nun per aphaeresin) et מְלַל *aurum,* sec. alios ex נְחָשׁ *aes* et Chald. מְלַל *ussit* q. d. *aurum ustum* (german. *glühendes Erz*). Lxx. Vulg. *electrum,* quod non succinum sed, ut apud Graecos passim (Pausan. 5, 12. Plin. H. N. 33, 23. Sophocl. Antig. 1038.), metallum ex auro argentoque conflatum significat. — Cum ה paragog. חַשְׁמַלָה vel חַשְׁמַלָּה Ezech. 8, 2.

חַשְׁמַן m. *magnas, optimas,* a rad. Arab. حشم *multos habuit famulos et asseclas,* it. *pinguis fuit* vel *evasit, bene habuit,* unde حَاشِمٌ et حشيم *magnus magnique famulitii vir.* Aliorum sententias de origine hujus vocis recensent Pfeifferus in *Dubiis vexat.* ad Ps. 68, 32. et Barth. Mayerus in *Philologia S.* P. I, p. 147 sq. add. Michaelis in *Suppl.* p. 972., qui *Asmuneos,* أشمونين, incolas nomi superioris Aegypti intelligit, parum probabiliter. Plur. חַשְׁמַנִּים Ps. 68, 32.

חָשַׁן rad. in Hebr. inusit., Arab. حسن *elegans, pulcher fuit,* in Conj. II. et V. *ornavit.*

חֹשֶׁן m. *ornamentum pectorale* pontificis maximi Exod. 25, 7. 28, 4. 15. 39, 5. 8. 9. Levit. 8, 8. etc. a summa *elegantia* et *pulchritudine* dict.

חָשַׂף Duplex radix: I) *nudavit, denudavit* (حشف *scalpsit, descalpsit, scalpendo derasit*) aliquid Ezech. 4, 7. Jes. 52, 10., aliquem Jer. 49, 10.; *retexit, subtraxit* velum Jer. 13, 26. — Arborem *nudare* est vel *decorticare* Joel. 1, 7. vel *foliis privare* Ps. 29, 9. — II)

exhausit (denominat. a خسوف *puteus perennem scaturiginem habens*) Jes. 30, 14. Hagg. 2, 16. — Pahul plur. ex Syriasmo חֲשׂוּפֵי pro חֲשׂוּפֵי Jes. 20, 4., imp. foem. חֶשְׂפִּי Jes. 47, 2. fut. יֶחֱשֹׂף Ps. 29, 9.

מַחְשֹׂף m. *denudatio, decorticatio* Gen. 30, 37.

חָשִׂיף m. propr. *decerptum*, hinc *parvum, exiguum, tenue*; 1 Reg. 20, 27: שְׁנֵי חֲשִׂפֵי עִזִּים *duo parvi* (greges) *caprarum*, Lxx. δύο ποίμνια αἰγῶν; cf. Arab. خسافة *parum aquae, reliquiae cibi*.

חָשַׁק propr. *fixit, defixit, infigendo junxit* (ut خزق; nam خسق a خزق non discrepare dicit Gieuharius; cf. חֲשׁוּקִים, חֵשֶׁק et חִשֻּׁק); hinc 1) *adhaesit* h. e. *addictus fuit alicui, delectatus est aliquo*, sq. בְּ (q. d. defixus fuit, oculos defixit in) Ps. 91, 14. Gen. 34, 8. Deut. 7, 7. 21, 10. (Cognat. etiam est عشق *amavit*, ח et ע permut.). Sq. acc. et sensu praegn. Jes. 38, 17: חָשַׁקְתָּ נַפְשִׁי מִשַּׁחַת *me amans* extraxisti *e fovea*, suppresso וְהוֹצֵאתָ. — 2) sq. Infin. חָשַׁק לִבְנוֹת *libuit, placuit aedificare* 1 Reg. 9, 19. 2 Chron. 8, 6. cf. rad. חָפֵץ.

Pih. חִשֵּׁק (a nomine חָשׁוּק) *virgis* sive *perticis infixis junxit, virgis cohaerere fecit* sive *conseruit* Exod. 38, 28. — Pyh. חֻשַּׁק *virgis* seu *perticis infixis conjunctus est*, part. plur. מְחֻשָּׁקִים *virgis* sive *perticis junctae, virgis consertae* Exod. 27, 17.

חָשׁוּק m., in plur. חֲשׁוּקִים Clerico, Dav. Millio in Diss. de *Tabernaculo Mosis* (ejus *Miscellaneis S.* inserta) c. 2. §. 4. et aliis *virgae* sive *perticae*, quibus infixis et aulaea *adhaerebant* et quarum ope columnae *conserebantur*, q. d. *adhaesiones, adjunctiones, consertiones*. Cum affixo חֲשׁוּקֵיהֶם et חֲשֻׁקֵיהֶם Exod. 27, 10. 11. 36, 38. 38, 10. 11. 12. 17. 19. 38.

חֵשֶׁק m. *appetitus, desiderium* Jes. 21, 4. cum affixo חִשְׁקִי; metonymice *id, quod appetitur* 1 Reg. 9, 1. 19. 2 Chron. 8, 6.

חִשֻּׁקִים m. plur. *radii rotae*, quibus apsis et modiolus *conjungitur* et *conseritur* 1 Reg. 7, 33.

חָשַׁר radix Hebraeis inusitata, Arab. حشر *collegit, congregavit.* Inde sunt

חַשְׁרָה f. *collectio, congregatio*, in regim. חַשְׁרַת מַיִם 2 Sam. 22, 12. *congregatio aquarum*, quae fit nubibus impeditis nubibus. Quidam dictum volunt pro חֶשְׁרָה *nigredo, obscuritas*, coll. Ps. 18, 12., ubi pro eo occurrit חֶשְׁכָה. Non placet.

חִשֻּׁרִים m. plur. *modioli rotae* q. d. *congregationes radiorum* i. e. in quibus radii concurrunt 1 Reg. 7, 33.

חֲשַׁשׁ m. Jes. 5, 24. 33, 11. i. q. Arab. حشيش *herba siccior, pabulum siccum, foenum.*

חֵת, plur. חִתִּים nomen propr. populi Cananitici, in vicinia Hebronis

alibique sparsim habitantis Gen. 15, 20. Jos. 11, 3. 12, 8. etc.; interdum etiam latius pro Cananitarum gente positum 2 Reg. 7, 6. conf. J. D. Michaelis *Spicil.* T. II, p. 9 sqq.

חָתָה *cepit* captumque *abstulit, abripuit*, sive res (ut ignem, prunas) Prov. 6, 27. Jes. 30, 14., sive hominem Ps. 52, 7. (propr. videtur nonnullis significare: *contorsit* aliquid et *constipavit ad commodius capiendum et auferendum;* nam حتو, حتى et حتا est *torsit*, v. Alb. Schultens ad Prov. 6, 27.; cf. tamen Hartmann. Einl. p. 225.). Praegnanter dic. Prov. 25, 22. *capies prunas ardentes* (et impones) *capiti ejus.* Fut. יַחְתֶּה Prov. 6, 27. cum affixo יַחְתְּךָ Ps. 52, 7. [Sed תֵּחַת Prov. 17, 10. pertinet ad נחת, licet forma sit tanquam a חתח per apocopen].

מַחְתָּה f. 1) Levit. 16, 12. Num. 17, 11. *instrumentum* vel *vas,* quo prunae ex igni *capiuntur* et *portantur: batillus* (conf. pluribus de *vase* illo Braunii *Selecta S.* L. II. c. 5. Deylingii *observatt. S.* P. II. obs. 47. §. 8 sq.); Jarchius ad Num. 9, 14. testatur, מחתה habuisse tria latera, ab anteriori autem parte prunas hausisse, ad formam scil. litterae hebr. ח, cui formae si addatur manubrium, quod Talmudici illi tribuunt, emerget figura batilli ח. — 2) Exod. 25, 38. 37, 23. Num. 4, 9. *vas,* in quo cineres et adustae partes ellychniorum, forcipibus praecisae reponebantur, *vasculum emunctorium,* Luth. *Leschnapf,* Lxx. ὑπόθεμα. Plur. מַחְתּוֹת Exod. 38, 3. Num. 4, 14. 2 Reg. 25, 15.

חָתַךְ *decidit* (Chald. *secuit, decidit*). Niph. נֶחְתַּךְ *decisum, definitum est* Dan. 9, 24. Consent. Lxx. et Theodot.

חָתַל *fasciis involvit, fasciavit.* Pyh. חֻתַּל *fasciis involutus fuit* Ezech. 16, 4. — Hoph. infin. absol. הָחְתֵּל *fasciis involvendo, fasciando,* ibid.

חִתּוּל m. *fascia* (ad vulnus deligandum) Ezech. 30, 21. Arab. خِتْل *tegmen, involucrum.*

חֲתֻלָּה f. *fascia* (qua infans involvitur) Job. 38, 9.

חָתַם impresso sigillo signavit, obsignavit (Arab. ختم) Jer. 32, 10. Esth. 8, 8. Jes. 8, 16. Dan. 12, 9. Part. חֲתוּמִים Neh. 10, 1. *obsignati* h. e. quorum nomina subscripta sigillo signata sunt; metaphorice (cf. σφραγίζειν in N. T.): 1) quia libello sive epistolae ad *finem* perductae sigillum (خِتَام) imprimi solet: *perfecit, absolvit, complevit,* sq. accus. Dan. 9, 24. (visum, oraculum), Ezech. 28, 12. חֹתֵם תָּכְנִית *perficiens, absolvens pulcritudinem* h. e. summa ornatus pulcritudine; (quo sensu apud Syros et Arabes usitatius est cf. خَاتِم *ultimus* et خَاتِمَة *extremum,* v. Alb. Schultens *ad* Haririi Cons. I, p. 8. — 2) quia sigillo muniri solent, quae clausa et recondita esse debent: *clausit, conclusit, occlusit, recondidit,* sq. בְּ Job. 37, 7. *obsignat manus hominis* h. e. claudit et ligat, efficit, ut non

possit opus facere; sq. בְּעַד Job. 9, 7. *obsignat stellas* h. e. facit, ut splendorem amittant. Hinc Pahul חָתוּם *obsignatus, obsignatum* i. e. *clausum, reconditum* Deut. 32, 34. Cant. 4, 12. Jes. 29, 11. Jer. 32, 11. 14. — 3) Job. 33, 16. יִגְלֶה אֹזֶן אֲנָשִׁים וּבְמֹסָרָם יַחְתֹּם *aperit aurem hominum et obsignat* (eam) *castigatione, admonitione* h. e. suggerit iis talia, quae non abiicere, sed alta mente reposta tenere decet. Alii aliter v. Rosenmueller. ad h. l. — Infin. absol. חָתוֹם Jer. 32, 44. Imp. חֲתֹם Dan. 12, 4. Fut. יַחְתֹּם Job. 9, 7.

Niph. נֶחְתַּם *obsignatum est* Esth. 3, 12. Infin. absol. נַחְתּוֹם Esth. 8, 8. v. Gesen. Lehrgeb. p. 310. — Pih. praet. plur. חִתְּמוּ *obsignant se* vel *sibi* h. e. *claudunt, continent se domi* Job. 24, 16. — Hiph. הֶחְתִּים intrans. *obstructus fuit* Levit. 15, 3: הֶחְתִּים בְּשָׂרוֹ מִזּוֹבוֹ (si) *obstructum fuerit corpus ejus a fluxu suo* h. e. si seminis fluxus remiserit.

חֲתַם Chald. *id.*, unde praet. cum affixo חַתְמַהּ *obsignavit eam* Dan. 6, 18.

חוֹתָם m. *sigillum, annulus signatorius* (خاتم) Exod. 28, 11. 21. Job. 41, 7. Jer. 22, 24. Hagg. 2, 23. etc.; metonymice ipsa *nota sigillo expressa* Job. 38, 14. Cum affixo חֹתָמְךָ Gen. 38, 18.

חֹתֶמֶת f. *id.* Gen. 38, 25.

חָתַן *affinis fuit*, spec. *inito conjugio* (a nomine חָתָן?). Part. praes. חֹתֵן *socer* i. e. *pater uxoris* (cf. חם supra) Exod. 18, 1. 2. 5. 14. 17. Num. 10, 29. Jud. 1, 16. 4, 11. Cum affixis חֹתֶנְךָ Exod. 18, 6. חֹתְנוֹ Exod. 3, 1. 4, 18. 18, 7. 24. 27. Foem. חֹתֶנֶת *socrus* i. e. *mater uxoris*, cum affixo חֹתַנְתּוֹ Deut. 27, 23. — Hithpah. הִתְחַתֵּן *affinitatem iniit* (filiam in matrimonium vel ducendo vel collocando), sq. אֶת Gen. 34, 9. 1 Reg. 3, 1., sq. בְּ Deut. 7, 3. Jos. 23, 12. Esr. 9, 14., sq. לְ 2 Chron. 18, 1.

חָתָן m., gener. *affinis* (Arab. خَتَن *proximus uxoris*, sc. *pater* ejus aut *frater*, *patruus* etiam, *avunculus* etc.) 2 Reg. 8, 27.; spec. ratione *soceri* vel *socrus*: *gener* 1 Sam. 18, 18., respectu *sponsae*: *sponsus* Jer. 7, 34. (Sic Graec. *γαμβρός* et *κηδεστής* h. e. *affinis*, specialiter pro *genero* usurpari solent). De *sponso* autem *sanguinum* Exod. 4, 25. conf. Deylingii *observatt. S.* P. II. n. 10. Pocockii *Not. miscell.* ad *Portam Mosis* p. 51 sq. Rosenmueller. ad Exod. l. c. etc. In regim. חֲתַן Exod. 4, 25. 26. Jud. 15, 6. cum affixo חֲתָנוֹ Jud. 19, 5. Plur. חֲתָנִים Gen. 19, 14.

חֲתֻנָּה f. *affinitatis per conjugium contractio, desponsatio, nuptiae* Cant. 3, 11.

חָתַף i. q. חָטַף *rapuit, abripuit* (خطف *id.*). Fut. יַחְתֹּף Job. 9, 12.

חֶתֶף m. *rapina* i. e. abstract. pro concr. *praedo* q. d. pro אִישׁ חֶתֶף (ut הֵלֶךְ pro אִישׁ הֵלֶךְ 2 Sam. 12, 4.) Prov. 23, 28. Ita B. Michaelis; Schultens. ex Arab. خطّوف *harpago, uncus venatorius*. Sed illud simplicius.

חָתַר *fodit, perfodit*, sq. בְּ Ezech. 8, 8. 12, 5. 7. (perfodit, perrupit *murum*); it. *irrupit*, sq. בְּ Am. 9, 2., sq. acc. Job. 24, 16.; metaphorice *remigavit* (remis enim aquae quasi *fodiuntur*, secantur cf. Ovid. Met. 11, 461 sqq. Trist. 3, 12, 36.) Jon. 1, 13. Alia quoque *secandi, findendi* et *fodiendi* vocabula ad *navigationem* referri solent, cujus rei exempla plurima dedit Simonis in *Arcano Form. Hebr.* p. 427. et in *Onomast. V. T.* p. 632. Imp. חֲתָר Ezech. 8, 8., fut. plur. יַחְתְּרוּ Ezech. 12, 12.

מַחְתֶּרֶת f. *perfossio*, Lxx. διόρυγμα; al. *instrumentum, quo perfoditur,* Exod. 22, 1. Jer. 2, 34.

חָתַת 1) *fractus, contusus, contritus est* (حَتَّ) vid. sub Niph. Pih. et Hiph. — 2) metaphorice *consternatus, territus est.* [Sic Lat. *metu frangi* dixit Cicero, *minis frangi* pro *terreri* Statius etc.; ceterum cf. infra שָׁבַר]. 2 Reg. 19, 26. Job. 32, 15. Jes. 37, 27. Jer. 14, 4. 48, 20. 50, 2. Praet. 3. f. in pausa חַתָּה Jer. 48, 1.

Niph. נִחַת 1) *fractus, confractus est,* translato sensu Jes. 7, 8. *confringetur,* attenuabitur *Ephraim* מֵעָם *ita ut non sit amplius populus;* Jes. 51, 6. *salus mea non confringetur* h. e. non deficiet. — 2) *consternatus, territus est* Jer. 17, 18. Deut. 1, 21. 31, 8. Jos. 1, 9. 10, 25. (max. in hac form. לֹא תִירָא וְלֹא תֵחַת); sq. מִן *aliqua re terreri* Jes. 30, 31. 31, 4. Jer. 10, 2., sq. מִפְּנֵי *ab aliquo timere* Jer. 1, 17. Ezech. 2, 6. — Fut. יֵחַת Job. 39, 25. plur. יֵחַתּוּ 1 Sam. 2, 10.

Pih. חִתַּת 1) intransitive *fractus est* (arcus) Jer. 51, 56. — 2) *terruit,* 2 pers. praet. חִתַּתָּ pro חִתַּתְּתָּ Job. 7, 14.

Hiph. הֶחְתִּית et defective הֵחַת 1) *fregit, confregit* Jes. 9, 3., ubi הַחִתֹּתָ 2 p. praet. (pro הַחִתֹּתָ resoluta vocali longa Zere in Patach et Dagesch forte implicitum, ut in aliis *defectivis,* e. g. הֵחֵל Gen. 11, 6. Deut. 2, 31. cf. Gesen. Lehrgeb. p. 371.); Jer. 1, 17. פֶּן־אֲחִתְּךָ *ne te frangam, conteram.* — 2) *terruit* Jer. 49, 37. ubi 1. p. praet. וְהַחְתַּתִּי (v. Gesen. l. c. p. 370.); Job. 31, 34. יְחִתֵּנִי *terrebat me;* Hab. 2, 17. יְחִיתַן (pro יְחִיתֵן, mutato Zere in Patach propter pausam, ut Ps. 118, 10. 11. 12.), petita forma a quiesc. med. (v. Gesen. p. 369.), *terrebit eas* (Schultens in *Institut. ling. Hebr.* p. 332. et 428. praeter necessitatem deducit ab Arab. حات *ex insidiis invasit, imminuit in praedam,* cum Nun paragog., quem sequitur Michaelis *in der Beurtheilung der Mittel* etc. p. 312).

חֲתַת m. *consternatio, terror* Job. 6, 21.

חַת m. 1) *terror* Job. 41, 25 (24), unde cum affixo חִתְּכֶם (mutato Patach in Chirek, ut in aliis, e. g. in בַּת, מַר etc.) Gen. 9, 2. — 2) *fractus, contritus,* it. *consternatus,* unde plur. חַתִּים *fracti* (arcus) 1 Sam. 2, 4., *consternati* (hostes) Jer. 46, 5.

חִתָּה f. *terror* Gen. 35, 5.

חִתִּית f. *id.* Ezech. 32, 23. 27., cum affixo חִתִּיתוֹ sec. Cthib Ezech. 32, 32., sed Kri habet חִתִּיתִי.

חַתְחַת m. *terror*, plur. חַתְחַתִּים Eccles. 12, 5.

מְחִתָּה f. propr. *fractio, contritio*, hinc 1) *pernicies, interitus* Prov. 10, 14. 13, 3. 18, 7. — 2) *ruina* Ps. 89, 41. — 3) *consternatio, terror* Prov. 10, 15. Jes. 54, 14.

ט

טְאֵב Chald. (hebr. טוב) *laetus fuit*, sq. עַל Dan. 6, 24. Syr. ܛܐܶܒ *id.*

טֵאטֵא *everrit* Jes. 14, 23. Pilel verbi obsoleti טוא, coll. Arab. طَأْطَأَة *lutum, coenum*, v. Gesen. Comment. I, p. 490. Al. interpretantur: *demisit, demersit*, ex Arab. طَأْطَأَ *demisit* (conf. Castelli *Heptagl.* s. v. et Camus. ap. Pocock. *in notis ad Portam Mosis* p. 142.), ut טֵאטֵאתִיהָ sit: *demittam eam* in foveam internecionis.

מַטְאֲטֵא Jes. 14, 23. *scopa, everriculum*, auctore Abenesra, qui interpretatur: שיסירו בו הדומן (instrumentum) *quo coenum removent.* Al. *coenum, lutum.*

טָבְאֵל nom. propr. vid. sub rad. טוֹב.

טַבּוּר m. *quilibet locus editus, collis, mons* Jud. 9, 37., ubi respondet *montium cacuminibus*, רָאשֵׁי הֶהָרִים v. 36., Ezech. 38, 12., ubi Hierosolyma propter situm eminentiorem טַבּוּר הָאָרֶץ nominatur; Samar. טבור *mons* (quod, quasi טַוּור scribatur, ad טוּרָא Chald. refert Edm. Castell. assentiente Michael. in *Supplem.*), Arab. transpos. طُرْب *parvus collis*, Aethiop. דבר *mons* etc. Vulgo ex Talmudistarum usu (טיבור), consentientibus quidem LXX. et Vulg., *umbilicus* i. e. meditullium terrae, ut Aetoli *Graeciae umbilicum* incolere dicuntur ap. Livium lib. 35. c. 18. (coll. lib. 38. c. 47. Odyss. 1, 50.); ad utrumque tamen locum parum accommodate. Multo adhuc minus probandam esse *anguli* notionem (Arab. طُبْر *angulus* v. Michaelis in *Suppl.*), arguit locus uterque: ille, quod *montium cacuminibus* vocem טבור substituit; hic, quod non *in* angulo terrae, sed *super* טבור הארץ regni Israelitici sedem collocat.

טָבַח 1) *mactavit, jugulavit* (in ling. Aethiop. v. Job. Ludolfi *Comment. in hist. Aeth.* p. 205.) ad vulgarem cibum (ut זָבַח *sacros in usus mactavit*) Exod. 22, 1. Gen. 43, 16. Prov. 9, 2. Jer. 25, 34. 1 Sam. 25, 11. (طَبَخَ *coxit, assavit*). — 2) *occidit violenter, trucidavit* Thren. 2, 21. Ps. 37, 14. Ezech. 21, 15. Exod. 22, 1. Infinit. constr. טְבֹחַ Jer. 11, 19. Imper. טְבֹחַ Gen. 43, 16.

טַבָּח m. *mactator*, hinc 1) *coquus*, qui pecudes *mactat ad coquendum* 1 Sam. 9, 23. 24. (طَبَّاخ *coquus*). — 2) *satelles*, cujus erat sontes

occidere, carnifex; plur. טַבָּחִים *satellites, corporis regii custodes, praetoriani milites,* quorum erat poenas capitales exsequi Gen. 37, 36. 2 Reg. 25, 8. 10. 11. Jer. 39, 9. 10. 11.; רַב טַבָּחִים vel שַׂר טַבָּחִים *dux praetorianorum* Gen. 37, 36.

טַבָּח m. Chald. *satelles,* plur. in statu emphat. טַבָּחַיָּא Dan. 2, 14.

טַבָּחָה f. *coqua,* plur. טַבָּחוֹת 1 Sam. 8, 13.

טֶבַח 1) *mactatio* Prov. 7, 22. Jes. 53, 7. it. *occisio* Jes. 34, 2. 48, 15. 50, 27. Ezech. 21, 20. — 2) metonymice *pecus, quod mactatur* Gen. 43, 16. Cum affixo טִבְחָהּ Prov. 9, 2.

טִבְחָה f. 1) *mactatio* Ps. 44, 23. Jer. 12, 3. — 2) metonymice *pecus, quod mactatur* 1 Sam. 25, 11.

אֲבַטִּיחִים m. plur. Num. 11, 5., genus plantarum cucurbitacearum, ex LXX. auctoritate: *pepones* (unde vern. *Pfeben*), dicti a *coquendo* (ut πέπων a πέπτειν), Arab. transpos. lit. بطيخ, v. HASSELQUIST Itiner. p. 528 sqq. CELSII Hierobot. II, p. 241. et ROSENMUELLER. *Morgenland* II, p. 241.

מַטְבֵּחַ m. *occisio, caedes* Jes. 14, 21.

טִבְחַת nomen proprium urbis Syriacae 1 Chron. 18, 8. situs incerti adeoque, cum locus parall. 2 Sam. 8, 8. בֶּטַח exhibeat, incertae scriptionis, quanquam h. l. Syrus interpres, cujus praecipua est in nominibus Syriacis auctoritas, טֶבַח habet. Posses a טִבְחַת ad תִּפְסַח (*Tapsacum*), urbem Salomonici imperii adeoque a Davide sine dubio expugnatam 1 Reg. 5, 8., facili conjectura delabi; possis etiam, si בֶּטַח sanior esset lectio, بطيخ, *Badajeh,* urbem Arabiae desertae (ASSEMANI Bibl. or. T. III. P. II, p. 560.) conferre: sed vix quisquam in tanta lectionis incertitudine pro certo aliquid affirmare ausit.

טָבַל 1) *tinxit, intinxit, immersit, demersit* (Chald. טְבַל *id.* cf. Arab. طفل) sq. acc. rei et בְּ humoris Gen. 37, 31. Levit. 9, 9. Deut. 33, 24. Ruth. 2, 14. 2 Reg. 8, 15. trop. Job. 9, 31. — 2) intransit. *intinxit, immersit se* 2 Reg. 5, 14. — Niph. נִטְבַּל *intinctus, immersus est* Jos. 3, 15.

טְבוּלִים m. plur. Ezech. 23, 15. vulgo *tiarae tincti* et *versicolores,* vel, ut OVIDIUS vocat, *mitrae pictae,* ab Arab. طفل *imbuit colore vestem.* Sed potius descendit a rad. Aethiop. טבלל *obvolvit, involvit, circumvolvit,* quae speciatim de *circumvolutione fasciarum* usurpari solet, coll. synonymis צָנִיף et מִצְנֶפֶת.

טָבַע *infixus est* 1 Sam. 17, 49., *immersus, demersus, submersus est,* atque hinc *subsedit* Ps. 69, 3. טָבַעְתִּי בִּיוַן *demersus sum in luto,* Jer. 38, 6. Ps. 9, 16. Thren. 2, 9. v. KUYPERS *ad carm. Ali* p. 166. (Arabibus طبع adhibetur de *sordibus, faece* etc., quae *subsidunt,* ut in aquis) — *signavit, obsignavit,* quasi *annulum immersit in lutum sigillare* (طبع *obsignavit, munivit impresso sigillo,* ܛܒܥ *impressit, signavit, mersus est*), unde טַבַּעַת, q. v. — Fut. יִטְבַּע Jer. 38, 6. — Pyh. טֻבַּע *demersus est* Exod. 15, 4. — Hoph. הָטְבַּע *demersus est* Jer. 38,

22.; Prov. 8, 25. בְּטֶרֶם הָרִים הָטְבָּעוּ *antequam montes infigerentur, subsiderent* coll. Lucret. V. 496. Job. 38, 6.

טַבַּעַת f. 1) *annulus signatorius*, q. d. *immersio*, quod mergitur in lutum sigillare Gen. 41, 42. Esth. 3, 12. Num. 31, 50. — 2) latiore sensu, *quidquid est figura circulari*, ut annulus, cui vectes gestationi inservientes inseruntur, Exod. 25, 26. 27., adeoque *annulus* sigillo carens, ut muliebris (cf. rad. חתם) Exod. 35, 22. Jes. 3, 21. Schroeder ad Jes. 3. p. 179. 186. (طابع annulus). Cum affixo טַבַּעְתּוֹ Esth. 3, 10. plur. טַבָּעֹת Exod. 25, 12. in regim. טַבְּעֹת Exod. 25, 12. 26.

טַבָּת oppidum in tribu Ephraim. Jud. 7, 22.

טֵבֵת m. nomen mensis decimi, qui, quantum lunares comparari solaribus possunt, respondet nostro *Januario* (neutiquam *Decembri*). Hieron. ad Ezech. 39, 1. „*decimus mensis, qui Hebraeis appellatur* Tebeth, *et apud Aegyptios Tυβί, apud Romanos* Januarius." Etymologia semitica deest; sono autem proxime accedit ad Copticum Januarii nomen: ΤΩΒΙ in *Lexico La Croziano* p. 107., *Tῆβ* in Cod. Lambeciano (ap. Treschov. in *tentam. descript. Codd. Vindob.* p. 129.), Arab. طوبة, quod tamen ante Graecorum in Aegyptios imperium Arabibus in usu fuisse vix videtur. Conf. Michaelis *Suppl.*

טָהֵר *mundus fuit* vel *evasit, mundatus est* (طهر *conspicua fuit res*, adeoque abstersa, deinde *pura fuit, nituit, nitide mundus fuit*, hinc in טְהָר et טֹהַר *nitoris* notio; طهر *mundus, purus, sanctus fuit* v. Hartmann. Einl. p. 87.). Dicitur a) φυσικῶς 2 Reg. 5, 10. 12. 13. 14. (mundari a *lepra*, quae, tanquam sordes, corpori inhaeret); — b) νομικῶς de iis vel *hominibus* vel *rebus*, quibus ex lege Mos. *immunditiae* aliquid inerat Levit. 12, 7. 15, 28. (22, 7. Num. 19, 19.) Levit. 13, 6. 34. 14, 8. etc. v. infra טמא; — c) ἠθικῶς Job. 4, 17. Ps. 51, 9. Jer. 13, 27. Ezech. 24, 13. — Praet. foem. טָהֲרָה Levit. 15, 28. in pausa וְטָהֵרָה Levit. 12, 8. Imper. טְהָה, in pausa טְהָר 2 Reg. 5, 10., fut. אֶטְהָה Ps. 51, 9. foem. תִּטְהֲרִי Ezech. 24, 13.

Pih. טִהַר 1) *purgavit*, ut metalla Mal. 3, 3., aetherem Job. 37, 21. terram (a cadaveribus) Ezech. 39, 12. 2 Chron. 34, 5 (ab idolis). — 2) *purum, mundum declaravit*, sensu vel levitico Levit. 13, 6. 23. 28. 14, 11. 16, 30. al., vel ethico Ps. 51, 4. Ezech. 36, 33. Infin. טַהֵר Levit. 16, 30. cum affixo טַהֲרִי Ezech. 36, 33. Imp. cum affixo טַהֲרֵנִי Ps. 51, 4. etc. — Pyh. part. foem. מְטֹהָרָה *mundata* Ezech. 22, 24. — Hithpah. הִטַּהֵר (pro הִתְטַהֵר) *mundavit se* Esr. 6, 20. Neh. 13, 22., it. *mundandum* (sacerdotibus) *se stitit* Levit. 14, 4. 7. 14. etc. Praet. plur. in pausa וְהִטֶּהָרוּ (mutato priore Kametz ante aliud propter euphoniam in Segol) Num. 8, 7. Imp. plur. הִטַּהֲרוּ Gen. 35, 2. fut. וַיִּטַּהֲרוּ Neh. 12, 30.

טָהוֹר m. *mundus, purus* a) physice de auro Exod. 25, 11., de aqua Ezech. 36, 25., de insula Zach. 3, 5. cf. v. 3. — b) de hominibus,

animalibus etc. sensu levitico Gen. 8, 20. Levit. 4, 12. 13, 17. Num. 9, 13. etc. — c) de hominibus, sensu morali Job. 14, 4. Ps. 12, 7. 51, 12. al. — In regim. טְהוֹר Habac. 1, 13. et sequente Makkeph טְהָר־ Job. 17, 9. Prov. 22, 11 (in quo posteriore loco טְהָר־לֵב *purum animi* est *puritas animi* v. Gesen. Lehrgeb. p. 650.). Foem. טְהֹרָה Gen. 7, 2. 8. Exod. 31, 8. plur. טְהֹרוֹת Levit. 14, 4.

טְהָר m. *nitor, splendor* Ps. 89, 45. cum Chatephkametz pro Schwa sicut in סְעָרָה 2 Reg. 2, 1. סְעָדָה 1 Reg. 13, 7. et צְעָקִי Jer. 22, 20. Non est, quod cum Abenesra et Kimchio nomen statuas formae מַטְהָר; etenim בֵּן simili ratione legitur 1 Reg. 12, 9. Mich. 4, 2., ut docuit Rosenmueller.

טֹהַר m. 1) *nitor* Exod. 24, 10. — 2) *mundatio, purificatio*, unde cum affixo טָהֳרָהּ Levit. 12, 4. 6.

טָהֳרָה f. *mundities, puritas* 2 Chron. 30, 19.; it. *mundatio, purificatio* Levit. 13, 35. Num. 6, 9. Neh. 12, 45., unde *sanguis* טָהֳרָה *purificationis* i. e. *sanguis, a quo purificanda est* Levit. 12, 4. 5.

טְוָא Chald. radix inusit., Arab. طوى *dedita opera nihil comedit, jejunavit.* Proprie significat *flectere, complicare, in se convolvere*, hebr. טָוָה *nere*, quod fit *filorum complicatione* et *contorsione*: Chald. טְוָא *assavit*, quod fit *versando* carnes; *fame* enim intestina *se contrahunt et complicant*, conf. suo loco כָּפָן. Sic Arab. קוי *valde famelicus fuit*, proprie notat *contortus est*, indeque in Conjug. IV. *contorsit*; ab Arab. تكظ in Conjug. V. *contorsit se*, descendit تَكْظٌ *vehemens fames* etc. Arabes ventrem vacuum longaque inedia collapsum dicere *complicari* ac *convolvi*, docet Schultens ad Haririum p. 4. et 136. Inde est

טְוָת f. Chald. *jejunium* Dan. 6, 19. ubi בָּת טְוָת, omisso בְּ, *pernoctavit in* vel *cum jejunio* i. e. *incoenatus*.

טוּא vid. sub. טאטא.

טוֹב *bonus* h. e. *pulcher fuit* Num. 24, 5. Cant. 4, 10., de animo: *hilaris fuit* Esth. 1, 10., טוֹב לְ *bene est alicui, floret* (terra) Hos. 10, 1. v. Rosenmueller. ad h. l. (Propr. ex Alb. Schultensii ad Prov. 15, 2. conjectura *succosum esse, uberi succo vigere*, quod saltem ex Gen. 45, 18. et 1 Chron. 4, 40. exsculpi non potest v. supra טאב). Praet. plur. טֹבוּ Num. 24, 5. Infin. cum praefixo כְּטוֹב Esth. 1, 10. et sec. Kri Jud. 16, 25. [Quod alibi saepissime legitur טוֹב *bonus est* utrum hujus verbi an adjectivum sit, dubitari potest; fut. vero *bonus erit* repeti solet a v. יָטַב]. — Hiph. הֵטִיב 1) *bene, praeclare fecit* 1 Reg. 8, 18. 2 Chron. 6, 8., sq. infin. 2 Reg. 10, 30., it. *benefecit alicui, beneficia contulit in al.* Ezech. 36, 11. — 2) *bonum* h. e. *pulcrum fecit, ornavit* Hos. 10, 1. Cet. cf. הֵיטִיב sub יָטַב. Praet. 2. p. הֱטִיבֹתָ 1 Reg. 8, 18., sed 1. p. cum Vau convers. וְהֵטִבֹתִי Ezech. l. c.

טוֹב m., טוֹבָה f. 1) **bonus**, ἀγαθός, quocunque modo, sive physice Gen. 1, 10. 21. 25., *terra bona* (fertilis) Exod. 3, 8. Jos. 23, 13., *arbor bona* (frugifera) 2 Reg. 3, 19., *ficus bona* Jer. 24, 2., *pecus bonum* Levit.

27, 10., *hoedus bonus* (pinguis) Gen. 27, 9.; sive ethice Ps. 125, 4. Ezech. 20, 25. Eccles. 9, 2. (*probus*), hinc *eximius, praestans* in suo genere Gen. 2, 9., atque adeo *ingens, summus* Ps. 69, 17. 109, 21. טוֹב חַסְדְּךָ *summa gratia tua,* Gen. 15, 15. בְּשֵׂיבָה טוֹבָה *in bona* h. e. *summa senectute;* spec. a) *benignus, beneficus* Ps. 73, 1. 101, 1. 106, 1. add. 52, 11. 54, 8., טוֹב עַיִן Prov. 22, 9. *bonus, benignus oculo* i. e. misericors (*gütigen Blicks*). — b) *gratus, acceptus, jucundus,* טוֹב בְּעֵינַי *gratus, gratum mihi* i. e. quod placet mihi Num. 24, 1. Deut. 6, 18. Jud. 10, 15., it. sq. לְ pers. Deut. 23, 16. Job. 10, 3., vel לְפָנַי Eccles. 2, 26. — c) *suavis* Cant. 1, 2. Ps. 133, 2. Jer. 6, 20. — d) *formosus* Gen. 6, 2. Exod. 2, 2. Dan. 1, 4. addito מַרְאֶה *specie* Gen. 24, 16. Esth. 1, 11. — 2) *cui bene est, bene se habens,* felix, florens Jes. 3, 10. Jer. 44, 7., hinc *hilaris, laetus,* addito לֵב Jud. 16, 25. 1 Sam. 25, 36. 1 Reg. 21, 7. Eccles. 9, 7. etc.

Saepenumero et טוֹב et טוֹבָה pro neutro *substantive* ponitur: 1) טוֹב *bonum* i. e. a) *rectum* 1 Reg. 3, 9. Deut. 1, 39. Jes. 7, 15. 2 Chron. 14, 1. Ps. 14, 1., *beneficium* Prov. 3, 27. — b) *bonitas, virtus* 1 Reg. 10, 7. — c) *felicitas, fortuna, salus* Job. 7, 7. 21, 13., לְטוֹב *in bonum* h. e. *in salutem* Ps. 119, 122. Deut. 30, 9., it. sq. dat. pers. לְטוֹב לָנוּ Deut. 6, 24., לְטוֹב לָךְ Deut. 10, 13., לְטוֹב לָהֶם Jer. 32, 39. Hinc fit, ut טוֹב passim pro *adverbio* sumi possit, *bene,* ut in hac formula: טוֹב לִי *bene mihi est* Eccles. 8, 12. Ps. 119, 71. vel simpl. Ruth. 3, 13. אִם יִגְאָלֵךְ טוֹב *si te ducere velit, bene* (est), 2 Sam. 3, 13. וַיֹּאמֶר טוֹב *dixit: bene, recte.* Ceter. cf. rad. דָּבַר. — 2) טוֹבָה *bonum* Gen. 44, 4. שִׁלֵּם רָעָה תַּחַת טוֹבָה *malum pro bono rependere,* Neh. 6, 19. טוֹבֹתָיו הָיוּ אֹמְרִים *bona ejus* h. e. virtutes, merita ejus *dixerunt,* laudarunt; hinc a) *felicitas, salus* Deut. 23, 7. Esr. 9, 12. Ps. 16, 2. 106, 3. Huc spectat formula ista solennis: לְטוֹבָה *in salutem,* ita, ut bene alicui fiat Ps. 86, 17. Jer. 14, 11. Neh. 5, 19. — b) *benignitas* Ps. 65, 12.

טוֹב Jud. 11, 3. 2 Sam. 10, 6. nomen proprium regionis transjordanensis, Davidis tempore a barbaris inhabitatae, quae, si terra Τούβιος 1 Macc. 5, 13. ab ea diversa non est, Judae Maccabaei aetate Israelitarum fuit. Maccabaeorum Τούβιος a Jordane aberat iter exercitus festinantis ultra trium dierum i. e. ultra 15 milliaria germanica, coll. 1 Macc. 5, 24. 25. — *Thauba,* Θαῦβα Ptolemaei (sub longitudine 72, 45. latitudine 31, 30.), quam neglecta nominis per θ scriptione, cum ט Hebr. alias T. sit Graec., commendavit Simonis in *Onomast.* p. 235, Jordane [sub gradu 66, 50. ex sententia Ptolemaei fluente] quinque gradibus orientalior, borealiori belli sedi parum convenit, nimis etiam a Palaestina remota est, quam ut verisimile sit, eam fuisse a Judaeis habitatam et Gileaditidi attributam. Michaeli in *Suppl.* magis quidem placet *Taibeh* sub gradu longit. 57, latitud. 35, a septentrione desertorum Palmyrenorum (v. D'Anville *l'Euphrate et le Tigre* p. 36.), quae sub Salomone haud dubie ditionis Israeliticae fuit; nec tamen aliquid definire audet.

טָב m. Chald. *bonus, gratus, acceptus* Dan. 2, 32. Esr. 5, 17.

טָבְאֵל nom. propr. a) Syri cujusdam Jes. 7, 6. — b) praefecti Samariae Esr. 4, 7. cf. Ταβιὴλ Tob. 1, 1. Conflatum est ex טָב chald. *bonus* et אֵל *Deus.*

טַבְרִמּוֹן nom. propr. patris Benhadadi, regis Syriae 1 Reg. 15, 18. Conflatum est ex טַב *bonus, benignus,* et רִמּוֹן, quod fuit idoli Syr. nomen.

טוּב m. 1) sensu subjectivo: a) *bonitas* vel rei Ps. 119, 66., vel Dei i. e. *benignitas* Ps. 25, 7. 27, 13. 31, 20. Hos. 3, 5. Jes. 63, 7. al. adde Exod. 33, 19. coll. v. 6. ubi vid. Rosenmueller. — b) spec. *formositas* Hos. 10, 11. — c) *conditio ejus, cui bene est, felicitas* Ps. 128, 5. Prov. 11, 10. Job. 7, 7. 20, 21. — d) addito voc. לֵב vel לֵבָב *hilaritas, laetitia* Deut. 28, 47. Jes. 65, 14. — 2) sensu objectivo: a) *bona, opes, divitiae* Gen. 24, 10. Deut. 6, 11. Neh. 9, 25.; hinc Jes. 1, 19. Esr. 9, 12. אָכַל טוּב הָאָרֶץ *bonis* i. e. fructibus *terrae frui;* Jer. 31, 12. טוּב יְהוָֹה *bona Jovae* i. e. quae a Jova proficiscuntur. — b) sq. genitiv. *optimum, praestantissimum* alicujus rei, ut Gen. 45, 18. טוּב אֶרֶץ *optima* h. e. fertilissima *terrae* (Aegypti) *regio.*

טוֹבָה f. v. sub טוֹב.

טוֹבִיָּה, טוֹבִיָּהוּ, nom. propr. Esr. 2, 60. Neh. 2, 10. 7, 62. Zach. 6, 10. 14. Graec. Τωβίας.

טָוָה *nevit* (طوى *complicuit* et *in se convolvit* rem, v. supra טְוָא) Exod. 25, 25. 26.

מַטְוֶה m. *netum* Exod. 25, 25.

טְוָת *jejunium* v. sub rad. טְוָא.

טוּחַ *obducere, oblinere* calce, adipe etc. (Arab. طاح med. Je, in Conjug. II. *obduxit,* طَيَّحَهُ ٱلسِّمَنُ *obsepsit* vel *texit eum pinguedo;* conf. כִּסָּה Deut. 32, 15. כסה Job. 15, 27. v. Simonis *Arcan. Form.* p. 87. 88. Castelli *Lex.* p. 1197.) Levit. 14, 42. 1 Chron. 29, 4. Jes. 44, 18. (ubi praeterit. טַח, tanquam a טחח); — sq. dupl. accus. Ezech. 13, 10 sqq. 22, 28., ubi *translato* sensu falsi prophetae dicuntur parietem a populo exstructum *caemento oblinere* h. e. dementiam et pravitatem populi inanibus sophismatibus confirmare et augere. — Niph. infin. הִטּוֹחַ *oblini, obduci* Levit. 14, 43. 48.

טִיחַ m. *tectorium* Ezech. 13, 12.

טֻחוֹת plur. foem. ex auctoritate Chaldaei interpretis (כּוֹלְיָן) et Rabbinorum: *renes,* sic dicti, quod adipe sunt *obducti;* hinc Ps. 51, 8. אֱמֶת חָפַצְתָּ בַטֻּחוֹת *veritatem desideras in renibus, visceribus* (hominum) h. e. in intimo eorum animo. Sed Job. 38, 36. propter ea, quae antecedunt v. 34. 35. et sequuntur v. 37. 38. magis placet Arab. طَخَا *obscura fuit nox* conferre et hunc locum ita vertere: *quis* nubibus obscuris *indidit prudentiam.* Alii aliter v. Rosenmueller. et Umbreit ad h. l.

טוּל in Kal inusit. (طول *longus, extensus fuit,* in Conj. II. طوّل *in longum extendit,* in Conj. IV. اطال et اطول *prolongavit),* Hiphil הֵטִיל pr. *in longum extendit* h. e. a) *ejecit* (e terra) Jer. 16, 13. (Chald. טַלְטוּל *exilium*), e navi Jon. 1, 5. — b) *projecit* aliquem Ezech. 32, 4., hastam in aliq. 1 Sam. 18, 11. — c) *emisit, immisit (mari)* ventum Jon. 1, 12. 16. —

— Hoph. הוּטַל 1) *ejectus est* (e patria) Jer. 22, 28. — 2) *conjectus est* Prov. 16, 33: בַּחֵיק יוּטַל אֶת־הַגּוֹרָל *in sinum conjecta est sors.* — 3) *projectus, prostratus est* Job. 41, 1. Ps. 37, 24. — Pilp. טִלְטֵל *ejecit, projecit,* partic. cum affixo מְטַלְטֶלְךָ Jes. 22, 17. Hinc

טַלְטֵלָה f. *ejectio, projectio* Jes. 22, 17.

טוף rad. inusit., Arab. طاف *gyravit, circumivit.* Hinc est (ut jam vidit Fullerus in Miscell. sacr. L. V. c. 7.)

טוֹטָפוֹת plur. foem. *frontalia,* φυλακτήρια (תְּפִלִּין) in fronte (בֵּין עֵינַיִם) gestata, quibus sententias ex lege petitas Moses inscribi voluit, ne formulas, quas superstitio introduxerat, magicas illis inscribere pergerent Exod. 13, 16. Deut. 6, 8. 11, 18. Dici videntur a *circumeundo, cingendo* pro טַפְטָפוֹת, geminatis radicalibus et priore geminatarum omissa, sicut in בָּבֶל pro בַּלְבֵּל, vel potius in כּוֹכָב pro כַּבְכָּב etc. v. Gesen. Lehrgeb. p. 869. — Aliis est vox coptica, conflata ex TOT *manus* et ΦΩTh *sculpere, effingere* v. Jablonski Opusc. I, p. 347. add. Hackmann Praecidan. p. 90 sqq. et Michael. Suppl. p. 1011.

טור radix Hebr. inusitata, fortasse i. q. דּוּר *gyrare, circumdare* v. Hartmann. Einl. p. 85. (vel i. q. צוּר?). Certae sunt derivatorum significationes tum ex orationis serie, tum ex interpretibus antiquis.

טוּר m. 1) *ordo, series,* ut טוּר אֶבֶן *series gemmarum* in pectorali Aharonis Exod. 28, 17. 18. 19. 20., טוּר גָּזִית *lapidum quadratorum* 1 Reg. 6, 36., ט׳ כְּרֻתוֹת אֲרָזִים *columnarum cedrinarum* 1 Reg. 7, 12. — 2) *paries* Ezech. 46, 23. q. d. *septum* (conf. طوار *septum,* طور *quod rem circumstat, limes, murus limitaneus,* Syr. ܛܝܪܐ *ovile*). — Plur. טוּרִים Exod. 28, 17. et טֻרִים 1 Reg. 7, 20.

טִירָה f. 1) *septum, paries* v. טוּר Ezech. 46, 23. — 2) *caula, ovile, septum* sub dio *una cum casa pastoritia* Nomadis (ἔπαυλις Lxx.) Gen. 25, 16.; deinde in plur. טִירוֹת caulae non subdiales, *stabula,* ut in suburbano sacerdotum agro 1 Chron. 6, 39 (54). Arab. طوار et ܛܝܪܐ *caula, ovile,* conf. vers. Syr. Joh. 10, 1. 16. — 3) *pagus* Gen. 25, 16. Ps. 69, 26. Num. 31, 10. — 4) *pinna* Lxx. ἔπαλξις Cant. 8, 9., ubi tamen al. conf. rad. طر *acuit, acutum reddidit* (aedificium) v. Faber. Archaeol. Tom. I, p. 165. not. — Plur. cum affixis טִירֹתָם Num. 31, 10. 1 Chron. 6, 54. et טִירוֹתֵיהֶם Ezech. 25, 4.

טוּר m. Chald. *mons,* i. q. hebr. צוּר Dan. 2, 35., in statu emphat. טוּרָא Dan. 2, 45.

טוּשׂ *volare* Job. 9, 26. (Chald. טוּס et Syr. ܛܳܣ *id.* originem notionis *volandi* quaerit Schultensius ad Job. 9, 26. in *agilitate* coll. طاش *agilis, levis fuit*).

טְוָת Chald. vid. supra sub טְוָא.

טחח in Kal inusit., unde Pihlel geminans tertiam radical. (v. Alb. Schultens instit. L. II. p. 306. Gesen. Lehrgeb. p. 252. 434.) טִחְוָה *jaculatus est* (ח altero mutato in ו). Part. plur. מְטַחֲוֵים *jaculatores* Gen. 21, 16. Conf. Arab. سطح *expandit pronum, stravit hominem.* — Aliud טחח i. q. طخا v. sub טוּחַ.

טָחַח unde טַח Jes. 44, 18. vid. supra in rad. טוּחַ.

טָחַן propr. *contrivit* Exod. 32, 20., hinc *moluit, commoluit* Num. 11, 8. Jud. 16, 21. (طحن *contrivit, moluit,* ܛܚܢ et טְחַן Chald. *moluit);*— trop. טָחַן פְּנֵי עֲנִי *faciem pauperis commolere* pro *conterere, opprimere, expilare plebem;* nam quae mola teruntur, fere in nihilum redigi videntur Jes. 3, 15. Femina *mari molere* dicitur Job. 31, 10. ex plerorumque interpretum sententia, si cum eo concumbit; ut *μύλλειν* est *molere, coire,* et Horatius vicissim dicit de *maribus: alienas permolere uxores* (Sat. 1, 2, 35.); sed cum molam circumagere manuariam durissimus fuerit servorum et servarum (Matth. 24, 41.) labor, *mari molere* potest etiam dictum esse pro: *abjectissimam ejus servam fieri* (cf. Jes. 47, 2. coll. Jud. 16, 21. Thren. 5, 13.). Part. foem. plur. טֹחֲנוֹת *molentes, molitrices* i. e. *dentes molares* Eccles. 12, 3. — Infin. absol. טָחוֹן Deut. 9, 21. Imper. foem. טַחֲנִי Jes. 47, 2. Fut. יִטְחַן Exod. 32, 20.

טְחוֹן m. *mola* manuaria Thren. 5, 13.

טֹחֵן, plur. fem. טֹחֲנוֹת Eccles. 12, 3. *molitrices*, figurate *dentes molares,* v. in ipsa rad.

טַחֲנָה f. *mola* Eccles. 12, 4.

טָחַר rad. in Hebr. inusit., Syr. ܛܚܪ *enixus est, anhelavit in exonerando ventre* q. d. *alvo adstrictus est;* nam טְחַר chald. est *constrinxit, conclusit.* Hinc:

טְחוֹר m., plur. טְחוֹרִים *mariscae, tumores ani,* sec. Kri Deut. 28, 27. 1 Sam. 5, 6. 9. 12. q. d. *adstrictiones, obstructiones ani.* Sed ipsos *anos* intelligit Bochartus in *Hieroz.* P. I, p. 365 sq. coll. ܛܚܘܪܐ et ܛܚܪܐ *anus.* — In regim. טְחוֹרֵי 1 Sam. 6, 17. et sec. Kri 1 Sam. 6, 4., cum affixis טְחוֹרֵיכֶם sec. Kri 1 Sam. 6, 5. טְחֹרֵיהֶם 1 Sam. 6, 11. conf. Fullerus in *Miscell. S.* L. V. c. 3. v. infra sub עֳפָלִים.

טִיט m. *coenum, lutum* (Aethiop. *Zot*) 2 Sam. 22, 43. Job. 41, 22., it. *argilla* Nah. 3, 14. Jes. 41, 25. Convenit Syr. ܛܘܼܬܐ *sordidus,* Arab. ضويطة *coenum, lutum* in ima piscina. Ab Arab. طاط *aestuavit* deducit Kals de *ling. hebr. natalibus* p. 143. conf. synonym. חֹמֶר.

טִין m. Chald. *lutum* (hinc طين *lutavit, luto illevit*). In statu emphat. טִינָא Dan. 2, 41. 43., ubi a חֲסַף distinguitur, tanquam *species* a *genere;* est enim טִין proprie *argilla* sive *lutum formandis fictilibus* adhiberi solitum, coll. rad. Arab. طان *formavit;* contra חֲסַף quodvis *lutum.*

טִירָה vid. supra sub rad. טוּר.

טָלָא *assuit, resarsit, ex multis pannis* etiam colorum variorum *consuit*, sicque *maculosum* et *versicolor* aliquid *reddidit* (sicut Germanorum *ein Fleck* et *maculam* et *assumentum* sive *frustum panni* denotat); hinc טָלוּא *versicolor, maculosus* Gen. 30, 32. 33., plur. טְלֻאִים Gen. 30, 35., foem. טְלֻאוֹת, ut בָּמוֹת טְלֻאוֹת *sacella versicoloria* Ezech. 16, 16., *oves* et *caprae* טְלוּאוֹת *maculosae* h. e. quae *maculas majores* habent *adspersas* aut tanquam *assutas*, ut in centone *assumenta*, diversae a נְקֻדּוֹת, quae *parvas maculas* sive *puncta* habent, Gen. 30, 32. — Pyh. partic. מְטֻלָּא *resartus, assumentis obductus*, נְעָלוֹת מְטֻלָּאוֹת *calcei resarti* Jos. 9, 5.

טָלָה radix Hebraeis inusit., Syr. ܛܠܐ *recens fuit*. Inde sunt

טָלֶה m. *agnellus recentis aetatis* et *adhuc lactens* Jes. 65, 25. (כֶּבֶשׂ est *agnus jam paullo adultior*). In ceteris dialect. transfertur ad *quodlibet recens natum*, ܛܠܐ *puer*, ܛܠܝܬܐ *puella* etc., طلا *pullus dorcadis recens natus, parvulus, foetus cujuscunque generis*. In regim. טְלֵה 1 Sam. 7, 9.

טְלִי m. *id.*, plur. טְלָאִים *agnelli* Jes. 40, 11., sicut a פְּתִי in plur. fit פְּתָאִים, a חֲלִי fit חֳלָאִים etc. cf. Gesen. Lehrgeb. p. 575. Huc quoque Vulgatus retulit 1 Sam. 15, 4., sed rectius alii טְלָאִים nomen oppidi esse censent (Jos. 15, 24.), vid. Bocharti *Hieroz.* P. I, p. 423. et Scharbau *Parerg. philol. theol.* P. III, p. 174 sq.

טָלַל 1) *tectus, obtectus fuit* (vocab. recentioris Hebraismi, ad Aramaeismum flectentis, i. q. צָלַל; Arab. ظَلَّ in Conj. II. et IV. *obumbravit;* hinc) Pih. *texit, contexit, obtexit,* unde Fut. cum affixo יְטַלְלֶנּוּ *contegebat illud* tecto scil. imposito Neh. 3, 15., coll. קָרָה v. 3. — 2) denominat. a טַל: *rore humectavit* (طَلَّ *leviter humectavit, leviter maduit*).

טְלַל Chald. *obumbratus est,* ut Hebr. צָלַל. Inde Aphel אַטְלֵל *umbram captavit* Dan. 4, 9.

טַל, in pausa טָל m. *ros* (طَلّ *pluvia tenuis*) Gen. 27, 28. 29. Exod. 16, 13. 14. Deut. 32, 2., et *nocturnus* Cant. 5, 2., et *matutinus,* qui tamen posterior etiam diserte טַל מַשְׁכִּים Hos. 6, 4. vocatur. Cum affixis טַלֶּךָ (in pausa) Jes. 26, 19., טַלָּם Zach. 8, 12.

טַל m. Chald. *id.* Dan. 4, 12. 20. 22. 30. 5, 21.

טַלְמוֹן nom. propr. ianitoris cujusdam Esr. 2, 42. Neh. 7, 45. 11, 19. 12, 25. etc., coll. chald. טְלַם *oppressit, vim intulit.*

טָמֵא *immundus fuit* vel *factus est, pollutus, contaminatus est* (ܛܡܐ et Chald. טְמָא *impurus fuit;* proprie ejusmodi *immunditiem* et *pollutionem* exprimere arbitratus est Simonis, qua res candidae et nitidae *denigrantur,* coll. Arab. طمأ *color fuscus* sive *niger*). Usurpatur de *immunditie* et *levitica* Levit. 15, 18. 32. 18, 20. 23. 19, 22. etc. et

ethica Mich. 2, 10. Illa aut *hominum* fuit aut *animalium* aut *rerum* (ut *aedificiorum*, *vasorum* etc.) v. Winer Lexic. bibl. Tom. II, p. 571 sq. Et *animalia* quidem *impura*, a quorum carnibus abstinendum fuit Israelitis, enumerata sunt Levit. 11, 1—31. Deut. 14, 1—20. — Praet. 2. pers. foem. טָמֵאת Ezech. 22, 4., infin. cum ה paragog. טָמְאָה Levit. 15, 32. Fut. יִטְמָא Levit. 5, 3. 11, 24. etc.

Niph. נִטְמָא *pollutus est*, sensu et *levitico* Num. 5, 13. 27. 28. et *ethico* Hos. 5, 3. 6, 10.; sq. ב rei, qua quis polluitur Ezech. 23, 30. 20, 43. Levit. 11, 43.—Praet. 3. f. in pausa נִטְמָאָה Num. 5, 13. 14. sed pers. 2. foem. נִטְמֵאת Num. 5, 20. נִטְמֵאתִי Jer. 2, 23. et emisso א, וְנִטְמֵתֶם Levit. 11, 43., נִטְמִינוּ (petita forma ex quiescentibus tertia radicali ה) Job. 18, 3. Part. נִטְמָא (petita terminatione ex forma quiescentium tertia radicali ה), unde plur. נִטְמָאִים Ezech. 20, 30. 31.

Pih. טִמֵּא 1) *polluit* Num. 19, 13. 20. Levit. 15, 31., hinc a) *profanavit* templum, terram israel. Ezech. 5, 11. Levit. 18, 28. 20, 3. Num. 35, 34.; b) virginem *vitiavit*, *corrupit* Gen. 34, 5. 13. 27. Ezech. 18, 6. — 2) *immundum pronunciavit*, *declaravit* Levit. 13, 3. 8, 11. etc. — 3) *contaminari passus est* Ezech. 20, 26., ubi v. Rosenmueller. Infin. cum affixo טַמַּאֲכֶם Levit. 18, 28. — Pyh. part. foem. מְטֻמָּאָה *polluta* Ezech. 4, 14.

Hithpah. הִטַּמָּא (pro הִתְטַמָּא) *polluit se*, sq. ל rei, qua quis se polluit Levit. 21, 11. Num. 6, 7. Levit. 11, 43. 18, 30. etc. — *Hothpah.* הֻטַּמָּא pro הֻתְטַמָּא vel הִתְטַמָּא *factus* vel *coactus est se polluere* vel *polluit se*, unde 3. praet. f. הֻטַּמָּאָה (in pausa pro הֻטַּמְּאָה) Deut. 24, 4.

טָמֵא m. *immundus, impurus* Levit. 5, 2. 7, 19. 21. Num. 5, 2. — Job. 14, 4 (de animo). etc. In regim. טְמֵא Levit. 22, 4. Jes. 6, 5., plur. טְמֵאִים Levit. 11, 8. 27. 28. 31. 35. Deut. 14, 7.; foem. טְמֵאָה Levit. 5, 2. Jos. 22, 19. Am. 7, 17. in regim. טְמֵאַת Ezech. 22, 5. 10.

טֻמְאָה f. *immunditiés* Levit. 5, 3. Num. 5, 19. Esr. 6, 21. Zach. 13, 2., per metonymiam *res immunda* Jud. 13, 7. 14. 2 Chron. 29, 16.; plur. in regim. טֻמְאֹת Levit. 16, 16. 19.

טָמָה id. q. טָמֵא, ex litterarum permutatione satis frequenti, Niphal נִטְמֵתֶם *polluti estis* Levit. 11, 43., נִטְמִינוּ *polluti sumus*, *sordemus* h. e. *contemtui habemur* Job. 18, 3. v. supra. Displicet enim, quod Schultensius ad Jobi l. c. confert طمى vel Vau vel Je *obturavit* (sc. corde, sensibus), tum quod hujus significationis certa exempla desunt, tum quod ejus Levit. 11, 43. locus esse nullus potest.

טָמַן *occultavit*, *abscondidit*, *recondidit* (Chald. טְמַן *id.*) Jer. 13, 4. 6. Jos. 2, 6. Job. 31, 33., speciatim *in loco subterraneo* Gen. 35, 4. Exod. 2, 12.; hinc טָמַן רֶשֶׁת לְ Ps. 31, 5. 35, 7. vel ט׳ פַּחִים Jer. 18, 22. vel ט׳ מוֹקְשִׁים Ps. 64, 6. vel טָמַן חַבְלוֹ Job. 18, 10. *occultare rete* vel *laqueos* i. e. clam alicui insidiari. Singulare est Prov. 19. 24. טָמַן עָצֵל יָדוֹ בַּצַּלָּחַת *occultat piger manum in paropside*, h. e. immissam recipere cunctatur, summa cum tarditate epulatur. — Pahul טָמוּן *absconditus*, *absconditum*, *reconditum*;

נֵפֶל טָמוּן *abortus* matri post primam formationem *clanculum elapsus* Job. 3, 16.; כָּל־חֹשֶׁךְ טָמוּן לִצְפוּנָיו *omnis generis calamitates reconditae* h. e. reposita, reservatae *sunt thesauris* ejus Job. 20, 26; טְמוּנֵי חוֹל *recondita sub arena,* thesauri arenae (h. e. vitri, quod ex arena illa conficiebatur) Deut. 33, 19. Infin. cum affixo טָמְנוֹ Jer. 13, 6. imp. cum affixo טָמְנֵהוּ Jer. 13, 4. — Niph. *se abscondidit* Jes. 2, 10. — Hiph. *abscondidit* 2 Reg. 7, 8.

מַטְמוֹן m. 1) *thesaurus reconditus,* in terrae gremio defossus Job. 3, 21. Prov. 2, 4. et gener. *thesaurus* Gen. 43, 23. — 2) spec. *cellae subterraneae,* frugibus asservandis destinatae, quarum orificia clauduntur lapidibus terra tectis, ut distingui a reliquo solo adeoque detegi nequeant, Jer. 41, 8. Conf. אסם. — Plur. מַטְמוֹנִים, מַטְמֻנִים (v. Gesen. Lehrgeb. p. 559.), Jes. 45, 3. מַטְמֻנֵי מִסְתָּרִים *thesauri occulti* s. in cellis subterraneis repositi.

טֶנֶא m. *corbis, canistrum* Deut. 26, 2. 4. Chald. pro eo dicitur צַנָּא, Arab. ميضنة *corbis,* cujus radix est وضن *plexili opere contexuit,* formis imperfectis sic alternantibus. Cum affixo טַנְאֲךָ Deut. 28, 5. 17.

טָנַף in Kal inusit., Pihel טִנֵּף *inquinavit,* unde fut. cum affixo אֲטַנְּפֵם *inquinabo eos* Cant. 5, 3.; Chald. טַנֵּף *foedavit, polluit* Thren. 4, 14. in Targ. exprimit Hebr. גָּאַל; Syr. ܐܬܛܢܦ *inquinatus, pollutus est.*

טָעָה *erravit,* id. quod תָּעָה, scriptura ad Aramaeos flectente: ܛܥܐ et Chald. טְעָא *erravit.* Proprie significare *exorbitavit,* notat Schultens in *Clave dialect.* p. 267. — Hiph. הִטְעָה *errare fecit, seduxit* Ezech. 13, 10.

טָעַם 1) *gustavit, degustavit* (Arab. طعم, Syr. ܛܥܶܡ et Chald. טְעֵם *id.*) h. e. a) libavit 1 Sam. 14, 24. 29, 43. Jon. 3, 7.; b) saporem exploravit Job. 12, 11. 34, 3. — 2) *sensit, percepit* a) sapore 2 Sam. 19, 35.; b) mente i. e. *cognovit* Ps. 34, 9. Prov. 31, 18. Infin. absol. טָעֹם 1 Sam. 14, 43. Imperat. plur. טַעֲמוּ Ps. 34, 9. Fut. יִטְעַם Job. 12, 11., plur. יִטְעֲמוּ Jon. 3, 7.

טְעֵם Chald. *gustavit,* unde Pahel fut. plur. יְטַעֲמוּן *gustare facient, gustandum* (comedendum) *dabunt* Dan. 4, 22., cum affixo יְטַעֲמוּנֵהּ Dan. 5, 21.

טַעַם m. 1) *gustus, sapor* (طعم *id.*) Num. 11, 8. Job. 6, 6. Deinde ut *sapientiam* Latini dicunt a *sapore,* ita Hebraeis *sapor* est *principium rationis, consilii, prudentiae, judicii,* itaque 2) metaphorice *mens, ratio:* סָרַת טָעַם *sapore carens* h. e. *insulsa, inelegans* Prov. 11, 22., שַׁנּוֹת טַעַם *mutare saporem* h. e. *insulsum se stolidumque facere, fingere* Ps. 34, 1. 1 Sam. 21, 14.; hinc: *judicium, prudentia* Job. 12, 20., *prudens oratio, responsum* Prov. 26, 16. — 3) *sententia, mandatum* (ad Aramaeismum vergit v. טְעֵם) Jon. 3, 7. — Cum affixo טַעְמוֹ Exod. 16, 31. Num. 11, 8. Jer. 48, 11.

טְעֵם m. Chald. *voluntas, decretum* Esr. 6, 14. 7, 23. Sed frequentius:

טְעֵם Chald. 1) *sapor, gustus;* בִּטְעֵם *in gustu* i. e. *inter pocula, inter vina* Dan. 5, 2. — 2) *mens,* hinc שׂוּם טְעֵם *mentem, animum adjicere ad aliquid* h. e. curare Dan. 3, 12. — angustiore sensu: *prudentia* Dan. 2, 14. — 3) *ratio (Rechenschaft);* hinc: יְהַב טְעֵם *rationem reddere* Dan. 6, 3. — 4) *decretum, sententia, edictum* Dan. 3, 10. 12., hinc a) שׂוּם טְעֵם *edictum edicere* Esr. 4, 19. 21. 5, 3.; b) בְּעֵל טְעֵם *dominus edictorum* i. e. praefectus provinciae Esr. 4, 8. 9. 17. — 5) *caussa,* quae cognosci debet Esr. 5, 5.; al. minus apte: *decretum (illud* Cyri, de quo v. 13. agitur). — In Statu emphat. טַעְמָא Dan. 6, 3.

מַטְעָם m. plur. מַטְעַמִּים *cupediae, cibi sapidi* Gen. 27, 7. 9. 14. 17. 31. et terminatione foem. מַטְעַמּוֹת Prov. 23, 3. 6. (مطعم Arab. pro صيد *venatio, pulpa ferina;* مطعمة *pulpam praebens venationis* apud poëtas est epitheton *arcus: cupediae.* De *pulpamento ferino* etiam Genes. l. c. adhibetur. Alb. Schultens. ad Prov. 23, 3.).

טָעַן I) *oneravit* (quo significatu Aramaeis potissimum frequentatur: طعن et טְעַן *onustus fuit, oneravit.* Nec tamen طعن caruisse *onusti* notione, indicio est طَعُون *camelus onus gestans)* Gen. 45, 17. — II) *transfodit hasta* (hoc significatu scribitur ar. طعن *confodit;* Chald. טְעַן *transfixit, vulneravit).* In Pyh. טֹעַן *vulneratus est;* unde מְטֹעֲנֵי חֶרֶב Jes. 14, 19. (*Vulneratus* igitur non videtur ab *onere* dictus, quasi *vulneribus oneratus* seu *gravatus,* etsi Latini *tergum vulneribus onustum* dicunt).

טָפַח in Kal inusitatum; in Piel טִפַּח 1) *planavit, expandit* (ut لطح et صفح), de coelo expanso Jes. 48, 13. — 2) denom. a טֶפַח: *palmâ (manu) gestavit* mater infantem, hinc *leniter tractavit, permulsit* (صافح in Conj. III. *manu plana tractare, permulcere* v. Alb. Schultens ad Erpen. Gramm. p. 317.) Thren. 2, 22.

טֶפַח m. 1) *palma, palmus,* mensurae et naturalis et civilis nomen, *quattuor digitorum;* hinc maris aenei *crassitudo palmaris* 1 Reg. 7, 26. 2 Chron. 4, 5. *quattuor digitorum* dicitur Jer. 52, 21. Plur. טְפָחוֹת Ps. 39, 6: טְפָחוֹת נָתַתָּה יָמַי *palmos* h. e. palmares i. e. perbreves *fecisti dies meos* (vitam meam). — 2) specialiter in plur. *mutuli* h. e. lapides, quibus trabium capita incumbunt (coll. صفيح) q. d. *lap. expansi* h. e. eminentes 1 Reg. 7, 9.

טֹפַח m. *id.* Exod. 25, 25. 37, 12. Ezech. 40, 5. 43. 43, 13.

טִפֻּחִים plur. m. (verbale Pihelicum) *gestatio:* עוֹלְלֵי טִפֻּחִים *pueri, quos manibus mater* gestat, permulcet Thren. 2, 20.

מִטְפַּחַת f. Ruth. 3, 15. *palla* lata et late superfusa corpori, judice Schroedero de *vest. mulier. hebr.* c. 16. Contra vero Michaeli in *Suppl.* est *Hik,* حيك Arabum i. e. *pannus* seu *velum quadratum satis magnum, reliquis vestibus totique corpori circumvolutum, in quo et noctu dormiebant,* non multum diversum a שִׂמְלָה et בֶּגֶד Hebraeorum. Plur. מִטְפָּחוֹת Jes. 3, 22.

טָפַל 1) *excogitavit, concinnavit;* טָפַל שֶׁקֶר *concinnavit mendacia* Ps.

119, 69. Job. 13, 4. (Arab. طَفَّل الكلام تَدْبِرَهُ sermonem طَفَّل, studiose concinnavit). Elliptice תִּטְפֹּל עַל עֲוֹנִי Job. 14, 17. concinnas (iniquitatem) super iniquitatem meam h. e. peccatorum meorum cumulum auges, excogitando ac tribuendo mihi peccata, quae nunquam commisi. (Al. iniquitatem meam oblinis, tegis cf. طَفَّل تطفيلا اصابه التراب h. e. طَفَّل cum infinit. تَطْفِيلًا pulvere oblitus fuit, Camus ap. Schultens. ad Job. 13, 4.).

טִפְסַר m. princeps vel dux belli Jer. 51, 27. Si nomen dignitatis est Semitis domesticum, compos. putabis ex rad. Arab. طَفَّ sublimis fuit, eminuit, et שַׂר sive סַר princeps; si peregrinum est, convenit fortasse Pers. تاوسر belli dux v. Bohlen Symbol. p. 20. Occurrit Deut. 28, 12. in Targ. Jonath. de angelo quodam nobiliore, coll. Gen. 30, 22. et Buxtorf in Lex. s. v.

טַפְסַר m. id., unde plur. cum affixo טַפְסְרַיִךְ Nah. 3, 17.

טָפַף agilis fuit, minutisque passibus incessit (Arab. طَفَّ et دَفَّ agilis fuit, pedes manusve movit agiliter, طَفَّ الفرس tolutim incessit equus, et طَفْطَاف leniter incedens) Jes. 3, 16. foeminae הָלוֹךְ וְטָפוֹף תֵּלַכְנָה minutis passibus incedunt, quod delicatarum mulierum est v. Gesen. ad h. l.

טַף, in pausa טָף m. collect. 1) parvuli (utriusque sexus Ezech. 9, 6.), opp. adolescentibus et virginibus Jer. 43, 6. Ezech. 9, 6.; passim latiore sensu omnes nondum viginti annos nati Exod. 12, 37. coll. Num. 1, 3. Deut. 2, 34. Cum affixo טַפֵּנוּ Gen. 43, 8, Num. 14, 3. Esr. 8, 21. etc.—2) familia integra, uxores, filios et filias complectens, ut 2 Chron. 21, 18. Num. 32, 16. 24. 36. Lxx. Jud. 22, 10. λαός, 2 Sam. 15, 21. ὄχλος, Gen. 50, 8. συγγένεια, 50, 21. οἰκίαι. Huc spectare videtur illa, quae in Pentat. Lxx. persaepe recurrit, voc. hebr. interpretatio: ἀποσκευή, impedimenta.

טְפַר m. Chald. unguis et hominum et animalium (hebr. צִפֹּרֶן), sic dictus, quod extremos digitos tegit, coll. rad. Aethiop. טפר texit, tecto operuit, Chald. צפר circumdedit. Aristoteles de partibus animalium L. IV. c. 10. Ὄνυχες τοῖς ἀνθρώποις ἐπικαλυπτήριον· σκέπασμα γὰρ τῶν ἀκρωτηρίων ἐστίν. Plur. cum affix. טִפְרַיהּ Dan. 7, 19. et טִפְרוֹהִי Dan. 4, 31.

טָפַשׁ pinguis fuit vel factus est, metaphorice stupidus fuit vel evasit Ps. 119, 70. conf. suo loco אֱוִיל. (Chald. טְפַשׁ incrassari, inpinguari Targ. Jes. 6, 10., inde stupidum et stolidum fieri, coll. Targ. 1 Sam. 13, 13. Vicissim sapiens et prudens רַךְ לֵבָב corde tenui esse dicitur 2 Reg. 22, 19.).

טָרַד trusit, hinc continuus fuit, continuavit. Part. praes. טֹרֵד perpetuus, continuans; de stillicidio, quo gutta guttam trudit Prov. 19, 13.

27, 15. (طَرَدَ, ٹاؤ et Chald. טרד *impellere, propellere,* inde *quae continua sunt,* dicuntur, quasi unum alterum semper propellat, insequatur; اطّرد in Conj. IV. *consecuta fuit res alia aliam,* عادة مستطردة *consuetudo perpetua;* عيون مطّردة *fontes juges* v. ALB. SCHULTENS. ad *Prov.* II. cc. MICHAEL. in *Suppl.* s. v.).

טְרַד Chald. *id.* Part. praes. plur. טָרְדִין *trudentes, pellentes* Dan. 4, 22. 29. Pehil טְרִיד *trusus, pulsus* Dan. 4, 30. 5, 21.

טָרָה Hebraeis inusit. Arab. طرو et طرى *recens fuit.* Hinc AVICENNA lib. 2. cap. *de ovis* نصل الطرى *optimum est recens;* السمن الطرى *butyrum recens;* اللحم الطرى *caro recens;* et in Ps. Savar. Ps. 89, 6. طراوة *recentis herbae viror,* v. BOCHART. *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 15. p. 199.

טָרִי m. inusit, foem. טְרִיָּה *recens* Jud. 15, 15. *recens asini maxilla,* Jes. 1, 6. *vulnus recens,* olim acceptis oppositum.

טָרַח *dejecit, prostravit* (طرح *abjicere, prosternere*) in Kal inusit., in Hiphil Job. 37, 11. אַף בְּרִי יַטְרִיחַ אָב *sed serenitas projicit,* pellit *nubem* (al. *praecipitem se dedit nubes ad irrigationem* coll. اطّرح *semet conjecit, projecit, praecipitem se dedit,* sed invito parallelismo v. UMBREIT. ad h. l.).

טֹרַח m. *onus* Jes. 1, 14., cum affixo טָרְחֲכֶם Deut. 1, 12. Chald. *id.*, cf. rad. טָרַח et Sab. ܛܪܚ *laboravit, fatigavit se labore,* quod a notione *prosternendi* non multum abhorret.

טָרַם rad. inusit., videtur idem esse quod Arab. صرم צרם *resecuit, interrupit.* Inde oritur (v. SCHULTENS Clav. p. 238.):

טֶרֶם (et טְרוֹם sec. Chib Ruth. 3, 14.) propr. *resectio* rei ab alia, hinc בְּטֶרֶם de tempore Jes. 28, 4: בְּטֶרֶם קַיִץ propr. *in resectione aestatis* i. e. cum aestas resecta adhuc (a praesenti tempore) esset h. e. *nondum* adesset; deinde in particulam abit: *antequam, priusquam,* sq. praeter. Ps. 90, 2: בְּטֶרֶם הָרִים יֻלָּדוּ *antequam nati, facti sunt montes;* sq. fut. 2 Reg. 2, 9. *postula* - - *antequam a te discedere jubear,* Job. 10, 21.; Prov. 18, 13 *respondens* בְּטֶרֶם יִשְׁמָע *antequam audiverit;* Jer. 1, 5. *sanctificavi te,* בְּטֶרֶם תֵּצֵא מֵרֶחֶם *antequam exires ex utero* Ruth. 3, 14. Futur. in his ponitur, quod res animo alicujus tanquam *futura* adhuc obversata esse narratur; sed deinde, ut fit, legitur etiam in iis locis, qui de praeterito tempore sunt, Jud. 14, 18. *dixerunt,* בְּטֶרֶם יָבֹא הַחַרְסָה *antequam occideret sol* Gen. 41, 50. al.; sq. infin. Zeph. 2, 2, in quo ipso loco post בְּטֶרֶם pleonastice adjectum est לֹא: בְּטֶרֶם לֹא יָבוֹא עֲלֵיכֶם חֲרוֹן אַף יְיָ *antequam veniat, irruat* etc. Sic etiam nostrates passim, max. in famil. oratione: *bevor er nicht gekommen ist, werde ich nicht schreiben.* — מִטֶּרֶם *id.* Hagg 2, 15. — Sed טֶרֶם absol. etiam legitur ita ut sit a) *antequam* sq. fut. Jes. 65, 24. Jos. 3, 1. Exod. 12, 34.; b) *nondum* sq. praeter. 1 Sam 3, 7. vel fut. (de re praeterita) Exod. 10, 7. 1 Sam. 3, 3. Gen. 2, 5. Jos. 2, 8.

טָרַף I) *discerpsit, laceravit, dilaniavit* Gen. 37, 33. 44, 28. de feris, quibus hostes passim assimilantur Ps. 22, 14. Ezech. 22, 25.; metaph.

ira hominis *dilaniare* dicitur Am. 2, 11. Job. 16, 9. 18, 4. Ipsi etiam *Deo* tribuitur, impios scil. perdenti Ps. 50, 22. (Hos. 5, 14.) vel affligenti Hos. 6, 1. (طرف *secuit, dissecuit, discidit;* hinc أَطْوَارِف adhibetur من السباع التى تسلب الصيد *de feris, quae praedam humi trahunt* vel *rapiunt.* Syris, Chaldaeis, Samaritanis est *percussit,* quod ipsum ab Hos. 6, 1. non esset alienum). Fut. יִטְרֹף Ps. 7, 3. 50, 22. et יִטְרַף, unde in pausa יִטְרָף Gen. 49, 27.

Niph. *discerptus, dilaniatus est* Exod. 22, 12. Jer. 5, 6. — Hiph. הִטְרִיף *edere* (cibum discerpere) *fecit* (hominem), *cibavit* Prov. 30, 8. — Pyh. טֹרַף *dilaniatus, discerptus est* Gen. 37, 33., in pausa טֹרָף Gen. 44, 28.

II) i. q. Arab. طرف *nova fuit, recens prodiit res,* unde oriuntur טָרָף et טֶרֶף n. 2.

טֶרֶף m. 1) a) *animal laniatum* vel *laniandum, praeda,* quae laniatur Job. 4, 11. 29, 17. etc., הַרְרֵי טָרֶף *montes praedae* h. e. unde praedatores prorumpunt Ps. 76, 5. v. Rosenmueller. ad h. l.; b) *cibus, esca,* quae comeditur Ps. 111, 5. Mal. 3, 10. — 2) *folium* (طارف *recens;* hinc hebr. *folium recens,* deinde *folium* simpl.; Chald. טַרְפָּא, Syr. ܛܪܦܐ *id.*). Plur. טַרְפִּים *frondes* vel *folia viridia* Ezech. 17, 9. Cum affixo טַרְפֵּי Jes. 31, 4.

טָרָף *recens;* עֲלֵה זַיִת טָרָף *folium olivae recens* vel *viride* Gen. 8, 11.

טְרֵפָה f. *discissio, dilaniatio, dilaniatum* Gen. 31, 39. Exod. 22, 12. 30. Levit. 7, 24. Ezech. 4, 14. etc.

טַרְפְּלָיֵא nom. gentis barbarae, ex qua coloniam in Palaestinam deduxerunt reges Assyrii Esr. 4, 9., aliis *Tapyri* (*Ταπουροί*) Ptolemaei (p. 148.) in finibus Choromitrenae; aliis *Ταρπῆτες* Strabonis (p. 757.) ad paludem Maeotidis, Sindos inter et Sittacenos.

י

י, decima Alphabeti littera, quoties fingendis declinandisve vocabulis inservit a) *ab initio,* in *Verbis* quidem *praeformativa* est, tertiam personam masculinam in utroque numero exhibens, יִקְטֹל et יִקְטְלוּ; in *Nominibus* autem *Heemantica,* ut יְקוּם, יִצְהָר etc. — b) *in medio,* per *epenthesin* verbis defectivis secunda radicali et quiescentibus media radicali ante afformantes *syllabicas* inseritur, ut תְּסֻבֶּינָה et תְּקוּמֶינָה; passim ex orthograph. rabbinica plane *otiosa* vel *mater lectionis* est, ut in הַיְעָשֶׂה Exod. 25, 31. מְלֵיאָתִים Ezech. 11, 6. etc. v. Gesen. Lehrg. p. 52. — c) *in fine* nomin. format patronymica et gentilitia, quaeque ad eorum classem referuntur, ut עִבְרִי, נָכְרִי; — in exitu *verborum* vel *afformantem* secundae personae sing. foem. imperativi et futuri con-

stituit, ut קְטַלִי et תִּקְטְלִי, vel *pronomen suffixum* primae personae sing. denotat, ut מַלְכִּי *rex meus,* חֲמָסִי *injuria mea* h. e. *quam patior* Gen. 16, 5. Jer. 51, 35. v. Gesen. l. c. p. 733. Alibi mere *paragogicum* est, ut per Syriasmum dicitur ־ִי —, ־ְכִי — pro vulgari ־ָךְ et ־ַיִךְ Ps. 103, 3. 4. 5., תַּחֲלוּאָיְכִי, עֲוֹנֵכִי etc. Ps. 116, 7. 2 Reg. 4, 2. 3. etc., מְלֵאֲתִי Jes. 1, 21., אֹסְרִי Gen. 49, 11., רַבָּתִי Thren. 1, 1. al. v. Gesen. l. c. p. 547.

יָאַב *concupivit, desideravit* (coll. אָבָה, cum quo convenit, quemadmodum plurima alia a Jod incipientia conv. cum quiescent. ultima), sq. לְ Ps. 119, 131. (Syr. ܝܐܒ et ܐܬܝܐܒ s. ܐܬܝܒܒ *concupivit,* conf. Vers. simpl. et Philox. Luc. 16, 21).

יָאָה *pulcher, decorus fuit* (Chald. et Samar. יְאָה *id.;* Syr. ܝܐܐ, ܝܐܝ *pulcher,* ܝܐܝܘܬܐ *decentia, decor, pulchritudo).* Hinc est Jer. 10, 7. 3 pers. f. in pausa יָאָתָה te *decet,* tibi *debetur, πρέπον ἐστι, πρέπει.*

יָאַל duplex rad. in Kal inusit. I) Niph. נוֹאַל *stultus factus est, stolide se gessit,* significationem per metathesin mutuatur ab אֱוִיל *stultus,* Num. 12, 11. Jer. 5, 4.; praet. plur. נוֹאֲלוּ Jes. 19, 13. in pausa נֹאָלוּ Jer. 50, 36.

II) Hiph. הוֹאִיל 1) *coepit,* sq. Inf. c. לְ Jos. 17, 12. Jud. 1, 35., sq. verbo fin. Deut. 1, 5. — passim majore cum vi *sustinuit, ausus est* aliquid facere Gen. 18, 27. 31. — 2) *voluit, proposuit sibi, animum induxit.* Construitur a) cum verbo *finito* vel interposito ו copul.: 2 Sam. 7, 29. עַתָּה הוֹאֵל וּבָרֵךְ *itaque placeat tibi et benedicas* 2 Reg. 5, 23., Job. 6, 9: וְיֹאֵל אֱלוֹהַּ וִידַכְּאֵנִי *placeat Deo et conterat me* Jud. 19, 6. — vel omisso Vau Deut. 1, 5. Hos. 5, 11. הוֹאִיל הָלַךְ *voluit, placuit ire.* — b) sq. *infinitivo* cum לְ 1 Sam. 12, 22: הוֹאִיל לַעֲשׂוֹת *voluit facere.* — Fut. c. Vau convers. וַיּוֹאֶל Exod. 2, 21. Jud. 1, 27. 35. etc. Sed וַיֹּאֶל pro וַיָּאֶל 1 Sam. 14, 24. pertinet ad rad. אלה. [Oritur hoc v. ab أول *primus* transpositis litteris, et أول *praecessit,* hinc hebr. *coepit* (cf. ἄρχειν), *proposuit sibi,* in quo utroque verbo *primi* ac *prioris* notio inest].

יְאֹר et **יְאוֹר** 1) *fluvius* i. e. a) κατ᾽ ἐξοχὴν *Nilus* Gen. 41, 1 sqq. Exod. 1, 22. 7, 15 sqq. etc., Copticum ΙΑΡΟ (Jaro i. e. *flumen*), quod ipsum vocabulum a Pentateuchi interprete Copt., qui Lxx. sequebatur, saepe ponitur, ubi codex hebr. יאור habet, ut Exod. 2, 3. 5. conf. La Crozii Lex. Copt. p. 27. *Repertorium litt. bibl. et orient.* T. XIII, p. 30. Champollion l'Égypte sous les Phar. I, 137 sq. II, 338. — In plur. יְאֹרִים *brachia Nili* indeque ductae *canales* in Delta, quasi *Nili minores,* Ezech. 29, 3 sqq. 30, 12. Ps. 78, 44. Jes. 7, 18. Exod. 7, 19. — b) semel de alio fluvio (Tigride) Dan. 12, 5 sqq. coll. 10, 4. — 2) *rivus* in recentiore Hebraismo, qui nullam amplius originis rationem habebat, plur. יְאֹרִים Jes. 33, 21. Job. 28, 10. (Sab. ܝܡܐ *id.*). Cum praefixo: כָּאֹר pro כַּיְאֹר Am. 8, 8 (coll. 9, 5.).

יָאַשׁ in Kal inusit., Niph. נוֹאַשׁ *desperavit, spe destitutus est* (يئس et ييس

in Conj. I. et VIII. *despondit animum, desperavit* de aliquo s. aliqua re sq. مِن, sed cf. Schultens in clav. dial. p. 190.). Constr. praegn. cum מִן pers. 1 Sam. 27, 1. נוֹאַשׁ מִמֶּנִּי שָׁאוּל *desperat Saulus* (et desistit) *a me*. Part. נוֹאָשׁ a) *desperatus, spe destitutus* Job. 6, 26. אִמְרֵי נוֹאָשׁ *verba desperati*; b) *desperatum, frustra* (est), imperson. Jes. 57, 10. Jer. 2, 25. 18, 12. — Pih. *desperatum fecit, spe destituit* Eccles. 2, 20.

יָאַת vid. supra אוּת.

יָבָא, unde deduci possit fut. Hiphil. תֹּבֵא Prov. 1, 10. v. אָבָה.

יָבַב in Kal inusit., Pih. *vociferatus est, clamavit* Jud. 5, 28. Arab. أَبَّ in Conj. II. أَبَّبَ *clamavit, vociferatus est*, ut qui adoritur hostem; hinc وَبَّ *paravit, expedivit se ad faciendum in proelio impetum*, quod fiebat *clamando*, ܝܰܒܳܒ de *clamore bellico* 1 Sam. 17, 22., ܝܰܒܳܒܳܐ *clangor tubae*, Chald. *clamavit*; Aeth. *clamavit, jubilavit* v. Lette ad *Cant. Deborae* p. 170. Michaelis in *Suppl.*

יוֹבָב 1) Gen. 10, 29. *Jobabitae*, nom. propr. populi Arabiae felicis, Ptolemaeo ex errore librariorum (B et P permut.) dict. Ἰωβαρῖται, sub gradu long. 84 et 85, lat. 18, quorum metropolis *Nagran* erat, urbs celeberrima, regni Homeritarum saepe sedes, in tabulis D'Anvillianis sub gr. long. 62. lat. 19. sita, hodie ditionis *Hamadan* (همدان) v. Bocharti *geogr.* T. I, p. 190. 191., Michaelis Spicil. T. II, p. 203. 204. — 2) nom. propr. regis Idumaeorum Gen. 36, 33. — et aliorum passim hominum Jos. 11, 1. 1 Chron. 8, 9. al.

יְבוּס nom. propr. *urbis* munitissimae in tractu Judae et Benjamin, quae postea *Salem* et *Jerusalem* vocata est Jud. 19, 10. 2 Sam. 5, 5. 1 Chron. 11, 4. Jos. 18, 16. Inde יְבוּסִי a) *Jebusita* 2 Sam. 5, 6. 1 Chron. 11, 4. — b) *urbs* (ἄστυ) ipsa *Jebusitarum* Jos. 15, 8. 18, 28. Huc referunt etiam Zach. 9, 7. sed v. Rosenmueller. Oriri videtur a בּוּס *conculcare* ad form. יְקוּם.

יָבַל (in Kal inusit.) *fluxit, profluxit* et metaphor. *provenit, processit*; Arab. وبل *magno cum impetu fluxit, imbrem fudit, copiose pluit* (v. nom. מַבּוּל et בּוּל). — Hiph. הוֹבִיל *provenire* (quasi profluere), *procedere fecit* (cf. infra יְבוּל), deinde a) *duxit* Jer. 31, 8. Ps. 60, 11. 108, 11. — b) *tulit, attulit* Ps. 68, 30. 76, 12. Zeph. 3, 10. (munera). Syr. ܝܰܒܶܠ, ܐܰܘܒܶܠ *id.* Hoph. הוּבַל *ductus est* Ps. 45, 15. Jes. 53, 7. 55, 12. Jer. 11, 19., it. *allatus, oblatus est* Jes. 18, 7. Hos. 10, 6. (de muneribus), it. *delatus, elatus* in sepulcrum *est* Job. 10, 19. 21, 32. — Voc. mere poeticum.

יְבַל Chald. *id.*, unde Aphel הֵיבֵל (v. Winer Gramm. Chald. p. 48.) a) *abduxit, abstulit* Esr. 5, 14. — b) *detulit* Esr. 7, 15., ubi infinit. הֵיבָלָה.

יְבוּל m. *proventus* (ἐκφόριον) terrae et arborum Jud. 6, 4. 19, 21. Job. 20, 28. Hab. 3, 16. Levit. 26, 4. 20. Deut. 11, 17. c. affixo יְבוּלָהּ Ps. 67, 7. et יְבֻלָהּ Deut. 32, 22. In loco Job. 20, 28. יִגֶל יְבוּל בֵּיתוֹ nonnulli cum Doederlinio censent יְבוּל significare *imbrem* (coll. בּוּל, מַבּוּל,

Arab. وَابِل), ut verba ita sint reddenda: *imber aufert domum ejus.* Sed cum hic sensus non possit nisi mutato יְגַל in יַגֵּל extorqueri, satius est vertere: *exsulabit,* peribit *proventus domus ejus* h. e. opes male partae cito dissipabuntur.

בּוּל, per aphaeres. pro יְבוּל, 1) *pluvia* (v. rad.), hinc *mensis pluviosus,* Hebraeorum octavus, a primo Novembris novilunio initium capiens 1 Reg. 6, 38. — 2) *proventus* Job. 40, 15. (20). — 3) ex chald. (talm.) linguae usu: *frustum* Jes. 44, 19. Ita Rosenmueller. et Gesen. Alii: *proventus arboris* h. e. *lignum,* quod magis placet.

מַבּוּל m. *diluvium* (pro מִנְבּוּל tanquam a נָבַל vid. Gesen. L. p. 390 sq.) Gen. 6, 17. 7, 6. 7. 10. 17. Ps. 29, 10.

יָבָל 1) *flumen.* Plur. in regim יִבְלֵי מַיִם Jes. 30, 25. 44, 4. — 2) filius Lamechi primogenitus, a quo nomades originem ducunt Gen. 4, 20.

תֵּבֵל f. voc. poet. 1) pr. *terra irrigua* et *foecunda* adeoque *habitabilis* Jes. 14, 17. (oppos. מִדְבָּר), Ps. 90, 2. 24, 1. (ubi copulatur cum gener. voc. אֶרֶץ); deinde 2) i. q. אֶרֶץ Ps. 19, 5. 93, 1. 96, 10. Job. 18, 18. 37, 12. 1 Sam. 2, 8. etc. Metonym. *incolae* terrae Ps. 9, 9. 33, 8. 96, 13. al. — 3) *terra certis limitibus descripta,* ut terra *Israel.* Jes. 24, 4., *t. babylon.* 13, 11. — Syr. ܬܒܝܠ, ܬܐܒܝܠ *id.*

יוֹבֵל com. *sonus tractus, productus (ein gezogener, lang ausgehaltner Ton)* et *fluminis* instar sese diffundens, opposit. *sono brevi, fracto* et *interrupto,* unde dicitur *protrahi,* מָשַׁךְ Exod. 19, 13. Jos. 6, 5. Assentitur Carpzovius in *Apparatu Antiquit. S. Codicis* p. 449. Hinc קֶרֶן הַיּוֹבֵל *cornu,* quo ejusmodi *sonus* editur Jos. 6, 5., et שׁוֹפְרוֹת יוֹבְלִים *buccinae,* quibus ejusmodi *soni* eduntur Jos. 6, 4. 6. 8. 13.; etiam omissis his voc. יוֹבֵל est *instrumentum, quo sonus protractior editur, buccina* Exod. 19, 13. — שְׁנַת הַיּוֹבֵל *annus jubilaeus* (Lxx. ἔτος τῆς ἀφέσεως vid. Winer. Lexic. bibl. Tom. I, p. 362.) Levit. 25, 13. 28. 40. 27, 17. 18. 23., quia ejusmodi *sono* promulgabatur Levit. 25, 9., pro quo etiam simpliciter per metonym. יוֹבֵל legitur Levit. 25, 10. 11. 12. 15. 28. 30. 31. 33. 17, 18. 21 Num. 36, 4. Aliorum sententias de hoc voc. collegit et examinavit Carpzovius l. c. p. 447 sqq. In his etiam illa est magistrorum jud., qui יוֹבֵל *arietem* denotare contendunt, ut קֶרֶן הַיּוֹבֵל sit *cornu arietinum.* Inane commentum!

אוּבַל et אֻבַל m. *fluvius* (a rad. وبل *uvidus fuit*) Dan. 8, 3. 6., in regim. אוּבַל Dan. 8, 2. Aliorum opiniones dijudicavit Berthold. ad Dan. II, p. 511 sq.

יוּבַל m. 1) *locus uvidus* vel *flumen* Jer. 17, 8. — 2) filius Lamechi, musicorum instrumentorum inventor Gen. 4, 21.

יַבֶּלֶת f. (tanq. a masc. יַבָּל) Levit. 22, 22. *diffluens sc. sanie,* Vulg. *papulas habens.* Al. pro substantivo habent: *defluxus pilorum,* ut Arab. وابلة.

תּוּבַל־קַיִן (profluxus h. e. *progenies Caini*) filius Lamechi, primus faber ferrarius Gen. 4, 22.; vide de hoc nom. multum vexato Rosenmueller. ad h. l. Aliud תּוּבַל v. sub lit. ת.

יָבָם m. *levir* i. e. mariti frater (v. Lxx.), contractum videtur ex יָאֵבָם *amore propensus, favens*, a יאב cum ם heemantico Deut. 25, 5. 7. Inde declinata sunt:

יְבָמָה f. *glos, fratria*. Cum affixis יְבִמְתֵּךְ Ruth. 1, 15., יְבִמְתּוֹ Deut. 25, 7. 9.

יִבֵּם Pih. *fratris* (mortui) *uxorem duxit* Deut. 25, 5. 7. Gen. 38, 5., quod officium legibus (Deut. 25, 5 sqq.) injunctum erat leviro v. Winer. Lexic. bibl. Tom. II, p. 408 sq.

יְבֹנֶה v. sub rad. בנה.

יַבֹּק nom. propr. rivi, qui in Basanitidis montibus oritur et infra lacum Tiberiensem Jordani influit. Arabibus dicitur *Jarmuc* يَرْمُوك (sc. a *Jarmoc*, מ mut. in ב fit *Jarboc* et eliso ר *Jabboc*, ut כַּסָּא pro כַּרְסָא) et *Dscheriat Musa* جَرِيَّة مُوسَى (*flumen Mosis*) gr. *Hieromiax* conf. Michaelis *Suppl.* p. 1049. Proficisci videtur nomen hebr. a rad. בָּקַק *evacuare, effundere*.

יָבֵשׁ *aridus fuit* vel *factus est, exaruit* (plus est, quam חָרֵב cf. Ps. 22, 16.). Dicitur a) de *rebus humidis*, quando arescunt Jos. 9, 5. 12 (de pane), Jer. 23, 10 (de pascuis), Ezech. 19, 12 (de fructibus arborum), Jes. 15, 6 (de plantis), 1 Reg. 13, 4. Zach. 11, 17 (de manu, quae succo destituitur adeoque torpet cf. Mr. 3, 1. Jo. 5, 2.); — et b) de ipso *humore*, qui consumitur Job. 14, 11. Gen. 8, 13. Jer. 50, 38. trop. de vi (succo) vitali Ps. 22, 16. cf. Ps. 102, 12.— Infin. absol. יָבֹשׁ Ezech. 17, 19., constr. יְבֹשׁ Jes. 27, 11., fut. יִיבַשׁ et יָבֵשׁ Jes. 19, 7. Jer. 12, 4. Job. 8, 12., semel cum Zere et terminatione verbi perfecti: יֵבוֹשׁ Hos. 13, 15. (v. Gesen. L. p. 385.) etc.

Pih. יִבֵּשׁ *arefecit* Job. 15, 30 Prov. 17, 22. Fut. cum affixo וַיַּבְּשֵׁהוּ (per compendium scribendi pro וַיְיַבְּשֵׁהוּ, priore Jod sequenti simili per Dagesch inserto v. Gesen. l. c. p. 386.) Nah. 1, 4.

Hiph. הוֹבִישׁ *arefecit* Jos. 2, 10. 4, 23. Jer. 51, 36. Jos. 42, 15. Ezech. 17, 24. 19, 12. Aliud הוֹבִישׁ et הִבְאִישׁ (Jes. 30, 5.) vid. in בּוֹשׁ.

יָבֵשׁ m., יְבֵשָׁה f. *aridus* i. e. succo destitutus (opp. לַח) Job. 13, 25. Jes. 56, 3. Ezech. 17, 24. Num. 6, 3. 11, 6. 37, 2. 3.

יַבָּשׁ m. inusit., foem. יַבָּשָׁה *arida* sc. אֶרֶץ (ἡ ξηρά), vel neutraliter *aridum* (Caes. B. G. 4, 29.) τὸ ξηρόν Gen. 1, 9. Exod. 4, 9. Jes. 44, 3. etc.; alia terminatione foem. יַבֶּשֶׁת Exod. 4, 9. Ps. 95, 5.

יְבֹשֶׁת f. *exsiccatio* Gen. 8, 7. Aliis est Infin. cum ת paragog. v. Gesen. L. p. 384.

יַבֶּשֶׁת f. Chald., statu emphat. יַבֶּשְׁתָּא *arida, aridum* Dan. 2, 10.

יָגַב radix. inusit. i. q. גוב جوب et جيب, *secare, findere*, hinc *arare* (nam eaedem significationes saepe occurrunt sub radd. med. rad. quiesc. et prim. rad. Jod, conf. טוב et יטב etc.). Inde sunt

יוֹגֵב m. *agricola*, proprie *sector* sive *fossor terrae*; vocabula enim *secandi* et *findendi* ad *arationem* referuntur, cujus rei exempla vid. in

Simonis *Arcano formm. hebr.* p. 36. Plur. יוֹגְבִים Jer. 52, 16. (Lxx. γεωργοὶ) et sec. Kri 2 Reg. 25, 12., ubi Cthib habet גָּבִים, alia forma participiali a synonymo verbo גוב. *Collectores sive exactores tributi* (q. d. *injungentes tributum necessarium*) intelligit Gerardus Kuypers in *Notis ad Ali Ben Abi Taleb Carmina* p. 178. a وجب in Conj. IV. *necessaria fuit res, injungere* alicui aliquid *ut necessarium*; — sed praestat vett. interpretum auctoritatem sequi.

יָגֵב m. *ager*, qui *arando* vel *fodiendo* proscinditur. Plur. יְגֵבִים Jer. 39, 10.

יָגָה Duplex radix I) *doluit (animo), moeruit* (proprie idem significare putatur quod Arab. وجى *attritus est dolore,* ut *pes injecto in calceum calculo* v. Schultens in *Commentar.* ad Prov. 10, 1. et in *Clave dialect.* p. 247.). In Kal inusit., Niph. part. נוּגָה (pro נוֹגָה) *moerore affectus,* plur. נוּגֵי מִמּוֹעֵד *moesti* quippe a *conventu sacro* sejuncti, prohibiti Zeph. 3, 18. (quod tamen al. a יגה n. 2. repetunt v. Rosenmueller.), foem. plur. נוּגוֹת Thren. 1, 4. — Pih. יִגָּה *moerore affecit,* fut. cum Vau convers. וַיַּגֶּה (pro וַיְיַגֶּה) Thren. 3, 33. Simile vid. supra in יָבֵשׁ. — Hiph. הוֹגָה *moerore affecit, afflixit* Thren. 1, 5. 12. 3, 32. Jes. 51, 23.; fut. plur. cum Nun paragog. et mutata tertia ה in Jod, תּוֹגְיוּן Job. 19, 2.

II) in Kal inusitat., Hiph. הוֹגָה *removit* 2 Sam. 20, 13. cf. وجى *secuit,* unde وجى عن *resecuit a se, removit.* Sed הָגוֹ Prov. 25, 4. vid. sub הָגָה II.

יָגוֹן m. *moeror, moestitia (dolor animi)* Gen. 42, 38. Ps. 13, 3. Jes. 35, 10. Jer. 8, 18. 31, 13. Ezech. 23, 33.

תּוּגָה f. *moeror, tristitia* Ps. 119, 28. Prov. 10, 1. 14, 13. 17, 21.

יָגַהּ rad. Hebr. non usitat., i. q. Arab. وجه med. Dham. *spectabilis fuit,* unde وَجْه *facies, vultus,* al. جِهَة.

גֵּהָה f. Prov. 17, 22: לֵב שָׂמֵחַ יֵיטִב גֵּהָה *animus laetus exhilarat faciem.* Ita post Schultens. plerique; vid. tamen sub rad. גהה.

גַּהּ v. sub lit. ג p. 173.

יָגֵן v. גַּן sub lit. ג.

יָגַע 1) *laboravit* (h. e. vires intendit, contendit, Arab. وجع *doluit*), vel absolute Job. 9, 29: לָמָּה־זֶּה הֶבֶל אִיגָע *cur tandem incassum laborem* (sc. ut jus obtineam), Jes. 49, 4. Habac. 2, 13. — vel sq. בְּ rei, *in qua* laboratur Jos. 24, 13. Jes. 47, 12. 62, 8., semel sq. infin. et לְ Prov. 23, 4. — 2) *defatigatus est* 2 Sam. 23, 10. Jes. 40, 28. 31., sq. בְּ rei Jer. 45, 3. Ps. 6, 7: יָגַעְתִּי בְאַנְחָתִי *defatigatus, fessus sum gemendo,* sq. בְּ pers. Jes. 43, 22. יָגַעְתָּ בִּי *defatigatus es in me* sc. colendo (ut recte explicat Jarchius) h. e. taedet te mei. — Praet. foem. יָגְעָה (cum patach furtivo sub ע) Jes. 47, 15. 62, 8. Fut. יִיגַע Jes. 40, 28., plur. יִיגְעוּ et emisso altero Jod, יִגְעוּ Jes. 65, 23. Jer. 51, 58., in pausa יִיגָעוּ Jes. 40, 31. et יִגָעוּ Jes. 40, 30.

Pih. יִגַּע *fatigavit, defatigavit* Jos. 7, 3. Eccles. 10, 15. — Hiph.

הוֹגִיעַ *defatigavit* aliquem, *molestus fuit* alicui, sq. בְּ rei Jes. 43, 23. 24. Mal. 2, 17.

יָגֵעַ m. 1) *defatigatus, fessus* Deut. 25, 18. 2 Sam. 17, 2. — 2) *fatigans,* כָּל־הַדְּבָרִים יְגֵעִים *omnia verba fatigant, fessos faciunt homines* (all. *molesta, molestiâ plena*) Eccles. 1, 8.

יָגִיעַ m. *defatigatus* Job. 3, 17.

יָגָע m. *labore partum* Job. 20, 18.

יְגִיעַ m. *labor, defatigatio* Gen. 31, 42. Eccles. 12, 12., metonym. *res labore parta* (ut Graec. κάματος), *quaestus, opes* Deut. 28, 33. Job. 10, 3. Ps. 128, 2. Jes. 45, 14. etc. Plur. Hos. 12, 9.

יְגִיעָה f. *labor, defatigatio* Eccles. 12, 12.

יָגֹר *metuit, formidavit,* sq. vel acc. Job. 3, 25. 9, 28. vel מִפְּנֵי *rei* Deut. 9, 19. Praet. יָגֹרְתָּ Deut. 28, 60., יָגֹרְתִּי Ps. 119, 39. Dic. de *graviore et angente formidine,* ut Arab. وجر, v. Alb. Schultens. ad Job. 3, 25.

יָגֹר *metuens, timidus* Jer. 22, 25. 39, 17.

יְגַר m. Chald. *acervus* (lapidum) Gen. 31, 47. Aethiop. *collis,* a rad. וגר *jecit, lapidavit.* Finitimum est אגר *collegit* conf. Lud. de Dieu ad loc. c. Gen.

יָד com. sed saepius fem. manus, nom. primitiv. (Syr. ܐܝܕ Arab. يَدٌ *id.*) Gen. 14, 22. 24, 2. 38, 28. Exod. 17, 11. 12. etc. Ob similitudinem *manus* appellantur etiam a) *pedes* stellionis, quibus hic tanquam *manibus* utitur Prov. 30, 28. cf. Gataker. Miscell. posth. c. 8. — b) *cardines,* qui sunt extremis asseribus velut manus immissi Exod. 26, 17. 19. 36, 22., nec non *axes* rotarum, qui manum instar rotas tenent 1 Reg. 7, 32. 33.

Multae ab hac principali significatione proficiscuntur locutiones integrae, quae praeter propriam suam potestatem in alienum etiam sensum *transferuntur,* ut a) *manum suam aperire* (פָּתַח) h. e. liberalem, beneficum esse Ps. 104, 28. 145, 16. Deut. 8, 11. (sim. pers. دست كشادن); contra: *manum suam comprimere* (קָפַץ) i. e. illiberalem esse, beneficium denegare Deut. 15, 7. — b) *manum dare, porrigere* (נָתַן) dicuntur illi, qui vel confirmant aliquid 2 Reg. 10, 15., vel pollicentur Esr. 10, 19., vel alicui sese dedunt (*victas manus dare*) 2 Chron. 30, 8. Jer. 50, 15. Thren. 5, 6. — c) יַד פּ (יָדַי) נָתַן, נָטַשׁ עַל, הֵבִיא, הִפְקִיד 1 Reg. 14, 27. 2 Reg. 10, 24. Jos. 6, 2. Ps. 31, 6. 1 Sam. 17, 22. *in manum alicujus aliquid dare, tradere* h. e. curae ejus committere. — hinc צֹאן יָדוֹ *grex ei commissus* Ps. 95, 7. — d) יָד לְפֶה *manum ori impone* h. e. sile Prov. 30, 32. (Sir. 5, 14., pers. دست بر دهان). — e) *manum suam admovere* alicui (הֵשִׁיב) i. e. vel: animadvertere in aliq. Am. 1, 8. (eod. sensu *extendere manus contra* עַל Jer. 6, 12. Jes. 5, 25. Ezech. 6, 14. al.), vel juvare aliquem Jes. 1, 25. (utroque loco de Jova). — f) *manum immittere* (שָׁלַח) *alicui,* sq. בְּ vel אֶל, i. e. vel: vim inferre, injuriam facere Gen. 37, 22. 22, 12., vel furari aliquid Exod. 22, 8. Illo priore sensu dic. etiam שׂוּם יָדַיִם לְ *injicere alicui manus* 2 Reg. 11, 16. — g) *eripere, dimittere aliquem e manu* h. e. e potestate al. Exod. 18, 9. 14, 30. 1 Reg. 20, 42., poet. etiam: *e manu leonis, flammae, orci, gladii* etc. Job. 5, 20. Ezech. 35, 5. Jer. 18, 21. Ps. 63, 11. Prov. 18, 21., ut ap.

Arab. يد الريح *manus venti, flammae* etc. — Contra *vendere in alicujus manum* (בְּיַד) est: in potestatem al. tradere 1 Sam. 12, 9. Jud. 10, 7. — hinc *manus brevis, decurtata* est *debilitatis* indicium Num. 11, 23. Jes. 50, 2. 2 Reg. 19, 26. Jes. 37, 27., ut Arab. قصر يده *brevis facta est manus ejus* ab aliqua re h. e. exsequi vel assequi eam non potuit. — h) *manus mea est cum* (עִם) *aliquo* i. e. adsum, opem fero alicui 1 Sam. 22, 17. 2 Sam. 3, 12. 2 Reg. 15, 19. Contra: *manus mea est in aliquem* (בְּ) i. e. injuriam, vim infero Gen. 37, 27. 1 Sam. 18, 17. 21. 2 Sam. 14, 17. Eodem sensu de Jova dic. vel *plagas inferente, affligente* Exod. 9, 3. Deut. 2, 15. Jud. 2, 15., vel *tutante, opem ferente* 2 Chron. 30, 12. Esr. 9, 2. coll. Jud. 2, 18. — i) *manus (Jovae) est super aliquo* (עַל) i. e. tutatur eum, adest ei Esr. 8, 31. coll. 7, 6. 28. (hinc *tegere umbrâ manus suae aliquem* Jes. 51, 16.); alibi יַד הַטּוֹבָה עַל פ׳ *manus bona (benigna) Dei super al.* Neh. 2, 8. Esr. 7, 9. Sed haec tamen phrasis, ubi de Jova dicitur, passim angustiorem sensum habet, ut Ezech. 1, 3. וַתְּהִי עָלָיו יַד יְהוָה *manus J. fuit super eo* i. e. spiritus Jovae agebat, agitabat eum 1 Reg. 18, 46. 2 Reg. 3, 15. Ezech. 33, 22. Non discrepat Ezech. 8, 1. וַתִּפֹּל עָלַי יַד אֲדֹנָי, pro quo 11, 5. legitur: וַתִּפֹּל עָלַי רוּחַ יְהוָה. — k) *fit aliquid* לֹא בְיָד vel בְּאֶפֶס יָד *nulla manu adhibita* h. e. sine humana ope, sola Dei potentia Job. 34, 20. Dan. 8, 25. 2, 34. 35. Thren. 4, 6. — l) *fit aliquid* יָד לְיָד *manu in manum* h. e. per omnes hominum generationes et aetates Prov. 11, 21. 16, 5. (Syr. ܐܝܕ ܒܐܝܕ). — m) *relaxantur, remittuntur* (רָפָה) *manus al.* i. e. animum despondit, abjicit 2 Sam. 4, 1. Jes. 13, 7. Jer. 6, 24. etc. — n) de formula נָשָׂא יָד v. sub נָשָׂא, et de מָלֵא יָד sub מָלֵא.

Sed a propria et principali ipsius voc. יָד notione fluunt aliae, quarum cum istâ haud obscura est necessitudo, ut: 1) *potentia, robur* (Jes. 58, 10. appellatur *vita manus*), adeoque *praesidium, auxilium* Ps. 76, 6: וְלֹא מָצְאוּ כָל־אַנְשֵׁי־חַיִל יְדֵיהֶם *nec invenerunt viri fortes robur suum* i. e. destitutos se viderunt robore, viribus suis, Deut. 32, 36: כִּי אָזְלַת יָד *nam evanuit praesidium*, Dan. 12, 7: נַפֵּץ יַד־עַם־קֹדֶשׁ *dissipare manum* h. e. vires, potentiam *populi sancti*, Ps. 78, 42: *non recordati sunt manus ipsius* h. e. potentiae, potenter factorum. Hinc בְּיָד simpl. *vi, vehementer* Jes. 28, 2., בְּיָד חֲזָקָה *magna vi* (magno exercitu) Num. 20, 20. Eo videtur etiam pertinere Esth. 1, 7. 2, 18. *vinum* dabatur כְּיַד הַמֶּלֶךְ *pro regis potentia, opulentia*, Vulg. ut magnificentia regia dignum erat cf. 1 Reg. 10, 13. — Hujus *notionis* primordia inerant jam in istis phrasibus: *in manum alic. dare, e manu eripere*: sed hi loci, quos modo explicuimus, ita comparati sunt, ut voci יָד *roboris potentiae*que significatio non ex integra aliqua locutione accedat, sed tanquam propria et sua inhaereat. — 2) *ductus, institutum, praeceptum (Weisung)* Esr. 3, 10. 2 Chron. 23, 18. עַל יְדֵי דָוִיד *ex institutis Davidis* 1 Chron. 25, 2. 6.; vide an huc etiam spectet loc. 1 Reg. 10, 13. — 3) *pars, portio* (q. d. *manipulus*, quantum manu teneri potest), Jer. 6, 3. *depascent quisque* אֶת־יָדוֹ *partem suam*, Gen. 43, 34. חָמֵשׁ יָדוֹת *quinque partes*, 47, 24. אַרְבַּע הַיָּדוֹת *quatuor partes*, Dan. 1, 20: וַיִּמְצָאֵם עֶשֶׂר יָדוֹת עַל כָּל־הַחַרְטֻמִּים *et invenit illos* (juvenes) *decem partibus* h. e. decies, longe *sapientiores (zehnmal einsichtsvoller) magis omnibus*. — 4) *monumentum* (*manu* enim monstramus et indicamus) 1 Sam. 15, 12. 2 Sam. 18, 18. — 5) *latus*, hinc fluvii *ripa* Deut.

2, 37. Exod. 2, 5.; לְיַד 1 Sam. 19. 3. vel עַל־יַד Job. 1, 14. 2 Sam. 15, 3. Num. 34, 3. עַל־יְדֵי Jud. 11, 26. אֶל־יַד 2 Sam. 18, 4. *ad latus, a latere* h. e. *juxta, prope;* רְחַב יָדַיִם *ab utroque latere* h. e. in omnes partes *amplus, spatiosus* Gen. 34, 21 (de terra), Jes. 33, 21. Ps. 104, 25 (de mari et fluminibus). — Hinc יָדוֹת appellantur *fulcra throni,* quae ab utroque latere erant 1 Reg. 10, 19. (nisi intelligenda sellae in throno collocatae *brachia,* in *manuum* formas desinentia), nec non *prominentiae* columnarum *laterales* 1 Reg. 7, 35. — 6) *spatium, locus* Deut. 23, 13: יָד תִּהְיֶה לְךָ מִחוּץ לַמַּחֲנֶה *spatium esto tibi extra castra* Num. 2, 17.; Jes. 57, 8. יָד חָזִית, quod recte interpretatus est Jonath. אֲתַר בְּחַרְתְּ *locum elegisti.*

Cum Praefixis passim ita dicitur יָד, ut vel in *adverbium* abeat, vel ab interprete pro linguae lat. ingenio *omitti* debeat (quanquam, si rem accuratius consideras, non videbitur prorsus redundare): a) בְּיַד פ׳ signific. vel *per aliquem (ope, ministerio alicujus)* Jes. 20, 2. 2 Chron. 29, 25. Levit. 8, 36. 1 Sam. 16, 20. Jer. 37, 2. Prov. 26, 6. Jes. 64, 6 (*dissolvis nos per* (propter) *peccata nostra*), — vel *cum aliquo* 1 Sam. 14, 34. *adduxerat suum quisque bovem* בְּיָדוֹ *secum,* Jer. 38, 10. (sed 1 Sam. 26, 18: מַה בְּיָדִי רָעָה vertas: *quid mali,* criminis est *in manu mea;* nam *manu* patramus scelera), — vel *coram, in conspectu* al. Job. 15, 23. *novit diem tenebrarum paratum esse coram ipso,* jam quasi praesentem ipsi, 1 Sam. 21, 14. *gustum suum mutavit coram,* praesentibus *ipsis* (ita Arab. بين يدى فلان *inter manus al.* v. Schultens opp. min. p. 29 sq. Graec. ἐν χερσίν Apollon. Rhod. 1, 1113.).

b) לְיַד *prope, juxta* v. supra sub n. 5.

c) מִיַּד פ׳ *ab aliquo,* post verba *poscendi* vel *accipiendi* Jes. 1, 12. Gen. 4, 11. 9, 5. Num. 5, 25. Jer. 25, 28.; Jes. 50, 11. מִיָּדִי הָיְתָה זֹּאת *a me hoc accidit vobis* Hab. 3, 4.

d) עַל־יַד פ׳ *prope, juxta* v. supra n. 5.; *in manum* al. pro *alicui* post verba *dandi* Esr. 1, 8. Gen. 42, 37. 2 Reg. 22, 5. de aliis locc. v. supra. — עַל יְדֵי פ׳ *super* 1 Chron. 6, 16. *quos constituit super cantum* h. e. praefecit cantui; *per,* עַל־יְדֵי חָרֶב Jer. 18, 21.; *ad* (ad ductum) 2 Chron. 29, 27. *ad (auf) instrumenta musica.*

In regim. יַד Gen. 41, 35. 42. Exod. 2, 5., cum affixis יָדִי Gen. 14, 22., יָדְךָ 21, 18., in pausa יָדֶךָ Deut. 2, 7. Jud. 9, 33. et cum ה paragog. יָדְכָה Exod. 13, 16., יֶדְכֶם (pro יְדֵכֶם) Gen. 9, 2. Exod. 32, 29., יֶדְכֶן Ezech. 13, 21. 23. Dual. יָדַיִם Gen. 34, 21. et יָדֵי Ezech. 13, 18 (v. Gesen. L. p. 537.), in regim. יְדֵי Gen. 24, 30. Cum affixis יְדֵיכֶם Deut. 31, 29., יָדָיו Gen. 27, 16. et יָדֵיהוּ Habac. 3, 10. etc.

Plur. יָדוֹת 1) *manus arte factae,* vel *ea, quae manuum formas* quodammodo *referunt* (ut antea dictum), *cardines, axes,* it. *partes, portiones* Gen. 43, 34. Exod. 26, 17. 1 Reg. 10, 19. Neh. 11, 1. (v. Gesen. l. c. p. 539 sq.), in regim. יְדוֹת 1 Reg. 7, 32. cum affixo יְדֹתָיו Exod. 26, 19. 36, 24.

יַד com. Chald. *manus* Dan. 5, 5., stat. emphat. יְדָא Dan. 5, 5. 24., cum affixis יְדָךְ Dan. 3, 17. 25., יְדֵהּ Dan. 4, 32., יְדְהֹם (more Hebraeorum, ut in יְדְכֶם et יְדְכֶן) Esr. 5, 8. Dual. יְדַיִן Dan. 2, 34. 45., cum affixo יְדַי Dan. 3, 15. — Adde haec: יְהַב בְּיַד פ׳ *in alicujus manum* h. e. potestatem *dare* Esr. 5, 12. Dan. 2, 38. 7, 25. — מִן יַד אַרְיָוָתָא

e manu (faucibus) leonum Dan. 6, 28. coll. 3, 17.; דָּת אֱלָהָךְ דִּי בִידָךְ *lex dei, quae est in manu tua,* quam tecum habes, in qua es versatus Esr. 7, 14. 25.; שְׁלַח יַד *manum extendere* i. e. aggredi aliquid Esr. 6, 12.

יָדַד 1) *jecit, projecit, conjecit* sortem Joel. 4, 3. Obad. 11. Nah. 3, 10. — 2) *dilexit*, ut Arab. وَدَّ (vid. supra in דּוּד) cf. derivv. Has significationes ita inter se conciliant, ut vocis ידד, coll. Aeth. ወደደ, propriam vim inesse putent in *configendo;* hinc a) *jecit, projecit,* terrae quasi affixit; b) *conjunxit, copulavit,* unde *amoris* notio proficiscitur.

יָדִיד m. *dilectus* (Syr. ܝܰܕܺܝܕܳܐ *amicus*) Deut. 33, 12. Jes. 5, 1. Jer. 11, 15. Ps. 60, 7. 108, 7. Plur. foem. Ps. 84, 2. מַה יְּדִידוֹת מִשְׁכְּנוֹתֶיךָ *quam dilectae* h. e. amabiles, jucundae sunt *habitationes tuae;* subst. שִׁיר יְדִידֹת Ps. 45, 1. *carmen suave, venustum,* ᾆσμα προσφιλίας Aquil.; al. *epithalamium* vertunt.

יְדִדוּת f. *id quod amatur, deliciae* Jer. 12, 7.

יְדִידְיָה m. (*dilectus Jovae*) nom. Salomoni recens nato inditum a Nathane propheta 2 Sam. 12, 25.

דַּד m. *mamma, uber* v. sub lit. ד.

יָרָה I) i. q. יָדַד *jecit, projecit, jaculatus est* Jer. 50, 14. (ut Aethiop. ወደየ), Pih. fut. וַיַּדּוּ pro וַיְיַדּוּ *et projecerunt* (lapides) Thren. 3, 52. Infin. יַדּוֹת *dejicere* (cornua gentium h. e. vires gentium frangere) Zach. 2, 4.

II) i. q. Arab. وَدَى et Syr. ܐܰܘܕܺܝ *professus, confessus est,* deinde *celebravit* (quae significatio, cum non multum distet a projiciendi emittendique sensu, vide, an ad *unam* radic. revocari possit hoc v.; quemadmodum etiam Arab. وَدَى non omnino abhorret ab *emittendi* etc. notione). In Kal non usit.

Hiph. הוֹדָה 1) *professus, confessus est,* constr. c. acc. rei Prov. 28, 13., vel sq. עַל Ps. 32, 5. — 2) *celebravit, laudavit,* sq. acc. pers. Gen. 29, 35. Ps. 7, 18. 30, 13., vel לְ pers. Ps. 75, 2. 1 Chron. 29, 13. Esr. 3, 11.; freq. הוֹדָה שֵׁם יְהוָה *nomen Jovae celebrare* 1 Reg. 8, 32. Ps. 54, 8. vel לְשֵׁם יְהוָה Ps. 106, 47. Part. מוֹדֶה, plur. מוֹדִים 1 Chron. 29, 13., infin. הוֹדוֹת Ps. 92, 2. Neh. 12, 46., imp. plur. הוֹדוּ Jes. 12, 4. Fut. יוֹדֶה Ps. 7, 6. et יְהוֹדֶה Neh. 11, 17., 1. pers. cum affixo אוֹדְךָ 2 Sam. 22, 50., in pausa et cum Nun epenthetico אוֹדֶךָּ Job. 40, 14. ac servata praeformante ה ex Chaldaismo אֲהוֹדֶנּוּ Ps. 28, 7.

Hithpah. הִתְוַדָּה 1) *confessus est* Levit. 5, 5., sq. acc. rei Num. 5, 7. Levit. 16, 21. 26, 40. Dan. 9, 20., sq. עַל Neh. 1, 6. 9, 2. — 2) *celebravit, laudavit* sq. לְ pers. 2 Chron. 30, 22.

יְדָא Chald. Aphel *celebravit* (Deum), part. מְהוֹדֵא Dan. 2, 23. et excluso ה, מוֹדֵא Dan. 6, 11.

תּוֹדָה f. (verbale conveniens cum Conjug. Hiph.) 1) *confessio* (peccatorum) Jos. 7, 19. Esr. 10, 11. — 2) *gratiarum actio* (quae est ejus, qui beneficia se accepisse *fatetur*) Jes. 51, 3. Ps. 26, 7. 50, 14. 23. etc. Plur. תּוֹדוֹת *gratiarum actiones, laudes* Ps. 56, 13. Neh. 12, 27. it. *chori gratias agentium, laudantium* Neh. 12, 31. 40. v. Syr. et Vulg

Metonymice in recentiore Hebraismo 3) *sacrificium eucharisticum* Jer. 17, 26. 33, 11., quod antiquitus dicebatur זֶבַח תּוֹדָה Levit. 7, 12. 22, 29. Plur. 2 Chron. 29, 31.

הֻיְּדוֹת plur. foem. Neh. 12, 8. vulgo huc refertur et exponitur *laudes sive celebrationes,* ut ה servile sit; at sine simili exemplo; quapropter Hillerus metathesin subesse putat pro יְהֻדוֹת vel יְהֻדוֹת, a sing. יְהוּדָה. Fortasse derivari possit a rad. Arab. هاد *leni, tarda ac placida voce ejusque tali reciprocatione in cantu usus est,* unde مهود *lenis cantus:* ut adeo הֻיְּדוֹת sint ejusmodi *cantiones;* ratione autem formae pertineret ad formam masc. פִּקֻּד, de qua vid. Simonis *Arcan. Form. Hebr.* p. 437.

יְהוּדָה nomen propr. 1) *Judae,* filii Jacobi Gen. 29, 35. 35, 23. et tribus ab eo ortae Num. 7, 12. Jos. 11, 21. 19, 34. 21, 4. Jud. 18, 2. 19, 18. etc., proprie 3. fut. Hoph., servato ה characteristico, *celebrabitur* sc. Jehova. — מִדְבַּר יְהוּדָה *desertum Judae,* quod a Thecoa incipiebat, lateque versus austrum procurrebat Jos. 15, 61. Jud. 1, 16. al. — 2) regni Judaici, quod tribus Judaicam et Beniaminit. complectebatur 1 Reg. 12, 23. 32. 14, 21. 15, 1. etc.; hinc אַדְמַת יְהוּדָה Jes. 19, 7., עִיר יְהוּדָה i. e. Hierosolyma 2 Chron. 25, 28. Semel gen. foem. Ps. 114, 2., ubi ipsa *terra* Jud. significatur v. Gesen. L. p. 469. — 3) totius terrae Israeliticae Hagg. 1, 1. 14. 2, 3. (v. Hieronymum in *praef. ad Amosum*).

יְהוּד chald. i. q. יְהוּדָה *Juda* h. e. *Judaei* Dan. 2, 25. 5, 13. 6, 14. Esr. 5, 1. 8. 6, 14. coll. Arab. يَهُود.

יְהֻד oppidum in tribu Dan. Jos. 19, 45.

יְהוּדִי m. *Judaeus* 1) in antiquiore Hebraismo *civis regni Judaici* 2 Reg. 16, 16. 25, 25. — 2) in recentiore, quilibet *Israëlita* Esth. 3, 6. 9, 20. Dan. 3, 8. Plur. יְהוּדִים Jer. 43, 9., passim יְהוּדִיִּים sec. Cthib Esth. 4, 7. 8, 1. 7. 13. 9, 15. 18. Foem. יְהֻדִיָּה *Judaea* 1 Chron. 4, 18. Inde verbum denominat. in Hithpahel

הִתְיַהֵד *Judaismum amplexus est,* propr. *semet ipsum Judaeum fecit* Esth. 8, 17.

יְהוּדִית adverb. *Judaice, judaicâ linguâ* 2 Reg. 18, 26. 28. 2 Chron. 32, 18. Jes. 36, 11. 13, etc.

יְהוּדַי m. Chald. id., quod Hebr. יְהוּדִי, unde plur. יְהוּדָאִין (mutato Jod in א, ut in aliis *gentil.*) *Judaei* Dan. 3, 12., in statu emphat. יְהוּדָיֵא Dan. 3, 8. Esr. 4, 12. 23. 5, 1. 5. 6, 7. 14.

יְדוּתוּן et יְדֻתוּן (2 Chron. 35, 15.), יְדִיתוּן (1 Chron. 16, 38. et sec. Cthib Neh. 11, 17.) nom. propr. 1) Levitae, qui a Davide choro musico praefectus erat 1 Chron. 25, 1. 16, 41. 43. — 2) posterorum ejus, qui arti musicae et ipsi studebant 2 Chron. 35, 15. Neh. 11, 17. Ps. 39, 1. 62, 1. 77, 1. Aliorum ineptas conjecturas v. ap. Rosenmueller. Scholl. in Pss. Vol. I, p. XLVI sq. Origo voc. non liquet, sed v. Simonis Onomast. p. 350.

יָדַע 1) *sensit (merken)* 2 Chron. 6, 29. Gen. 19, 33. Ps. 38, 5. Job. 9, 5. Prov. 5, 6., intellexit, cognovit, sq. acc. rei Num. 14, 31. Deut. 9, 24., sq. integra sententia Jud. 13, 21: יָדַע כִּי מַלְאַךְ יְהוָה הוּא *intellexit,*

cognovit, illum fuisse angelum Jovae (addito עִם לְבָב *in animo* Deut. 8, 5.), cum בְּ Gen. 15, 8. בַּמָּה אֵדַע *qua re, unde cognoscam* 24, 14. Exod. 7, 17. Ps. 41, 12. 119, 152. — spec. a) *sensit, agnovit* (culpam), *conscius sibi fuit* (culpae) Jer. 3, 13. Ps. 51, 5. Jes. 59, 12. Jer. 14, 20. — b) *rescivit* vel audiendo Levit. 5, 1. Deut. 11, 2. Esth. 4, 1. Neh. 13, 10., vel videndo Exod. 2, 4. Ps. 138, 6. 1 Sam. 22, 3. — c) *re ipsa expertus est* Job 5, 25. Zach. 4, 9. 1 Reg. 20, 13., inpr. de his, qui calamitatibus rebusque adversis edocentur et ad meliorem frugem reducuntur Job. 21, 19. Ezech. 6, 7. 25, 14. Jes. 9, 9. Hos. 9, 7. al. Non differt Arab. سوف يعلمون *futurum est, ut cognoscant*, v. Schultens. Opp. min. p. 48. — d) de *tori consuetudine*, vel: *mulier cognovit virum* (rem habuit c. v.) Gen. 19, 8., plenius יָדַע לְמִשְׁכַּב זָכָר Num. 31, 17. 18. — vel *maritus cognovit feminam* Gen. 4, 1. 1 Sam. 1, 19. (cf. Gataker de stylo N. T. c. 11. Simil. Syr. ܝܕܥ, Arab. عرف et رأى). — Semel est: *observare, notare* Ruth. 3, 4.

ימן rad. in Kal inusit., Hiph. הֵימִין, verb. denomin. 1) *dextrâ* aliquid *egit* vel *dextra usus est,* unde 1 Chron. 12, 2. sagittarii dicuntur מַיְמִינִים וּמַשְׂמְאִלִים בָּאֲבָנִים וּבַחִצִּים וגו׳ *dextra sinistrâque lapides, tela mittere scientes.* — 2) *ad dextrum latus deflexit, dextram petiit* 2 Sam. 14, 19. Ezech. 21, 21. Fut. cum ה paragog. אֵימִנָה Gen. 13, 9.; sed plur. תַּאֲמִינוּ Jes. 30, 21. formam habet ab אָמַן, cf. tamen האזניח sub rad. זנח.

יָמִין m. (Arab. يَمِينٌ) 1) latus *dextrum,* שׁוֹק הַיָּמִין *armus lateris dextri* h. e. dexter Exod. 29, 22. Levit. 8, 25., עֵין יָמִין *oculus dexter* 1 Sam. 11, 2. Zach. 11, 17., יֶרֶךְ יָמִין *coxa dextra* Jud. 3, 16., יַד יָמִין *manus dextra* Ps. 73, 23. Jer. 22, 24. Ezech. 39, 3. (יַד יְמִינוֹ *manus ejus dextra* Gen. 48, 14. Jud. 7, 20.), it. omisso יַד Exod. 15, 6. Ps. 21, 9. 137, 5 (gen. foem.), Prov. 27, 16. (gen. masc.). *A dextra* est עַל יָמִין Gen. 24, 49. 30, 11. Neh. 8, 4., it. מִיָּמִין 1 Reg. 7, 49. 2 Chron. 3, 17. 4, 6.; *a dextra alicujus* מִימִין sq. vel gen. vel לְ vel c. affixo Gen. 48, 13. Exod. 14, 22. 2 Reg. 23, 13. Ezech. 10, 3., aut יְמִין (accus.) sq. genit. 2 Sam. 24, 5.; *ad dextram, dextram versus* יָמִין Num. 20, 17. 22, 26. 1 Sam. 6, 12. 2 Chron. 34, 2., לַיָּמִין Neh. 12, 31., אֶל־הַיָּמִין

Ezech. 1, 10. Ceterum notanda haec sunt: a) אָחַז בְּיַד יְמִינִי *apprehendit dextram meam* h. e. juvit, sustentavit me Ps. 73, 23.; b) אִישׁ יְמִינֶךָ *vir dextrae tuae* h. e. quem dextra tua tibi elegisti (Jova), carus, dilectus (de pop. israelit.) Ps. 80, 18.; c) *a dextra regum stant, sedent*, quibus honos eximius habetur 1 Reg. 2, 19. Ps. 45, 10. 110, 1. — 2) *auster, plaga australis* Ps. 89, 13. 1 Sam. 23, 19., quia solem orientem intuentibus ad *latus dextrum* est, cf. אָחוֹר, אַחֲרוֹן et קֶדֶם, et de appellationis ratione B. Michaelis Dissert. de *locorum differentia ratione anticae, posticae* etc. §. 8 sq. (in Potti Sylloge Vol. V. p. 90 sqq.). Ita etiam augures Romani *dextras* partes ad *meridiem, laevas* ad *septentrionem* esse dixerunt, teste Livio L. I. c. 18. Secus fuit apud veteres Graecos, quibus *dextra* pars habita, quae ortum spectat, *sinistra*, quae occidentem cf. Feithius in *Antiquitt. homerr.* L. I. c. 16. §. 3. et Junius in *Animadverss.* L. III. c. 3.

הֵימִין Chald. *credidit* vid. sub rad. אמן.

יְמָנִי m. (tanquam a יָמָן, coll. Arab. يمن) *dexter* 1 Reg. 7, 21. 2 Chron. 3, 17., ubi tamen Cthib habet יְמִינִי; sic Ezech. 4, 6.; foem. יְמָנִית Exod. 29, 20. Levit. 8, 23. 24. Ezech. 47, 1. 2. etc.

יְמִינִי *dexter* v. sub יְמָנִי.

תֵּימָן (semel sine Jod תֵּמָן Job. 9, 9.) com. 1) *latus dextrum*, deinde *auster, plaga australis* Jos. 12, 3. Job. 39, 26. Zach. 9, 14. etc., metonym. *ventus australis* Ps. 78, 26. Cant. 4, 16. pro רוּחַ תֵּימָן, Zach. 9, 14. סַעֲרוֹת תֵּימָן. Cum ה paragog. תֵּימָנָה *austrum versus* Exod. 26, 18. 35. Num. 2, 10. Ezech. 21, 2. — 2) nom. urbis primariae et regionis Edomitarum Obad. 9. Ezech. 25, 13. Hab. 3, 3. (Gen. 36, 11.) cf. Cellarium *in orbe antiquo* p. 682. et Simonis in *Onomast.* p. 303.; unde nomen patronym. s. gentilitium תֵּימָנִי Gen. 36, 34.

יָמִין (*dexter* i. e. *felix* coll. Arab. يمن) nom. propr. virorum Gen. 46, 10. Neh. 8, 7. 1 Chron. 4, 24. 2, 27., unde patron. יְמִינִי Num. 26, 12. et יְמִינִי. Inde conflatum est בִּנְיָמִין nom. propr. filii Jacobi Gen. 35, 18. 42, 4. 45, 12. et tribus ab eo oriundae Jos. 18, 28. 21, 4. Jud. 19, 14. 20, 35.; patronym. בֶּן־הַיְמִינִי Jud. 3, 18. 2 Sam. 16, 11., בֶּן־יְמִינִי 1 Sam. 9, 21. Ps. 7, 1. etiam יְמִינִי sine בֶּן 1 Sam. 9, 1. 4.

יָמַר i. q. מוּר in Kal inusit., Hiph. הֵימִיר *mutavit* Jer. 2, 11. — Hithp. הִתְיַמֵּר q. d. *se permutavit cum alio* h. e. *successit, substitutus est in ejus locum*. Hinc Jes. 61, 6. בִּכְבוֹדָם תִּתְיַמָּרוּ *in eorum possessiones substituemini*. Aliorum explicationes ineptas perstrinxerunt Rosenmueller. et Gesen. ad h. l.

תִּימָרָה f. v. sub rad. תָּמַה.

יָמַשׁ *palpavit*, fricante manu *attrectavit*, i. q. מָשַׁשׁ. Hiph. imper. הֵימִשֵׁנִי vel הֲמִשֵׁנִי *fac me palpare* Jud. 16, 26. sec. Kri (conf. Alb. Schultens ad Prov. 17, 13.), sed Cthib habet הֲמִישֵׁנִי a מוּשׁ.

יָנָה *pressit, oppressit* vel *vi* Jes. 49, 26., vel *fraude* Jer. 22, 3. Ezech. 22, 7. 29.; hinc *delevit* Ps. 74, 8. Ezech. 46, 18.; חֶרֶב הַיּוֹנָה *gladius oppressor* h. e. trucidans Jer. 46, 16. 50, 16. Zeph. 3, 1., it. omisso

voc. חֶרֶב Jer. 25, 28. (Arab. ونى pr. est *torpuit nervo inciso* et *remisso*, in Conj. IV. اونى *debilitavit nervo inciso;* deinde transfertur ad violentam *oppressionem* et *defraudationem decurtantem* v. Alb. Schultens. ad *Gramm.* Erpen. p. 526.). Fut. 1. plur. cum affixo נִינֵם Ps. 74, 8. — Hiph. הוֹנָה 1) *compressit, oppressit, vexavit* Ezech. 18, 12. 16. 22, 7. 29. Exod. 22, 20. Levit. 19, 33. Jes. 49, 26. Jer. 22, 3. Praegnanter sq. מִן Ezech. 46, 18: לְהוֹנֹתָם מֵאֲחֻזָּתָם *ad opprimendos et ejiciendos e possessione sua.* 2) de ementibus vendentibusque: *decepit, circumscripsit* Levit. 25, 14. 17. (Nostrates etiam dicunt: *drücken*). — Fut. cum affixo תּוֹנֶנּוּ Deut. 22, 17., plur. יוֹנוּ Ezech. 45, 8. etc.

יוֹנָה *columba* v. supra post rad. יון.

ינח in Kal inusit., Hiph. הֵנִיחַ (ad analog. verbor. פּן): 1) pr. quiescere fecit (cognat. c. נוּחַ) Eccles. 10, 4. מַרְפֵּא יַנִּיחַ חֲטָאִים *lenitas animi quiescere facit, sedat peccata* (peccatores) h. e. efficit, ut ne irruant in te; — hinc 2) collocavit, posuit in aliquo loco, ut statuam 2 Reg. 17, 29., vestem Gen. 39, 16., dona, oblationes *coram Jova* h. e. in sanctuario Jud. 6, 18. Exod. 16, 33. Num. 17, 4., populum in terra aliqua Ezech. 37, 14. Jes. 14, 1.; it. *dejecit, projecit* (humum) Num. 19, 9. Jos. 28, 2., uop. Am. 5, 7.; *conjecit* in fornacem Ezech. 22, 20., in vincul. (*in Fesseln legen*) Levit. 24, 12. Num. 15, 34.

3) reliquit h. e. a) *reliquum fecit, superesse jussit* Levit. 7, 15. לֹא יַנִּיחַ מִמֶּנּוּ *nihil de eo* (ejus) *relinquet* Exod. 16, 23., sq. לְ pers. Eccles. 2, 18. Ps. 17, 14.; b) *remanere aliquem jussit* vel *passus est* Gen. 42, 33. Deut. 14, 28. Jud. 3, 1. 2 Sam. 16, 21.; c) *deseruit, auxilio destituit* Jer. 14, 9. — 4) missum fecit, misit, sivit, הַנִּיחָה אֹתִי *mitte me* Jud. 16, 26. 1 Reg. 7, 47. Esth. 3, 8. *mittere eos* h. e. tolerare, non curare; הִנִּיחַ יָדוֹ מִן *remittere manum ab* i. e. *desistere* ab al. re Eccles. 7, 18. 11, 6. — 5) sq. dat. pers. permisit, commisit Exod. 32, 10: הַנִּיחָה לִּי וְיִחַר אַפִּי *relinque, permitte mihi ut irascar,* 2 Sam. 16, 11., sq. infin. *non permittit ei ut dormiat,* non sinit eum dormire Eccles. 5, 11. Ps. 105, 14.; sq. dat. et accus. pers. Ps. 119, 121: *noli me oppressoribus meis committere*, tradere in potestatem. Elliptice Hos. 4, 17. הַנַּח לוֹ *permitte ipsi* sc. idolorum cultum. — Imper. הַנַּח Exod. 16, 33. Jud. 6, 20., cum ה paragog. הַנִּיחָה Exod. 32, 10. Jud. 16, 26., fut. cum affixo אַנִּיחֶנּוּ Eccles. 2, 18., apoc. תַּנַּח Eccles. 10, 4., cum vau convers. וַיַּנַּח Jud. 2, 23. 1 Reg. 7, 47. etc.

Hoph. הֻנִּיחַ (coll. form. הֳקִים Dan. 7, 4.): 1) *collocatus est* Zach. 5, 11. 2) part. מֻנָּח *relictum, reliquum factum* i. e. *vacuum* Ezech. 41, 9. 11.

יָנוֹחַ urbs in tribu Ephraim 2 Reg. 15, 29. Jos. 16, 6.

נַחַת m. Job. 36, 16. v. sub rad. נחת.

ינק *suxit* ubera Job. 3, 12. Cant. 8, 1., hinc יוֹנֵק *lactens* Num. 11, 12. Ps. 8, 3. Translate Job. 20, 16: *virus aspidum suxit* (improbus) h. e. opibus male partis exitium sibimet ipsi attulit, Jes. 66, 11. 12: *sugetis ubera consolationum Zionis* h. e. Zion benigne consolabitur vos animosque vestros eriget; alibi *sugere abundantiam maris* Deut. 33, 19,

s. *lac gentium* Jes. 60, 16. h. e. opibus marium, gentium ditari. — Fut. יִינַק Job. 20, 16.

Hiph. הֵינִיק *sugere fecit, sugendum dedit, lactavit* (mater) Gen. 21, 7. 1 Reg. 3, 21. Exod. 2, 7. 1 Sam. 1, 23., trop. Deut. 32, 13. *lactavit eum* (populum Israel.) *melle silvestri* v. sub voc. דְּבַשׁ. Part. foem. מֵינֶקֶת Gen. 35, 8. et sine Jod מֵנֶקֶת *lactans*, substant. *nutrix*; cum affixis מֵינִקְתּוֹ 2 Chron. 22, 11. et sine Jod 2 Reg. 11, 2., מֵנִקְתָּהּ Gen. 24, 59.; plur. מֵינִיקוֹת Gen. 32, 16. Jes. 49, 23. — Fut. יֵינִיק Exod. l. c.

יוֹנֵק m. et יוֹנֶקֶת f. *surculus* ex arbore recens enatus ejusque *succum trahens* Jes. 53, 2. (ita lat. *lactere* de recentibus plantis et frugibus dicitur). Cum affixo יוֹנַקְתּוֹ Job. 8, 16, plur. יוֹנְקוֹת Ezech. 17, 22. Hos. 14, 7.

יְנִיקוֹת plur. foem. *surculi* Ezech. 17, 4.

מֵינֶקֶת f. *nutrix*, vid. in ipsa rad.

יָסַד propr., ut videtur, coll. arab. وسد, *sternere* lectum (v. סוֹד), hinc 1) *fundare* Esr. 3, 12. Jes. 54, 1. (aedificium); max. de Deo terram Prov. 3, 19. Ps. 24, 2. 78, 69. 102, 26. Job. 38, 4. Jes. 51, 13. vel coelum Am. 9, 6. *fundante*; deinde *struxit, construxit* (acervum) 2 Chron. 31, 7. 2) *statuit, constituit* Hab. 1, 12: *ad castigandum constituisti eum* (Chaldaeum); sq. dat. pers. et acc. rei: *constituit, assignavit* alicui aliquid Ps. 104, 8. Jes. 23, 13. — Infin. cum praefixo לִיסֹד Jes. 51, 16. et cum dagesch euphon. לִיסּוֹד 2 Chron. l. c.

Niph. נוֹסַד 1) *fundari* Jes. 44, 28.; *inde a die quo Aegyptus est fundata* h. e. coli, habitari coepta Exod. 9, 18. 2) sensu *reciproco*: *inter se statuere* sive *decernere*, vel (petita significatione a nomine סוֹד *concilium*): *inter se consultare* Ps. 2, 2. 31, 14.

Pih. יִסַּד 1) *fundavit* 1 Reg. 5, 17. 16, 34. Jes. 15, 5. 28, 16. Jos. 6, 26. Zach. 4, 9., translate יִסַּד עֹז *fundavit sibi gloriam*, firmum quasi gloriae aedificium sibi exstruxit (simil. Arabes v. Schultens. ad Job. p. 338. Ps. 8, 3 2) *decrevit, constituit* 1 Chron. 9, 22. Esth. 1, 8: יִסַּד הַמֶּלֶךְ עַל כָּל־רַב בֵּיתוֹ לַעֲשׂוֹת *praeceperat domus suae magistris ut facerent* etc. — Pyh. יֻסַּד *fundatus est* 1 Reg. 6, 37. 7, 10. Esr. 3, 6. Hagg. 2, 18. Cant. 5, 15 — Hoph. infin. הוּסַד *fundari*, et nominaliter: *fundatio* Esr. 3, 11. 2 Chron. 3, 3., part. cum dagesch forti euphon. מוּסָּד (*firmissime*) *fundatum* Jes. 28, 16. Aliud vid. inter nomina.

יְסוֹד m. *fundamentum*, *basis* sive aedium sive altaris etc. Exod. 29, 12. Levit. 4, 7. Ezech. 13, 14., trop. Prov. 10, 25. Plur. יְסֹדִים Mich. 1, 6. et יְסוֹדוֹת Ezech. 30, 4. Thren. 4, 11.

סוֹד m. (pro יְסוֹד) propr. *cervical, lectulus*, super quo decumbitur (arab. وساد), hinc 1) *consessus amicorum* vel *senatorum inter se consultantium* Job. 15, 8. Jer. 23, 18. Ps. 89, 8., it. *consessus, congressus* in univ. Jer. 6, 11. Ezech. 13, 9., denique *consortium familiare, familiaritas* Job. 29, 4. Ps. 25, 14. — 2) *consilium* Prov. 15, 21. — 3) *arcanum, res secreta* Prov. 11, 13. 20, 19. Am. 3, 7. —

[Al. ref. ad סוד Arab. سَاوَد in Conj. III. *clanculum in aurem locutus fuit* v. Alb. Schultens. in ind. in Job. et Prov., Rosenmueller. ad Ps. 25, 14.].

יְסוֹד vel יְסֹד m. *fundatio, fundamentum,* metaphor. *principium* Esr. 7, 9.

יְסוּדָה f. *fundatio* Ps. 87, 1.

מוּסָד m. 1) *fundatio* 2 Chron. 8, 16. — 2) *fundamentum,* locus in quo fundatum est aedificium, unde מוּסָד מוּסָּד *fundamentum firmissime fundatum* Jes. 28, 16. v. rad. Hoph.

מוּסָדָה f. 1) *fundamentum,* unde plur. in regim. מוּסְדוֹת Ezech. 41, 8., ubi tamen Cthib habet מְיֻסָּדוֹת, per Jod. — 2) *constitutio, decretum* Jes. 30, 32.

מוֹסָד m. 1) *fundatio* Jes. 40, 21: מוֹסְדוֹת הָאָרֶץ *origines,* natales *terrae.* — 2) *fundamentum,* in plur. vel מוֹסָדִים Deut. 32, 22. Ps. 82, 8. Jes. 24, 18. etc. vel מוֹסָדוֹת Jer. 51, 26., in regim. מוֹסְדוֹת 2 Sam. 22, 8. 16. In loco Jes. 58, 12: מוֹסְדֵי דוֹר וָדוֹר תְּקוֹמֵם significantur aedificia, quorum fundamenta tantum per plura secula remanserant.

מַסָּד m. (Gesen. Lehrgeb. p. 504.) *fundamentum* 1 Reg. 7, 9.

יָסַךְ *fudit, effudit* (ut נסך) et *fusus, effusus est.* Fut. יִיסַךְ intrans. Exod. 30, 32. Mutatis punctis si יִסַּךְ legas cum Michaeli in *Suppl.* p. 1101., pertinebit ad rad. נָסַךְ *effudit.*

מֵיסַךְ m. sec. Cthib 2 Reg. 16, 18. vid. sub rad. סכך.

יָסַף et Hiph. הוֹסִיף 1) addidit (Chald. et Syr. *id.*) a) aliquid Gen. 30, 24. Ps. 120, 3., aliquid ad aliquid sq. עַל Levit. 5, 16: אֶת־חֲמִישִׁתוֹ יוֹסֵף עָלָיו *addet ad illud quintam partem,* 22, 14. Deut. 19, 9. Jes. 38, 5.; sq. אֶל 2 Sam. 24, 3.; — b) *ad aliquid* sine accusativo ejus, quod additur Eccles. 3, 14. Prov. 30, 6: אַל תּוֹסְףְּ עַל־דְּבָרָיו *noli verbis ejus* (Dei) *addere* quidquam; hinc: α) *auxit* Esr. 10, 10: לְהוֹסִיף עַל־אַשְׁמַת יִשְׂרָאֵל *ad augendum peccatorum cumulum,* Ps. 71, 14. 2 Chron. 28, 13., sq. אֶל Ezech 23, 14., sq. לְ Jes. 26, 15.; etiam sq. accus. Levit. 19, 25: לְהוֹסִיף לָכֶם תְּבוּאָתוֹ *ad augendum vobis proventum ejus,* Eccles. 1, 18. Job. 42, 10. Semel sq. עַל pers. Ps. 115, 14: יֹסֵף יְהוָה עֲלֵיכֶם, quod latine etiam verteris: *augeat vos.* Huic finitimum est quod Levit. 26, 21. legitur: וְיָסַפְתִּי עֲלֵיכֶם מַכָּה *augebo vos plagis,* Ezech. 5, 16: *augebo vobis famem,* in dies graviorem reddam; — β) *superavit* 2 Chron. 9, 6: יָסַפְתָּ עַל־הַשְּׁמוּעָה *superasti* adeo *famam;* plenius 1 Reg. 10, 7.

2) Passim cum alio verbo in unam sententiam coalescens exprimit notionem vel *continuationis* vel *iterationis* vel *incrementi* v. Gesen. L. p. 824., et per *adverbia* reddi potest: a) *porro, amplius* Levit. 26, 18: יָסַפְתִּי לְיַסְּרָה *addam castigare* h. e. amplius castigabo, castigare pergam, Gen. 38, 28. 1 Sam. 15, 35. Jes. 24, 14. Jud. 13, 21. Deut. 5, 22.; sq. verbo fin. Deut. 5, 19: וְלֹא יָסָף וַיִּכְתְּבֵם *non scripsit ea amplius,* sine cop. Jes. 52, 1. Hos. 1, 6. — b) *iterum, rursus* Gen. 4, 2. וַתֹּסֶף לָלֶדֶת *et iterum peperit,* 18, 29. 25, 1. Ps. 41, 9: לֹא יוֹסִיף לָקוּם *non surget rursus,* Jes. 24, 20. — c) *magis, vehementius, gravius*

2 Sam. 3, 34: יוֹסִיף לִבְכּוֹת *vehementius lacrimabit* Gen. 37, 5. 1 Sam. 18, 29. — Elliptice dicta haec sunt: Num. 11, 25: *vaticinati sunt* וְלֹא יָסָפוּ sc. לְהִתְנַבֵּא *et non amplius* (vaticinati sunt), Job. 20, 9: *oculus eum spectavit* וְלֹא תוֹסִיף sc. לְשׁוּזְפוֹ *et non amplius* spectabit, 34, 32. 38, 11. 40, 5. Exod. 11, 6. al.

In Kal non occurrit, nisi praeter., ac partic. יוֹסֵף Jes. 29, 14. 38, 5. (v. Gesen. l. c. p. 308.), plur. יוֹסְפִים Deut. 5, 25.; sed ex Hiph. declinatae sunt omnes omnium temporum formae, fut. יוֹסִיף, apocop. יוֹסֵף Gen. 30, 24. cum Vau conv. וַיֹּסֶף Gen. 8, 10. Num. 22, 26.; passim יֹאסִיף Exod. 5, 7. וַיֹּאסֶף 1 Sam. 18, 29. sec. Cthib, petita forma ab אסף; sed imper. סְפוּ et infin. סְפוֹת vide sub rad. סָפָה.

Niph. נוֹסַף 1) *additus est*, sq. עַל Num. 36, 4.; impers. Num. 36, 3: *additum est ad possessionem tribus*; Jer. 36, 32: נוֹסַף עֲלֵיהֶם דְּבָרִים רַבִּים *addita sunt iis oracula multa* (de verbo singul. v. Gesen. L. p. 713.); reflex. *adjunxit se* Exod. 1, 10. — 2) *auctus est* Prov. 11, 24: *largitur* וְנוֹסָף עוֹד *et* tamen *augetur* opibus h. e. ditior in dies fit. — Part. foem. plur. נוֹסָפוֹת *addita* i. e. *additiones, accessiones* (plagarum, calamitatum) Jes. 15, 9.

יְסַף Chald. *id.*, unde Hophal praet. foem. הוּסְפַת *addita est* Dan. 4, 33.

יוֹסֵף nom. propr. 1) patriarchae, cujus duplex derivatio ab אָסַף et יָסַף instituitur Gen. 30, 23. 24. LXX. *Ἰωσήφ.* adde Gen. 50, 1. 2. 7. Exod. 1, 5. 8. 13, 19. — 2) gentis ab eo oriundae h. e. Ephraimitarum et Manassitarum Deut. 33, 13. 16.; al. בְּנֵי יוֹסֵף Jos. 14, 2. 16, 1. 17, 14, בֵּית יוֹסֵף Jud. 1, 23. 2 Sam. 19, 20. — 3) regni decem tribuum, quoniam rex ejus fere semper ex tribu Ephraim oriundus adeoque ipsa tribus potentissima fuit Ps. 78, 67. Ezech. 37, 17 sqq., it. בֵּית יוֹסֵף Zach. 10, 6. Am. 5, 6. — 4) poet. totius populi Israel. Ps. 77, 16. 80, 2. 81, 6.

יָסַר Kal et יִסֵּר Pih. castigavit (vid. Cic. Tusc. III, 27. — *παιδεύειν*): 1) *monendo, corripiendo* Ps. 94, 10. Prov. 9, 7. Deut. 4, 36. Ps. 94, 12.; hinc a) *monuit, hortatus est* Ps. 16, 7. (ad gratias agendas), sq. מִן *dehortatus est* Jes. 8, 11.; b) *erudivit, instituit* Jes. 28, 26., sq. dupl. accus. Prov. 31, 1. — 2) *puniendo* a) de *hominibus*: *virgis cecidit* 1 Reg. 12, 11. 14. 2 Chron. 10, 11. (ubi additum est בַּשּׁוֹטִים), max. de pueris, qui a parentibus castigantur Prov. 19, 18. 29, 17.; b) de *Deo* hominibus plagas, calamitates infligente Hos. 10, 10. Ps. 6, 2. 118, 18. Levit. 26, 18. 28. — In Kal occurr. part. יֹסֵר Ps. 94, 10. et fut. אֶסֳּרֵם Hos. 10, 10. (tanq. a נסר vid. Gesen. Lehrgeb. p. 390.), in Pih. praet. c. affixo יִסְּרַנִּי Ps. 118, 18., foem. יִסְּרַתּוּ Prov. 31, 1. Infin. absol. יַסֹּר Ps. 118, 18., fut. יְיַסֵּר Deut. 8, 5., particip. cum suff. מְיַסְּרֶךָּ Deut. 8, 5.

Niph. נוֹסַר *castigatus, admonitus est, admonitionem, disciplinam admisit* Jer. 6, 8. 31, 18. Ps. 2, 10. Prov. 29, 19. Levit. 26, 13. Quod legitur Ezech. 23, 48. נִוַּסְּרוּ dictum est pro נִתְוַסְּרוּ (v. Gesen. L. p. 249.). — Hiph. fut. cum affixo אַיְסִרֵם *castigabo eos* Hos. 7, 12.

יִסּוֹר m. *castigator* Job. 40, 2., cujus loci sensus hic est: *num contendendo* scil. contendet *cum omnipotente castigator?* v. Rosenmueller et Umbreit ad h. l.

מוּסָר m. 1) *castigatio* h. e. a) *admonitio, disciplina* Prov. 5, 12. 8, 10. Ps. 50, 17. Job. 36, 10. Jer. 2, 30., מוּסָר לֹא לָקָחוּ *admonitionem, disciplinam non admiserunt* Prov. 24, 32.; hinc *exemplum*, quo alii admonentur Ezech. 5, 15.; — b) *animadversio, poena* Prov. 23, 13. Jer. 30, 14. Job. 5, 17. Hos. 5, 2., וַאֲנִי מוּסָר לְכֻלָּם *ego ero omnibus castigatio* h. e. ultor, plagis eos afficiens; Job. 12, 18: מוּסַר מְלָכִים est *auctoritas regum*, qua *poenas infligere*, homines castigare, coercere solent. — 2) *intelligentia, doctrina* Prov. 1, 2. 4, 13. 23, 23. 6, 23. (ubi copul. c. חָכְמָה et דַּעַת). — Aliud v. sub rad. Hoph.

מֹסָר m. *castigatio, admonitio* Job. 33, 16.

מוֹסֵר m. *vinculum* vid. sub rad. אסר.

יָסַת v. נכת et כות.

יַע v. sub rad. יעה.

יַעְבֵּץ v. sub rad. עבץ.

יָעַד, fut. יִיעַד, *praesignificavit* (bona et mala; Arab. وعد, Syr. ܘܥܕ), *constituit, definivit, destinavit* a) *tempus* vel *locum conveniendi* 2 Sam. 20, 5. Jer. 47, 7.; b) *poenam* Mich. 6, 9. (v. Hartmann. Einl. p. 291.); — spec. c) *ad nuptias* puellam Exod. 21, 9., hinc *desponsavit* (v. Hartmann. l. c.). — Niph. נוֹעַד recipr. *alter alteri tempus* vel *locum conveniendi constituit* sive *condixit* Am. 3, 3. Job. 2, 11., hinc *convenit* a) absolute Ps. 48, 5. Jos. 11, 5. Neh. 6, 2. 10 (sq. עַל *contra aliq.* Num. 14, 35.); b) *ad aliquem, cum aliquo*, sq. עַל 1 Reg. 8, 5., sq. לְ Exod. 25, 22. 29, 42. 30, 6., sq. אֶל Num. 4, 10. — Hiph. הוֹעִיד *certo loco* vel *tempore convenire fecit*, spec. *ad judicium: citavit* aliquem, *diem dixit* Job. 9, 19. Jer. 49, 19. 50, 44. — Hoph. הוּעַד 1) *constitutus, positus, collocatus est* Jer. 24, 1. 2) *dispositus, conversus* est Ezech. 21, 21: אָנָה פָּנַיִךְ מֻעָדוֹת *quo facies tua disposita, conversa est.*

עֵדָה f. (pro יְעֵדָה) *conventus, coetus*, sive hominum Jer. 6, 18. sive animalium Jud. 14, 8 (*examen apum*); Syr. ܥܺܕܬܳܐ *coetus*, Arab. عدة *condictio*; spec. a) *concio* populi israel. Exod. 16, 22. Levit. 4, 15. Num. 16, 2., alibi ע׳ יִשְׂרָאֵל Exod. 12, 3. vel ע׳ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Exod. 16, 1. 2. 9., עֲדַת יְהוָֹה Num. 27, 17. — b) *coetus domesticus, familia* Job. 16, 7. 15, 34. — c) in deterior. sensum Ps. 22, 17: עֲדַת מְרֵעִים *turba improborum*, Num. 16, 5: עֲדַת קֹרַח *turba, factio Korachi.*

מוֹעֵד m. 1) *locus ad conveniendum constitutus* s. *condictus* (Arab. موعد) 1 Sam. 20, 35: מוֹעֵד דָּוִד *locus Davidi dictus* cf. v. 19.; sq genitiv. *Dei* est *templum* Thren. 2, 6.; plur. Ps. 74, 8. כָּל־מוֹעֲדֵי אֵל *omnia loca Deo colendo destinata*, Aquil. πᾶσαι συναγωγαί, ubi v. Rosenmueller. — 2) *tempus constitutum, statum* (Arab. موعد) Gen. 1, 14. 17, 14. Exod. 9, 5. Num. 9, 2. 1 Sam. 9, 24. 13, 11. Habac. 2, 3. Huc videtur etiam Jer. 46, 17. pertinere, cujus loci sensum ita expedias: *adduxit Deus tempus constitutum* sc. poenae, interitus. Spec

a) *festum; dies festus* Levit. 23, 2. 4. 37. Num. 15, 3. Jes. 1, 14. Esr. 3, 5., יוֹם מוֹעֵד Hos. 12, 10., meton. *victima festi, v. solennis* 2 Chron. 30, 22. ut jam Kimchius explicuit; — b) in recentiore Hebraismo: *annus* Dan. 12, 7. לְמוֹעֵד מוֹעֲדִים וָחֵצִי *annum et* (duos) *annos et dimidium,* coll. 7, 25: עִדָּן וְעִדָּנִין וּפְלַג עִדָּן v. Bertholdt. Dan. II, p. 690 sq. — 3) *conventus,* qui stato tempore et loco institui solet, *panegyris* Job. 30, 23: בֵּית מוֹעֵד לְכָל־חָי *locus conventus omnium viventium* i. e. orcus; Jes. 33, 20: קִרְיַת מוֹעֲדֵינוּ *urbs conventuum nostrorum* h. e. quo ad festa celebranda confluximus Zeph. 3, 18.; hinc אֹהֶל מוֹעֵד *tentorium sacrum,* sec. Exod. 33, 7. ita dictum, quod ibi Jova *adiri* et consuli solebat *(Orakelzelt)*; nisi potius a *conventibus* populi hanc appellationem sortitum est; Lxx. σκηνὴ μαρτυρίου, Vulg. *tentorium testimonii,* quasi hoc voc. oriatur a rad. עוד. — הַר מוֹעֵד *mons conventus* Deorum septentrionalis sub ipso polo arctico stellaque polari Jes. 14, 10. ex mente gentium orientalium. Persae vocant البرج *Albordsch* v. Gesen. Comment. in Jes. II, p. 316 sqq. — 4) *signum,* de quo conventum est Jud. 20, 38.

מוֹעָד m. *coetus, agmen* (militum) Jes. 14, 31.

מוֹעָדָה f., plur. מוֹעָדוֹת *stata tempora, festa* 2 Chron. 8, 13.

מוּעָדָה f. *constitutio, condictio,* hinc עָרֵי הַמּוּעָדָה *urbes condictionis* h. e. quae publice constitutae erant asyla Jos. 20, 9. cf. מִקְלָט sub rad. קלט.

יָעָה *removit, abstulit* Jes. 28, 17., Arab. وعى *collegit,* in Conjug. IV. *asservavit,* fortasse etiam *abstulit.*

יָע, plur. יָעִים Exod. 27, 3. *palae,* vulgo *scopae;* sed ex *aere* confici non solent *scopae,* ut bene monet Ikenius ad Tract. *Talmud. Tamid.* p. 38., Exod. 27, 3. 38, 3. Num. 4, 14. 1 Reg. 7, 40., rectius ergo *palae,* quibus cinis ab altari *removebatur.*

יְעִיאֵל et יְעוּאֵל (q. *servatus a Deo*) nom. propr. virorum admodum frequens 1 Chron. 5, 7. — 15, 18. — 2 Chron. 20, 14. — 26, 11. — 29, 13. etc.

יָעַז, Niphal Jes. 33, 19. עַם נוֹעָז *populus impudens* i. q. עַז (ab עזז) quod vide. Castellus probabiliter confert Aethiop. ኣዘዘ: Arab. أوعز Act. 24, 23. *jubens, imperitans.*

יְעִזֵר v. sub rad. עזר.

יָעַט *amicire* vel *tegere,* ut cognatum עטה Jes. 61, 10.

יְעַט Chald. id. quod hebr. יעץ *consuluit,* mutato צ in ט, more consueto. Ithpah. *inter se consultare* Dan. 6, 8.

יָעֲטִין plur. m. *consiliarii;* videtur esse participium praes. cum Patach sub Jod pro Kametz (ut Dan. 3, 16. 4, 16. 5, 25. Esr. 6, 9.). Cum affixo יָעֲטוֹהִי Esr. 7, 14. 15.

עֵטָא f. (pro יְעֵטָא) *consilium, intelligentia* Dan. 2, 14.

יָעַל in Kal inusitat., Hiph. הוֹעִיל 1) *juvit, profuit* Habac. 2, 18.

מַה־הוֹעִיל פֶּסֶל *quid prodest sculptile* (idoli simulacrum) Jer. 2, 8. 16, 19. Prov. 11, 4., sq. לְ pers. Jes. 30, 5. Jer. 23, 32., sq. בְּ rei Job. 30, 13: לְהַוָּתִי יֹעִילוּ *exitio mihi sunt.* — 2) *profecit* Jes. 47, 12. 48, 17. Jer. 12, 13. Job. 21, 15. 35, 3. [Arab. وعل est *scandit culmen, eminuit, ascendit:* hinc putant הוֹעִיל propr. significare: *ascendere, crescere fecit* i. e. *juvit,* sicut נָשָׂא *extulit,* Pi. *sublevavit, juvit,* شبل *crevit,* in Conjug. IV. *juvit,* ظفر *eminuit, conscendit,* in Conjug. III. et IV. *juvit*].

בְּלִיַּעַל vid. sub rad. בלה.

יָעֵל 1) m. *ibex*, sec. Bocharti *Hieroz.* T. I, p. 915 sqq., Arab. وَعِلٌ *id.*, a *scandendo* dictus. Plur. יְעֵלִים 1 Sam. 24, 3. Ps. 104, 18., in regim. יַעֲלֵי Job. 39, 1. — 2) foem. nom. propr. mulieris Jud. 4, 17. 18. 5, 6. 24.

יְעָלָה vel potius יַעֲלָה (coll. nomine *proprio* Esr. 2, 56.) *ibex* foemina, in regim. יַעֲלַת Prov. 5, 19.

יַעַן v. sub rad. ענה.

יען rad. inusit., Syr. ܝܥܢ, Ethpa. ܐܬܝܥܢ *avidus, vorax, gulosus fuit.* Hinc oriuntur:

יָעֵן, plur. יְעֵנִים sec. Kri Thren. 4, 3. *struthiones* feminae, et

יַעֲנָה f., unde בַּת הַיַּעֲנָה *struthio foemina* Levit. 11, 16. Deut. 14, 15., plur. בְּנוֹת יַעֲנָה Mich. 1, 8. Job. 30, 29. Jes. 13, 21. 34, 13. 43, 20. Jer. 50, 39. Arab. نعامة .بنت. *Struthio camelus* tam avidus et *vorax* est, ut, quaecunque ei objiciantur, lapides, carbones, metalla etc. avide devoret.

יָעֵף propr. *celeriter ivit, cucurrit,* ut Arab. وغف, hinc *lassus fuit, defatigatus est* (Arab. in Conjug. IV. اوغف *id.*), sive currendo Jer. 2, 24. sive alio labore Jes. 40, 30. 31. Hab. 2, 13. Jer. 51, 58. 64. Fut. יִיעַף.

יָעֵף m. *lassus, defessus* Jes. 40, 29. 50, 4.

יְעָף m. Dan. 9, 21. *celeritas* (cursus).

תּוֹעָפוֹת f. plur. *celeritas, cursus celerrimus,* qualis est animalis רְאֵם, Num. 23, 22. 24, 8. Ita post Michael. in Supplem. p. 1129. Gesenius. Sed alii, in his etiam Rosenmueller., confer. Arab. يفع (literis invicem trajectis) *ascendit, procerus fuit,* vertuntque: *celsitudines* Reem; solent enim oryges, quae est eorum alacritas, capite sursum elato arrectisque auribus adstare, id quod Arabes vocant: ايفاع الريم *elationem caprearum.* — 2) *defatigatio* et meton. *id, quod defatigatione partum est, thesauri* Job. 22, 25. כֶּסֶף תּוֹעָפוֹת *argentum thesaurorum* h. e. per hypallagen thesauri argenti, Ps. 95, 4. תּוֹעֲפוֹת הָרִים *thesauri montium;* sed alii ab Arab. يفع posteriore loco vertunt: *altitudines,* priore: *acervi.*

יָעַץ 1) *consuluit* (βουλεύειν τι) h. e. *consilium iniit, cepit, decrevit* Mich. 6, 5: זְכָר־נָא מַה יָּעַץ בָּלָק *recordare quaeso, quid consuluerit, quod consilium agitaverit, ceperit Balacus;* יָעַץ רָעוֹת *mala, perniciosa con-*

silia cepit Jes. 32, 7.; praegn. Hab. 2, 10. יָעַצְתָּ בֹּשֶׁת לְבֵיתֶךָ *consuluisti ignominiam domui tuae* h. e. consilia cepisti domui tuae ignominiosa, perniciosa; — max. de Deo dic.: 2 Chron. 25, 16: יָעַץ אֱלֹהִים לְהַשְׁחִיתֶךָ *decrevit Deus te perdere* Ps. 62, 5. Sq. עַל a) *in aliquem consulere, decernere* Jes. 19, 12. 23, 8; it. sq. אֶל Jer. 49, 20. 30.; b) *alicui consulere* i. e. prospicere Ps. 32, 8.; quo referri potest etiam Ps. 16, 7. auctore Knappio, cui Gesenius et de Wettius accedunt. Sed v. Rosenmueller. ad h. l. — 2) *consilium dedit, suasit* (*βουλεύειν τινά*) 2 Sam. 17, 11. 15., sq. dat. pers. Job. 26, 3., sq. suff. Exod. 18, 19 Num. 24, 14. Jer. 38, 15. 1 Reg. 12, 8. 13.; passim additum est עֵצָה 2 Sam. 16, 23. 17, 7. Particip. יוֹעֵץ subst. *consiliarius, suasor* 2 Sam. 16, 12. Prov. 11, 14.; passim est nom. muneris: *regi a consiliis* Esr. 7, 28. 8, 25. 1 Chron. 27, 32. Jes. 19, 11. Foem. יוֹעֶצֶת, cum affixo יוֹעַצְתּוֹ 2 Chron. 22, 3. — 3) *praedixit, admonuit de rebus futuris* Num. 24, 14: אִיעָצְךָ אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה הָעָם הַזֶּה לְעַמְּךָ *praedicam tibi id, quod facturus est hic populus populo tuo,* Jes. 41, 28. — Fut. יִיעַץ Ps. 32, 8. etc.

Niph. נוֹעַץ 1) recipr. *mutuo consulere* h. e. *consultare, deliberationem habere* Jes. 45, 21. Ps. 71, 10. Neh. 6, 7. addito voc. יַחְדָּו; *cum* aliquo sq. עִם 1 Chron. 13, 1., אֶת Jes. 40, 14. 2 Chron. 10, 6. 8., אֶל 2 Reg. 6, 8. 2 Chron. 20, 21. — Deinde facta mutua deliberatione *consilium capere, decernere* 1 Reg. 12, 6. 9. 2 Chron. 30, 23. — 2) reflex. *sibi consuli passus est* i. e. *consilium admisit, consilio paruit* Prov. 13, 10. — Hithpah. *mutuo consultare* Ps. 83, 4.

עֵצָה f. (pro יְעֵצָה) *consilium* a) quod quis vel dat vel ab alio petit 2 Sam. 16, 20. 2 Chron. 25, 16. Prov. 1, 25., עֲצַת יְהוָֹה *consilium, quod Jova dat* h. e. voluntas, praeceptum Jovae Esr. 10, 3. Ps. 106, 13. 107, 11. — b) quod quis capit (max. in malam partem) Hos. 10, 6. Jes. 19, 3. 30, 1. Ps. 106, 43.; hinc *decretum divinum* Job. 38, 1.; שִׁית עֵצָה Ps. 13, 3. *consilium ponere* (in animo) h. e. *inire.* — c) consiliorum capiendorum et dandorum facultas, *prudentia, sapientia,* max. Jovae Jes. 28, 29. Jer. 32, 19. Ps. 73, 24. Deut. 32, 28.; hinc passim junguntur עֵצָה וּגְבוּרָה 2 Reg. 18, 20. Jes. 11, 2. coll. Prov. 8, 14. Job. 12, 3.; בְּעֵצָה *consulto, prudenter* 1 Chron. 12, 19. Prov. 20, 18. — Cum affixo עֲצָתִי Ps. 119, 24. עֲצָתַיִךְ Jes. 47, 13. (cum affixo nominum plur. pro עֲצָתֵךְ, v. Gesen. L. p. 527 sq.). Plur. עֵצוֹת Deut. 32, 28. Ps. 103, 3. [Aliud עֵצָה vide sub rad. עָצָה].

מוֹעֵצָה f., plur. מוֹעֵצוֹת *consilia* a) in bonam partem Prov. 22, 20. — b) saepius in malam partem Jer. 7, 24. Hos. 11, 6. Ps. 5, 11. 81, 13. Mich. 6, 16. Prov. 1, 31: *saturabuntur de consiliis suis* h. e. fructus eorum percipient.

יַעֲקֹב v. sub rad. עָקַב.

יַעַר m. I) Cant. 5, 1. et יַעְרָה 1 Sam. 14, 27. *favus mellis* sec. Chald. (קִנָּא דְדִבְשָׁא *nidus mellis*) Lxx. Vulg. Syr. Arabem. Origo voc. latet. Aliis est: *paullulum mellis* coll. Arab. وَعْر *paullum.*

II) a) *vepretum, locus asper, incultus, inaccessus* Jes. 21, 13., a rad. Arab. وعر *accessu difficilis, intricatus, impeditus fuit, salebrosus*

fuit mons, locus, via etc., وعر *difficilis, salebrosus locus*, وعور *salebrae*, وعرات *dumeta, vepres* v. MICHAELIS *Suppl.* p. 1132. — b) *sylva, saltus* Deut. 19, 5. Jos. 17, 18. 1 Sam. 22, 5. Ps. 83, 15. Jer. 10, 3. Ezech. 39, 10. al. Metaphorice *sylva* ponitur pro *terra, populo* et *regno valido* Jes. 10, 18. 32, 19. 56, 9. Ezech. 21. — Occurrit cum nominibus propriis, ut יַעַר אֶפְרַיִם *saltus Ephraim., regio Ephraimitica silvis obsita*, usque ad fines Benjaminiticos extensa 2 Sam. 18, 6. coll. Jos. 17, 15. 1 Sam. 14, 26. 2 Reg. 2, 24. Ps. 132, 6., קִרְיַת יְעָרִים urbs in tribu Juda Jud. 18, 12. alibi Baala 1 Chron. 13, 6. et Kirjathbaal dicta Jos. 18, 14., יַעַר חֶרֶת *sylva Chareth* in tribu Juda 1 Sam. 22, 5. — Cum He parag. יַעְרָה *in sylvam* Jos. 17, 15., c. affix. יַעְרוֹ Jes. 10, 18. plur. יְעָרִים Ezech. 39, 10. et יְעָרוֹת Ps. 29, 9.

יַעוֹר vel יְעוֹר m. *sylva*, plur. יְעוֹרִים sec. Cthib Ezech. 34, 24.

יָפָה *pulcher fuit* Cant. 7, 7.; fut. 2. foem. cum Vau convers. וַתִּיפִי Ezech. 16, 13., 3. masc. per apocop. וַיִּיף (ex וַיִּיפֶה) Ezech. 31, 7. — Pih. *pulchrum reddidit, ornavit, exornavit* Jer. 10, 4.—Pyl. יָפְיָפָה *admodum pulcher fuit* Ps. 45, 3. — Hithpah. fut. 2 pers. foem. תִּתְיַפִּי *pulchram facis, ornas te* Jer. 4, 30.

יָפֶה m., יָפָה f. *pulcher, pulchra* a) formâ Gen. 12, 14. 41, 2. 4. Ezech. 31, 3. 9. 1 Reg. 1, 4. 2 Sam. 13, 1. 14, 25. Cant. 1, 16. Ps. 48, 3.; הַיָּפָה בַּנָּשִׁים *pulcherrima mulierum* Cant. 1, 8. 5, 9.; plenius יְפֵה מַרְאֶה Gen. 39, 7. 1 Sam. 17, 42., יְפַת מַרְאֶה Gen. 12, 11., יְפַת תֹּאַר Gen. 29, 17. Deut. 21, 11. 1 Sam. 25, 3. — b) indole Eccles. 5, 17. יָפֶה לֶאֱכוֹל וְלִשְׁתּוֹת *pulchrum* est *edere et bibere*; 3, 11: אֶת־הַכֹּל עָשָׂה יָפֶה *omnia facit* Deus *pulchre*. — Foem. cum affixo יָפָתִי *pulchra mea* Cant. 2, 10. 13. (servato Kametz per specialem anomaliam).

יָפוֹ sive יָפוֹא *Joppe*, celeberrimus olim portus Judaeorum ad mare mediterraneum, hodie *Jaffa*, يافا, يَفَّا, Jos. 19, 46. 2 Chron. 2, 16. Esr. 3, 7. Jon. 1, 3. Conf. RELANDI *Palaestinam* p. 864.

יְפִי m. *pulchritudo* Ezech. 28, 7.

יֳפִי m. *id.*, in pausa יֹפִי Ps. 50, 2. Jes. 3, 24. Thren. 2, 15. etc. cum affixo in pausa יָפְיֵךְ Ezech. 28, 17.; de forma hominis, arboris etc., de ornatu cum rei animatae tum inanimatae frequentatur.

יְפֵה־פִיָּה foem. (geminatis radicalibus) *perpulchra* Jer. 46, 20. v. GESEN. L. p. 497.

יָפַח *spiravit, suspiravit, anhelavit* (cognat. פוח sive Arab. فاح *flavit, anhelavit*); Hithpah. *id.* Jer. 4, 31.

יָפֵחַ m. *anhelans* Habac. 2, 3.; יְפֵחַ חָמָס Ps. 27, 12. *anhelans violentiam*, ut Lat. *anhelans scelus* apud CICER. et *anhelans crudelitatem* apud Auctorem ad Herenn.

יָפַן. Inde ortum putant nonnulli תֻּפִינֵי Levit. 6, 14., sed v. sub rad. אפה.

יָפַע in Kal inusit., Hiph. הוֹפִיעַ 1) transit. *splendere fecit* Job. 37, 15. — 2) *splenduit, luxit* (Sab. ܝܦܥ *id.*), propr. Job. 3, 4. 10, 22. et de

Jova in splendidissima luce versante Deut. 33, 2. Ps 50, 2. 80, 2. 94, 1., transl. Job. 10, 22: וְעַל עֲצַת רְשָׁעִים הוֹפָעְתָּ num *splendes super consiliis*, machinationibus *impiorum* h. e. num faves, bene cupis iis? Non nisi in oratione sublimi occurrit.

יִפְעָה f. *splendor, jubar pulchritudinis* et *majestatis* Ezech. 28, 7. 17.

יָפִיעַ nom. propr. a) virorum Jos. 10, 3. 2 Sam. 5, 15.; b) urbis in tribu Sebulon. Jos. 19, 2. v. Reland. Palaest. p. 826.

יָפַת radix inusit., cui quidam tribuunt sensum *demonstrandi* et *ostendendi*. Non abludit rad. Arab. cognat. أفت *exposuit, edocuit*. Conf. usum verbi יפה apud posteriores Judaeos, quibus מופת est *demonstratio* et *probatio*. Sed quod alii ad מוֹפֵת conferunt Arab. أَفْتٌ *calamitas, infortunium*, hoc alienum videtur, cum auctore Gesenio recte dubitari possit, utrum lit. ت sit radicalis.

מוֹפֵת m. propr. *ostentum, portentum, prodigium, mirabiliter factum*, quo res futura sive fausta sive infausta *portenditur* aut a Deo ipso Joel. 3, 3., aut per prophetas Deut. 13, 2 sq. 1 Reg. 13, 3 sqq. hinc: a) missa *miraculi* notione: *omne id, quod rei futurae aliquam imaginem refert, τύπος*; ita Ezechiel passim vocatur מוֹפֵת Ezech. 12, 6. 11. 24, 24. 27., tanquam qui sua persona h. e. variis gestibus ac specie corporis gentis israeliticae fata identidem adumbrabat et praesignabat. Nec dissimile est Zach. 3, 8. אַנְשֵׁי מוֹפֵת. Sed Jesaias ejusque filii dicuntur esse לְאֹתוֹת וּלְמוֹפְתִים בְּיִשְׂרָאֵל Jes. 8, 18 coll. 20, 3., propterea quod eorum *nomina ominosa* h. e. rerum futurarum *τύποι* fuerunt. — b) missa *portendendi* notione: *miraculum*, quo propheta verbis suis fidem addere studet Exod. 4, 21. 7, 3. 9. sqq. Deut. 4, 34. 6, 22. 26, 8. Jer. 32, 21. Ps. 78, 43. 105, 27. Abstract. pro concr. positum est Ps. 71, 7: כְּמוֹפֵת הָיִיתִי לְרַבִּים *miraculo, portento similis videbar multis* sc. propter singulare, quo fruebar, Dei auxilium v. de Wettius ad h. l. — Cum affixo מוֹפֶתְכֶם Ezech. 12, 11., plur. מוֹפְתִים Deut. 6, 22., cum affixo מוֹפְתָיו 1 Chron. 16, 12.

יָפָת v. sub rad. פתה.

יָצָא exiit, *prodiit*, egressus, *progressus* est, sive pedibus, sive (Neh. 2, 13.) equo vectus. (Aethiop. ወፅአ, Aram. יְצָא, ܢܦܩ; sed Arab. وَضُؤَ sign. *vicit splendore, munditie*, unde putant nonnulli propriam voc. potestatem in *micando, emicando* positam fuisse). Constr. c. מִן Gen. 8, 19. Levit. 14, 38. Exod. 12, 41. vel acc. loci, ut Gen. 44, 4. יָצְאוּ אֶת־הָעִיר *egressi sunt urbem*, Num. 35, 26. Am. 4, 3., c. suffixo pers. Jer. 10, 20. יְצָאֻנִי *exierunt a me*; sed בְּ significat portam, *per* quam exitur Jer. 17, 19. Neh. 2, 13. (eodem tamen sensu sq. מִן Jud. 11, 31. Exod. 12, 22. *zum Thore heraus*).

Praeter vulgarem usum, conspirante partim lingua lat., his fere mo-

dis dicitur: a) de iis, qui (e domo) *in publicum exeunt, prodeunt* Jer. 31, 4. Prov. 7, 15. it. de exercitu, qui *in aciem prodit, egreditur* Num. 21, 23. 27., addito v. לַמִּלְחָמָה Jos. 8, 14. cf. Job. 39, 21 (24). Num. 2, 3.; hinc (הַצָּבָא) יָצָא לִפְנֵי de duce militum 1 Sam. 8, 20. — Sed *exire ex urbe* est *deditionem facere*, captivum abduci 2 Reg. 24, 12. Jes. 36, 16. Jer. 38, 22 (sim. Syr. ܢܦܩ). Huc revocant vulgo Ps. 144, 4. אֵין יוֹצֵאת *non sit exiens* (sc. נֶפֶשׁ), nemo nostrum abducatur, captivus agatur, v. tamen Rosenmueller. — b) de iis, qui *liberi evadunt, abeunt* 2 Reg. 13, 5. Eccles. 7, 18: יְרֵא אֱלֹהִים יֵצֵא אֶת־כֻּלָּם *timens Deum evadit ista omnia;* 1 Sam. 14, 41: הָעָם יָצָאוּ *turba* reliqua *evasit* h. e. sorte non est designata; hinc de servis, qui manumittuntur Exod. 21, 3. 4. 11. (al. additur vel חָפְשִׁי *liber* Exod. 21, 5. vel לַחָפְשִׁי *ita ut liber fiat* Exod. 21, 2.) coll. Mal. 3, 20. Translate *fundus exire* dicitur, qui pristino domino gratis redditur anno jubelaeo Levit. 25, 28. 30. — c) de sole Gen. 19, 23. Jud. 5, 31. Jes. 37, 6., aurora Hos. 6, 3., stellis Neh. 4, 15. (21), fulmine Ezech. 1, 13. Zach. 9, 14.: *oriri, exoriri, emergere.* — d) de germine et flore Deut. 14, 22. 1 Reg. 5, 13. Jud. 13, 14. Jes. 61, 11. Job. 5, 6. 14, 2. 38, 27.: *emergere,* quanquam Lat. etiam *folia exire* dicunt, (hinc יצא et צמח alternant Hagg. 1, 11. coll. radd. Syr. ܢܦܩ et Chald. יעא de germinatione et flore frequentatis). Huc pertinet etiam Jes. 11, 1. ubi יָצָא חֹטֶר מִגֵּזַע יִשָׁי trop. dictum est de Messia. — e) de sobole procreata 1 Chron. 2, 53. Gen. 17, 6.; alibi additur מִיָּרֵךְ, מִמְּעֵי פ Gen. 15, 4. 46, 26. — f) de aquis *emergentibus* Deut. 8, 7. — g) de sorte quae *exit* Num. 33, 54. Jos. 16, 1., sq. dat. pers. — h) de rebus, quae in vulgus *exeunt, emanant,* ut de edicto Hab. 1, 4., de sententia judicis Ps. 17, 2. Zach. 5, 3., de rumoribus Esth. 1, 17. — i) de vino h. e. crapula, quae *edormitur, exhalatur* 1 Sam. 25, 37. — k) de decempeda, quae protenditur, *procurrit* Jer. 31, 39. coll. Jos. 15, 9. — l) de iis, quae *deficiunt,* exitum habent Exod. 23, 16. Jos. 15, 2.; hinc de pecunia, quae *expensa* est *(aufgehen)* 2 Reg. 12, 13. coll. chald. נִפְקָא *sumtus* Exod. 6, 4. 8. — Per metonymiam dicitur *exire* id, unde aliquid exit Am. 5, 3. הָעִיר הַיּוֹצֵאת אֶלֶף *urbs exiens mille* h. e. unde egredi solebant mille (in aciem).

Praet. pers. 1. sine א, יָצָתִי Job. 1, 21., part. praes. יוֹצֵא, foem. יֹצֵא (cum terminatione a יצה) Eccles. 10, 5., alia terminatione foem. יוֹצֵאת (contracte pro יוֹצֵאָת) Gen. 24, 13. 15. 45. Jud. 11, 34. et emisso א, יוֹצֵת Deut. 28, 57. Ps. 144, 14.; infin. absol. יָצֹא Gen. 8, 7., constr. צֵאת (pro צְאֵת) Gen. 24, 11. Ps. 114, 1., cum affixo צֵאתִי Exod. 13, 8. Job. 29, 7., imper. צֵא Gen. 8, 16. Exod. 11, 8., cum ה paragog. et in pausa צֵאָה Jud. 9, 29., in pausa צֵאוּ Jes. 49, 9., foem. צְאֶינָה Cant. 3, 11. (tanquam a צאה, ad formam רְאֶינָה Cant. 3, 11.), fut. יֵצֵא Gen. 15, 4. Exod. 16, 29., plur. foem. וַתֵּצֶאנָה 1 Sam. 18, 6. 2 Reg. 2, 26. et sine ה, וַתֵּצֶאןָ Exod. 15, 20.

Hiph. הוֹצִיא exire fecit h. e. a) *eduxit* Exod. 12, 51. Deut. 6, 23. Num. 23, 22. 2 Chron. 9, 28. Ps. 142, 8., *extulit* 1 Reg. 17, 13. Ezech. 46, 20. Exod. 12, 46. Am. 6, 10. Levit. 4, 12. — b) *extraxit* Exod. 4, 6. 7., *expromsit* Gen. 14, 18. 24, 53. Levit. 26, 10. — c) *progerminare fecit, produxit* Gen. 1, 12. 24. Ps. 104, 14. — d) in vulgus *emanare fecit* Num. 14, 37. Nehem. 6, 19. — e) *expendi fecit,*

exegit 2 Reg. 15, 20. sq. עַל pers. — f) *produxit (artifex), fabricatus est* Jes. 54, 16. מוֹצִיא כְלִי *producens instrumentum* (bellicum). — g) Jer. 15, 19. אִם תּוֹצִיא יָקָר מִזּוֹלֵל *si educes, secernes pretiosa e* (a) *vili* (ut solent, qui metalla cernunt, h. e. si aliquos saltem ex impiis ad meliorem frugem reduces v. Rosenmüller. ad h. l.

Hoph. הוּצָא *eductus, elatus est* Ezech. 38, 8. 14, 22. 47, 8. Jer. 38, 22. Partic. foem. מוּצֵאת (pro מוּצֵאת) Gen. 38, 25.

יְצָא chald. *id.* Ex Conjug. Schaphhel est שֵׁיצִיא *absolutum fuit* Esr. 6, 15. v. hebr. Kal sub lit. l.

יָצִיא m. *egressus*, יְצִיאֵי מֵעָיו *egressi* ex lumbis ejus (coll. phrasi Gen. 15, 5. Exod. 1, 5. etc.) h. e. *filii ejus* sec. Kri 2 Chron. 32, 21., sed Ctbib habet יְצִיאֵו *filii ejus egressi* atque hoc tanquam difficilius praeferendum.

צֵאָה et צוֹאָה v. sub rad. צוֹא.

צֶאֱצָאִים m. plur. *propagines* h. e. a) *germina terrae* Job. 31, 8. Jes. 42, 5. — b) *liberi* Job. 5, 25. Jes. 22, 24. etc. In regim. צֶאֱצָאֵי Jes. 48, 19., cum affixo צֶאֱצָאֵיהֶם Jes. 61, 9. Job. 21, 8.

מוֹצָא m. 1) *egressus* Hos. 6, 3. Ezech. 12, 4. Num. 23, 2., *ortus* solis Ps. 19, 7.; *exportatio (advectio)* equorum 1 Reg. 10, 20. — 2) *locus, unde exitur, exitus*, hinc *porta* Ezech. 42, 11. 43, 11., *oriens* Ps. 75, 7 (מוֹצָאֵי בֹקֶר *id.* Ps. 65, 9.), מוֹצָא מַיִם *fons, scaturigo* 2 Reg. 2, 21. Ps. 107, 33., מ׳ כֶסֶף *fodina* argenti Job. 28, 1., מ׳ דֶשֶׁא *locus herbarum ferax* Job. 38, 27. — 3) *id, quod egreditur, provenit,* מ׳ שְׂפָתַיִם Num. 30, 13. Deut. 23, 24. Jer. 17, 16. Ps. 89, 35., מ׳ פֶּה Deut. 8, 3., מ׳ דָבָר Dan. 9, 25.: *sermo, effatum.* — Cum affixo מוֹצָאֲךָ 2 Sam. 3, 25., plur. in reg. מוֹצָאֵי Ezech. 12, 4., c. aff. מוֹצָאֵיהֶם Num. 30, 2.

מוֹצָאָה f., plur. מוֹצָאוֹת 1) *exitus, ortus, origines* Mich. 5, 1. — 2) *loca, quo stercus effertur, latrinae*, sec. Kri 2 Reg. 10, 27., ubi Ctbib habet מַחֲרָאוֹת, quod vid. sub rad. חרא.

תּוֹצָאוֹת f. 1) *exitus* a) hominis, qui e periculo emergit Ps. 68, 21.; b) *terminorum* Num. 34, 4. 5. 8. 9. Jos. 15, 4. 11. — 2) *locus, unde exitur* Prov. 4, 23., hinc *porta* Ezech. 48, 30.

יָצַב *statuit, stitit, posuit,* i. q. נָצַב, in Kal inusit. (Tres radices sunt et literis et significatione valde affines: نصب *perstitit firmus fixusque,* intransitive *erectus stetit,* transitive *erectum constituit.* Consonat in his وصب *perstitit fixus,* sed maxime inclinat in *assiduitatem, frequentiam, perseverantiam,* qua vel loco vel rei sumus *adfixi,* quae notio regnat potissimum in وظب). Hithpah. 1) a) *stitit se, praesto fuit* 1 Sam. 17, 16., sq. לִפְנֵי pers. Exod. 8, 16. vel עַל pers. *alicui se sistere, praesto esse* Job. 1, 6. Zach. 6, 5.; hinc *conferre se ad aliquem* 2 Chron. 11, 3.; — sed hostili sensu sq. עַל *surgere adversus* al. Ps. 2, 2.; — b) *constitit, adstitit (hinzutreten)* Exod. 2, 4. 1 Sam. 3, 10. (de Deo per *visum* adstante cf. παρέστη Actor. 27, 23.); sq. עַל rei: *ad, juxta* aliquid Num. 23, 3. 15. — 2) *stetit* coram regibus h. e. ministravit iis vel a consiliis fuit Prov. 22, 29.; — *constitit (bestehen)* a) *coram Deo,* sq. לְנֶגֶד עֵינֵי Ps. 5, 6. h. e. tolerari, probari a Deo; — b) coram adversario et

hoste, sq. לִפְנֵי Deut. 9, 2. (ita etiam Job. 41, 2. cf. Rom. 9, 19.), sq. בִּפְנֵי Deut. 7, 24. 11, 25. Jos. 1, 5., sq. עִם 2 Chron. 20, 6. h. e. *restitit*; — d) sq. לְ pers. *(adstitit) adfuit* alicui *(beistehen)* Ps. 94, 16. — Fut. 2. foem. וַתֵּתַצַּב Exod. 2, 4. pro וַתִּתְיַצֵּב (v. Gesen. L. p. 386.). Sed Niphal נִצַּב, Hiphil הִצִּיב et Hophal הֻצַּב cum temporibus suis a rad. נצב declinantur.

נִצָּב, מַצֶּבֶת, מַצָּבָה, מַצֵּבָה, מַצָּב etc. vid. sub rad. נצב.

יַצִּיב m. Chald. *firmum, certum, verum* Dan. 2, 45., ex significatione radicis Arab. وصب *firmus, constans fuit.* In statu emphat. יַצִּיבָא Dan. 3, 24. 6, 13. 7, 16. et יַצִּיבָה Dan. 7, 19. — מִן יַצִּיב adverb. *certo* Dan. 2, 8.

יָצַג in Kal inusit., unde vulgo deducunt Hiph. הִצִּיג et Hoph. הֻצַּג cum temporibus suis, quae potius oriuntur a rad. נצג, ubi vid.

יִצְהָר vid. sub rad. צהר.

יָצַע *stravit, substravit* (Arab. وضع *posuit, humi stravit, subegit, humiliavit,* مَوْضِع *id quod alteri substernitur).* Part. Pahul יָצוּעַ *stratus,* substantive 1) *stratum* h. e. *lectus* 1 Chron. 5, 1. Ps. 63, 7. Job. 17, 13. Gen. 49, 4., עֶרֶשׂ יְצוּעַי Ps. 132, 3. — 2) *substructum, tabulatum (äussere Stockwerke des Tempels)* i. q. צֵלָע, sec. Cthib 1 Reg. 6, 5. 6. 10. — Hiph. הִצִּיעַ *stravit, substravit, stratum fecit* Jes. 58, 5. Ps. 139, 8. — Hoph. *sterni* Esth. 4, 13. Jes. 14, 11. תַּחְתֶּיךָ יֻצַּע רִמָּה *subter te sternitur vermis* h. e. pro lecto quasi tibi erunt vermes, vermibus eris praeda.

יָצִיעַ com. *substructum, tabulatum (Stockwerk),* sec. Kri 1 Reg. 6, 5. 6. 10.

מַצָּע m. *stratum, cubile, lectus* Jes. 28, 20.

יָצַק 1) *fudit, effudit* a) res liquidas Gen. 35, 14. Levit. 8, 15. etc., sq. עַל vel בְּ *infudit* 2 Reg. 4, 14. Ezech. 24, 3. (hinc locutio proverbialis יָצַק מַיִם עַל יְדֵי פ׳ *fudit aquam super manus alicujus* pro *famulatus est* 2 Reg. 3, 11.); *profudit* 2 Sam. 13, 9. 2 Reg. 4, 40.; b) statuas vasaque aenea Exod. 25, 12. 26, 37. 38, 27. 1 Reg. 7, 24. 30. 46. — 2) intrans. *effudit se, effusus est* 1 Reg. 22, 35. (ubi tamen etiam transit. possit intelligi), Job. 38, 38: בְּצֶקֶת עָפָר לַמּוּצָק *cum pulvis se fundit in massam fusilem* h. e. cum imbre ita colliquescit, ut paene in massam fus. vertat; trop. Ps. 41, 9. דְּבַר בְּלִיַּעַל יָצוּק בּוֹ *pernicies infusa est ei (ausgeschüttet über ihn),* ubi v. de Wettius. — Pahul יָצוּק *fusus,* hinc *durus, firmus* Job. 41, 15. 16. (sed יָצוּק Job. 28, 2. 29, 6. v. sub rad. צוק). Infin. construct. צֶקֶת Exod. 38, 27., imper. יְצֹק Ezech. 24, 3. et defective צַק 2 Reg. 4, 41., plur. יִצְקוּ 1 Reg. 18, 34., fut. cum Vau convers. וַיִּצֶק 1 Reg. 22, 35. Alibi semper יִצֹק Levit. 14, 26. Jes. 44, 3 (tanq. a נצק).

Hiph. הִצִּיק *deposuit, collocavit* Jes. 7, 23. 2 Sam. 15, 24.; semel part. foem. מוֹצֶקֶת *effundens* sec. Kri 2 Reg. 4, 5., ubi Cthib habet מיצקת i. e. מֵיצֶקֶת, ad formam מֵינֶקֶת a ינק, vel ex Pih. מְיַצֶּקֶת. Hoph. הוּצַק 1) *effusus est* Ps. 45, 3. Levit. 21, 10. Job. 22, 16. —

2) *fusus est* e metallo, hinc part. מוּצָק *fusus, fusum* 1 Reg. 7, 23. 33. 37. 2 Chron. 4, 2. Job. 37, 18. et מֻצָּק trop. *firmus* h. e. *fortis, intrepidus* Job. 11, 15. Aliud מוּצָק vid. statim inter nomina.

יְצֻקָה f. *fusio, fusura* 1 Reg. 7, 24.

מוּצָק m. *fusio, fusura* 1 Reg. 7, 37., metonym. *opus fusum, fusile*, in regim. מֻצַק 1 Reg. 7, 16. — Aliud v. sub rad. צוּק.

מוּצָק vid. sub צוּק.

מוּצָקָה f., plur. מוּצָקוֹת *infundibula* Zach. 4, 2.

מֻצֶקֶת f. *fusio, fusura*, cum affixo מֻצַקְתּוֹ 2 Chron. 4, 3.

יָצַר I) 1) *formavit, finxit*, manibus (coll. rad. צוּר, Arab. صور, *formavit*) Jes. 44, 12. Gen. 2, 7. 8. 19., deinde de Deo *creatore* Jes. 45, 18. Ps. 74, 17. 94, 9. 99, 5. (simil. Arab. صور Coran. 64, 3. 3, 4.) Jes. 44, 21. יְצַרְתִּיךָ עֶבֶד לִי *formavi*, feci *te servum mihi* h. e. volui ut mihi esses servus, ut me coleres. Partic. praes. יוֹצֵר *fingens, formans*, subst. a) *figulus* Ps. 94, 9. 20., hinc נֵבֶל יוֹצְרִים *vas fictile* Jes. 30, 14., כְּלִי יוֹצֵר 2 Sam. 17, 28. Ps. 2, 9. *vasa fictilia*; b) *formator*, artifex *statuarum fusilium* Jes. 44, 9.; c) *formator* h. e. *creator* Deus, c. affixo יֹצֶרְךָ Jes. 43, 1. 44, 2. 24. — 2) animo *formavit, informavit* h. e. *excogitavit, meditatus est* 2 Reg. 19, 25., sq. עַל *contra* al. mali aliquid Ps. 94, 20. Jer. 18, 11. — Fut. c. affixo יִצְּרֶהוּ Jes. 44, 12., c. Vau. convers. וַיִּצֶר Gen. 2, 19., semel אֶצָּרְךָ Jer. 1, 5. sec. Kri (Cthib habet אֱצוּרְךָ a צוּר) v. Gesen. L. p. 390.

Niph. נוֹצַר *formatus est* Jes. 43, 10. — Pyh. יֻצַּר *formatus* (ordinatus, constitutus) *est* Ps. 139, 16. — Hoph. הוּצַר *formari, fingi* Jes. 54, 17.

II) i. q. צוּר n. 1. intrans. *coarctatus est, angustus fuit*: a) proprie Jes. 49, 19. עַתָּה תֵּצְרִי מִיּוֹשֵׁב *nunc angusta eris ab incolis* h. e. non poteris omnes incolas capere; — b) translate: יֵצַר צַעַד פ׳ Prov. 3, 12. Job. 18, 7. *coarctatus, angustus est alicujus gressus* h. e. male ipsi succedit, difficultates et impedimenta ipsi objiciuntur. — Alibi imperson. יֵצֶר לוֹ *angustum ei fuit* triplici sensu: a) *in angustiis versari* Jud. 2, 15. 10, 9.; b) *animo angi, trepidare* Gen. 32, 8.; c) *aegritudine affici, moerere* 2 Sam. 13, 2.

יָצוּר m., plur. יְצֻרִים pr. *formata*, epithet. poët.: *membra* Job. 17, 7., ut patet ex contextu. Michaelis in *Suppl.* p. 1145. *pinguia* vertit, a وضر, cujus primam vim in *pinguedine* positam fuisse dicit; at nom. وَضَر, unde oritur illud verb., non nisi *sordes pinguedinis*, lactis, aquae significat.

יֵצֶר m. 1) *formatio, fictio* Ps. 103, 14., metonym. *opus fictile* Jes. 29, 16., spec. *idolum* Habac. 2, 18. — 2) metaph. ad *animum* relatum: *conceptus, cogitatio, meditatio* Gen. 6, 5. 8, 21. Jes. 26, 3. Cum affixo יִצְרֵנוּ Ps. 103, 14.

יָצַת 1) *incendit, accendit, incendium fecit*, sq. בְּ Jes. 9, 17. — 2) intrans. addito voc. בָּאֵשׁ: *accensus, incensus est* Jes. 33, 12. Jer. 49, 2.

51, 8. Fut. יִצַּת, plur. יִצַּתוּ Jes. 33, 12. c. dag. euphon. — Niph. נִצַּת *accensus, incensus est* a) propr. Neh. 1, 3. שְׁעָרֶיהָ נִצְּתוּ בָאֵשׁ *portae ejus incensae* atque adeo combustae *sunt igne*, 2, 17., praegn. Jer. 2, 15. *urbes incensae, combustae sunt* מִבְּלִי יֹשֵׁב *ita ut non sint amplius incolae in iis*, 9, 9. 11.; b) trop. 2 Reg. 22, 13. 17. *ira Dei accensa est, exarsit* בָּנוּ *in nos.* — Hiph. הוֹצִית 2 Sam. 14, 30. in Cthib, alibi הִצִּית *incendit, accendit* aliquid Jer. 51, 30., בָּאֵשׁ Jos. 8, 19. Jer. 32, 29. Jud. 9, 49.; sed עַל, בְּ הִצִּית אֵשׁ *ignem subjecit* alicui Jer. 11, 16. 21, 24. Ezech. 21, 3. Thren. 4, 11. Am. 1, 14. Praet. 1. p. sing. הִצַּתִי (pro הִצַּתְתִּי) Jer. 17, 27.

יֶקֶב m. *lacus torcularis* (ut monet Schultens in *Commentar.* ad Prov. 3, 10. et pluribus ostendit Lufftius in *Illustrat. Bibl. ex Itinerar.* §. 43 sq.) Num. 18, 27. 30. 2 Reg. 6, 27. Hos. 9, 2. etc. (a *depressa cavitate*, coll. Arab. وقب *depressus fuit in cavitate sua*, vel ab *effodiendo* et *excavando*, coll. rad. cognat. נקב, Arab. قاب, *fodit, effodit, excavavit*, add. Jes. 5, 2. Matth. 21, 33. Marc 12, 1.). Differt a גַּת ita, ut hoc sit *cupa superior*, in qua calcantur et exprimuntur uvae, יֶקֶב vero *inferior*, in quam vinum calcatum et expressum defluit, ὑπολήνιον. Sed *torcular* tamen ipsum significat Job. 24, 12. Joel. 4, 13., ubi דָּרַךְ יֶקֶב vel רָדָה praegnanter dictum est pro: *uvas calcavit, ut mustum in lacum torcularium deflueret.* Cum affixo in pausa יִקְבֶךָ Deut. 15, 14. 16, 13., plur. יְקָבִים Jer. 48, 33., in regim. יִקְבֵי Zach. 14, 11.

יָקַד *arsit, exarsit* (وقد *accensus fuit ignis*) Jes. 65, 5. Fut. יֵקַד Jes. 10, 16. et יִיקַד Deut. 32, 22. Pahul. יָקוּד *accensum, incensum* i. e. subst. *foci materia incensa* Jes. 30, 14. — Hoph. הוּקַד *accensus, incensus est* Levit. 6, 2. 5, 6., translate de ira Jer. 15, 14. 17, 4.

יְקַד Chald. *id.*, unde part. praes. יָקֵד *ardens* (pro יָקֵד, ad formam נָחֵת Dan. 4, 20. etc. v. Wineri Grammat. chald. p. 34.), foem. in statu emphat. יָקִדְתָּא Dan. 3, 6. 15. 17. 23. 26., et cum Jod יָקִידְתָּא Dan. 3, 21.

יְקוֹד m. *ardor, ignis* Jes. 10, 16.

יְקֵדָה vel יְקֵדָא f. Chald. *id.*, in regim. יְקֵדַת Dan. 7, 11.

מוֹקֵד m. *focus*, locus, ubi ardet ignis Jes. 33, 14., metonym. *materia in foco ardens* (Arab. مُوقَد *virgulta* in foco *ardentia* Coran. 2, 22.) Ps. 102, 4.

מוֹקְדָה f. *locus, ubi holocaustum accenditur, rogus* Levit. 6, 2.

יָקְדְעָם urbs tribus Judae Jos. 15, 56.

יָקַה radix in Hebr. non usit., Arab. وَقَى *paruit, obedivit* v. Schultens ad Prov. 30, 17. Inde est:

יִקְּהָה (יְקָהָה?) f. *obedientia, obsequium.* In regim. יִקְּהַת Gen. 49, 10., cum praefixo לִיקְּהַת ex Syriasmo pro לִיקְּהַת Prov. 30, 17.

יָקְטָן v. sub rad. קטן.

יָקְמְעָם urbs in tribu Ephraim. 1 Reg. 4, 12. 1 Chron. 6, 68.

יָקְנְעָם (a קנה ?) urbs in tribu Sabulonitica Jos. 12, 22. 19, 11. 21, 34.

יָקַע 1) i. q. Arab. وقع *sauciavit, cauterio signavit*, v. יְקַעְקַע. — 2) *divulsus, avulsus, abruptus est* (coll. נקע), spec. a) de membris corporis: *luxatus est* Gen. 32, 25.; b) trop. *abalienatus est* ab aliquo, sq. מִן Jer. 6, 8. Ezech. 23, 17. 18. Fut. יֵקַע. — Hiph. הוֹקִיעַ *clavo* vel *palo adfixit, ἀνασκολοπίζειν*, ut nos dicimus, *suspendit*, quo supplicio cervix ejusque vertebrae *luxantur* et *divelluntur*, 2 Sam. 21, 6. 9. Num. 25, 4. Hoph. part. plur. מוּקָעִים *suspensi* 2 Sam. 21, 13.

קַעֲקַע m. *stigma incisum, inustum* Levit. 19, 28., per aphaeresin pro יְקַעְקַע, coll. وقع *rotundum jumento inustum stigma*. Sed alii deducunt a rad. קוע, quam v.

יָקַץ *evigilavit, ex somno expergefactus est* (Arab. يقص et يقظ) 1 Reg. 3, 15. Jud. 16, 14. (addito מִשְּׁנָה), trop. Ps. 78, 65. Hab. 2, 7. Fut. יִיקַץ et יִקַץ 1 Reg. 18, 27., cum Vau convers. וַיִּקַץ Jud. 16, 20. וַיִּקַץ Gen. 28, 16. 41, 4. 7. et וַיִּיקֶץ Gen. 9, 24. Praeter. non est in usu; pro eo dic. הֵקִיץ a קוּץ.

יָקַר propr. 1) *gravis, ponderosus fuit*, ut Aram. ܝܩܰܪ et Arab. وقر; transl. *intellectu difficilis fuit, cogitationem excessit* Ps. 139, 17. — 2) *carus, pretiosus fuit* Ps. 49, 9., sq. לְ vel בְּעֵינֵי pers. *pretiosus habitus, magni aestimatus est ab al.* 1 Sam. 26, 21. Ps. 72, 14. 2 Reg. 1, 13. 14., etiam absol. Zach. 11, 13. *pretium*, אֲשֶׁר יָקַרְתִּי מֵעֲלֵיהֶם *quo aestimatus sum ab iis*. Simil. Lat. *grave* dicunt pro *caro et pretioso*, adde gr. *βαρύτιμος* et infra כבד. 3) *gravis* h. e. *honoratus fuit* 1 Sam. 18, 30. Fut. יֵיקַר Ps. 72, 14. et יֵקַר 49, 9., cum Vau convers. וַיֵּיקַר 2 Reg. 1, 13. — Hiph. הוֹקִיר (*rarum* atque adeo) *carum fecit* Prov. 25, 17. הֹקַר רַגְלְךָ מִבֵּית רֵעֶךָ praegn. *rarum fac pedem tuum a domo amici tui* h. e. raro convenias amicum tuum, ut ipsi eo carior sis. Jes. 13, 12.

יָקָר m., **יְקָרָה** f. 1) *pretiosus* Job. 28, 16. Ps. 36, 8. Thren. 4, 2., כָּל־הוֹן יָקָר *omnis generis opes pretiosae* Prov. 1, 13.; אֶבֶן יְקָרָה collect. *lapides pretiosi* h. e. vel *gemmae* 2 Sam. 12, 30. 1 Reg. 10, 2. 1 Chron. 29, 2.; vel lapides, quibus in exornandis aedificiis utebantur, ut marmora etc. 1 Chron. 3, 6. Jes. 28, 16. (ubi vid. Gesen.) coll. 1 Cor. 3, 12., et in plur. אֲבָנִים יְקָרוֹת 1 Reg. 5, 17., 7, 9 sq. *saxa* adeo in fundamento aedium posita. — 2) *carus* Ps. 45, 10. (cum dag. euphon.) בְּנוֹת מְלָכִים בְּיִקְּרוֹתֶיךָ *filiae regum* sunt *inter caras puellas tuas*. — 3) *splendidus, magnificus* Job. 31, 26. *luna magnifice incedens*. 4) *rarus* 1 Sam. 3, 1. vid. rad. in Hiph. — 5) *quietus, mansuetus*, sec. Kri Prov. 17, 27. ex significatione radicis Arab. وقر *quietus, mansuetus* (q. d. gravis, non facile commovendus, irritandus) *fuit*; sed Ctbib habet קַר, eodem sensu, ab Arab. קרר *quievit*. Foem. in regim. יִקְרַת Jes. 28, 16. [Zach. 14, 6. pro יְקָרוֹת legendum videtur וְקָרוֹת *et frigora, frigus*].

יְקָר m. 1) *pretium* Prov. 20, 15. כְּלִי־יְקָר *supellex pretiosa;* Zach. 11, 13. אֶדֶר הַיְקָר *pretium magnificum;* metonym. *res pretiosa, pretiosum* Job. 28, 10. Cum affixo יְקָרָהּ Jer. 20, 5. — 2) *splendor, magnificentia* Esth. 1, 4. Ps. 37, 20. יְקַר כָּרִים *magnificentia, decor camporum* (all. minus eleganter: *pingueuo ovium, agnorum;* illam interpretationem praeivit jam Abenesra). — 3) *dignitas, honor* Esth. 5, 11. Ps. 49, 13. 21.

יְקָר m. Chald. 1) *praemium* Dan. 2, 6., all. vertunt: *pretiosa,* ut Bertholdt., qui conferri jubet Targ. Jes. 3, 17. 10, 3. — 2) *dignitas, honor* Dan. 5, 18. 7, 14. 2, 37. 4, 27. In regim. יְקַר Dan. 4, 33. in statu emphat. יְקָרָא Dan. 2, 37. et יְקָרָה Dan. 5, 20.

יַקִּיר m. *pretiosus, carus* Jer. 31, 20. Syr. ܝܩܝܪ *id.*

יַקִּיר m. Chald. 1) *gravis* Dan. 2, 11. — 2) *aestimatus, honoratus* Esr. 4, 10.

יָקֹשׁ propr. *aucupatus est, tendiculam posuit,* hinc Ps. 124, 7. יוֹקֵשׁ *auceps,* sed alibi trop. *insidias struxit, insidiatus est* Jer. 50, 24. Ps. 141, 19. Cognat. נקשׁ et קוּשׁ. — Niph. נוֹקַשׁ *illaqueatus, irretitus est* Prov. 6, 2. Jes. 8, 15. 28, 13., hinc Deut. 7, 25. *deorum simulacra igne comburite; aurum et argentum, quo ornata sunt, nolite appetere* פֶּן־תִּוָּקֵשׁ בּוֹ *ne illaqueeris eo* h. e. ne corrumparis, ad nequitiam abducaris. [Sed נוֹקֵשׁ Ps. 9, 17. pertinet ad rad. נקשׁ].

יָקוֹשׁ et יָקוּשׁ *auceps* Ps. 91, 3. Hos. 9, 8. Plur. יְקוּשִׁים Jer. 5, 26.

יוּקָשׁ m. (ad formam כּוּמָז, עוּגָב etc.) *irretitus,* plur. יוּקָשִׁים Eccl. 9, 12. Alii putant dictum esse pro מְיוּקָּשִׁים, partic. Pyhal (cf. 2 Reg. 2, 10.) v. Gesen. L. p. 316. Hartmann. in Wineri Zeitschr. I, p. 65.

מוֹקֵשׁ m. *tendicula, laqueus,* quo avibus et feris insidiae struuntur et quo eaedem *illaqueantur* Job. 40, 24. Am. 3, 5.; metaphorice a) *insidiae* Prov. 12, 13. Ps. 18, 6. 64, 6.; b) *causa peccati, damni, perniciei* (τὸ σκάνδαλον) Exod. 10, 7. 23, 33. 34, 12. Deut. 7, 16. Jud. 2, 3. 8, 27. Job. 34, 30. 1 Sam. 18, 21. Ps. 69, 23. 106, 36. Jes. 8, 14. etc. Plur. מוֹקְשִׁים Job. 40, 24. et מוֹקְשׁוֹת Ps. 141, 9.

יָקַת, rad. inusit., Arab. وقت *praefinivit certo tempore, praestituit tempus,* in Conjug. IV. *constituit praemium.* Inde

יְקוּתִיאֵל (*praemium Dei?*) nom. propr. viri 1 Chron. 4, 18.

יָקְתְאֵל n. propr. a) oppidi in tribu Jud. Jos. 15, 38. — 2) urbis Arabiae petraeae, quae alibi *Sela* appellatur 2 Reg. 14, 7.

יָרֵא et יָרָא 1) timuit Jer. 3, 8. 76, 9. Gen. 18, 15., sq. accus. vel pers. vel rei Job. 9, 34. Num. 14, 9. 21, 34. Ezech. 11, 8. Ps. 23, 4.; sed a) sq. מִפְּנֵי vel pers. 1 Sam. 18, 29. 21, 13. Jer. 41, 18. vel rei Deut. 5, 5., sq. מִן pers. Deut. 1, 29. Ps. 3, 7. 27, 1.: *timere ab aliquo;* b) sq. לְ Prov. 31, 21. Jos. 9, 24.: *alicui timere;* c) sq. infin. Gen. 19, 30. יָרֵא לָשֶׁבֶת בְּצוֹעַר *timuit (veritus est), dubitavit habitare in Zoar,* Gen. 46, 3. אַל תִּירָא מֵרְדָה *ne timeas,* dubites *descendere;* יָרֵא — פֶּן est *timere ne* aliquid fiat Gen. 32, 12. — 2) *veritus, reveritus est* ali-

quem, aliquid, sq. accus. 2 Reg. 19, 6 (jusjurandum), Levit. 19, 3 (parentes), 19, 30 (sanctuarium), — hinc Deum *revereri*, tanquam improbitatis vindicem (v. DE WETTE bibl. Dogm. §. 113. Sittenlehre III, p. 79.) Exod. 1, 17. 21. 14, 31. 1 Sam. 12, 18. (quo sensu alibi dic. יָרֵא מֵיְהוָה Levit. 19, 14. Mich. 7, 17.), — deinde *venerari, colere* atque adeo *pium esse* Prov. 3, 7. Deut. 4, 10. 6, 2. 13. 13, 4. 17, 19. 1 Sam. 12, 14. Ps. 34, 10. 55, 20. etc. (passim adjicitur: *et praecepta Dei servare, ei obedire*), omisso voc. *Dei* Jer. 44, 10.; de aliorum Deorum cultu Jud. 6, 10. coll. φοβεῖσθαι in N. T. et Arab. حشى, تقى, وقى unde متقى *pius*, notante MICHAEL. in *Suppl.* p. 1153.

Praet. foem. in pausa יָרֵאָה Gen. 18, 15., plur. יְרֵאתֶם Deut. 5, 5., Ezech. 11, 8. et יראתם Jos. 4, 24., infin. construct. יְרֹא Jos. 22, 25. unde cum praefixo לִרֹא (pro לִירֹא) 1 Sam. 18, 29., cum ה paragog. יִרְאָה Deut. 4, 10. 1 Reg. 8, 43. Ps. 86, 11. etc. et addito affixo יִרְאָתוֹ 2 Sam. 3, 11., imper. יְרָא Prov. 3, 7. Eccles. 5, 6., plur. יְראוּ (ex Syriasmo pro יִרְאוּ) 1 Sam. 12, 24. Ps. 34, 10., fut. cum Vau convers. וַיִּירָא Gen. 28, 17. et altero Jod emisso (v. GESEN. Lehrgeb. p. 384.) וַיִּרָא 1 Sam. 18, 12. 21, 13. Jer. 26, 21., foem. תִּרְאִי (pro תִּירְאִי Jes. 60, 5., plur. וַיִּרְאוּ Eccles. 8, 12. et יְרָאוּ 2 Reg. 17, 28. Mich. 7, 17., foem. cum Vau convers. וַתִּירֶאןָ Exod. 1, 17.

Niph. נוֹרָא *timeri*. Non occurrit, nisi fut. תִּוָּרֵא Ps. 130, 4. et partic. נוֹרָא 1) *timendus, terribilis, formidabilis* Joel. 2, 11. 3, 4. (de die domini), Deut. 1, 19. 28, 15. Jes. 21, 1 (de deserto Arabiae). — 2) *venerabilis, venerandus, augustus* Gen. 28, 17. Deut. 28, 58. Ps. 99, 3. 111, 9. Ezech. 1, 22. Job. 37, 22. — 3) *stupendus, admirandus* Ps. 66, 3. מַה־נּוֹרָא מַעֲשֶׂיךָ *quam admirabilia sunt facta, opera tua;* v. 5. נוֹרָא עֲלִילָה *admirandus* propter *facinora*. Plur. נוֹרָאוֹת substant. *admiranda, stupenda* (Dei) *facinora* Deut. 10, 21. 2 Sam. 7, 23. Ps. 45, 5. 145, 7. Jes. 64, 2., adverbialiter *mirabiliter* Ps. 139, 14. 65, 6. (simile vid. Dan. 8, 24.).

Pih. יֵרֵא *timere fecit, timorem injecit, terruit* 2 Sam. 14, 15. 2 Chron. 32, 18. Partic. plur. מְיָרְאִים Neh. 6, 9. 14.

יָרֵא m., יְרֵאָה f. adjectivum verbale: *timidus* Deut. 20, 8.; sed saepius *active* et *participialiter* usurpatur ex Chaldaismo a) *timens, metuens* 1 Sam. 23, 13, sq. מִפְּנֵי pers. *timens ab aliquo* Deut. 7, 19. Jer. 42, 11. 16., sq. acc. pers. Gen. 32, 12., sq. acc. rei Exod. 9, 20., sq. infin. Jud. 7, 10. — b) *reveritus, venerans* Prov. 13, 13. יְרֵא מִצְוָה *reveritus praeceptum*, יָרֵא אֶת־יְהוָה 2 Reg. 4, 1., יְרֵא אֱלֹהִים Gen. 22, 12. Job. 1, 8., יְרֵא יְהוָה Ps. 25, 12., foem. יִרְאַת יְהוָה Prov. 31, 30., *homo pius, religiosus*, plur. יִרְאֵי אֱלֹהִים Exod. 18, 21. יְ׳ יְהוָה Ps. 15, 4. 115, 9. 118, 2. 3. etc.

יִרְאָה f. 1) *timor*, tam *active*, quo quis *timet* Ps. 55, 6. Jon. 1, 10. quam *passive*, quo quid timetur Jes. 7, 25. יִרְאַת שָׁמִיר וָשַׁיִת *timor sentium et veprium* h. e. qui incutitur a sentibus etc., hinc *terror* alicujus rei Ezech. 1, 18. יִרְאָה לָהֶם *timor* h. e. terror *ipsis* (erat), terrorem injiciebant. — 2) longe frequent. *reverentia* erga Deum, φόβος θεοῦ, *pietas* (v. sub rad.), יִרְאַת יְהוָה Ps. 34, 12, 111, 10. 2 Chron. 26, 5. Prov. 1, 7. 2, 5. 15, 16. Jes. 11, 2. al., יִרְאַת אֱלֹהִים 2 Sam. 23, 3.

Neh. 5, 9. 15., יִרְאַה simpl. Job. 4, 6. 15, 4., semel object. *doctrina divina* Ps. 19, 10. (Sic تَقْوَى *timor Dei,* تَقِيٌّ et مُتَّقٍ *timens Deum, pius,* Syris ܢܳܛܽܘܪ *timens, pius,* ܢܳܛܽܘܪܽܘܬܳܐ *pietas, sanctitas,* notante Michaeli in *Suppl.* p. 1154.).

יִרְאוֹן urbs Naphthalitarum Jos. 19, 38.

מוֹרָא, semel Ps. 9, 21. מוֹרָה, m. *timor* Gen. 9, 2. Deut. 11, 25. ubi מוֹרַאֲכֶם est *timor vestri,* it. *reverentia* Mal. 1, 6. 2, 5.; metonymice *timoris* vel *reverentiae objectum* Jes. 8, 12. 13., de *Jova* Ps. 76, 12.; hinc *factum stupendum* Deut. 26, 8. 34, 12. Plur. מוֹרָאִים Dan. 4, 34.

מוֹרָה vid. sub מוֹרָא.

יָרֵב v. sub rad. רוב.

יְרֻבַּעַל vid. sub rad. רוב, ריב.

יָרַד (semel per aphaeres. רַד Jud. 19, 11. v. Gesen. L. p. 139.) 1) descendit, Arab. وَرَدَ *id.* Dicitur et de *personis* Gen. 18, 21. Prov. 30, 4. et de *rebus,* velut de *rore* Num. 11, 9., de *via* deorsum tendente Prov. 7, 27. Neh. 3, 15., *de fluvio* Deut. 9, 21., per hypallagen de *oculo* ingentem lacrymarum copiam emittente, lacrimis q. fluente Ps. 119, 136. Jer. 9, 17. 13, 17. Thren. 3, 48., de *finibus* Num. 34, 11. Jos. 18, 13 sqq., de *die* inclinante Jud. 19, 11. *Homines* autem *descendere* dicuntur, non solum cum de *monte* degrediuntur Exod. 34, 29. (Jud. 11, 37.), sed generatim, cum ex regione vel loco *edito* proficiscuntur in depressiorem 2 Sam. 11, 9., ut ab Hierosolymis in Philistaeam 1 Sam. 13, 20. 23, 8. 4. 2 Sam. 21, 15., aut in Samariam 1 Reg. 22, 2. 2 Reg. 8, 29., aut in Aegyptum Gen. 12, 10. 26, 2. 46, 3., hinc יָרַד spec. frequentatur: a) de eo, *qui exit urbe* vel *oppido,* quod oppida antiquitus montibus vel collibus superstructa erant Ruth 3, 6. 1 Sam. 9, 27. 2 Reg. 6, 18. 2 Sam. 19, 23. — b) de eo, qui *ingreditur in aciem bellicam,* quod praelia in planitiebus et locis campestribus committi solent 1 Sam. 26, 10. 29, 4. (de *redeuntibus* tamen e bello adhibetur Jud. 5, 11.). — c) de eo, qui *ad fontem, flumen, mare* progreditur, quia continens et terra iis est editior Gen. 24, 15. Jes. 42, 10. Jon. 1, 3. Ps. 107, 23. Exod. 2, 5. Jos. 17, 9. etc. — d) de eo, qui *meridiem* versus proficiscitur (ut עָלָה de eo, qui *septentrionem* versus) Gen. 38, 1. Num. 34, 11. 1 Sam. 26, 2. al.; septentrionales enim terrarum regiones *superiores* esse videbantur Hebraeis et vicissim (1 Macc. 10, 69.). Conf. Ben. Michaelis diss. *de notionibus superi et inferi,* Halae 1735., repet. in Commentatt. theol. a Velthusen, Kuinoel. et Rupertio editt. Vol. V, p. 397 sqq. add. Rosenmueller. bibl. Alterthumskunde Vol. I. P. I, p. 140 sq. — 2) *dejectus est, cecidit, concidit,* de moenibus Deut. 28, 52., de sylva succisa Jes. 32, 19. Zach. 11, 2., de ornamento capitis Jer. 13, 18., de hominibus et animalibus trucidatis Jes. 34, 7. Hagg. 2, 22., trop. de oppidis, quae in deditionem accipiuntur Deut. 20, 20. coll. Jer. 48, 15., etiam de hominibus, qui de statu felici ad miserias detruduntur Deut. 28, 43. Ezech. 32, 19. Jer. 48, 18 (sq. מִכָּבוֹד), Thren. 1, 9. v. Hiph.

Infin. absol. יָרֹד Gen. 43, 20. infin. construct. רֶדֶת unde cum

affixo et praefixo מִירְדֵי (non obstante accentu euphonico, qui etiam alibi passim vocalibus *brevibus* apponitur), sec. Kri Ps. 30, 4. (sed Ctbib habet מִיּוֹרְדִי); it. forma defectiva רֵד, unde cum ה paragog. רְדָה Gen. 46, 3. saepius רֶדֶת Exod. 34, 29., cum affixo רִדְתּוֹ Exod. 34, 29. Ezech. 31, 15.; imper. רֵד Exod. 19, 21. 24. cum ה paragog. רְדָה Gen. 45, 9. in pausa רֵדָה 2 Reg. 1, 9. 11. semel יְרַד Jud. 5, 13. (ut יְרַשׁ pro רֵשׁ Deut. 33, 23.); fut. יֵרֵד Gen. 42, 38., cum Vau convers. וַיֵּרֶד Gen. 11, 5. Exod. 19, 14., in pausa וַיֵּרַד Ps. 18, 10. Prov. 30, 4. etc.

Hiph. הוֹרִיד descendere fecit h. e. a) *deduxit* aliquem Jud. 7, 4. 1 Sam. 30, 15., *demisit* Jos. 2, 15. 18., *detrusit, depressit* (ad inferos) 1 Sam. 2, 6. — b) *detulit* aliquid Gen. 37, 25., *demisit* Gen. 24, 18. 44, 18. Num. 1, 51. 4, 5., *deposuit* Exod. 33, 5. — c) *dejecit, prostravit* Hos. 7, 12., trop. *detrusit* aliquem de statu suo Ps. 59, 12. Jes. 10, 13. 63, 6., hinc *in deditionem accepit* Prov. 21, 22., *subjecit* 2 Sam. 22, 48. sq. תַּחַת. — Hoph. הוּרַד *deductus est* Gen. 39, 1., *demissus est* Num. 10, 17., *dejectus, detrusus est* Ezech. 31, 18. Jes. 14, 15.

מוֹרָד m. 1) *locus declivis*, per quem *descenditur, declive* Jos. 7, 5. 10, 11. Mich. 1, 4. Jer. 48, 5. — 2) מַעֲשֵׂה מוֹרָד *opus in declive descendens* sive *deorsum pendens (herabhängende Verzierung)* 1 Reg. 7, 29.

יַרְדֵּן *Jordanes*, fluvius Palaestinae nobilissimus, sub radicibus montis Libani oriens et in mare mortuum defluens Gen. 13, 10. 11. 32, 10. Jos. 3, 15. Jer. 12, 5. al., Arab. الأُرْدُنّ et الشَّرِيعَة, dict. a *descendendo* h. e. defluendo, ut יַרְדֵּן proprie sit *fluvius* generatim et הַיַּרְדֵּן *fluvius* κατ᾽ ἐξοχήν, ὁ ποταμός. Job. 40, 23 (18). ponitur pro *magno* aliquo *fluvio*; recte enim Umbreitius: *wenn auch ein Jordan ihm zum Munde reichte* cf. Rosenmueller. ad h. l. Ceterum de Jordanis fontibus et natura v. Relandi *Palaestinam* p. 271 sqq. Wineri Lexic. bibl. I, p. 351 sq., Rosenmueller. Alterthumskunde II. I, 196 sq.

יָרָה 1) *jecit* Jos. 18, 6 (sortes), Job. 38, 6 (fundamentum), spec. *tela*, hinc: *jaculatus est* 1 Sam. 20, 36. Exod. 19, 13., sq. acc. pers. Num. 21, 30. (partic. יוֹרִים *jaculatores* 1 Chron. 10, 3. 2 Chron. 35, 23.); *projecit* Exod. 15, 4 (currus in mare). — 2) *posuit, collocavit* Gen. 31, 51. — 3) *conspersit, irrigavit* pluviâ Hos. 6, 3. cf. זָרַק. Hinc יוֹרֶה *pluvia prima*, ὑετὸς πρώϊμος scil. autumnalis (opp. מַלְקוֹשׁ v. s. לָקַשׁ) statim post messem cadens terramque *rigando* ad sementem praeparans Deut. 11, 14. Jer. 5, 24. — Infin. absol. יָרֹה Exod. 19, 13., constr. יְרוֹא (unde cum praefixo לִירוֹא 2 Chron. 26, 15.) et יְרוֹת Ps. 11, 2. 64, 5., imper. יְרֵה 2 Reg. 13, 17., fut. 1 pers. plur. cum affixo וַנִּירָם (pro וַנִּירֵם) Num. 21, 30.

Niph. *jaculis confici* Exod. 19, 13. (ubi fut. יִיָּרֶה).

Hiphil הוֹרָה 1) *jecit, projecit* Job. 30, 19. הֹרָנִי *projecit me* Deus, de statu ac felicitate mea dejecit; max. חֵץ vel חִצִּים ה׳ *tela, sagittas jacere, mittere*, hinc *jaculatus est* Jes. 37, 33. 1 Sam. 20, 20. 2 Reg. 19, 32.; partic מוֹרִים *jaculatores* 1 Sam. 31, 3. 1 Chron. 10, 3., semel ex orthograph. syr. מוֹרְאִים 2 Sam. 11, 24. — 2) *conspersit, rigavit* (ut Kal) v. מוֹרֶה. — 3) *monstravit* (q. d. manum emisit, tetendit) Gen. 46, 28. Prov. 6, 13., sq. dupl. accus. et rei et pers. Exod. 15, 25., deinde *infor-*

mavit, docuit Mich. 3, 11. Hab. 2, 19., sq. acc. pers. Exod. 4, 15. Job. 8, 10. 12, 7., sq. dupl. acc. et pers, et rei Levit. 10, 11. Ps. 27, 11. 86, 11. Jes. 28, 9.; sq. acc. rei et לְ pers. Hos. 10, 12.; sq. acc. pers. et בְּ rei (*in etwas unterrichten*) Ps. 25, 8. Job. 27, 11. Prov. 4, 11.; sq. acc. pers. et מִן rei Jes. 2, 3. יוֹרֵנוּ מִדְּרָכָיו *instituat nos* (pr. *a viis suis* h. e. impertiat nos scientia, quae est a viis ipsius repetita atque adeo has ipsas vias spectat) *de viis suis* Mich. 4, 2., sq. אֶל rei: *instituere ad* 2 Chron. 6, 27. Fut. יוֹרֶה 2 Reg. 19, 32., cum Vau convers. וַיּוֹר 2 Reg. 13, 17., plur. וַיֹּרוּ 2 Chron. 35, 23., pro quo scribitur וַיֹּארוּ 2 Sam. 11, 24. etc. — Hoph. Huc pertinet fortasse יוֹרֵא pro יוּרֶה Prov. 11, 25. (cf. הוּדַע Levit. 4, 23.) sed v. infra רוה.

יוֹרֶה m. *pluvia prima,* vid. in ipsa rad.

מוֹרֶה m. 1) *jaculator* vid. in ipsa rad. — 2) *pluvia prima* s. autumnalis Joel. 2, 23. Ps. 84, 7. — 3) *doctor* 2 Reg. 17, 28. Jes. 9, 14., plur. cum affix. מוֹרֶיךָ Jes. 30, 20., מוֹרָי Prov. 5, 13. — 4) *dominus* Job. 36, 22., מִי כָמֹהוּ מוֹרֶה *quis est dominus similis ei* (Deo), coll. Chald. מָרֵא, Syr. ܡܳܪܳܐ. Ita LXX. δυνάστης. Si est partic. a ירה, vertas cum Gesenio: *sapientiam largiens* (coll. מַלְּפֵנוּ 35, 11. = מְחַכֵּם). — 5) nom. propr. (viri ?) Gen. 12, 6. Deut. 11, 30. Jud. 7, 1.

תּוֹרָה f. 1) *institutio* et humana Prov. 1, 8. 3, 1. 4, 2. 13, 14. et divina, quae per prophetas fit Jes. 2, 10. 8, 16.; — hinc 2) *lex* divina vel a) *una* tantum Levit. 6, 7. זֹאת תּוֹרַת הַמִּנְחָה *haec esto lex oblationis,* ferti, 7, 7. 12, 7. 13, 59. Num. 6, 13. 21. Neh. 13, 3. Hagg. 2, 11. (ubi vid. Rosenmueller.); Ezech. 43, 11. 12. זֹאת תּוֹרַת הַבָּיִת *haec* esto *lex hujus domus* i. e. descriptio aedificii, quam sequi debent architecti; — vel b) *complexus* legum divinarum 2 Reg. 17, 13. 2 Chron. 19, 10. Mich. 4, 2. Mal. 2, 7. (2 Chron. 15, 3. לְלֹא תוֹרָה *sine lege* h. e. sine legis cura Thren. 2, 9.); סֵפֶר הַתּוֹרָה *volumen legis* Jos. 1, 8. 8, 34. 2 Reg. 22, 8., pro quo הַתּוֹרָה simpl. Neh. 8, 2. — 3) *mos, consuetudo* 2 Sam. 7, 19. זֹאת תּוֹרַת הָאָדָם *haec est consuetudo hominis* (non Dei) h. e. ita familiariter mecum agis, ut homines cum hominibus solent. Sic Grotius; alii vero: *haec* (promissio sua) *vim legis habebit apud homines, quam abs te latam nemo mortalium poterit irritam reddere* vid. Dathius ad h. l. et Schnurrer. Dissertatt. philol. p. 263. — Plur. תּוֹרוֹת Exod. 18, 20. Levit. 26, 46., cum affixo תֹּרֹתָךְ, deficiente Jod multitudinis, sec. Cthib Jer. 32, 23.

יְרוּאֵל nom. propr. oppidi et solitudinis 2 Chron. 20, 16.

יָרַהּ, unde derivari potest תִּרְהוּ Jes. 44, 8. (pro תִּירְהוּ, ut in duobus codd. est) coll. Arab. وره *prae metu attonitus fuit,* v. Gesen. ad h. l.

יְרוּשָׁלַיִם, ut Jerem. 28, 18. et in Chronicis scriptum est secundum orthograph. recentiorem, vel יְרוּשָׁלַםִ, ut in libris Samuelis et Regum (quod יְרוּשָׁלַםִ efferendum videtur): *Hierosolyma;* in duali, ob duas urbis partes, superiorem (Sion) et inferiorem. Conjecturas etymologicas v. in Simonis *Onomast. sacro* p. 467. 571. Scil. plerique cum Relando conflatum putant hoc nomen ex יְרוּשׁ *possessio* et שָׁלֵם, ut significet *possessionem pacatam;* sed Gesenio est *habitatio pacis,* ex Arab. ورى

homines, mortales, quod *habitationem* quoque denotare existimat, ut vicissim أَهْلٌ *populus, coetus hominum,* propr. *tentorium.* Graeci Ἱεροσόλυμα vocarunt, vocabulum peregrinum in domestici aliquam similitudinem corrumpentes, et Tacitus (Histor. V, 2.) Hierosolymum adeo comminiscitur, urbis scilicet conditorem. Ceterum de Hierosolymorum situ et originibus v. Reland. Palaest. p. 832 sqq. Hamelsveld bibl. Geogr. II, p. 2 sqq. Winer. Lexic. bibl. I, p. 319 sqq.

יָרֵחַ m. *luna* Gen. 37, 9. Deut. 4, 19. Jos. 10, 12. 13. 2 Reg. 23, 5. Ps. 72, 5. Eccles. 12, 2. etc., vocab. *primitivum* (quanquam all. a ورخ in Conjug. V. *maduit* deducunt; scilicet pro lunae decremento vel incremento etiam *humores* crescere et decrescere antiquitus creditum est). Cum affixo יְרֵחֲךָ Jes. 60, 20.

יֶרַח m. 1) *mensis* Deut. 21, 16. 1 Reg. 6, 37. 38. Zach. 11, 8. etc. Dicitur יֶרַח יָמִים, ut חֹדֶשׁ יָמִים Deut. 21, 13. 2 Reg. 15, 13. v. sub יוֹם. Plur. יְרָחִים Exod. 2, 2. Deut. 33, 14., in regim. יַרְחֵי Job. 7, 3. 29, 2. — 2) nom. propr. populi Arabici Gen. 10, 26. *Jerachaei* sunt fortasse, quos Agatharchides c. 49. et Diodor. lib 3. Ἀλιλαίους vocant et ad mare rubrum sedes habuisse dicunt. Horum reliquiae hodienum circa Meccam sub nomine بنى هلال *filiorum lunae* superesse creduntur v. Bochart. in *Phal.* lib. 3. c. 19. p. 124. Sed Michaelis in Spicil. T. II. *Jerachaeos* quaerit ad mare Indicum sub grad. lat. 16. in mappa D'Anvilliana, quod ibi occurrunt غب القمر *ora lunae* et جبل القمر *mons lunae.* In hanc eandem sententiam concedit Rosenmueller.

יְרַח m. Chald. *mensis* Esr. 6, 15., plur. יַרְחִין Dan. 4, 26.

יְרֵחוֹ Num. 22, 1. et יְרִיחוֹ Jos. 2, 1. 2. 3. 13, 32. 16, 1. nec non יְרִיחֹה 1 Reg. 16, 34. *Jericho,* urbs Palaestinae celeberrima in tribu Benjam. Jos. 18, 21., quae ab Hierosolymis abfuit CL stadia secundum Josephum *de bello Jud.* lib. 5, c. 4. Ceter. v. Reland. p. 829 sqq. Hamelsveld. bibl. Geogr. II, p. 291 sqq. Winer. Lex. bibl. I, p. 318 sq. Si a יָרֵחַ dicitur, est q. *urbs lunae, Mondstadt;* sed satius videtur, hoc nomen a רֵיחַ repetere; *aromatum* enim fertilis admodum fuit ista regio, v. Reland. p. 383.

יָרַט 1) *praecipitavit* (coll. Arab. وَرَطَ *praeceps fuit,* وَرَّطَ *praecipitavit, praecipitem dedit, ruere fecit in exitium,* v. Alb. Schultens. ad Job. 16, 11.) Job. 16, 11. (pro יִירְטֵנִי) עַל יְדֵי רְשָׁעִים יִרְטֵנִי *manibus impiorum me tradidit* in exitium. Michael. in Suppl. p. 2251. refert. ad rad. רָטָה, Arab. رَطَأَ *ejecit* vel رَطَّ (رَطَّأَ) *constrinxit,* ut sit: *constrictum tradidit,* vid. Rosenmueller. ad h. l. — 2) intransit. *perniciosus fuit* Num. 22, 34. (Arab. وَرْطَةٌ *exitium*).

מוֹרָט m. *pernicies, exitium* Jes. 18. 27. גּוֹי מוֹרָט *gens perniciosa, perniciem afferens;* all. *gens lutosa* i. e. fusci coloris (ab Arab. ورط *lutosus fuit*), all. *gens glabra, depilis* (cf. מרט) v. Gesen. ad h. l.

יָרֵךְ foem. *femur* (Ar. وَرْكٌ *femur, coxa* etc. cf. infra מָתְנַיִם) Gen. 32, 32.

Num. 5, 22. Jud. 15, 8. Jer. 31, 19. Ezech. 21, 17. 24, 4.; proverbialiter *percutere aliquem* שׁוֹק עַל יָרֵךְ *et tibia et femore* pro *clade magna* (מַכָּה גְדוֹלָה) *afficere* Jud. 15, 8.; metonym. et synecdoch. *partes genitales, membrum genitale* Exod. 28, 42. Num. 5, 21. Gen. 46, 26. Exod. 1, 5. Jud. 8, 30. Hinc *filii* dicuntur יוֹצְאֵי יֶרֶךְ ll. citt. — 2) *latus* (ut Graec. μηρός) Exod. 40, 22. Levit. 1, 11. 2 Reg. 16, 14. — 3) *scapus candelabri, hastile (Schaft)* Exod. 25, 31. 37, 17. Num. 8, 4. In regim. יֶרֶךְ Gen. 24, 9. Exod. 1, 5. al. Cum affixo יְרֵכוֹ Gen. 32, 25. 31. Exod. 32, 27. Dual. יְרֵכַיִם *utrumque femur* Exod. 28, 42.

יַרְכָה vel יְרֵכָה f. *latus* (semper enim de *inanimatis* adhibetur) Gen. 49, 13. (limes terrae sebuloniticae). Alibi semper occurrit dual. יַרְכָתַיִם a) *extremae, remotissimae* alicujus rei *partes*, ut יַרְכְּתֵי הַמִּשְׁכָּן *extrema tentorii* Exod. 26, 23. 36, 27. it. *templi* 1 Reg. 6, 16. Ezech. 46, 23., י׳ אֶרֶץ *extrema plaga terrae* Jer. 6, 22. 25, 32., י׳ צָפוֹן *extrema* plaga *septentrionalis* Jes. 14, 13. — b) *interiores* alicujus rei *partes, recessus, penetralia*, ut י׳ הַבַּיִת *interiora, penetralia domus* Ps. 128, 3., י׳ הַמְּעָרָה *recessus speluncae* 1 Sam. 24, 4., י׳ בוֹר *interiora tartari* Jes. 14, 15., י׳ הַסְּפִינָה *interiora navis* Jon. 1, 5.

יַרְכָה vel יְרֵכָה f. Chald. *femur*. Plur. emphat. יַרְכָתָא, unde cum affixo יַרְכָתֵהּ Dan. 2, 32.

יַרְמוּת v. sub rad. רמה.

יְרֵמִית v. sub rad. רמה.

יָרַע I) i. q. רוּעַ 1) a) *malus fuit*, in hac solenni formula: יֵרַע הַדָּבָר בְּעֵינֵי פ׳ *malum videtur alicui* h. e. *displicet* Gen. 21, 7. 38, 10. 1 Sam. 8, 6. Jes. 59, 15: וַיֵּרַע בְּעֵינָיו כִּי אֵין מִשְׁפָּט *et displicuit ei* (Jovae), *quod nullum jus erat*, vigebat, 2 Sam. 11, 25: אַל יֵרַע בְּעֵינֶיךָ אֶת־הַדָּבָר, ubi אֵת est nominativi index v. Gesen. Lehrgeb. p. 683.; sq. לְ pers. Neh. 13, 8.; sed 1 Chron. 21, 7: וַיֵּרַע בְּעֵינֵי אֱלֹהִים עַל־הַדָּבָר impers. explices: *aegre fuit Deo propter hanc rem*. Passim ad vim sententiae augendam adjicitur רָעָה גְדוֹלָה, ut Jon. 4, 1: וַיֵּרַע אֶל־יוֹנָה רָעָה גְדוֹלָה *vehementer displicuit Jonae, aegerrime tulit Jonas*, Neh. 2, 10., add. Apoc. 16, 9. et Matthiae gr. Schulgramm. p. 393.; b) *male fuit, cessit alicui* Ps. 106, 32. — 2) *noxius fuit, nocuit* 1 Sam. 20, 6. — 3) *malignus, invidus fuit* Deut. 15, 9. 28. 54. 55. (oculus), 15, 10. (animus), it. *morosus, tristis fuit* Neh. 2, 3. (vultus), Jes. 15, 4. (animus).

II) i. q. Arab. وَرِعَ et يَرِعَ *timidus, pavidus fuit*, in Conj. II. *abstinuit, cohibuit, repulit*, in Conj. IV. *intercessit inter duo, disiungens ea*, v. יְרִיעָה, coll. وَعَرَ *inhibuit, continuit*. Ex ista prima voc. notione sunt, qui explicent loc. Jes. 15, 4: *animus ejus concidit prae formidine* v. Rosenmueller. ad h. l.

יְרִיעָה f. *velum, aulaeum* Exod. 26, 2. 4. 5. 8. 2 Sam. 7, 2. Ps. 104, 2., q. d. *prohibitio ab adspectu et accessu*, cf. rad. n. 2. Syr. ܝܪܝܥܬܐ Chald. יְרִיעָא *id*. Plur. יְרִיעוֹת Exod. 26, 1. 3. 7. 8. Num. 4, 25. Jer. 49, 29., c. praef. כִּירִיעוֹת Cant. 1, 5.

ירק I) *spuit, inspuit* Num. 12, 14. Deut. 25, 9. (Chald. רוק). — II) *viruit, fronduit,* Arab. ورق. Inde oriuntur:

יָרוֹק m. *viride, herba virens* Job. 39, 8.

יָרָק m. *viride* 2 Reg. 19, 26. Jes. 37, 27. et substantive *olus viride* Deut. 11, 10. 1 Reg. 21, 2. Prov. 15, 17. In regim. יְרַק 2 Reg. 19, 26. Jes. 37, 27.

יֶרֶק m. *viride*. Cum דֶּשֶׁא vel עֵשֶׂב constructum *herbam viridem* designat Gen. 1, 30. 9, 3. Ps. 37, 2., sed seorsim positum pro ipsa *herba* et *fronde* sumitur, ut Exod. 10, 15. Num. 22, 4. Jes. 15, 6.

יֵרָקוֹן m. 1) *pallor,* LXX. ὤχρα (Arab. يرقان tam *pallorem,* quam *rubiginem* significat) Jer. 30, 6. — 2) *flavedo, rubigo* segetis Deut. 28, 22. 1 Reg. 8, 37. Am. 4, 9. (Arab. يرقان), quam ex nimio humore oriri vulgo statuunt (ut שִׁדָּפוֹן ex nimio ardore), alii ex frigore, v. MICHAELIS *quaestiones Arabiam petituris propositas* p. 189. sq. Sed FORSKÅLIUS ex ore Judaei Mochhensis notavit apud NIEBUHRIUM in *descript. Arab.* praefat. p. 46, mense Judaeorum Marcheschvan ventum nonnunquam flare tepidum, a quo aristae flavescant earumque grana ante ipsam suam originem enecentur. Ventum Judaeus nominabat يصفر الزرع, qui idem affirmabat, et يرقان Arab. idem esse ac اصفر. Nostrates hoc frugum vitium nominant *Brandkorn, Honigthau.*

יְרַקְרַק m. (ex Conj. Pealhal) *subviridis* vel *subflavus,* χλωρίζων Levit. 13, 49. 14, 37 (ubi plur. foem. יְרַקְרַקּוֹת); it. subst. *pallor* (auri color) Ps. 68, 14., hinc Aethiop. ወርቅ፡ *aurum* v. BOCHART. Hieroz. Tom. II, p. 533. LUDOLF. Comment. ad histor. Aeth. p. 205.

יָרַשׁ et יָרֵשׁ 1) *haeres factus est* (Chald. Syr. ܝܪܬ, Arab. ورث) Gen. 21, 10. *filius servae non erit haeres cum filio meo;* sq. acc. pers. *alicujus haeres factus est (beerben)* Gen. 15, 3. 4; sq. acc. rei: *haereditate* aliquid *accepit* Num. 36, 8. כָּל־בַּת יֹרֶשֶׁת נַחֲלָה *omnis filia haereditate praedium consecuta.* Partic. יוֹרֵשׁ *haeres* Jer. 49, 1. — 2) gener. *occupavit,* max. *vi* 1 Reg. 21, 19., sq. acc. rei Deut. 1, 8. 3, 20. Jos. 1, 15. Num. 33, 53. Ps. 44, 4. al., et, cum hoc non possit fieri nisi expulso possessore, saepe sq. acc. pers. est: *expulit, ejecit* e possessione Deut. 2, 12. 9, 1. 11, 23. 12, 2. 29. 18, 14. 19, 1. Jes. 54, 3.; huc spectat etiam Prov. 30, 23. שִׁפְחָה כִּי תִירַשׁ גְּבִרְתָּהּ *ancilla cum expulit heram suam* i. e. in herae locum successit heroque nupsit v. B. MICHAEL. ad h. l. LXX. ἐὰν ἐκβάλῃ τὴν ἑαυτῆς κυρίαν. — 3) *possedit* 1 Chron. 28, 8. Levit. 25, 46. Deut. 33, 23.; maxime frequentatur formula יָרַשׁ אֶרֶץ *terram* Israeliticam *possidere* Ps. 25, 13. 37, 9 sqq. 69, 36. Ezech. 33, 25. 26., vel י׳ הַר קָדְשִׁי Jes. 57, 13. י׳ הָרֵי יְהוָה Jes. 65, 9. *possidere montem sacrum,* quod utrumque summam populi Israel. tranquillitatem et felicitatem significat. Infin. constr. רֶשֶׁת, c. affixo רִשְׁתָּהּ Deut. 3, 18. Imper. יְרַשׁ Deut. 2, 24., c. He paragog. in pausa יְרָשָׁה Deut. 33, 23.; per aphaeresin רֵשׁ Deut. 1, 21. et רַשׁ, in pausa רָשׁ Deut. 2, 24. 31., plur. רְשׁוּ Deut. 1, 8. 9, 23., fut. יִירַשׁ Jes. 54, 3. et יִרַשׁ Gen. 22, 17.

Niph. propr. *haeredem passus est* (ut Arab. اُورث), hinc *pauper*

factus, ad inopiam redactus est (quae significatio inclinat ad rad. cogn. רוש *depauperari)* Gen. 45, 11. Prov. 20, 30. 23, 21.

Pih. יֵרֵשׁ 1) *occupavit* Deut. 28, 42. — 2) *pauperem reddidit* Jud. 14, 15. ubi infin. c. affixo יָרְשֵׁנוּ.

Hiph. הוֹרִישׁ 1) *haereditatem alicui transmisit* Esr. 9, 12: הוֹרַשְׁתֶּם (אֶת־הָאָרֶץ) לִבְנֵיכֶם ut tanquam *haereditatem transmittatis* terram *posteris vestris;* trop. Job. 13, 26. *peccata juventutis meae* tanquam haereditatem *ad me transmittis* h. e. facis, ut peccatorum, quae juvenis commisi, nunc poenas luam v. Umbreit. ad h. l. — deinde: *possidendum tradidit,* sq. acc. dupl. Jud. 11, 24. 2 Chron. 20, 11. 2) *occupavit* Jos. 8, 7. 17, 12. Jud. 1, 19. — 3) *expulit* e possessione (gall. *deposseder*) Num. 33, 52. 53. Deut. 4, 38. Jos. 3, 10. 17, 13. 23, 9. Ps. 44, 3., hinc *pauperem reddidit* 1 Sam. 2, 7.; deinde gener. *expulit, ejecit* Job. 20, 15. — 4) *delevit, perdidit* Exod. 15, 9. (ubi Onkel. interpretatus est: תְּשֵׁיצֵינוּן *exscindet eos*), Num. 14, 12.

יְרֵשָׁה f. *possessio* Num. 24, 18.

יְרֻשָּׁה f. *id.* Deut. 2, 5. 9. 19. Jos. 12, 6. 7. Jer. 32, 8. Jud. 21, 17. Ps. 61, 6.

רֶשֶׁת f. *rete,* quo aves et ferae *capiuntur* Ps. 9, 16. 57, 7. Prov. 1, 17. Hos. 5, 1. etc., מַעֲשֵׂה רֶשֶׁת *opus reticulatum* Exod. 27, 4. Cum affixo רִשְׁתּוֹ Ps. 10, 9. 35, 8.

מוֹרָשׁ m. *possessio* Jes. 14, 23., plur. in regim. מוֹרָשֵׁי Job. 17, 11. ubi *possessiones cordis* (animi) dicuntur res *carissimae,* quibus animus Jobi maxime delectatur, vid. Umbreit. Cum affixo מוֹרָשֵׁיהֶם Obad. 17.

מוֹרָשָׁה f. *id.* Exod. 6, 8. Deut. 33, 4. Ezech. 11, 15. etc.

מוֹרֶשֶׁת גַּת oppidum in vicinia urbis Gath, unde nom. gentil. מוֹרַשְׁתִּי Mich. 1, 1. Jer. 26, 18.

תִּירוֹשׁ m. *mustum* Gen. 27, 28. 37. Num. 18, 12. Deut. 28, 51. Hos. 2, 11. Jes. 65, 8. (ubi ת׳ בָּאֶשְׁכּוֹל *est succus in botro,* nondum expressus), Syr. ܡܪܘܬܐ, sic dictum, quod *se possessorem* hominis *facit,* ejus cerebrum *occupando,* ut ille non amplius sui compos sit, sec. illud Hos. 4, 11. conf. 3 Esr. 3, 18. 24. Sic Arab. *vinum* dicitur سبيئة a *captivando,* et عقار a *tenendo* et *vinctum habendo.*

יֵשׁ, sq. Makkeph יֶשׁ־ (Syr. et Chald. ܐܝܬ, אִיתַי, Arab. أيس) exprimit notionem τοῦ εἶναι atque adeo pro verbo *substantivo* adhiberi solet, nullo vel *numeri* vel *temporis* discrimine: ut a) Gen. 28, 16. יֵשׁ יְהוָה בַּמָּקוֹם הַזֶּה *Jova est hîc loci,* Eccles. 2, 21. 6, 1. 7, 15. (in hoc enim libro mirifice frequentatur), 1 Sam. 17, 46. Num. 22, 29. לוּ יֶשׁ־חֶרֶב בְּיָדִי *utinam sit in manu mea gladius;* Jes. 31, 6. יֶשׁ־יוֹם *erit dies.* — b) 2 Reg. 2, 16. יֶשׁ אֶת־עֲבָדֶיךָ חֲמִשִּׁים *sunt inter servos tuos quinquaginta,* Eccles. 8, 14. Jon. 4, 11. 2 Chron. 16, 9. מֵעַתָּה יֵשׁ עִמְּךָ מִלְחָמוֹת *abhinc bella tibi erunt;* Esr. 10, 44. יֵשׁ מֵהֶם נָשִׁים *erant inter eas mulieres.* — יֵשׁ אֲשֶׁר *fuit, fuerunt, qui* Neh. 5, 2. יֵשׁ אֲשֶׁר אֹמְרִים *fuerunt, qui dicerent,* v. 4., vel i. q. וַיְהִי כִּ *accidit, ut* Num. 9, 20. 21. — יֵשׁ וָיֵשׁ 2 Reg. 10, 15. *est et est* i. e. *sane, revera.* — יֵשׁ לִי *est,*

sunt mihi h. e. *habeo* Gen. 43, 7. 44, 20. Ruth. 1, 12. 2 Sam. 19, 29., etiam de rebus *inanimatis* Job. 28, 9., כָּל־אֲשֶׁר יֶשׁ־לוֹ *omnia, quae habuit, πάντα τὰ ὑπάρχοντα* Gen. 39, 5. 8.; 2 Chron. 25, 9. יֵשׁ לַיהוָה לָתֶת־לְךָ *est Jovae, quod det tibi,* Prov. 8, 21. לְהַנְחִיל אֹהֲבַי יֵשׁ *quod dem amantibus me, est mihi;* — אֵין יֵשׁ 1 Sam. 21, 9. Ps. 135, 7. *non est.* Cum affixis יֶשְׁךָ *es* Jud. 6, 36., יֶשְׁכֶם *estis* Gen. 24, 49., יֶשְׁנוֹ (cum Nun epenthetico) *est* Deut. 29, 14. 1 Sam. 14, 39. 23, 23. Esth. 3, 8. [Pro יֵשׁ bis scriptum creditur אִשׁ 2 Sam. 14, 19. Mich. 6, 10. sed punctatio insinuat scriptionem defectivam pro אִישׁ *aliquis*].

Tribus Proverbiorum locis 8, 21. 13, 23. 19, 18. *soliditatis* notionem intulit Schultensius, coll. Arab. وشى *solidatus est* (v. Schultens. Clav. p. 247.) et Syr. ܐܝܬܘܬܐ *essentia* Hebr. 1, 3. Pesch.; sed vix opus est; de loco 8, 21. vide supra; reliquorum alter 19, 18., *castigo filium* כִּי יֵשׁ תִּקְוָה, ne speciem quidem habet: commode enim vertas: *dum spes est* (dum sperare licet, castigationem profuturam esse); alter 13, 23. יֵשׁ נִסְפֶּה בְּלֹא מִשְׁפָּט hunc sensum habere videtur: *est, qui* (Prov. 13, 7.) *pereat injustitiâ* (v. B. Michaelis ad h. l.) vel *perversitate.*

תּוּשִׁיָּה vide sub lit. ת.

יָשַׁב (Syr. Chald. Samar. יתב, Arab. وثب *saliit, subsiliit,* in dial. himjar. *sedit*) consedit Gen. 21, 16. 27, 19. Prov. 9, 14. 23, 1., sq. לְ loci Ps. 9, 5. (*auf einen Stuhl sich setzen*), sedit Gen. 19, 1. 2 Sam. 7, 1. Neh. 1, 4. al., sq. בְּ vel עַל loci Ezech. 23, 41. Zach. 6, 13. 1 Reg. 2, 19. Semel dic. de re inanimata Ps. 122, 5. *solia sedent* h. e. collocata sunt (v. Pih.). Ceterum *sedendi* significatio in varias partes versatur. Spec. enim dicitur *sedere* a) qui alicui *insidiatur, impetum in aliquem molitur* Ps. 10, 8. 17, 12. (Job. 38, 40. al. 39, 2.), sq. לְ Jer. 3, 2. Simil. وثب; — b) *exercitus,* qui aliquem locum *tenet* 1 Sam. 13, 16. יֹשֵׁב בְּגֶבַע *castra habebat in Geba,* coll. Jes. 36, 12. 2 Reg. 18, 27. (Sic Cato: hostium magnae copiae contra me *sedebant*) cf. etiam ܝܬܒ sq. ܥܠ; — c) *judex,* qui *jus dicit* adstantibus Ps. 9, 5. 8. et *rex,* qui solio insidens *regnat* (*thronen*) Ps. 55, 20. 102, 13. 123, 1. Zach. 6, 13. (unde יוֹשְׁבִים *regnatores* sunt Jes. 10, 13.), quo sensu etiam junctum habet עַל־כִּסֵּא 1 Reg. 1, 46. Esth. 1, 3.; — d) יָשַׁב עִם est: *consuetudinem, consortium habere cum* al. Ps. 26, 4. 5. coll. 1, 1.; — e) יָשַׁב בָּדָד *solitarium sedere* est *lugere, moerere* Thren. 1, 1. 3, 28. coll. Deut. 21, 13. Neh. 1, 4.; — f) יָשַׁב לִימִין פ׳ *sedere a dextra* al. vel *honoris* est 1 Reg. 2, 19. (1 Macc. 10, 62 sqq.) vel significat *regni societatem* Ps. 40, 1. cf. Knapp. Scripta var. argum. I, p. 39 sqq. — Denique g) formula שִׁבְתְּךָ וְצֵאתְךָ וּבוֹאֲךָ יָדַעְתִּי *sessionem tuam et exitum tuum ingressumque novi* Jes. 37, 28. 2 Reg. 19, 27. est *accurate te novi.*

2) mansit 2 Reg. 2, 2. Jud. 6, 18. 19, 15. Num. 32, 17. 1 Sam. 20, 5. Gen. 22, 5. 24, 55. 29, 19. Exod. 24, 14., יֹשֵׁב אֹהָלִים *domi manens* Gen. 25, 27., addita desidiae et ignaviae notione Jer. 8, 14.; *manere alicui* est vel: exspectare, praestolari aliquem Jer. 3, 2. vel amicum alicui manere Hos. 3, 3. — Gen. 49, 24: וַתֵּשֶׁב בְּאֵיתָן קַשְׁתּוֹ *et manebit firmus arcus ejus.* — 3) habitavit Ps. 133, 1. Gen. 13, 6. 27, 44. a) sq. בְּ loci Deut. 17, 14. 2 Sam. 15, 8. Jer. 35, 7., sq. עַל

Levit. 25, 18. Jer. 25, 5. Ezech. 37, 25. *(über ein Land hin)*; — b) sq. accus. loci Gen. 4, 20. 21. — Partic. יֹשֵׁב subst. *incola* Gen. 4, 20. Jud. 1, 21. 3, 3., plur. יֹשְׁבִים Gen. 19, 25., c. affixo יֹשְׁבָיו 2 Chron. 34, 24. Etiam de *Deo* dicitur vel *coelum* Ps. 2. 4. 1 Reg. 8, 39. vel *templum* inhabitante Ps. 9, 12. 2 Sam. 7, 6.; alibi Jova vocatur יֹשֵׁב הַכְּרוּבִים *habitans inter Cherubos* 2 Reg. 19, 15. 1 Chron. 13, 6. Ps. 80, 2. 99, 1. etc, יֹשֵׁב תְּהִלּוֹת יִשְׂרָאֵל *habitans inter hymnos Israelitarum* Ps. 22, 4. — 4) intrans. habitatus est locus Ezech. 29, 11. 36, 35. Zach. 9, 5. 12, 6. Jer. 17, 6. 25. Jes. 13, 20. Ita *ναίειν* passim ap. Homer. (Il. 9, 153. 295.) et Sophocl. Aiac. flagell. 603, ubi Scholiastes: *ναίεις ἐνεργητικὸν ἀντὶ παθητικοῦ ναίῃ*.

Partic. foem. יוֹשֶׁבֶת Nah. 3, 8. et יוֹשֶׁבֶת Levit. 15, 23. Jud. 4, 5., per syncopen יֹשַׁבְתְּ sec. Kri Jer. 22, 23. sed Cthib habet יֹשַׁבְתִּי cum Jod paragog., infin. absol. יָשׁוֹב 1 Sam. 20, 5., infin. constr. שֶׁבֶת Deut. 1, 6. Ps. 133, 1. cum affixo שִׁבְתִּי 2 Sam. 15, 8. Ps. 139, 2. etc. (aliud vide inter nomina). Imperat. שֵׁב Gen. 20, 15., cum ה paragog. שְׁבָה Gen. 27, 19. Fut. יֵשֵׁב Levit. 15, 6. etc.

Niph. נוֹשַׁב *habitatus, inhabitatus est* Jer. 6, 8. (22, 6. sec. Cthib) Ezech. 12, 20. 26, 17. 19. 38, 12. Exod. 16, 35.

Pih. יִשֵּׁב Ezech. 25, 4. יִשְּׁבוּ טִירוֹתֵיהֶם בָּךְ *sedere facient* h. e. *collocabunt caulas suas in te.* — Hiph. הוֹשִׁיב 1) *sedere fecit, collocavit* 1 Sam. 2, 8. הוֹשִׁיב עִם נְדִיבִים *inter principes collocare,* 1 Reg. 21, 9. 10. 12. — 2) *habitare fecit* Ps. 4, 9. 113, 9., sq. בְּ Gen. 47, 6. 2 Reg. 17, 26. Hos. 12, 10.; — it. *cohabitare secum fecit* mulierem h. e. in matrimonium duxit Esr. 10, 2. 14. 17. Neh. 13, 27. coll. Aethiop. ወሰበ: in Conj. IV. *matrimonium contraxit, uxorem duxit.* — 3) *habitari fecit* terram Ezech. 36, 33. Jes. 54, 3. — Hoph. הוּשַׁב 1) *habitare factus est, habitator factus est* Jes. 5, 8. 2) *habitatus est* Jes. 44, 26., ubi תּוּשַׁב 3. foem. fut., v. Gesen. ad h. l.

שִׁיבָה f. (pro יְשִׁיבָה) *sessio, mansio, habitatio* 2 Sam. 19, 33.

שׁוּבָה v. sub rad. שׁוּב.

שֶׁבֶת f. *id.* Gen. 16, 3. 1 Reg. 10, 19. 2 Chron. 9, 18., est infin. Kal, vide sub ipsa rad.

מוֹשָׁב m. 1) *sessio* i. e. *habitatio* Exod. 12, 40. — — מוֹשַׁב בְּנֵי יִשְׂרָאֵל שְׁלֹשִׁים שָׁנָה וְאַרְבַּע מֵאוֹת שָׁנָה *habitatio Israelitarum* erat *quadringentorum et triginta annorum* i. e. habitarunt in Aegypto 430 annos. — 2) *sedes* h. e. a) locus sessionis 1 Sam. 20, 25. Ps. 1, 1., *sella* Job. 29, 7. — meton. *consessus* hominum Ps. 107, 32.; b) locus habitationis Gen. 27, 39. 36, 43. Ps. 132, 13. Ezech. 48, 15., meton. *incolae* 2 Sam. 9, 12 (domus). — 3) *situs* urbis 2 Reg. 2, 19. Plur. a) in regim. מוֹשְׁבֵי Ezech. 34, 13.; b) מוֹשָׁבוֹת, cum affixo מוֹשְׁבֹתֵכֶם Exod. 10, 23.

תּוֹשָׁב m. *inquilinus, continuo* in loco aliquo *habitans,* ubi jus civitatis non habet, Gen. 23, 4. Exod. 12, 45. Num. 35, 15.

יֶשַׁח m., unde יֶשְׁחֲךָ Mich. 6, 14., vulgo exponitur *depressio,* coll. rad. cognat. שחח; ab aliis *spurcities,* quam de *dysenteria* cum Syro explicat Michaelis in *Suppl.* p. 1170. coll. Arab. وَسَخٌ *spurcities* a rad. وَسِخَ

computruit sordibus v. Alb. Schultens, ad *Job. in indice* et ad *Hariri Cons.* IV, p. 51., sed justo angustius. Certum est, innui aliquid *satietati* contrarium, vel *aviditatem* vel *famem:* quare conferas rad. Arab. شَحَّ *avarus, avidus fuit,* Syr. שׁחא in Ethpah. *exarsit cupiditate, concupivit:* unde יֶשְׁחֲךָ *aviditas tua;* vel potius rad. Arab. وحش in Conjug. IV. *fame exinanitus, famelicus fuit,* in Conjug. V. *inani ventre fuit prae fame, vacuum reliquit stomachum,* interveniente litterarum metathesi, in Arabismo frequentissima, ut יֶשְׁחֲךָ sit *fames tua,* cui bene respondet sq. בְּקִרְבֶּךָ *in ventre tuo.*

יָשַׁט in Kal inusit., Hiph. הוֹשִׁיט *extendit* Esth. 4, 11. 5, 2. 8, 4. Syr. Aphel ܐܘܫܛ *id.*

יִשַׁי nom. propr. patris Davidis 1 Sam. 16, 1 sqq. Lxx. Ἰεσσαί, Syr. ܐܝܫܝ (c. Aleph prosthet.) coll. אִישַׁי 1 Chron. 2, 13. Ipse Davides passim appellatur in sublimiore oratione גֶּזַע יִשָׁי Jes. 11, 1., שֹׁרֶשׁ יִשַׁי 11, 10. (ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί Rom. 15, 12.). Origo voc. non liquet.

יָשַׁם I) *desolatus est* i. q. שָׁמַם, ex quo ortum videtur. Fut. foem. תֵּשַׁם Gen. 47, 19. Ezech. 12, 19. 19, 7., sed plur. תִּישַׁמְנָה Ezech. 6, 6. — II) fortasse i. q. Arab. وسم *signo notavit, designavit,* v. שֵׁם sub lit. שׁ.

יְשִׁימוֹת f. plur. *desolationes* sec. Cthib Ps. 55, 16., sed Kri cum Codd. optimis et Verss. antiq. habet יַשִּׁי מָוֶת *decipiat mors* i. e. *ex improviso irruat.*

יְשִׁימוֹן m. *vastitas, solitudo magna* Deut. 32, 10. Jes. 43, 19. Ps. 68, 8. etc. Syr. ܐܫܝܡܘܢ *desertum;* in cujus א radicis ישם superest vestigium.

יָשַׂם 1) *posuit* i. q. שׂוּם. Inde est fut. cum Vau convers. et ה paragog. וָאָשִׂמָה sec. Cthib Jud. 12, 3. (sed Kri habet וָאָשִׂימָה a שׂוּם). — 2) intransit. *positus est.* Fut. cum Vau convers. וַיִּשֶׂם Gen. 50, 26. et sec. Cthib 24, 33. (ubi Kri habet וַיּוּשַׂם ex Hoph. verbi שׂוּם). Nihili est, quod conferunt Arab. وسم; hoc enim *ponendi* significationem habuisse, doceri non potest.

יִשְׁמְעֵאל v. sub rad. שָׁמַע.

יָשֵׁן vel יָשַׁן duplex radix est: I) *dormivit* (Arab. وسن) Ps. 4, 9. 13, 4. Ezech. 34, 25. Trop. de morte Job. 3, 13. Jer. 51, 39, de segnitie Ps. 44, 24. *cur dormis Jova* i. e. opem nobis ferre cunctaris? Infin. constr. cum praefixo לִישׁוֹן Eccles. 5, 11., fut. יִישַׁן Ps. 121, 4., plur. יִשָׁנוּ (altero Jod emisso) Prov. 4, 16. — Pih. יִשֵּׁן *dormire fecit* Jud. 16, 19.

II) in Kal inusit., Niph. נוֹשַׁן *veteravit, inveteravit* (cogn. سنا et سَنّ) Levit. 21, 11. (morbus), Deut. 4, 25. נוֹשַׁנְתֶּם בָּאָרֶץ (si) *inveteraveritis in terra* h. e. diu in ea habitaveritis; partic. נוֹשָׁן *inveteratum* Levit. 26, 10. [Utramque radicem inter se nexam esse, statuit A. Schul-

TENSIUS in *Commentar.* ad Prov. 29, 6. et in *Clave dialect.* p. 247.; putat enim, ישן proprie significare *fuscari*, Arab. يسن, hinc metaph. a) *dormire, obdormire*: quia *somnus* inducit *fuscationem* sive *offuscationem sensuum*; b) *veterascere*: quia color *fuscus* signum est rerum *veterascentium*].

יָשֵׁן m., יְשֵׁנָה f. *dormiens* 1 Sam. 26, 7. Ps. 78, 65., cum pronom. pro verbo יָשֵׁן 1 Reg. 18, 27. 1 Sam. 26, 12. Cant. 7, 10.; יְשֵׁנֵי אַדְמַת עָפָר Dan. 12, 2. *dormientes in terrae pulvere* h. e. mortui.

יָשָׁן m. *vetus* (opp. *recenti*) Levit. 25, 22. 26, 10., f. יְשָׁנָה Neh. 3, 6. 12, 39. Jes. 22, 11.

יְשָׁנָה nom. oppidi 2 Chron. 13, 19. v. RELAND. p. 861.

שֵׁנָה f. (pro יְשֵׁנָה) *somnus* (Arab. سِنَة) Ps. 90, 5. Prov. 6, 2. Eccl. 5, 11. 8, 16., semel cum א, שֵׁנָא Ps. 127, 2.; רָאָה שֵׁנָה בְּעֵינָיו *somnum videre oculis suis* (TERENT. Heautont. 3, 1, 82.) i. e. *somn. capere* Eccles. 8, 16., נָדְדָה שְׁנָתִי מֵעֵינָי *fugit somnus oculos meos* Gen. 31, 40. — Poet. *somno* assimilatur vita humana, caduca illa et fluxa Ps. 90, 5. Plur. שֵׁנוֹת Prov. 6, 10. 24, 22.

שְׁנָא f. Chald. *id.*, in statu emphat. שִׁנְתָּא, cum affixo שִׁנְתֵּהּ Dan. 6, 19.

שְׁנָת f. *id.* Ps. 132, 4.

ישׁע in Kal inusit., proprie coll. Arab. وسع *spatiosum, laxum, amplum esse, gradu pollere spatioso* v. SCHULTENS. in *Origin. Hebr.* T. I, p. 18 sq. et in *Vindic.* p. 21 sq., cujus sententiam laudat MICHAELIS *in der Beurtheilung der Mittel* etc. p. 270 sq.; deinde transfertur ad *salutis felicitatisque* notionem, ut vicissim ab *angustiae* notione *miseriae* potestas proficiscitur v. HARTMANN. ling. Einl. p. 239 sq. — Hiph. הוֹשִׁיעַ *juvit, opem tulit, opitulatus est* Jes. 45, 20., sq. acc. pers. Jes. 35, 4. Jer. 17, 14. Exod. 2, 17. Ps. 34, 19., sq. לְ Deut. 22, 27. Jer. 11, 12. Ps. 72, 4. 86, 16. — it. *servavit, eripuit*, sq. מִן Jer. 30, 10. Zach. 8, 7. Ps. 7, 2. 34, 7., sq. מִיַּד פְּ Jud. 2, 16. 18. 3, 31. Neh. 9, 27.; spec. *victoriam dedit*, sq. לְ pers. Deut. 20, 4. Jud. 7, 7. 2 Sam. 8, 6. 14. Frequens est formula: הוֹשִׁיעָה לִּי יָדִי, quae duplicem sensum habet: a) *mea ipsius virtute*, nemine adjuvante, *victoriam consecutus sum, vici* Jud. 7, 2. Job. 40, 14., etiam de Deo Ps. 98, 1.; b) *ipse mihi opem tuli* h. e. *ultionem* (privatam) *sumsi*, quam Deo (vel magistratibus) committere debebam 1 Sam. 25, 26. 33. Illo priore sensu legitur etiam זְרֹעִי הוֹשִׁיעָה לִּי Ps. 44, 4. Jes 63, 5. ac de Deo Jes. 59, 16. — Fut. יוֹשִׁיעַ Ps. 34, 19. et ה servato יְהוֹשִׁיעַ Ps. 116, 6., apocop. יֹשַׁע Prov. 20, 22. (semel etiam cum affixo יֹשַׁעֲכֶם Jes. 35, 4., cum Vau convers. וַיּוֹשַׁע Jes. 63, 5. etc.

Niph. נוֹשַׁע 1) *adiutus, servatus est* Jes. 30, 7. 45, 17. Jer. 8, 20. 23, 6. 33, 16., hinc a) *vicit* Deut. 33, 29. (ubi sequitur: *blandientur tibi hostes et excelsa eorum calcabis*), Ps. 33, 16. Zach. 9, 9.; b) *salvus, sospes fuit* Ps. 80, 4. 8. 20. Prov. 28, 18. — 2) *liberatus est*; constr. c. מִן 2 Sam. 22, 4. Ps. 18, 4. Num. 10, 9.

יֵשַׁע et יֶשַׁע m. 1) *liberatio, auxilium* Jes. 5, 5. יֵצֵא יִשְׁעִי *prodibit*, aderit *auxilium meum*; Ps. 20, 7. 51, 14. 85, 8. Hab. 3, 13:

לְיֵשַׁע אֶת־מְשִׁיחֶךָ *ad servandum, liberandum unctum tuum* v. Gesen. Lehrg. p. 688. — 2) *salus* Job. 5, 4. 11. 2 Sam. 23, 5.; הִלְבִּישׁ יֶשַׁע Ps. 132, 16. vel הִלְבִּישׁ בִּגְדֵי יֶשַׁע Jes. 61, 10. *induere aliquem salute vel vestibus salutis* i. e. salvum aliquem praestare v. sub rad. לבשׁ; שִׁית בְּיֶשַׁע *ponere aliquem in salute* eod. sensu Ps 12, 6.; meton. pro *salutis auctore* Jes. 17, 10. Cum affixo יִשְׁעֲךָ et יֶשְׁעֲךָ Ps. 85, 8., יִשְׁעֵךְ Jes. 62, 11.

יְשַׁעְיָה et יְשַׁעְיָהוּ nom. propr. *prophetae* celeberrimi, LXX. Ἠσαΐας 2 Reg. 19, 20. Jes. 1, 1.

יְשׁוּעָה f. 1) *liberatio, auxilium* Jes. 56, 1. Hab. 3, 8. Exod. 14, 13. Ps. 96, 2., spec. *victoria* (v. rad.) 2 Reg. 5, 1. 1 Sam. 14, 45. Jes. 59, 17., it. *absolutio a crimine* in foro Job. 13, 16. — 2) *salus, prosperitas* Jes. 60, 18. 62, 1. Ps. 119, 155. Jes. 26, 18. יְשׁוּעֹת בַּל נַעֲשֶׂה אֶרֶץ *salutes non* (nondum) *facta est terra* h. e. nondum parta est terrae salus. Cum ה paragog. יְשׁוּעָתָה Ps. 3, 3. et יְשֻׁעָתָה Ps. 80, 3. Plur. יְשׁוּעוֹת 2 Sam. 22, 51. et יְשֻׁעוֹת Ps. 53, 7.

מוֹשָׁעוֹת plur. f. *liberationes* Ps. 68, 21.

תְּשׁוּעָה v. sub rad. שׁוע.

יְהוֹשֻׁעַ v. sub יְהוָֹה.

יֵשׁוּעַ nom. propr. 1) virorum, Ἰησοῦς, in libris tantum post babylonicum exilium scriptis frequentatum, quod sunt, qui contractum putent ex יְהוֹשׁוּעַ. Conf. plura in Michaelis *Suppl.* p. 1146. Neh. 8, 17. Esr. 2, 2. 3, 2. 2 Chron. 31, 15. etc. Syr. ܝܫܘܥ. — 2) oppidi Neh. 11. 26.

יָשְׁפֵה Exod. 28, 20. 39, 13. et יָשְׁפָה Ezech. 28, 13. *Jaspis,* gemma varii coloris; Arab. يَسْفٌ, يَسْبٌ, يَشْفٌ. Origo incerta est. v. Bellermann. Urim u. Thum. p. 69 sqq.

יָשַׁר 1) *aequus, planus fuit* (vid. Pih.). Huc referas Hab. 2, 4. עֻפְּלָה לֹא יָשְׁרָה נַפְשׁוֹ *tumidus, non planus* (tropice: *modestus*) est *animus ejus* (Chaldaei). Alii tamen: *prosper est*, v. Wahl. ad h. l. — 2) *rectus fuit* (opp. pravo): a) physice 1 Sam. 6, 12. וַיִּשַּׁרְנָה הַפָּרוֹת בַּדֶּרֶךְ (v. infra) *rectae fuerunt juvencae in via* h. e. recta processerunt; b) ethice in hac formula: *rectum est aliquid* בְּעֵינֵי פ׳ *in al. oculis* h. e. placet, probatur ei 1 Reg. 9, 12. 2 Sam. 17, 4. Jud. 14, 2. 2 Chron. 30, 4. Num. 23, 27. — Fut. יִישַׁר et defect. יִשַׁר 1 Sam. 18, 20.; semel plur. cum dag. forti יִשַּׁרְנָה 1 Sam. 6, 12. v. Gesen. Lehrgeb. p. 390. 276.

Pih. יִשֵּׁר 1) *planum fecit, complanavit* viam Jes. 40, 3. 45, 13. — 2) *rectum fecit* Prov. 9, 15. *rectas facientes vias suas* i. e. rectà procedentes (trop. homines simplices, a dolo et malitia alieni), Prov. 11, 5. 3, 6. *rectas faciet vias tuas* Jova h. e. faciet res tuas bene ac feliciter cedere, — hinc *direxit* 2 Chron. 32, 30 (aquas), Job. 37, 3 (tonitru). — 3) *rectum,* bonum *habuit, existimavit* Ps. 119, 128. כָּל־פִּקּוּדֵי כֹל יִשָּׁרְתִּי *omnia de omni re praecepta* (tua) *recta judico.* — Pyh. part. מְיֻשָּׁר *aequatum, complanatum, diductum* (aurum) 1 Reg. 6, 35. — Hiph. 1) *planum fecit, complanavit,* Ps. 5, 9. הַיְשַׁר לְפָנַי דַּרְכֶּךָ trop. *complana viam tuam ante me* h. e. facias ut tanquam in via plana

incedam, ut non labar (peccem). Sed Cthib legit הושׁר (תּוֹשֶׁר) v. Gesen. Lehrgeb. p. 388. — 2) *rectum fecit* Prov. 4, 25: *palpebrae tuae* (oculi tui) *rectum faciant* sc. visum h. e. rectâ prospiciant (aliena nihil curantes).

יָשָׁר m., יְשָׁרָה f. 1) aequus, planus Jer. 31, 9 (de via). — 2) rectus Ezech. 1, 7. 23. Ps. 107, 7. Job. 33, 27 (ubi in proverbio dic. *rectum curvum facere* i. e. perverse agere), deinde translate Ps. 19, 9. 119, 137., max. in formula: יָשָׁר בְּעֵינֵי פ׳ vel לִפְנֵי פ׳ *rectum videtur alicui* h. e. *placet, probatur* alicui Jud. 17, 6. Deut. 12, 25. 28. Prov. 14, 12. Saepe de personis dicitur α) de Deo: *rectus* i. e. omnis reprehensionis expers Deut. 32, 4.; β) de hominibus: *probus, integer* Ps. 11, 7. Job. 1, 1. 8. 1 Sam. 29, 6., יְשַׁר דֶּרֶךְ Prov. 29, 27., plur. יְשָׁרִים Num. 23, 10., et plenius יִשְׁרֵי לֵב Ps. 7, 11, יִשְׁרֵי דֶרֶךְ Ps. 37, 14.; sed κατ᾽ ἐξοχήν יְשָׁרִים appellantur *Israelitae* Ps. 107, 42. 111, 1. Dan. 11, 17.; סֵפֶר יְשָׁרִים *liber proborum* Jos. 10, 13. 2 Sam. 1, 18. erat volumen carminum antiquorum (sed alii aliter hanc inscriptionem explicant v Wolf. Biblioth. hebr. II, p. 219 sqq.). Substant. יָשָׁר *probitas, integritas* Ps. 37, 37. 111, 8. — Ab eadem *recti* notione proficiscitur haec utraque translatio: a) *proclivis, promtus* (q. d. rectâ tendens) ad aliquid 2 Chron. 29, 34: *Levitae erant* יִשְׁרֵי לֵבָב לְהִתְקַדֵּשׁ *promti animo ad sanctificandum se*; Vulg. parum accurate: *faciliori ritu sanctificantur*. — b) *felix, prosper* (q. d. rectâ tendens ad metam) Esr. 8, 21. v. rad. Pih. 2.

יֹשֶׁר m. 1) propr. *rectitudo viae* Prov. 2, 13. 4, 11. — 2) translate a) objective: *rectum, fas* Job. 6, 25. אִמְרֵי יֹשֶׁר *verba recta* (vera); Prov. 11, 24. חוֹשֵׂךְ מִיֹּשֶׁר *parcus praeter jus et aequum* i. e. justo parcior; Eccles. 12, 10. כָּתוּב יֹשֶׁר *scriptum recte*; Job. 33, 23. *ad indicandum homini* יָשְׁרוֹ i. e. id, quod Deus vult ab hominibus fieri, *officia* hom. — b) subjective: *recta indoles* h. e. *probitas, integritas* animi Prov. 14, 2. sq. לֵב vel לֵבָב Ps. 25, 21. 119, 7. Job. 33, 3.; עַל יֹשֶׁר *ob probitatem, virtutem* Prov. 17, 26.

יִשְׁרָה f. *rectitudo, probitas, integritas* 1 Reg. 3, 6.

יְשֻׁרוּן m. nomen populi *Israelitici* poetic. Deut. 32, 15. 33, 5. 26. Jes. 44, 2. Haud inepte statuit Mercerus (ad Pagnini thesaur. l. sanct. p. 1105.) esse vocab. deminutivum (v. Gesen. L. p. 513.) blanditiae caussa usurpatum, q. d. *rectulus, justulus*, a יָשָׁר. Et in hac eadem sententia sunt Michaelis (Suppl. IV, p. 1185.), Vaterus, Gesenius. Sed alii vertunt: *fortunatum* coll. Arab. يسر in Conjug. II. *prosperavit, secundavit*, v. Rosenmueller. ad Deut. l. c. Cf. Jo. Olpii dissert. de ישרון *praes.* Theod. Hasaeo Bremae 1730.

מִישׁוֹר m. 1) *locus planus, planities* Deut. 3, 10. 4, 43. Jos. 13, 9. 16. 21. 20, 8. Jes. 40, 4. 42, 16. etc. — 2) *rectitudo, justitia* Ps. 45, 7. 67, 5. Jes. 11, 4.

מֵישָׁר m., plur. מֵישָׁרִים, semel מֵשָׁרִים Prov. 1, 3. pr. *rectitudo*, hinc בְּמֵישָׁרִים Prov. 23, 31. et לְמֵישָׁרִים Cant. 7, 10. adverb. *rectâ*; — deinde trop. a) *rectum* Prov. 1, 3. 8, 6. Ps. 58, 2. — b) *justitia* Ps. 17, 2. 96, 10. 99, 4.; adverb. מֵישָׁרִים *juste* Ps. 75, 3. 58, 2., *merito* Cant. 1, 4. — c) *simplicitas, sinceritas* animi Mal. 2, 6. v. Rosenmueller. ad h. l. Huc refert Gesenius etiam Cant. 1, 4: מֵישָׁרִים אֲהֵבוּךָ *sincere amant te* (עֲלָמוֹת v. 3.). Alii, Vulgatum secuti: *probi te amant*, ut מ׳ dictum sit pro אַנְשֵׁי מ׳ sed v. sub. b. — d) *pax, amicitia* Dan.

11, 6: לַעֲשׂוֹת מֵישָׁרִים *ad faciendam, conciliandam pacem, amicitiam.* Praeivit Vulg. — c) *prosperitas* Jes. 26, 7., ubi vid. Rosenmueller.

יְמֵירָא vid. sub rad. מָרָה.

ישש rad. inusit. cum rad. inusit. שׁוּשׁ (quam conf.) eandem *candoris* et *albedinis* significationem habuisse colligitur. Inde sunt

יָשֵׁשׁ *senex,* propr. *canus* 2 Chron. 36, 17.

יָשִׁישׁ *id.* Job. 16, 10., plur. יְשִׁישִׁים Job. 12, 12. 29, 8. 32, 6.

יַת Chald. id. quod hebr. אֵת, nota accusativi. Cum affixo יָתְהוֹן *eos* Dan. 3, 12.

אִיתַי vide sub lit. א.

יתב Chald. id. quod hebr. ישב 1) *sedit, consedit* Dan. 7, 9. 10, 26. — 2) *habitavit* Esr. 4, 17. — Aphel הוֹתֵב *habitare fecit* Esr. 4, 10.

יתד rad. Hebr. inusitat., Arab. وتد (وطد) *firmiter adegit, impegit.* Inde oritur:

יָתֵד foem. 1) *clavus* Ezech. 15, 3., spec. *paxillus tentorii* Jud. 4, 22. 5, 26. Jes. 33, 20. Exod. 35, 18., יְתַד הָאֹהֶל Jud. 4, 21., Arab. وَتِد *clavus, palus, paxillus, qui in terra vel pariete pangitur.* Metaphorice a) *princeps* Zach. 10, 4., quo sensu sumunt Coran. 38, 11. 89, 9. فرعون ذو الاوتاد *Pharao praeditus paxillis* h. e. *circa se habens nobiles,* coll. Jes. 22, 23. 25.; b) *sedes stabilis* Esr. 9, 8. — 2) *pala* Deut. 23, 13.; יְתַד הָאֶרֶג Jud. 16, 14. *spatha textoria* h. e. pecten, quo trama concutitur et imprimitur cf. Braun de vestitu sacerd. lib. I, p. 253. — In regim. יְתַד Jud. l. c., plur. יְתֵדֹת Exod. 38, 20., in regim. יִתְדֹת Exod. 27, 19.

יתח radix inusit., Arab. وتخ *fuste percussit.* Inde est

תּוֹתָח m. Job. 41, 20. Bocharto *fustis* (Arab. ميتخة), aliis *aries* vel *ballista.*

יתם rad. inusit., Arab. وتم *solitarius fuit.* Huc referunt nonnulli אֵיתָם *solitarius vivam* Ps. 19, 14., sed vide תמם.

יָתוֹם m. *pupillus, orphanus* a) utroque parente orbatus Exod. 22, 21. Deut. 10, 18. Ps. 10, 14. 18. etc.; b) patre orbatus Job. 24, 9. Arab. يتيم, Syr. ܝܰܬܡܳܐ *id.* Plur. יְתוֹמִים Exod. 22, 23. Ps. 68, 6. Jes. 9, 17.

יתן radix inusit., Arab. وتن *perennis, indesinens fuit,* de qua vid. pluribus Schultensii *Origg. Hebr.* L. I. c. 8. et *Vindic.* p. 107 sq.

אֵיתָן, semel אֵתָן Job. 33, 19. m. 1) substant. a) *perennitas* aquarum Ps. 74, 15. Exod. 14, 27: וַיָּשָׁב הַיָּם לְאֵיתָנוֹ *et rediit mare ad perennitatem suam* h. e. restitutus est perennis et nativus maris fluxus v. Hackmanni Praecidan. sacr. p. 113 sqq. — b) *firmitas, robur* Gen. 49, 24. — c) *rupes, petra* (a perennitate) Num. 24, 21. Mich. 6, 2. Jer.

49, 19. — d) nom. propr. viri sapientis 1 Reg. 5, 11. 1 Chron. 6, 18. 29., cui Ps. 89., tanquam auctori, tribuitur.

2) adject. a) *perennis* Deut. 21, 4. Am. 5, 24., hinc 1 Reg. 8, 2. יֶרַח הָאֵיתָנִים *mensis perennium* rivorum, fluviorum i. e. Tisri, nostro Octobri respondens. — b) *firmus, validus* Jer. 5, 15., plur. אֵיתָנִים, *potentes, fortes*, Vulg. *optimates* Job. 12, 19. — c) Prov. 13, 15. דֶּרֶךְ בֹּגְדִים אֵיתָן *via* i. e. agendi ratio *improborum pertinax est* (cf. Arab. وتون *repugnantia*); all. *perniciosa* coll. אַכְזָר. Umbreitii interpretatio: *ist ein steter Sumpf* vereor, ut ferri possit.

יָתַר duplex radix esse videtur: I) i. q. Arab. وتر et Aethiop. ותר *tendit, intendit* v. יֶתֶר et מֵיתָר. — II) *reliquus fuit, abundavit, excelluit* (Chald. et Syr. *id.*). In Kal non occurrit nisi partic. יוֹתֵר *reliquum* 1 Sam. 15, 15. sed vide inter nom. deriv.

Hiph. הוֹתִיר 1) transit. a) *reliquum fecit, reliquit* Exod. 10, 15. Deut. 28, 54. 2 Reg. 4, 43. Jer. 44, 7. Jes. 1, 9.; sq. מִן *de aliqua re* aliquid reliquum fecit Exod. 16, 19.; b) *abundare fecit* Deut. 28, 11. 30, 9. — 2) intransitive: *excelluit* Gen. 49, 4. Fut. cum Vau conv. in pausa וַתֹּתַר Ruth. 2, 14.

Niph. נוֹתַר 1) *reliquus factus, relictus est* Exod. 10, 15. Num. 26, 65. 1 Reg. 17, 17. Ezech. 14, 22. 2 Reg. 20, 17. Zach. 13, 8., sq. מִן Exod. 29, 34. Partic. נוֹתָר *relictus, reliquus, reliquum* Exod. 29, 34. 1 Sam. 2, 36., plur. נוֹתָרִים Exod. 28, 10. Levit. 10, 12, f. נוֹתֶרֶת Levit. 2, 3. 10. 6, 9. 10, 12., plur. נוֹתָרוֹת Gen. 30, 36. Levit. 27, 18. — 2) *superstes factus est* in certamine adeoque *superior discessit* Dan. 10, 3: *princeps regni persici mihi* (Gabrieli) *per* 21 *dies restitit; tum Michael - - me adiuvit* (die 22. 23.) *atque ita* נוֹתַרְתִּי אֵצֶל מַלְכֵי פָרָס *superior discessi apud reges Persarum* i. e. obtinui, ut mea consilia valerent; *itaque nunc adsum* die 24. cf. v. 4. Sic locum explicuerunt jam Lutherus (*da behielt ich den Sieg bei dem König*) et Geierus. All. vertunt: *retentus sum a rege Persarum*, sed plur. מַלְכִים vix potest in tali loco pro singul. positus esse. Ceterum istam, quam nos optavimus, verbi potestatem vide annon possis etiam ab *excellendi* notione repetere.

יָתוּהּ vide sub rad. תוה.

יֶתֶר m. 1) *funis, restis* Jud. 16, 7. 8. 9. etc., it. *nervus, chorda* (a *tensione* vel *extensione*) Ps. 11, 2., cum affixo יִתְרִי *nervus* sive *chorda mea* (scil. arcus), sec. Kri Job. 30, 11., sed Cthib habet יִתְרוֹ *nervus* sive *chorda sua*, qua scil. refrenabatur unusquisque illorum, conf. Schultens. in *Commentar.* ad h. l. Plur. יְתָרִים Jud. l. c.

2) a) *reliquum, residuum*, sq. genit., י׳ הַבַּז *reliquiae praedae* Num. 31, 32. (ubi v. Rosenmueller.), י׳ מַמְלָכוּת *reliquiae regni* Jos. 13, 27. Jud. 7, 6.; sed י׳ הָאַרְבֶּה Joel. 1, 4. *quod gryllus reliquerat.* — b) *abundantia* Ps. 17, 14.; hinc adverb. *abunde, valde* Jes. 56, 12. Dan. 8, 9. עַל יֶתֶר *satis superque* Ps. 31, 24. — c) *excellentia, eminentia* Prov. 17, 7. Gen. 49, 3. (ubi abstract. pro concr.), meton. *id, quo quis excellit* Job. 4, 21. 22, 20. Cum affixo יִתְרָם Ps. 17, 14. Passim est nom. propr. virorum Jud. 8, 20. 1 Reg. 2, 5. 1 Chron. 2, 17. 32., unde ori-

tur patronym. יִתְרִי 2 Sam. 23, 38. 1 Chron. 2, 53. — Sed Exod. 4, 18. יֶתֶר legitur pro יִתְרוֹ Jethro, q. v.

יוֹתֵר (particip praes. vide supra): 1) subst. *praestans, praestantia, commodum, emolumentum* Eccles. 6, 8: *quid praestat sapiens insipido?* vel *quid emolumenti est sapienti prae insipido (was hat er vor ihm voraus)?* v. 11: מַה־יּוֹתֵר לָאָדָם *quid emolumenti percipit* (inde) *homo?* — 2) adv. a) *amplius, magis* Eccles. 2, 15. 7, 11. Esth. 6, 6., sq. relat. *praeterea quod* Eccles. 12, 9. — b) *abunde, nimium* Eccles. 7, 16. v. Hartmann. in Wineri Zeitschr. I, p. 40.

יוֹתֶרֶת f. Exod. 29, 13. 22. Levit. 3, 4. 10. 15. 4, 9. 7, 4. 8, 16. 25. 9, 10. 19. vulgo *reticulum hepatis* h. e. *membrana hepar ambiens*, rectius auctore Bocharto in *Hieroz.* P. I, p. 498 sq. *major hepatis lobus* h. e. pars jecoris quae excedit, quomodo lobi et appendices; Arabes vocant زِيَادَة a زَادَ *excedere, redundare.* Avicenna زِيَادَة ita describit. „Hepar habet quaedam *Zawaid* i. e. *augmenta* (vel processum quosdam), quibus stomachum amplectitur eique adhaeret, quorum augmentorum maximum illud est, quod speciali nomine *Zaida* vocatur. Illi autem fel incumbit, unde ad inferiora extenditur." etc. Ikenius in Dissert. de *Ablegminibus sacrificiorum* c. 1. §. 10 sq. intelligit *diaphragma*, sic dictum ab Arab. وَتَرَ *discrevit, distinxit.* Conf. Fulleri *Miscell. S.* L. V. c. 14.

יַתִּיר 1) Hebr. nom. oppidi in tribu Jud. Jos. 15, 48. (Ἰεθειρά Euseb.?) — 2) Chald. *amplus, excellens* Dan. 2, 31., foem. יַתִּירָא Dan. 5, 12. et יַתִּירָה 4, 33. 5, 14. 6, 4., it. *abundans*, adverbialiter *abunde, valde* Dan. 3, 22. 7, 7. 19.

יִתְרָה f. *residuum* Jes. 15, 7. Jer. 48, 35.

יִתְרוֹן m. 1) *excellentia, praestantia* Eccles. 2, 13: *vidi praestare sapientiam stultitiae, quemadmodum praestat lux tenebris.* — 2) *emolumentum* (coll. rad. Syr. יתר *lucrifecit*) Eccles. 1, 6. 2, 11. 3, 9. 5, 8. 15. etc., unde cum כּ, כִּיתְרוֹן, ex Syriasmo pro כְּיִתְרוֹן Eccles. 2, 13. Syr. ܝܘܬܪܢܐ *id.*

יִתְרוֹ nom. propr. soceri Mosis, alibi יֶתֶר et חוֹבָב Exod. 3, 1. 4, 18.

מוֹתָר m. 1) *abundantia* Prov. 14, 23. 21, 5. opp. מַחְסוֹר. — 2) *praestantia* Eccles. 3, 19.

מֵיתָר m. 1) *restis, funis.* Plur. cum affixo מֵיתְרֵיהֶם Num. 3, 37. 4, 32. — 2) *nervus, chorda* arcus Ps. 21, 13.

כ

כְּ *comparandi* particula notans 1) *similitudinem: instar, ad modum* (κατά) 1 Sam. 25, 36: מִשְׁתֶּה בְּבֵיתוֹ כְּמִשְׁתֵּה הַמֶּלֶךְ *convivium in domo ejus convivii instar regii*, Ps. 1, 3: הָיָה כְּעֵץ שָׁתוּל *est arboris instar plantatae* (v. sub הָיָה); hinc reddi potest: *ut, velut, tanquam:* Gen.

9, 3: כְּיֶרֶק עֵשֶׂב נָתַתִּי לָכֶם אֶת־כֹּל *ut herbam viridem dedi vobis omnia;* Thren. 3, 12: וַיַּצִּיבֵנִי כַּמַּטָּרָה *statuit me tanquam scopum;* Gen. 21, 16: הַרְחֵק כִּמְטַחֲוֵי קֶשֶׁת *digredi, ut sagittarii* (facere solent) h. e. ad jactum arcus, Jes. 1, 7. Ps. 78, 69. 89, 37. De phrasib. מָשָׁל כְּ, חָשַׁב כְּ vide sub his radd. — Bis repetitum כְּ, כְּ et וְכ, כְּ non solum legitur, ubi duo simul cum alia quadam re conferuntur Cant. 1, 5., sed sexcenties, ubi alterum alteri comparatur ita ut sit: vel a) *sicut, ita* 1 Reg. 22, 4: כְּעַמִּי כְּעַמֶּךָ *sicut populus meus, ita populus tuus,* Gen. 18, 25: כַּצַּדִּיק כָּרָשָׁע *sicut probus, ita improbus,* Hos. 4, 9. — vel b) *tam, quam* Deut. 1, 17: כַּקָּטֹן כַּגָּדֹל תִּשְׁמָעוּן *tam parvum quam magnum audietis,* Ezech. 18, 4: כְּנֶפֶשׁ הָאָב וּכְנֶפֶשׁ הַבֵּן *tam patris quam filii anima,* Levit. 24, 16. — 2) *convenientiam* cum aliqua norma: *secundum, κατά* Jos. 6, 15: כַּמִּשְׁפָּט הַזֶּה *secundum hanc consuetudinem;* Thren. 3, 64: כְּמַעֲשֵׂה יְדֵיהֶם *secundum opera manuum ipsorum* (i. e. quemadmodum meruerunt); 1 Sam. 13, 14: אִישׁ כִּלְבָבוֹ *vir secundum ejus animum* h. e. qualis ipsi placet, probatur; Ps. 7, 18: אוֹדֶה יי כְּצִדְקוֹ *celebrabo Jovam secundum justitiam ipsius* h. e. quemadmodum meretur ejus justitia; Ps. 78, 72: כְּתֹם לְבָבוֹ *secundum integritatem animi sui* h. e. quemadmodum flagitabat animi integritas h. e. *animo integro,* 2 Reg. 1, 17. Prov. 24, 12. Jer. 17, 10. Num. 14, 19. Deut. 9, 10. — Huc pertinet etiam Zach. 2, 10: *expandam vos* כְּאַרְבַּע רוּחוֹת *secundum quatuor* coeli *plagas* h. e. ita ut sedes vestrae accommodatae sint ad c. plagas, respondeant quasi c. plagis; quanquam hic ad sensum reddi potest: *versus,* graec. *κατὰ τοὺς ἀνέμους.* — 3) Cum *simile* id dicatur, quod ad alicujus rei formam et indolem *proxime accedat,* factum est, ut כְּ etiam significaret a) *circiter, ferme,* maxime ubi de rerum vel copia vel mensura agitur: Exod. 12, 37: כְּשֵׁשׁ־מֵאוֹת אֶלֶף רַגְלִי *sexcenta circiter millia peditum,* 1 Reg. 22, 6, Exod. 32, 28. 4, 13. etc.; Num. 11, 31: כְּדֶרֶךְ יוֹם *circiter unius diei spatium;* Jos. 10, 13: כְּיוֹם תָּמִים *diem circiter integrum,* Dan. 6, 1.; Ruth. 2, 17: וַיְהִי כְּאֵיפָה שְׂעֹרִים *fuit circiter epha hordei,* adde 1 Sam. 14, 14. 20, 3. Graeci et ipsi dicunt ὡς (Diod. Sic. 5, 2. Herod. 2, 130. Act. 1, 15.), ὡσεί nec non *κατά,* Romani *ad* Liv. 4, 59. 8, 18. — b) *circa (sub* Flor. 2, 11. 17. Virg. Geo. 4, 16.), de temporis aliquo momento, quod non accurate definitur (differt igitur a בְּ temp.): Exod. 11, 4: כַּחֲצֹת הַלַּיְלָה *circa mediam noctem (um Mitternacht);* Dan. 9, 21: כְּעֵת מִנְחַת עָרֶב *circa tempus sacrificii vespertini (um die Zeit, zur Zeit);* Gen. 39, 11: כַּיּוֹם הַזֶּה *circa hunc diem,* Gen. 18, 10. Jes. 8, 23.

Alia est ratio hujus praeverbii, ubi infinitivo junctum de *tempore* dicitur 1 Sam. 5, 10: כְּבוֹא אֲרוֹן עֶקְרוֹן וַיִּזְעֲקוּ הָעֶקְרֹנִים *ut venit arca Ecronem, vociferati sunt Ecronitae,* Lxx. ὡς εἰσῆλθεν κιβωτὸς εἰς Ἀσκάλωνα, καὶ ἐβόησαν οἱ Ἀσκαλωνῖται. Hic duae res gestae inter se comparantur (ut illud factum est, ita hoc), nec tamen in universum, sed quod ad *tempus* attinet, in quod incidebant, ita ut sensus sit: *eodem utrumque momento factum, simulac* illud factum, factum etiam hoc est. Graeci simil. *ὡς* ponunt. Ceterum tripartitus est hic vocabuli usus: a) Gen. 39, 18: כַּהֲרִימִי קוֹלִי *ubi sustuli vocem meam,* Esth. 5, 2: כִּרְאוֹת הַמֶּלֶךְ *ubi vidit rex,* Jud. 2, 4. 1 Sam. 2, 13. Esr. 10, 9.; b) Ps. 12, 9: כְּרֻם זֻלּוּת בְּנֵי אָדָם *ut surgunt* (impii), *terror hominum sunt;* c) Deut. 16, 6: *ut (quando) in eo erit sol, ut occidat,* Jer. 25, 12: כִּמְלֹאת שִׁבְעִים שָׁנָה *ut, cum completi erunt septuaginta anni,* Gen.

44, 30. etc. Non multum discrepant loci, in quibus כְּ praefixum est *nominibus verbalibus* Jes. 23, 5: כַּשֵּׁמַע צֹר, 2 Chron. 12, 1: כְּחֶזְקָתוֹ *ut robur* (novum) *sumsit*, Jes. 30, 19. 18, 5. Rarius cum *participiis* copulatur eodem sensu: Gen. 38, 29: כְּמֵשִׁיב יָדוֹ יָצָא אָחִיו *cum retraheret manum suam, exiit frater ejus*, 40, 10: כְפֹרַחַת עָלְתָה נִצָּהּ *cum germinaret, extulit se flos ejus.*

Addunt, כְּ passim pleonastice poni (Rabbini vocant כְּ *veritatis*), minus recte; nam in istis etiam quos afferunt locis vim suam retinet. Scil. Exod. 22, 24: לֹא־תִהְיֶה לוֹ כְּנֹשֶׁה vertendum est: *non eris ipsi* h. e. non geres te erga ipsum *ut foenerator*; 1 Sam. 10, 27: וַיְהִי כְּמַחֲרִישׁ non signif. *surdus fuit*, sed *surdo similis fuit, surdi speciem prae se tulit;* Neh. 7, 2: כִּי הוּא כְּאִישׁ אֱמֶת hunc sensum habet: *is fuit quemadmodum vir fidus et verax (esse solet*, debet). ὡς ἀληθής v. Wineri Grammat. N. T. p. 205. Scil. hae sententiae הוּא אִישׁ אֱמֶת et הוּא כְּאִישׁ א׳ ita a se invicem differunt, ut *illa* praedicatum simpl. adjiciat, *haec* vero, contentione instituta, certum quendam hominem imagini ac formae viri probi parem esse doceat. Adde Job. 24, 14. Jes. 1, 7. 10, 13. 13, 6. al. Nec potestate sua caret כְּ in his duobus locis Jes. 1, 9: הוֹתִיר לָנוּ שָׂרִיד כִּמְעָט *reliquit superstites nobis ut paululum (paucos)* h. e. tot, ut si paullum (hominum) reliquum est, et Num. 16, 21: אֲכַלֶּה אֹתָם כְּרָגַע *consumam eos ut* (uno) *temporis momento* (fieri solet), vel ut unum temporis momentum consumitur h. e. praeterit.

Haud ita raro כְּ ponitur, ubi totum aliquod cum parte rei confertur. Eorum autem locorum duplex genus est: a) Ps. 18, 34: רַגְלַי כָּאַיָּלוֹת *pedes mei similes cervis sunt* h. e. ita veloces, ut cervi, velocissimum animal, esse solent. Qui in hac sententia כאילות dictum volunt pro כְּרַגְלֵי אילות, ii putidum quid postulant a poeta nec intelligunt, istam quoque elegantem esse comparationem; Hab. 3, 4. Ps. 103, 5. Sed Ps. 48, 7: רְעָדָה אֲחָזָתַם חִיל כַּיּוֹלֵדָה huc non spectat; ita enim expedienda haec verba: *cepit eos dolor ut* (qualis) *parturientem* capere solet. — b) per breviloquentiam haec sunt Prov. 19, 12: *ira regis* est נַהַם כַּכְּפִיר i. e. נַהַם כְּנַהַם כְּפִיר *rugitus ut leonis catuli.* Simil. Hom. Il. 17, 51. κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι, Xenoph. Cyrop. 5, 1, 4. ὁμοίαν ταῖς δούλαις εἶχε τὴν ἐσθῆτα cf. Schaefer ad Apollon. Rhod. II, p. 161. Fritzsche Conjectan. in N. T. I, p. 2 sqq. Winer. Grammat. N. T. p. 98.

Denique non satis recte contendunt (Gesen. L. p. 837.), post כְּ saepenumero omitti praeverbium בְּ; certe magna est locorum, quos afferunt, varietas. Nam a) Jes. 5, 18. ad v. כַּעֲבוֹת e priore hemistichio facile repetes בְּ. Vicissim Job. 29, 23. יִחֲלוּ כַמָּטָר לִי nota dat., quae primario duntaxat voc. adjecta est, referenda etiam ad id, in quo comparatio continetur, licet hoc praemissum sit illi. — b) Jes. 9, 3. הַחִתֹּתָ כְּיוֹם מִדְיָן vertas: *frangis* (jugum) *ut dies midian.* h. e. ut clades Midianitis inflicta aliud jugum fregit, 1, 25. אֶצְרֹף כַּבֹּר סִיגָיִךְ *expurgabo, ut sal laxivii, scorias tuas* i. e. ut sal lax., cum adhibetur, expurgare solet sordes, Job. 30, 14. כְּפֶרֶץ רָחָב יֶאֱתָיוּ bene interpretatus est Umbreitius: *gleich einem breiten Mauerrisse kommen sie (die Feinde)*, Am. 9, 11. *exstruam, instaurabo eam* (domum David.) כִּימֵי עוֹלָם *ut dies pristini* sc. eam exstruxerunt et ornarunt (tempori tribuitur a poeta, quod Deus illo tempore fecit), nisi mavis ita interpretari: *secundum dies pristinos*, κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ αἰῶνος h. e. sic

ut pristinae domus davidicae tempora normae mihi sint in instaurando; Hos. 9, 9. Ps. 95, 8. — c) audaciora haec sunt: *Jova surget ut mons Perazim, succensebit ut vallis Gibeon* Jes. 28, 21. Ps. 106, 9. In his agnosces imperfectam comparationem, quam noli supplenda voc. כְּ perfectam reddere; hoc enim est poetam e pedestris orationis tenuitate metiri.

Cum affixis: כָּכֶם Jud. 8, 2. כָּהֶם 2 Reg. 17, 15., alibi interposita syll. מוֹ, כָּמוֹנִי Gen. 44, 15. כָּמוֹךָ Gen. 44, 18. כָּמֹהוּ 1 Sam. 10, 24. v. infra כְּמוֹ.

כָּאַב (כָּאֵב?) *doluit* sive corpore sive animo, *dolore affectus est* Gen. 34, 25. Ps. 69, 30., sq. עַל caussae Job. 14, 22. Syr. Chald. (Am. 6, 6. Nah. 3, 19.) *id.*, Arab. كَأَبَ *moestus fuit* (v. tamen SCHULTENS. ad Job. 5, 18.). Fut. יִכְאַב Prov. 14, 13. — Hiph. הִכְאִיב *dolore affecit* Job. 5, 18. Ezech. 28, 14., sq. acc. pers. Ezech. 13, 22. Sed תַּכְאִיבוּ 2 Reg. 3, 19. potius per Syriasmum (v. GESEN. L. p. 374.) dictum est pro תַּכְבִּיבוּ *perdetis* (agros), ex significatione radicis Syr. כבב *nocuit*, Arab. *perdidit, destruxit* (LXX. ἀχρειώσατε), nisi velis cum GESENIO interpretari: *dolore afficietis agrum* h. e. *aegrum* quasi i. e. sterilem *reddetis*, vel cum SCHULZIO: *facietis dolorificum* h. e. talem, qui colentibus dolorem afferat (עִצְּבוֹן יָדַיִם *dolor manuum* est *labor*).

כְּאֵב m. *dolor* corporis et animi Jes. 17, 11. 25, 15. 65, 14. Job. 2, 13., cum affixo כְּאֵבִי Ps. 39, 3. Jer. 15, 18.

מַכְאוֹב m. *dolor, afflictio* Ps. 69, 27. Eccles. 1, 18. Thren. 1, 12. 2 Chron. 6, 29., plur. מַכְאוֹבִים Ps. 32, 10. Eccles. 2, 23. et מַכְאֹבוֹת Jes. 53, 3.

כָּאָה (vicin. rad. כהה) *increpuit* coll. Syr. ܟܐܐ. In Kal inusit., Niph. נִכְאָה 1) *increpari* Job. 30, 8. נִכְּאוּ מִן הָאָרֶץ (c. dag euphon.) praegnant. *increpabuntur* et ejicientur *e terra* (al. repetunt a נכא: *pelluntur e terra* vid. UMBREIT.); — hinc 2) *tristis factus, moerore affectus est, animo fracto, abjecto fuit* Dan. 11, 30. Ps. 109, 16. (Arab. كأ *moesto, pavido, pusillo animo fuit*). — Hiph. *contristare, affligere* Ezech. 13, 22.

כָּאָה vid. sub הֵלְכָה.

כָּבַד et **כָּבֵד** (Jud. 20, 34.) **gravis fuit vel factus est** (Arab. كبد) Job. 6, 3. Frequentius trop. a) i. q. molestus fuit sq. עַל pers. 2 Sam. 13, 25. Exod. 5, 9. Jes. 24, 20. Huc pertinet formula עַל פ׳ vel יָדִי כָּבְדָה אֶל *manus mea gravis est* (incumbit) *alicui* h. e. vexo, premo, affligo aliquem Ps. 32, 4. Job. 33, 7. 1 Sam. 5, 6. 11. (de Jova), Jud. 1, 35: וַתִּכְבַּד יַד בֵּית־יוֹסֵף וַיִּהְיוּ לָמַס *vexavit* eos *gens Josephitarum ut tributarii fierent*. — b) i. q. magnus, vehemens, copiosus fuit Gen. 18, 20. *gravia sunt eorum peccata*; hinc *invalescere, ingravescere* (de certamine) Jud. 20, 34. 1 Sam. 21, 3. — c) prae gravitate *iners* et *impeditus fuit ad sentiendum ac se movendum* (conf. אֱוִיל) i. e. *hebes fuit* Gen. 48, 10 (de oculis), Jes. 59, 1 (de auribus cf. Coran. 17, 48.), *torpuit* Exod. 17, 12. Job. 23, 2 (de manu), etiam de animo *obdurato*, qui flecti nequit Exod. 9, 7. — d) *in honore fuit, honora-*

tus est Jes. 66, 5. Job. 14, 21. Ezech. 27, 25. (*βάρος δόξης* 2 Cor. 4, 17.). Fut. יִכְבַּד Job. 33, 7.

Niph. נִכְבַּד 1) *gravis* (copiosus) *factus est, fuit* Prov. 8, 24: נִכְבַּדֵּי מָיִם (c. dag. euphon.) *graves aquis* h. e. abundantes aquis; hinc נִכְבָּדִים simpl. sunt *graves opibus* i. e. *opulenti, divites* Jes. 23, 8. — 2) *honoratus, honore affectus est* Gen. 34, 19. Num. 22, 15. Jes. 43, 4. 49, 5. 2 Reg. 14, 10: הִכָּבֵד *honoratus esto* h. e. habeto tibi hunc honorem, contentus sis honore; נִכְבָּדִים *honorati, nobiles* Ps. 149, 8. Nah. 3, 10., foem. נִכְבָּדוֹת neutr. *gloriose facta* Ps. 87, 3. — 3) *illustrem, magnum se praestitit* 2 Sam. 6, 20. Ezech. 39, 13., sq. בְּ pers. Exod. 14, 17: בְּהִכָּבְדִי בְּפַרְעֹה *dum illustrem me praesto in Pharaone* h. e. iis, quae de Pharaone sumo, suppliciis.

Pih. כִּבֵּד 1) *gravem reddidit* h. e. *durum, inertem reddidit, induravit* (animum) 1 Sam. 6, 6. — 2) *honoravit, honore prosecutus est* 2 Sam. 10, 3. 1 Chron. 19, 3. Exod. 20, 12. Prov. 3, 9. Num. 22, 17. Ps. 15, 4. (homines), Jes. 29, 13. Ps. 50, 23. (Deum), sq. לְשֵׁם יְהוָה Ps. 86, 9., sq. לְ pers. Dan. 11, 38., sq. dupl. accus. Jes. 43, 23: זְבָחֶיךָ לֹא כִבַּדְתָּנִי *sacrificiis tuis me non honoras* (q. d. sacrificia tua offerens me non honoras). — Pyh. כֻּבַּד *honoratus est* Jes. 58, 13. Prov. 13, 18. 27, 18.

Hiph. הִכְבִּיד 1) *gravem fecit, reddidit* 1 Reg. 12, 10. 14: אָבִיךָ הִכְבִּיד אֶת־עֻלֵּנוּ *pater tuus* (Salomo) *grave fecit onus nostrum* (tributorum), 2 Chron. 10, 10. Jes. 47, 6. Thren. 3, 7: הִכְבִּיד נְחָשְׁתִּי *gravia fecit vincula mea* h. e. gravia vincc. mihi injecit. — 2) *inertem, hebetem reddidit* Jes. 6, 10 (aurem), it. *durum reddidit, induravit* Exod. 8, 11 (animum). — 3) *honoravit, honoribus auxit, illustrem reddidit* Jes. 8, 23 (opp. הֵקַל), Jer. 30, 19., intrans. 2 Chron. 25, 19: נְשָׂאֲךָ לִבְּךָ לְהַכְבִּיד *extulit se animus tuus ad gloriandum* h. e. ut ipsi tibi honorem, gloriam tribueres, sumeres.

Hithpah. הִתְכַּבֵּד 1) se ipsum honoravit, *gloriatus est* Prov. 12, 9. — 2) *multiplicavit se* Nah. 3, 15. (ita ap. VARRONEM *graves greges pavonum* sunt pro *numerosis*).

כָּבֵד m. 1) gravis a) proprie (multum ponderis habens) 1 Sam. 4, 18. 2 Sam. 14, 26. 1 Reg. 12, 4. — b) translate i. q. difficilis, arduus Prov. 27, 3. Exod. 18, 18. Num. 11, 14. Neh. 5, 18.; i. q. molestus (*drückend*) Gen. 12, 10. 41, 32 (fames gravis), 50, 10 (luctus gr.), Ps. 38, 5 (peccatum grave h. e. animum oneris instar deprimens); i. q. numerosus, copiosus 1 Reg. 10, 2. 6, 14. Jes. 36, 2.; i. q. dives (gravis opibus) Gen. 13, 2.; i. q. gravitate sua ad agendum iners, impeditus Exod. 4, 10., כִּבְדֵי לָשׁוֹן *graves linguâ* i. e. qui utuntur lingua impedita Ezech. 3, 5. 6. — In regim. כְּבַד Exod. 4, 10. et כֶּבֶד Jes. 1, 4. — 2) substant. jecur (كَبِدٌ et كِبْدٌ) Exod. 29, 13. 22. Levit. 3, 4. 10. 15. Ezech. 21, 26. Thren. 2, 11. etc., quia *omnium viscerum gravissimum est et densissimum*, auctore GALENO de *Usu partium* L. VI. c. 17., unde lat. *jecur* sunt, qui deducant a יָקָר. Veteres *jecur* pro sede *cupiditatis, amoris* et *libidinis* habuerunt, conf. EUSTATHIUS ad HOM. *Odyss.* XI, 577. et BARTHIUS *Adversar.* L. VII. c. 12., unde ex vibratiore *jecinoris* assultu Erasistratus medicus Antiochi in novercam Stra-

tonicen *amorem* collegisse perhibetur. Hinc *jecur transfigere* Prov. 7, 23. est *amore incendere*. Similibus phrasibus ANACREON *Od.* III, 28. THEOCRITUS *Idyll.* XI, 16. XIII, 71. HORATIUS L. I. *Epist.* XVIII, 72. et *Carm.* L. I. *Od.* I, 15. L. IV. *Od.* I, 12. in *re amatoria* usi sunt. Idem faciunt Arabes verbo صدع *fidit*, cujus exemplum habet HARIRIUS *Consess.* V., ubi p. 165. et in *Commentar.* ad Prov. l. c. conf. SCHULTENS. *Effundi hepar in terram* dicitur in gravissimis animi vulneribus et doloribus Thren. 2, 11. conf. Job. 16, 13. 20, 25. Similes Arabum locutiones vid. apud eundem in *Commentar.* ad Prov. 23, 32.

כָּבֵד Jes. 1, 4. vide sub כָּבֵד n. 1.

כָּבוֹד m. (semel fem. Gen. 49, 6.) propr. *pondus grave, gravitas* (quo nonnulli referunt Prov. 25, 27. v. infra; translate: a) *honor, gloria* (subject.) Prov. 26, 1. 8. Ps. 19, 2. 79, 9., יָהַב כָּבוֹד לְ honorem habere alicui, *celebrare aliquem* Ps. 29, 1. 9., שׂוּם כָּבוֹד לְ *honorare* aliquem Jos. 7, 19. Sic Lat. *pondus* pro *auctoritate* venit et *existimatione*, Malabarice kanâm *pondus* est et *honor*, vid. *Relat. Malabar.* Contin. XXV, p. 111. et Apostolus dixit *βάρος δόξης* 2 Cor. 4, 17. — b) *splendor, magnificentia, gloria* (object. h. e. id, quo quis gloriari potest) Esth. 1, 4. Hagg. 2, 8: מִלֵּאתִי אֶת־הַבַּיִת הַזֶּה כָּבוֹד *implebo domum hanc* (templum) *splendore, ornatu*, 1 Sam. 2, 8: כִּסֵּא כָבוֹד *thronus splendidus, magnificus*, meton. Jes. 35, 2: כְּבוֹד הַלְּבָנוֹן *magnificentia* (gloria, decor) *Libani* i. e. silvae, arbusta Lib. Hos. 4, 7. Jes. 17, 4. — Hinc *majestas* Dei Ps. 24, 7. Exod. 33, 18. Jes. 59, 19. 60, 1., max. *fulgor* ille *igneus*, quo circumfusus Jova in terris aut nubibus comparet (*δόξα κυρίου* cf. 1 Tim. 6, 16.) Exod. 24, 17. 40, 34. Num. 14, 10. 1 Reg. 8, 10. Jes. 6, 3. Ezech. 10, 4. 11, 22. al. — c) in oratione poet. *animus*, tanquam *potior* et *dignior* hominis pars (al. idem esse censent, quod כָּבֵד propr. *jecur*) Ps. 7, 6. 16, 9. 30, 13. 57, 9. Gen. 49, 6. — d) *copia, divitiae, opes, opulentia* Gen. 31, 1. Jes. 10, 3. Nah. 2, 10.

In loco, quem supra tetigimus Prov. 25, 27. magna est interpretum dissensio. Verba haec sunt: *multum mellis comedere non est bonum* וְחֵקֶר כְּבֹדָם כָּבוֹד. Et ARNOLDIUS quidem (zur Exeget. u. Kritik d. A. T. I, p. 155 sqq.), quem sequitur DATHIUS, legi vult: הֹ כָבוֹד מִכָּבוֹד ac voci חקר, coll. Arab. حقر, tribuit *contemtus* significationem, ut hic nascatur sensus: *contemtus gloriae venit ex gloria* i. e. multum gloriae affert ei, qui gloria floret, fastidium, ipsius gloriae contemtum. Sed vix a te impetrabis, ut voci tam frequenti novam ex Arabia petas significationem: itaque cum suffix. ָם— non habeat, quo commode referatur, vel cum MUNTINGHIO legendum consemus חֵקֶר כָּבוֹד מִכָּבוֹד vel cum UMBREITIO חֵקֶר כְּבֹדָם כָּבוֹד hoc sensu: *pervestigatio honoris* (honorum) *molestia, Ergründung der Ehre ist Schwere.*

כָּבֹד adject., unde foem. כְּבוּדָּה (pro כְּבֵדָה), *magnificus, splendidus* Ps. 45, 14. Ezech. 23, 41.

כֹּבֶד m. *gravitas* Prov. 27, 3. Jes. 21, 15. *vehementia* Jes. 30, 27., *copia, multitudo* Nah. 3, 3.

כְּבוּדָּה (pro כְּבֵדָה) f. Jud. 18, 21. collect. *res pretiosae*, sec. all. *impedimenta* (gallice *Bagage*).

כְּבֵדֻת f. *gravitas, difficultas* Exod. 14, 25.

כָּבָה *exstinctus est* (Arab. كبا *cineribus tectus fuit ignis*) proprie Levit. 6, 5. Prov. 26, 20. 31, 18. 1 Sam. 3, 3., translate Jer. 7, 20. 2 Reg. 22, 17. de ira Jovae, quae igni assimilatur; Jes. 43, 17. de hostibus, qui pereunt, sicut ellychnium aquis immissum (parall. דָּעַךְ). — Pih. *exstinxit* propr. Jes. 1, 31. 42, 3., trop. *iram* Jovae Jer. 4, 4., *amorem* Cant. 8, 7., add. 2 Sam. 14, 7: כִּבּוּ אֶת־גַּחַלְתִּי אֲשֶׁר נִשְׁאָרָה *exstinguere conantur prunam, quae mihi relicta est* h. e. filium, qui unus superstes mihi est.

כָּבַל rad. inusit., convenit cum חבל propr. *vinxit, obstrinxit* (sicut כשל convenit cum חשל sensu *debilitatis*, כתת cum חתת sensu *contusionis* etc.) Arab. كبل *constrinxit, ligavit,* Syr. ܟܒܠ *compedivit, ligavit, vinxit,* Chald. *id.* Inde oriuntur:

כֶּבֶל m. *compes*, qua pes *vincitur* Ps. 105, 18., plur. in regim. כַּבְלֵי Ps. 149, 8. Arab. كَبْلٌ et كِبْلٌ, Syr. ܟܒܠܐ.

כָּבוּל 1 Reg. 9, 13. nom. propr. tractus Galilaeae, 20 oppida complexi, quem Salomo Hiramo regi Syr. concessit. Vulgo: *terra in pignus amicitiae data* (v. Simon. Onom. p. 417.); sed aliam vocis explicationem proposuit Josephus (Antt. VIII, 5, 3.) τὸ χαβαλὼν κατὰ φοινίκην γλῶτταν οὐκ ἀρέσκων σημαίνει; quanquam, unde petierit, non liquet.

כָּבַן, rad. Hebr. non usit., Syr. ܟܒܢ *cinxit,* Talm. כַּבַּן *ligavit, colligavit.*

מַכְבַּנַּי nom. propr. Gaditae 1 Chron. 12, 13.

כָּבַס *lavit,* vestes (ut רחץ *corpus*). Non occurrit nisi part. כֹּבֵס substant. *lotor vestium, fullo,* qui vestes mundat et dealbat (v. Winer. Lexic. bibl. II, p. 736 sq.) 2 Reg. 18, 17. Jes. 7, 3. 36, 2. (Propr. non videtur differre a כבש *subigere;* subigendo enim h. e. tundendo calcandove vestes lavabantur v. Lette in Symbol liter. Brem. III, p. 593 sq.). — Pih. כִּבֵּס et כִּבֶּס (Levit. 13, 6. 14, 8. etc.) *lavit, abluit* a) *vestes* Gen. 49, 11. 2 Sam. 19, 24. Exod. 19, 10. Levit. 13, 34. 15, 8. 11. 13. 27. 17, 15. Num. 19, 7. 10. 19., hinc Partic. plur. מְכַבְּסִים *lavantes* h. e. *fullones* Malach. 3, 2. — b) metaph. *lavit aliquem* vel *al. animum* מֵרָעָה Jer. (2, 22.) 4, 14; מֵעָוֹן Ps. 51, 4, h. e. *purgavit a peccatis.* — Pyh. כֻּבַּס *lotus est* (de vestibus) Levit 13, 58. 15, 17. — Hothpahal infin. הֻכַּבֵּס Levit. 13, 55. 56. *lavari* v. Gesen. L. p. 249.

כָּבַע rad. Hebr. inusit., i. q. גבע et קבע, q. v.

כּוֹבַע m. *galea* Ezech. 38, 5., semel cum Patach, ex confusione cum sq. forma כּוֹבַע Ezech. 27, 10., plur. כּוֹבָעִים Jer. 46, 4. 2 Chron. 26, 14. Arab. قُبَّعَةٌ *capitis tegmen.*

כּוֹבַע (cum tono in penultima et cholem *pleno*) m. *id.* 1 Sam. 17, 5. Jes. 59, 17.

כָּבֵר I) *magnus fuit* (coll. rad. Syr. et Arab.) idque vel *quantitate,* vel *numero* et *multitudine,* vel *robore,* vel *aetate* (v. כַּבִּיר), in Kal inusit.,

Hiph. הִכְבִּיר *magnum, multum fecit, multiplicavit* Job. 35, 16. Sed particip. מַכְבִּיר Job. 36, 31. in substantivum abit: *copia*, ita ut לְמַכְבִּיר sit: *abunde, copiose, large.* — II) rad. inusit., unde oriuntur כְּבִיר, כְּבָרָה, מִכְבָּר, מִכְבָּר, in quibus omnibus *texti* vel *reticulati* operis notio inest. Dialecti nihil suppeditant. Nam quod vulgo conferunt chald. כְּבַר *cribravit*, hoc videtur denominativum esse.

כְּבָר *Chaboras*, nomen fluvii, qui sub montibus Masiis oritur et prope Circesium in Euphratem se effundit Ezech. 1, 3. 3, 15. 10, 15. 22. 2 Reg. 24, 15. cf. Plin. 31, 3. Ammian. Marc. 14, 3. Discrepat a *Chabora* Assyriae (v. Schultens. Jud. geogr. sub v. الخابور), qui hebr. חָבוֹר v. sub lit. ח.

כְּבִיר m. *stragula* texta 1 Sam. 19, 13. 16: כְּ׳ עִזִּים *stragula e pilis caprinis texta.* Vulg. Syr. *pellis caprina.* — *Capillum longiorem caprarum* intelligunt Bochartus in *Hieroz.* P. I, p. 623. aliique, ex radicis significatione *magnitudinis*: unde *capillamentum* sive *galericulum* fuisse, conjicit Braunius de *Vest. Sacerd. Hebr.* P. I, p. 154.

כַּבִּיר m. 1) *magnus, grandis, ingens* Jes. 17, 12. Job. 8, 2., כַּבִּיר יָמִים *grandaevus* Job. 15, 10., Arab. شيخ كبير, it. *potens* Job. 36, 5. 34, 24. (in quo poster. loco in malam partem dic.). — 2) *multus* Jes. 16, 14. Job. 31, 25. [Sed כַּאבִּיר pro כְּאַבִּיר ex Syriasmo vid. in אַבִּיר].

כְּבָר *nunc* Eccles. 9, 7., *jam* Eccles. 4, 2., *dudum* Eccles. 2, 16. 9, 6., *olim* Eccles. 1, 10. 3, 15. Syr. ܟܒܪ *id.*

כְּבָרָה f. *cribrum* Am. 9, 9. Vulgo dictum putant a *multitudine foraminum* (ut Lat. *cribrum* q. d. *crebrum*, a *crebris foraminibus*), sed vid. sub rad. 2.

כִּבְרָה f., כִּבְרַת הָאָרֶץ Gen. 35, 16. 48, 7. 2 Reg. 5, 19. *mensura viae*, quae quanta fuerit, non satis constat (pr. *magnitudo, longitudo*); Lxx. vertunt Gen. 48, 7.: ἱππόδρομος, h. e. tantum itineris, quantum equus currere debet, ne stando corrumpatur pedumque agilitatem amittat, Arab. شَوْطُ ٱلْفَرَسِ i. e. iter unius fere horae vid. Rosenmueller. *Alterthumskunde* I, p. 160 sqq. Michaelis Supplem. p. 1206.

מַכְבֵּר m. *velum culicare, reticulum* vultui dormientium impositum (cogn. מִכְמָר permut. ב et מ) 2 Reg. 8, 15.

מִכְבָּר m. *cribrum* vel *opus aeneum cribri* instar formatum Exod. 27, 4. 38, 4. 5, 30. 35, 16. 39, 39.

כָּבַשׁ 1) *calcavit, pedibus subjecit* (Syr. ܟܒܫ, cogn. כבס) Zach. 9, 15: *subjicient pedibus (calcabunt) lapides fundae*, qui ab hostibus in ipsos contorsi fuerint v. Rosenmueller. ad h. l.; Mich. 7, 19: *calcabit nostra peccata* h. e. supprimet ea; nam, quae sub pedibus ponimus, ea adspicere nolumus, ut recte jam monuit Grotius. — 2) *subegit* a) mulierem Esth. 7, 8.; b) hostes, servos 2 Sam. 8, 11. Neh. 5, 5. 2 Chron. 28, 10. Jer. 34, 11. 16, terram hostium Num. 32, 22. 29 i. e. *in suam potestatem redegit.* Hinc jubentur homines Gen. 1, 28.

כָּבַשׁ אֶת־הָאָרֶץ *subigere terram* h. e. ea tanquam sua uti. Ceter. utroque hoc modo dic. etiam Arab. كبس (v. Lette in Symbol. lit. Brem. III, p. 594.). — Niph. נִכְבַּשׁ *subigi* a) de terris et hostibus Num. 32, 22. 29. Jos. 18, 1.; b) de muliere Neh. 5, 5. — Pih. כִּבֵּשׁ *subegit, subjecit* (hostes) 2 Sam. 8, 11.

כֶּבֶשׁ m. *scabellum*, quod pedibus *subjicitur, suppedaneum* 2 Chron. 9, 18. Syr. ܟܘܒܫܐ *id.*

כִּבְשָׁן m. *fornax* Gen. 19, 28. Exod. 9, 8. 10. 19, 18. non ea, in qua panis coquitur (quae est תַּנּוּר), sed *fabrorum* et *calcaria*, ut monet Kimchius, fortasse etiam *aeraria*, in qua ex minera metallum excoquitur, dicta a *domando* ferro, minera, lapidibus (v. Michaelis *Suppl.* p. 1212.), ut adeo non opus sit conferre rad. Arab. قبس *accendit*, כ et ק permutatis.

כֶּבֶשׂ m. *agnus* a primo usque ad tertium annum Levit. 3, 7. Num. 6, 12. 14. Jes. 11, 6. etc., hinc saepenumero additur בֶּן־שְׁנָתוֹ Exod. 12, 5. 39, 38.; passim latius patet, ut sit *ovis* Levit. 4, 32. Plur. כְּבָשִׂים Exod. 29, 39. Job. 31, 20. etc. Dictum volunt a *foecunditate*, coll. Arab. كبس in Conjug. II. *multiplicavit* (conf. de *ovium foecunditate* Bocharti *Hieroz.* P. I. L. II. c. 46.); at vero *agnus* Arab. non كَبْس sed كَبْش scribitur.

כַּבְשָׂה f. *agna* Levit. 14, 10.

כִּבְשָׂה *id.* 2 Sam. 12, 3. 4. 6., plur. כְּבָשֹׂת Gen. 21, 29. 30., in regim. כִּבְשֹׂת Gen. 21, 28.

כִּדְבָה m. Chald. *mendax* (cf. hebr. כָּזָב, Arab. كَذَبَ *mentiri*), foem. מִלָּה כִדְבָה *verbum mendax* Dan. 2, 9.

כָּדַד radix Hebraeis inusit., Arab. كَدَّ *laboravit*, it. *contudit, comminuit, confregit*, it. *exhausit putei aquam*. Inde sunt

כַּד f. *vas testaceum* (Jud. 7, 20.), *cadus, hydria*, proprie *fictilis* (conf. דֹּד, كُدّ *uter coriaceus*) 1 Reg. 17, 12. 14. 16. Eccles. 12, 6., sic dicta (ut volunt), quod facile *contunditur* et *frangitur*, quanquam alii derivant a كَدَّ *exhausit aquam*. Spec. *vas (testaceum)* ad frumentum asservandum; solent enim Orientales frumentum, farinam et cetera, quibus ad victum quotidianum utuntur, in vasis asservare longioribus argillaceis, ne arrodantur a vermibus, 2 Reg. 17, 12. coll. Jud. 7, 15. Harmari *Observv. ad orientem pertin.* P. I, p. 262. — Cum affixo כַּדָּהּ Gen. 24, 14. 16. 43., plur. כַּדִּים Jud. 7, 16. 19. 20. 1 Reg. 18, 34.

כִּידוֹד m. *scintilla* Job. 41, 11. silicis *contusione* elicita coll. كَيْد *excussio ignis*.

כַּדְכֹּד m. Jes. 54, 12. Ezech. 27, 16. genus *lapidis pretiosi*, cujus verum nomen adhuc ignoratur, v. Michaelis *Suppl.* p. 1213; vulgo *pyropus*, gemma maxime *scintillans*, coll. praec. כִּידוֹד *scintilla*. Convenit Arab. كدكدة *rubedo maxima*. Credibile tamen, sic dictam esse gemmam durissimam a *contundendo*, ut aliae gemmae, e. g.

הַרְשִׁישׁ, לֶשֶׁם, יָשְׁפֵה, יַהֲלֹם, quae ipsae quidem frustra *tunduntur*, alias autem res *contundunt* et *frangunt*.

כְּדִי vid. suo loco דַּי.

כְּדִי Chald. vid. suo loco דִּי.

כִּדְנָה Chald. vid. דְּנָה.

כדר rad. inusit., Arab. كدر *obscurus, turbidus fuit.*

כִּידוֹר m. *perturbatio, conturbatio, tumultus* bellicus (Arab. كدورة *tumultus*) Job. 15, 24.

כְּדָרְלָעֹמֶר nom. propr. regis Elamitici, cum quo bellum gessit Abrahamus Gen. 14, 1. 9. Conferunt Arab. كدرة *manipulus* frugum et עֹמֶר *id.*

כֹּה Particula 1) similitudinis: *sic, ita,* ὧδε Deut. 7, 5. Num. 32, 8. Gen. 15, 5. Jes. 20, 6., max. in formula: כֹּה אָמַר, ubi verba ipsa addita leguntur Gen. 32, 5. Exod. 3, 15. Jud. 11, 15. Jes. 7, 7. al. Cum praef. בְּכֹה, quod, ubi repetitum legitur, *distributive* intelligendum est: ut וַיֹּאמֶר זֶה בְּכֹה וְזֶה אֹמֵר בְּכֹה *et dixit hic sic, et ille dicebat sic, alii aliter dixerunt* 1 Reg. 22, 20. — 2) loci: *hic* vel *huc* (ut ὧδε) Gen. 31, 37. 2 Sam. 18, 30. Ruth. 2, 8. Etiam sic repetitum *distributive* sumitur pro *hic illic, huc illuc* Exod. 2, 12. Num. 11, 31. 23, 15. Copulatur cum עַד: עַד כֹּה *illuc usque* Gen. 22, 5. — 3) temporis, cum eodem עַד constructum: עַד כֹּה *huc usque* Exod. 7, 16. Jos. 17, 14., et geminatum עַד כֹּה וְעַד כֹּה *huc usque et illuc usque* i. e. *interea, interim* 1 Reg. 18, 45.

כָּה Chald. *id.*, עַד כָּה de tempore *huc usque* Dan. 7, 28.

כָּהָה *hebes, debilis fuit* vel *factus est, hebetatus est,* de *oculis* Deut. 34, 7. Zach. 11, 17. Gen. 27, 1.; trop. *animo defecit, animum despondit* Jes. 42, 4. (Arab. كهى *id.*). Fut. apoc. וַתֵּכַהּ Job. 17, 8. — Pih. כִּהָה et כֵּהָה 1) *hebetatus, hebes factus est* a) de oculis 1 Sam. 3, 2.; b) de lepra, quae ex colore candido in pallidum abit Levit. 13, 6. 21. 26. 28. 56. — 2) *animum* al. *fregit, infregit* h. e. *terruit, prohibuit* 1 Sam. 3, 13. (Arab. كعّ in Conjug. IV. *id.*), Syr. ܟܗܳܐ *increpuit, cohibuit, repressit*); — saepius intrans. *animum abjecit, despondit* Ezech. 21, 12. — Infin. כַּהוֹת 1 Sam. 3, 2. irregulariter pro כַּהֹית, cum vocali praeteriti, ut in נִאֵץ 2 Sam. 12, 14. et חִלֵּץ Levit. 14, 43. v. Gesen. L. p. 314.

כֵּהֶה m. inusit., foem. כֵּהָה 1) *hebes,* pallidus colore Levit. 13, 39. de lepra. — 2) *debilis, infirmus,* de ellychnio: *debiliter ardens* Jes. 42, 3. — 3) *fractus, abjectus* (animus) Jes. 61, 3.

כֵּהָה f. *debilitatio, remissio, mitigatio* Nah. 3, 19.

כְּהַל Chald. *potuit, valuit.* Non occurrit nisi part. praes. כָּהֵל Dan. 2, 26. 4, 15., plur. כָּהֲלִין Dan. 5, 8. 15.

כָּהַן Arab. كهن *praesagivit, praedixit* (inde كاهن *propheta, hario-*

lus, it. *intercessor*, v. tamen infra), Syr. ܟܗܢ *sacerdotio functus est*, it. *dives*, *gloriosus* fuit (unde ܟܘܗܢܐ *abundantia*, *gloria*, *majestas*). In Kal non occurrit, nisi particip. כֹּהֵן, quod vide inter nomina. Pih. כִּהֵן 1) *sacerdos factus est*, *sacerdotium adiit* Num. 3, 4. Deut. 10, 6. 1 Chron. 24, 2. — 2) *sacerdotem egit*, *sacerdotio functus est* 1 Chron. (5, 36.) 6, 10., sq. לַיהוָה Exod. 29, 1. 44. 30, 13. Levit. 7, 35. Hos. 4, 6. 2 Chron. 11, 14. — In loco Jes. 61, 10. כֶּחָתָן יְכַהֵן פְּאֵר vertunt plerumque: *quemadmodum sponsus cidarim sacerdotalem* h. e. magnificam *induit*, satis contorte, opinor. Itaque coll. Syr. ܟܗܢ interpreteris cum Lud. de Dieu: *splendidam*, *magnificam facit cidarim*.

Quod Arab. voci كهن vulgo *ministrandi* sensum tribuunt, id non satis recte factum. Sed hoc tamen ex Camuso intelligitur, propriam significationem esse: *res alicujus gerere*, *caussam alicui agere*, *als Bevollmächtigter jem. handeln* v. Kosegarten in Ephem. lit. Jen. 1824. IV, p. 54.

כֹּהֵן m. *sacerdos* Gen. 14, 18. Levit. 6, 16. Jud. 18, 19. al., plur. כֹּהֲנִים Exod. 19, 6. Jos. 6, 4. 6. Jud. 18, 30. etc., in regim. כֹּהֲנֵי 1 Sam. 5, 5. 1 Reg. 12, 32.; הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל *summus sacerdos*, *pontifex* Levit. 21, 10. Num. 35, 25, הַכֹּהֵן הַמָּשִׁיחַ (*sacerdos unctus*) *id.* Levit. 4, 3. 5., כֹּהֵן הָרֹאשׁ *id.* 2 Chron. 19, 11. 24, 11. al.

Sunt, qui *principis* etiam notionem huic voc. tribuant (coll. Syr. ܟܘܗܢܐ *locuples*, *dives*) in his potissimum locis: Gen. 41, 45. 50. Exod. 2, 16. 3, 1. 18, 1. Job. 12, 19. 2 Sam. 8, 18. At falluntur haud dubie. Nam Gen. 41, 45. כֹּהֵן אֹן, quanquam Onkel. et Jonath. vertunt רַבָּא דְאוֹן *princeps Heliopoleos*, recte cum reliquis interpretibus explicabis: *sacerdos Heliop.*; ibi enim *solis templum* fuit multique sacerdotes habitarunt v. Strabo XVII, 1, 29.; — Exod. 2, 16. 3, 1. 18, 1. Jethro appellatur *sacerdos Midianitarum*, quod nemini explicatorum fraudi fuisset, nisi Onkel. hic quoque רַבָּא et Jonath. אוֹנֵס *tyrannus* convertisset; Job. 12, 19. Rosenmuellerus etiam *principes* intelligendos esse censet propterea, quod in altero hemistichio אֵיתָנִים respondet; quasi vero sacerdotes non fuerint inter populorum antiquorum *primates*! cf. Umbreit. ad h. l. Denique locum 2 Sam. 8, 18. expedivit jam post de Wettium, Gesenius (*Gesch. d. hebr. Spr.* p. 41.). Scilicet quod Davidis filii, qui 2 Sam. l. c. כֹּהֲנִים vocantur, 1 Chron. 18, 17. הָרִאשֹׁנִים לְיַד הַמֶּלֶךְ dicti sunt, id ex jejuna recentioris scriptoris emendatione fluxit, cauturi quippe, ne Davides sacerdotes alius, quam leviticae stirpis, habuisse crederetur. Sed videntur l. c. *sacerdotes domestici*, *Pallastpriester*, significari.

כָּהֵן m. Chald. *sacerdos*. In statu emphat. כָּהֲנָא Esr. 7, 12. 21., plur. in statu emphat. כָּהֲנַיָּא Esr. 6, 9. 16. 18. 7, 16. 24., cum affixo כָּהֲנוֹהִי Esr. 7, 16.

כְּהֻנָּה m. *functio sacerdotis*, *sacerdotium* Exod. 29, 9. 40, 15. Num. 3, 10. 16, 10. Esr. 2, 62. Plur. כְּהֻנּוֹת 1 Sam. 2, 36.

כּוּב, *Cubii* Ezech. 30, 5., populus, de cujus sede nihil certi constat.

Nonnullis est *Cobe*, Aethiopae olim emporium v. Cellar. Notit. IV, 8. 39. Alii intelligunt *Κώβιους*, vicum in Mareotide. Arabs habet: نَقَلَ النُّوبَة *Nubienses*, et in uno Cod. Rossiano est: וכנוב.

כנד v. כידון n. 2. sub rad. כיד.

כָּוָה *ussit, adussit, combussit* (Syr. ܟܘܳܐ *ussit, cauterio notavit*, Arab. كوى *cutem ussit cauterio, cauterizavit*, hinc *pupugit, transfodit* v. כָּר), in Kal inusit., Niph. *ustus, adustus est* Jes. 43, 2. Prov. 6, 28.

כַּו m. Chald. *foramen in pariete, fenestra*, dict. a *perfossione* (v. sub rad.), Syr. ܟܘܳܬܳܐ, Arab. كُوّ *id.* Plur. כַּוִּין Dan. 6, 11. conf. Ev. Scheidii *Observv. grammat.* ad Ps. 1, p. 44.

כִּי (pro כְּוִי) m. *ustio, adustio* i. e. *inustum stigma* (Arab. كَيّ) Jes. 3, 24. v. Rosenmueller. ad h. l. Sed particulam כִּי v. infra

כְּוִיָּה f. *adustio, combustio* Exod. 21, 25.

מִכְוָה f. *locus* vel *pars* corporis *adusta* Levit. 13, 24. 25. 28.

כוח rad. inusitat., Arab. كاح *praevaluit, pugnando vicit.*

כֹּוחַ (Dan. 11, 6.) et כֹּחַ m. 1) *vis, vires, robur*, vel hominum Gen. 31, 6. 1 Sam. 28, 20. Ps. 22, 16., vel animalium Job. 40, 11. Dan. 8, 7., vel Dei Exod. 9, 19. Num. 14, 17. 2 Chron. 25, 8. Job. 36, 5. Jer. 51, 15., vel rerum 1 Reg. 19, 8 (cibi); *facultas* Dan. 1, 4: *juvenes* אֲשֶׁר כֹּחַ בָּהֶם *in quibus esset facultas, qui idonei essent, qui valerent.* Metonymice a) *facultates* et *opes*, *viribus* humanis partae, et in quibus homines *robur* suum ponere solent Job. 6, 22. Prov. 5, 10. Hos. 7, 9.; b) כֹּחַ הָאָרֶץ *vis terrae* i. e. *fructus terrae*, quos terra *vi* sua producit Gen. 4, 12. Job. 31, 39.; c) filius *robur patris* appellatur Gen. 49, 3., quem hic primum (in flore aetatis) genuit. — 2) species *lacertae*, a *robore* dicta, quo in pugna cum serpentibus et crocodilo eminet Levit. 11, 30. v. Bocharti *Hierozoic.* Tom. I, p. 1069. — Cum affixo כֹּחֲךָ Jud. 16, 6. 15., in pausa כֹּחֶךָ Prov. 5, 10. et cum ה paragog. כֹּחֵכָה Prov. 24, 10.

כּוֹכָב m. *stella* Gen. 1, 16. 37, 9. Job. 3, 9. Ps. 148, 3. Ezech. 32, 7. al. a rad. כבב, كَبَّ *in glomos globosque convolvit*, quadril. كبكب, כִּבְכֵּב et passive כֻּבְכַּב *in glomum convolutus fuit*; unde כּוֹכָב pro כִּבְכָּב *globus sidereus*, Arab. كَوْكَب *stella* et inde verbum quadrilitt. كَوْكَبَ *radiavit instar stellae*. Metaphorice (ut graec. ἀστήρ, ἄστρον) *vir illustris, princeps* Num. 24, 17.

כּוּל *mensuravit, mensus est* Jes. 40, 12. (Arab. كيل *mensuravit, computavit, ponderavit*, Chald. et Syr. *id.*). Hiph. הֵכִיל 1) *cepit (in sich fassen)* de vasis (vern. *das Gefäss misst*) 1 Reg. 7, 26. 38. Jer. 2, 13., de spatio 1 Reg. 8, 64. — 2) *sustinuit, tulit (aushalten)* Jer. 6, 11. 10, 10. Am. 7, 10., sq. acc. pers. Joel. 2, 11. Utraque significatio, quomodo ex primaria notione profluat, non est difficile ad intelligendum;

capiendi enim et *ferendi* facultas certâ quadam mensura (modo), spatii illa, haec virium, nititur.

Pilpel כִּלְכֵּל 1) *cepit* (de vasis) 1 Reg. 8, 27. 2 Chron. 6, 18. — 2) *sustinuit, sustentavit* h. e. a) *tulit* (*aushalten*) Jer. 20, 9. Prov. 18, 14., sq. accus. Mal. 3, 2.; b) *tuitus est* vel rem Ps. 112, 5: יְכַלְכֵּל דְּבָרָיו בְּמִשְׁפָּט *sustentabit, tuebitur caussas suas in foro,* — vel pers. Ps. 55, 23.; c) *aluit, alimenta suppeditavit* alicui Gen. 45, 11. 50, 21. 2 Sam. 19, 33. 34. Neh. 9, 21., sq. dupl. accus. 1 Reg. 18, 4. 13. — Pylpal כָּלְכַּל *sustentatus, commeatu instructus est* 1 Reg. 20, 27.

כִּילַי v. sub rad. נכל.

כום rad. inusitat., Arab. كلم in Conjug. II. *accumulavit.* Inde est

כִּימָה f. *pleiades* q. d. *cumulus* stellarum (Arab. كوم et كومة *cumulus*) Job. 9, 9. 38, 31. Am. 5, 8.; Hygino *congeries stellarum,* Val. Flacco *globus pleiadum,* Manilio *glomerabile sidus,* Propertio *pleiadum chorus,* Senecae *densi pleiadum greges* etc. Arab. ثريا *pleiades,* a ثرا *multus fuit* vel *factus est,* quo nomine hodie adhuc pleiades Arabibus veniunt v. Niebuhrii *descript. Arabiae* p. 114. coll. Ulugbeigi *tabb. fix.* p. 64—67. et Thom. Hyde *Comment.* ad h. l. Bocharti *Hieroz.* P. II, p. 114. Ideler *üb. d. Ursprung u. d. Bedeut. d. Sternnamen* (Berlin 1809.) p. 147.

כּוּמָז m. Exod. 35, 22. Num. 31, 50. *globuli aurei,* quales secundum Diodor. Sicul. lib. 3. c. 45. in carpo manus colloque gestabant feminae Arabicae; quod genus *ornamenti muliebris,* habens *continuos globulos,* multis est *cingulum bullatum,* vel quale ornamentum Romani vocant *bullas,* Virgilius *baccatum monile,* a rad. Arab. كمز *manibus congessit coëgitque in rotundiorem formam,* كمزة *conglobata manibus dactylorum massa.*

כּוּן propr. videtur significare: *stetit, constitit,* transit. *statuit, paravit* (Arab. et Aethiop. كون *fuit, exstitit, stetit, constituit,* in Conjug. VIII. كان *creavit,* Syr. ܟܢ *coepit esse,* Aph. *firmavit*). In Kal non occurrit nisi fut. וַיְכֻנֶנּוּ (Gesen. L. p. 406.) *et paravit nos* Job. 31, 15., ubi alii legunt וַיְכֻנֵּנוּ vel וַיְכוֹנְנֵנוּ cum dagesch forti, quod dictum volunt pro וַיְכוֹנְנֵנוּ.

Niph. נָכוֹן 1) *erectus est* Ezech. 16, 7: שָׁדַיִם נָכֹנוּ *ubera erecta sunt* h. e. *sororiarunt;* — deinde *statutus est, stetit* (firmus) Ps. 93, 2., hinc נְכוֹן הַיּוֹם *firmum* (stabile) *diei* h. e. tempus meridianum, quo sol ad summum culmen progressus quasi *subsistit* Prov. 4, 18. (Graeci vocant σταθερὸν ἦμαρ et σταθερὰν μεσεμβρίαν v. Schultens. ad Prov. l. c.); — trop. a) *confirmatus est* 1 Reg. 2, 46.; b) *incolumis mansit* Prov. 12, 3. Job. 21, 8. De Particip. נָכוֹן et נְכֹנָה v. infra. — 2) *paratus est* Job. 15, 23., sq. לְ pers. Prov. 19, 29.; it. *se paravit* Ezech. 38, 7. Am. 4, 12. — Particip. נָכוֹן, f. נְכֹנָה 1) *firmus, stabilis* 2 Sam. 7, 16. Jes. 2, 2.; frequentius trop. a) subjective: *constans* Ps. 51, 12: רוּחַ נָכוֹן; *fiducia plenus* Ps. 57, 8. 112, 7.; — b) objective: *certus* Gen. 41, 32. Deut. 13, 14. Hos. 6, 3., אֶל־נָכוֹן (secund. veritatem) *certo, revera* 1 Sam. 26, 4.; sed 1 Sam. 23, 23: שַׁבְתֶּם אֵלַי אֶל נָכוֹן

revertimini ad me ad certum h. e. certa nunciaturi; — *rectus, verus* Job. 42, 7. Ps. 5, 10. — *aptus, conveniens* Exod. 8, 22. — 2) *paratus* Exod. 34, 2. 19, 11. Jos. 8, 4. 2 Sam. 6, 6: גֹּרֶן נָכוֹן *area parata,* instructa, frumento jam constrata coll. 1 Chron. 13, 9.; sq. לְ pers. Job. 18, 12. — hinc *proclivis* Ps. 38, 18: לְצֶלַע נָכוֹן *ad claudicationem proclivis,* lapsui proximus.

Pihlel כּוֹנֵן 1) *statuit* Ps. 9, 8 (thronum), Ps. 107, 36. Hab. 2, 12 (urbem), trop. a) Ps. 90, 17: *opus manuum nostrarum statue* h. e. fac ut bene succedat; b) Ps. 40, 3: כּוֹנֵן אֲשֻׁרָי *statuit gressus meos* h. e. fecit, ut tuto consistere possem, tutum, incolumem me praestitit; c) *aliquem statuere* est juvare, confirmare, rebus ejus prospicere Ps. 7, 10. — 2) *paravit, creavit* Ps. 24, 2. 119, 90. Jes. 44, 18 (terram), Prov. 3, 19 (coelos), Ps. 8, 4 (lunam et stellas), 2 Sam. 7, 24 (populum sibi; Lxx. ἑτοιμάζειν); — it. intransit. *se paravit, animum applicuit* ad aliq. Job. 8, 8. Jes. 51, 13 (ubi suppleri jubent נַפְשׁוֹ vel לִבּוֹ v. Hiph.). — 3) *aptavit* Ps. 11, 2: כּוֹנְנוּ חִצָּם עַל־יֶתֶר *aptant ad nervum sagittas suas,* Ps. 7, 13: *aptant arcum.* — Pyhlal כּוֹנַן 1) *statutus est* Ps. 37, 23: *statuti, stabiliti sunt gressus ejus* v. supra 1. b). — 2) *paratus est* Ezech. 28, 13.

Hiph. הֵכִין 1) *rectum stare fecit* Ps. 146, 8., *statuit* Job. 29, 7 (sellam), Ps. 65, 7 (montes); — hinc *constituit* Jos. 4, 4. 2 Sam. 5, 12. הֵכִין פ׳ לְמֶלֶךְ *aliquem regem constituere,* — *confirmavit* 1 Sam. 13, 13 (regnum), Ps. 89, 3 (fidem suam), 10, 17 (alic. animum); 119, 133: פְּעָמַי הָכֵן בְּאִמְרָתֶךָ *confirma gressus meos in verbo tuo* h. e. fac, ut in vera erga te pietate persistam. Infin. absol. הָכֵן pro adv. *firme* Jos. 3, 17. — 2) *paravit* 1 Chron. 15, 3. 2 Chron. 1, 4. 1 Reg. 6, 19. Gen. 43, 15., *comparavit* Ezech. 7, 14. Jos. 1, 11. — 3) *aptavit, direxit, convertit* Ezech. 4, 3 (vultum), Jer. 19, 23 (gressus suos), 2 Chron. 27, 6 (vias suas), hinc הֵכִין לִבּוֹ לְ *animum applicare, advertere ad* 2 Chron. 12, 14. 30, 19. Job. 11, 13., sq. אֶל־יְהוָה (ad Jovam colendum) 1 Sam. 7, 3.; omisso voc. לֵב (vid. Pihlel) 1 Sam. 23, 22. Jud. 12, 6. — Praet. cum articulo relativo הַהֵכִין 2 Chron. 29, 36. et porro cum בְּ, excluso illo ה artic. בַּהֵכִין 2 Chron. 1, 4., plur. 1. pers. sine ו epenthet. הֵכַנּוּ (pro הֲכִינוֹנוּ) 2 Chron. 29, 19. — Hoph. הוּכַן 1) *stabilitus, confirmatus est* Jes. 16, 5. — 2) *paratus est* Jes. 30, 33. Zach. 5, 11. Prov. 21, 31., it. *aptatus est* Nah. 2, 6. Ezech. 40, 43.

Hithpihl. הִתְכּוֹנֵן Prov. 24, 3., alibi הִכּוֹנֵן 1) *statutus, paratus est* Prov. 24, 3. Num. 21, 27.; it. *confirmatus est* Jes. 54, 14. — 2) *se paravit* Ps. 59, 5.

כֵּן m. 1) adject. *rectus* Prov. 15, 7. לֹא־כֵן *non rectum* h. e. pravum Jes. 16, 6. 2 Reg. 17, 9.; plur. כֵּנִים *recti* h. e. *probi, integri* Gen. 42, 11. 19. 31. 33. 34.; Exod. 10, 29: כֵּן דִּבַּרְתָּ *recte dixisti* coll. Num. 27, 7. 36, 5. — 2) partic. *ita, sic,* οὕτω. Nexum significationum facilius perspicies, si tibi finxeris, כֵּן propr. dictum esse, ubi declarare voluerunt, aliquid alicui normae *conveniens* et quodam modo *rectum* esse: Jos. 2, 21: כְּדִבְרֵיכֶם כֶּן־הוּא, 2 Sam. 5, 25: כֵּן כַּאֲשֶׁר צִוָּהוּ, Neh. 8, 17: כַּאֲשֶׁר--כֵּן Num. 2, 17. Jud. 1, 7. Deinde vero latius patet Gen. 29, 26. Jes. 63, 14. Num. 13, 33. Job. 7, 9. Jes. 55, 9. Exod. 37, 19.; לֹא--כֵּן *ne sic quidem* Jud. 21, 14. al. Ceterum adde a) passim de *gradu* dici Exod. 1, 12: כַּאֲשֶׁר יְעַנּוּ אֹתוֹ כֵּן יִרְבֶּה *quo modo* (h. e. quo

magis) *affligebant eos, ita* (eo magis) *crescebant,* Hos. 4, 7.; b) 1 Sam. 9, 13: *cum veneritis in urbem* כֵּן תִּמְצְאוּן *ita* h. e. ut estis, non diu scrutati *invenietis.* Alii apodoseos indicem esse volunt; sed in tam brevi sententia vix sine vi ponitur, nec alibi apodoseos signum est; etenim loc. Neh. 8, 17., quo Gesenius utitur, alienissimum esse intelliges. Lxx. ὡς ἂν εἰσέλθητε εἰς τὴν πόλιν, οὕτως εὑρήσετε etc. cf. Joh. 4, 16. Act. 20, 11. v. Schaefer. ad Dionys. Compos. p. 430.; c) non ponitur pro *pronom.* (demonstr.). Nam Jer. 5, 31: אָהֲבוּ כֵן est: *sic* tractari *amant, so haben sie es gern,* et ad 1 Sam. 23, 17: יֹדֵעַ כֵּן cf. vern. *so weiss ich;* d) post כַּאֲשֶׁר salva sententia omittitur Obad. 15: כַּאֲשֶׁר עָשִׂיתָ יֵעָשֶׂה לָּךְ, ut nos etiam: *wie du gethan hast, wird dir gethan werden,* Jos. 1, 5. Deut. 8, 5. Alibi כֵּן in apodosi ponitur, quanquam nec כְּ nec כַּאֲשֶׁר praemissum est Jud. 5, 15: יִשָּׂשכָר כֵּן בָּרָק ut *Issaschar ita Baracus* (v. tamen כֵּן sub rad. כנן). — [De origine vocis peculiaris est Gussetii sententia, כֵּן pro כְּהֵן *secundum haec* dici existimantis. Nec hoc probabilitatis specie caret].

Componitur saepe cum praeverbiis: ut 1) אַחַר כֵּן *postea* Levit. 14, 36. 1 Sam. 10, 5., אַחֲרֵי כֵן *id.* Gen. 6, 4. Exod. 3, 20. 2 Sam. 24, 9. Joël. 3, 1. (propr. *post hanc talem rerum conditionem, postquam ita fuit*). — 2) בְּכֵן *sic* Esth. 4, 16: בְּכֵן אָבוֹא אֶל־הַמֶּלֶךְ *sic* (sc. tanquam mulier, quae jejunavit) h. e. tum *conveniam regem,* Eccles. 8, 10. In Targum. sexcenties legitur. — 3) לָכֵן *ideo, propterea* (propr. *propter hanc rer. conditionem, cum ita sit*) Jud. 10, 13. 1 Reg. 14, 10. Gen. 4, 15. Jer. 16, 14. 23, 2. Praemisso אִם Jer. 5, 2: אִם חַי יְהוָה יֹאמֵרוּ לָכֵן לַשֶּׁקֶר יִשָּׁבֵעוּ *etiam si per Jovam jurant, nihilo tamen secius pejerant,* nos: *obschon -- so schwören sie darum doch falsch.* Pro לָכֵן אֲשֶׁר *propterea quod* dictum volunt Jer. 2, 33. et Jes. 26, 14., sed priorem locum recte jam expedivit Rosenmueller., posteriore autem quidni verti possit: *ideo* h. e. ne unquam resurgant, *animadvertisti in eos* etc.? — Aliud לָכֵן vid. sub לֹא. — 4) עַל כֵּן *propterea, ideo* 2 Sam. 22, 50. Prov. 6, 15. Gen. 20, 6. Ps. 110, 7. al. Hae quoque voces contrarium sensum habere dicuntur ita ut passim non consecutionem sed *caussam* significent: *propterea quod, quia;* in qua sententia nuper fuerunt etiam Gesenius (Ephem. lit. Hal. 1826. Suppl. n. 69.) et de Wettius: sed vereor, ut recte. Scilicet Ps. 45, 3. hic videtur sententiarum nexus esse: *tu et pulcherrimus es et magna oris suavitate praeditus, propterea* (cum hae sint dotes divinitus concessae) sperare licet, *Deum tibi in perpetuum affuturum,* hae dotes pignus tibi sunto perpetuae Dei gratiae; secus si de hoc loco statuis, vide, annon לְעוֹלָם paullulum frigeat; Ps. 1, 5. omnia expedita sunt: *impii similes sunt paleae, quam ventus dissipat; ideo* (propter hanc eorum quasi levitatem) *non consistent* etc.; Ps. 42, 7. non perspicio, cur in his verbis: עַל כֵּן אֶזְכָּרְךָ caussam moeroris contineri existiment; gratis enim sumitur, vatem propter hanc potissimum caussam, quod a sacris Hieros. arceatur, conqueri; id ne in 3. quidem versu inest; hoc igitur dicit: *moerore conficior, ideo* (h. e. ut moeroris aliquo lenimine utar) *tui,* tuae gratiae, *recordor.* — 5) עַד־כֵּן *hucusque* Neh. 2, 16. — De כְּמוֹ־כֵן Jes. 51, 6. vid. sub כֵּן in rad. כנן.

כֵּן Chald. *sic, ita* Dan. 2, 25. 4, 11. 6, 7. 7, 23. Esr. 5, 3. 6, 2.

כַּוָּן m. genus *placentae eximiae,* in honorem idolorum *frigi* et *coqui* solitae, a כּוּן *parare* (cibos), ut recte docuit Kimchius. Alii dedu-

cunt a כָּוָה *ussit.* Graec. καυών vel χαυών, Syr. ܟܒܘܢܐ cum ܒ. Plur. כַּוָּנִים Jer. 7, 18. 44, 19.

כּוּן nom. propr. urbis 1 Chron. 18, 8., quae loco parallelo 2 Sam. 8, 9. dicitur בֵּרֹתַי *Berytus*, urbs Phoenices ad mare mediterraneum.

כִּיּוּן m. *Saturnus* Am. 5, 26., qui Arabibus et Persis dicebatur كَيْوَان v. Pocockii Specim. histor. Arabb. p. 117. 390. Sab. ܟܐܘܢ v. Norberg. Onomast. p. 76 sq. Quod ap. Lxx. l. l. legitur Ῥαιφάν s. Ῥηφάν, id non voci כִּיּוּן respondere sed trajectione facta explicationis caussa ad v. אֱלֹהֵיכֶם additum esse, contendit Rosenmueller., atque ita vanae sunt virorum doctorum de *hujus* nominis sensu disceptationes v. Jablonsk. Diss. de Rempha Aegyptt. Deo. Frcf. 1731. 8. Michael. Suppl. p. 1225. J. Rossi etymolog. aegyptt. p. 176. Itaque Lxx. reddiderunt potius (cf. etiam Act. 7, 43.) τύποι (h. e. *simulacra* v. Joseph. Antiqq. 1, 19.), ex significatione radicis Arab. in Conjug. II. *formavit*, coll. Aethiop. Kin *ars*, Kenja *artifex* etc.

אָכֵן (i. q. הָכֵן infin. absol. Hiph.: *statuendo*) particula *firmiter affirmandi: profecto* Gen. 28, 15. Exod. 2, 14. 1 Sam. 15, 32. etc., *nihilominus tamen* Jes. 49, 4. Jer. 3, 20. Ps. 31, 23.

יָכִין (*stabiliet*) nom. propr. 1) virorum Gen. 46, 10. — Neh. 11, 10. 1 Chron. 9, 10. — 1 Chron. 24, 17. — 2) columnae dextrae ante porticum templi Hierosol. 1 Reg. 7, 21.

מָכוֹן m. *locus* (مَكَان) Exod. 15, 17. 1 Reg. 8, 13. 2 Chron. 6, 2. Jes. 4, 5. etc.; spec. *basis* alicujus rei Ps. 97, 2. Esr. 2, 68. Plur. מְכוֹנִים Ps. 104, 5.

מְכוֹנָה f. 1) *basis* 1 Reg. 7, 23. 28. 30. 32. 34. 35. 38., plur. מְכֹנוֹת 1 Reg. 7, 27. 33. 38. 39. 43. Esr. 3, 3. — 2) nom. propr. oppidi in tribu Jud. Neh. 11, 28.

מְכוּנָה f. *locus* Zach. 5, 11.

תְּכוּנָה f. *locus, sedes* Dei Job. 23, 3. Aliud v. sub rad. תָּכַן.

כּוֹס, semel כִּיס sec. Cthib Prov. 23, 31., f. 1) *poculum* (vulgo a rad. כסה repetunt, quod poculum *operculo tegatur*, vid. tamen Dassovius in Dissert. ad *Tit. Chelim* §. 20.) Arab. كَأْس *poculum vino plenum* Gen. 40, 11. 13. 1 Reg. 7, 26. Metaphorice a) in univ. est pro *portione* et *sorte* sive fausta sive infausta Ps. 11, 6. 16, 5. coll. Mt. 26, 39. 20, 22.; b) saepius vero Jova sistitur poculum vini inebriantis porrigere hominibus, quos in perniciem adducere, *perdere* decrevit (v. infra תַּרְעֵלָה) Jer. 25, 15: *accipe* אֶת־כּוֹס הַיַּיִן הַחֵמָה *hoc poculum vini irae e manu* mea *et propina illud omnibus populis, ut bibant inde et commoveantur atque insaniant,* Jes. 51, 17. 22. Jer. 49, 12. Habac. 2, 16. Ps. 75, 9. Ezech. 23, 31. al. coll. Apoc. 14, 10. 16, 19. 18, 6. Similes metaphoras ex Arab. protulit Schultens. ad Haririum p. 65. 66. Plur. כֹּסוֹת Jer. 35, 5. — 2) *bubo, noctua* (sec. interprett. vett.) vel νυκτοκόραξ, bubonis aliqua species, longioribus circa aures pennis, Levit. 11, 16. Deut. 14, 16. Ps. 102, 7.; sic dictam volunt a כָּסָה, quod *se* interdiu *tegat* et *occultet* v. Michaelis *Suppl.* p. 1236. Sed *onocrotalum* vel *truonem*

intelligit Bochartus (in *Hieroz.* P. II. L. II. c. 21.) eumque a *sacculo,* qui de ingluvie pendet ac *poculo* assimilari possit, dictum existimat.

כָּרַר, Arab. كار *obvolvit, circumplicuit* (cidarim capiti), hinc *rotundus fuit,* in *gyrum ambivit,* in Conj. II. *collegit in unum,* collectam supellectilem *colligavit; valide adstrinxit,* it. *prostravit et convolutum velut deturbavit fodiens hasta* (unde كُور *fossio* terrae). In Hebr. ab hac rad. repetunt plurimi recentiorum interpretum ambiguum istud כָּאֲרוּ Ps. 22, 17., quod in plerisque codd. legitur. Dictum enim existimant pro כָּאֲרִים (demto ם multitudinis v. Gesen. L. p. 526.) a כָּאַר partic. verbi כּוּר ad linguae chald. similitudinem efficto (v. Gesen. l. c. p. 401.), ut sensus sit vel a) *constrinxerunt, vinxerunt me* (ita Aquil. et Symmach. sec. codic. Syr. hexaplar. Ambros. ܟܒܠܘ *vinxerunt,* ܠܡܟܒܠܘ *ad vinciendum,* nec non Hieron. in 5 codd.); — vel b) *foderunt, confoderunt* (Lxx. ὤρυξαν, Syr. ܒܙܥܘ, Vulg. *foderunt*). Illud tamen praestat, ut recte judicavit de Wettius ad h. l. Alii כָּאֲרִי conflatum putant ex כְּ et אֲרִי *sicut leo* (Jes. 38, 13.); sed ita nascitur sensus non satis aptus. Alii denique, praeeunte Aquila (ᾔσχυναν) deducunt a כָּאַר i. q. chald. כְּעַר *pollnere, contaminare,* quod tamen prorsus alienum est ab hujus loci natura. Ceterum de reliqua lectionis et interpretationis varietate cf. Paulus Memorabb. IV, p. 65 sqq. et Rosenmueller. in singulari epimetro Scholl. ad Psalmm. II, p. 633 sqq.

כַּר, כַּר־הַגָּמָל *sella camelina,* quae jumento *alligatur* Gen. 31, 34. Arab. كُور (Amhar. cor: *sella equi, ephippium).* Alii ad rad. כָּרַר referunt, ut nomen habeat a *motu saltatorio.* „Est domus, quam camelus dorso suo gestat, in qua sedet homo cum cibo et potu et vestibus „et vasis et pulvinaribus suis et supra domum tectum" secundum Damirium ap. Alb. Schultens. in *Animadverss. ad vv. loca V. T.* Delineationem talis lecticae habet Jo. Helfrich in libro german. scripto: *Kurzer und wahrhafter Bericht von der Reise nach Hierusalem* 1580. pagina plag. M. praecedente add. Michaelis *Suppl.* p. 1340.

כָּרִי m. 2 Reg. 11, 4. 19. i. q. al. כְּרֵתִי et quemadmodum hoc ipsum demto ם multitudinis pro כָּרִים (v. Gesen. L. p. 525.), quoddam satellitum genus: *carnifices* (propr. *confossores*). Alii *cursores* interpretantur. a rad. كرا *velox fuit* vel a كور in Conjug. IV. *celeriter incessit* vel a كرّ in Conj. II. *huc illuc agitavit,* in Conj. V. *multum recurrit rediitque,* v. Ikenius in *Dissertt.* philol. theol. p. 127., consentit Michaelis in *Suppl.* p. 1342. Sed *cursores* illo, de quo agitur, loco הָרָצִים (i. q. הַפְּלֵתִי) vocantur. Denique homines è *Caria,* Asiae regione, oriundos notari contendit Verbrugge in *Observatt. philol. de nom. hebr. plural.* Obs. I. §. 63 sq., parum probabiliter.

כּוּר m. 1) *fornax* in rotundum excavata, propr. qua metalla liquantur Ezech. 22, 18. 20. 22. Prov. 17, 3. 27, 21.; כּוּר בַּרְזֶל *fornax ferri* Deut. 4, 20. 1 Reg. 8, 51. est officina ferraria, in qua ferrum ex minera igne flagrantissimo et acerrimo excoquitur; huic metaph. assimilatur misera Hebraeorum servitus, qua in Aegypto premebantur.

Simil. Jes. 48, 10: כּוּר עֳנִי. Arab. كُور *fornax fabri ferrarii*, Syr. ܟܘܪܐ *id.*

כּוֹר עָשָׁן (*fornax fumi, fumans?*) nom. propr. oppidi in tribu Simeon. 1 Sam. 30, 30., alibi עָשָׁן Jos. 15, 42. 19, 7. 1 Chron. 4, 32. 6, 44.

כֹּר m. *corus,* proprie *vas in rotundum excavatum,* hinc *mensurae* genus, tam *aridorum* 1 Reg. 4, 22., quam *liquidorum* 1 Reg. 5, 11., i. q. חֹמֶר. Plur. כֹּרִים 2 Chron. 2, 9. 27, 5. [Arab. a rad. כרר est كُرّ *genus mensurae aridorum* Babylonicum continens 7100 libras v. Golius s. r. كُرّ].

כּוֹר m. Chald. *id.,* plur. כּוֹרִין Esr. 7, 22.

כִּיר m., dual. כִּירַיִם Levit. 11, 35. *foramen ollis imponendis idoneum* (fere quod nos dicimus *ein Casserol-Loch*), Syr. ܒܝܬ ܩܕܪܐ (*locus ollae*). Orientales nimirum in tentoriis domibusque suis scrobem effodiunt (hodie sesquipedaneam), cui ollas et vasa bene clausa imponunt. Deinde tres ejus partes circumdant lapidibus; quartam, cui ignem ejusque nutrimenta immittunt, apertam servant v. Harmari *Observv. de Oriente* T. I, p. 242. ed. germ., Sebald. Rau *de re cibaria Hebraeorum,* Traj. ad Rhen. 1768. Aliis est genus *vasis in rotundum excavati,* sub forma dualis ob operculum tanquam alteram ejus partem; aliis denique *foculus,* constans duabus partibus, cujus delineationem exhibet Dassovius in Diss. ad *Tit. Talmud. Chelim.*

כִּיּוֹר m. gener. aliquid *excavatum* vel effictum *in rotundum,* spec. 1) *labrum rotundum* Exod. 30, 18. 40, 7. 11. 1 Reg. 7, 35. etc. — 2) *foculus sive vas rotundum* ad fovendum ignem Zach. 12, 6. — 3) *suggestus rotundus* 2 Chron. 6, 13. Plur. כִּיּוֹרִים 2 Chron. 4, 6. et כִּיֹּרוֹת 2 Reg. 7, 38. 40. 43.

כִּכָּר foem. (contracte pro כִּרְכָּר v. Schultens. in clav. dialectt. p. 320.) gener. *rotundum* quid, spec. 1) *tractus terrae, circulus (Kreis)* Deut. 34, 3. Neh. 12, 28., כִּכַּר הַיַּרְדֵּן *tractus Jordanis* Gen. 13, 12. 19, 17. 2 Chron. 4, 17. i. e. planities, per quam defluit Jordanes, a lacu Tiber. inde usque ad mare mortuum, Arab. الغور v. Rosenmueller. *Alterthumskunde* II, 1, p. 145 sq. — 2) sq. לֶחֶם *placenta,* massa panis *rotunda* Exod. 29, 13. 1 Sam. 2, 36. Prov. 6, 26. Plur. כִּכָּרוֹת Jud. 8, 5. 1 Sam. 10, 3. — 3) *talentum, mensurae* genus *rotundum* Exod. 38, 24. 25. 27. 29. 1 Reg. 9, 28. Ex Eisenschmidii computatione est talentum 182 marc. 10 semunc. 1 drachm. $17\frac{62}{100}$ moment.; adeoque 1) talentum *auri* 12237 ducatorum, 2) *argenti* 2191 thaler. imper. 17 gr. 6 pf. monetae, quae ex marca argenti cudit 18 florenos; contra vero 2922 thaler. imper. 7 gr. 4 pf. monetae vilioris, quae ex marca argenti 24 florenos cudit. Aliter Michaelis in *Suppl.* p. 1269. Ex hujus enim sententia talentum est 65 marc. Colon. et 10 semunc. adeoque a) talentum *auri* facit $4397\frac{1}{2}$ ducat. aureor., b) talentum *argenti* $787\frac{1}{2}$ thaler. imper. monetae melioris, contra vero 1050 thal. imper. monetae vilioris. — In regim. כִּכַּר Gen. 13, 10. Exod. 25, 39. Dual. כִּכָּרַיִם *duo talenta* 2 Reg. 5, 23., in regim. כִּכְּרַיִם (servata terminatione dualis,

ne pereat indicium numeri) 2 Reg. 5, 23. Plur. כִּכָּרִים *talenta* 1 Chron. 22, 14. Esr. 8, 26., in regim. כִּכְּרֵי 2 Reg. 5, 5. 1 Chron. 29, 4.

כַּכַּר f. Chald *talentum*, plur. כַּכְּרִין Esr. 7, 22., ubi tamen alii Codices habent כַּכְּרִין.

מְכוּרָה f. pr. *effossio* h. e. (translatione a metallis facta) *origo, natales* (coll. phrasi Jes. 51, 1.) Ezech. 29, 14. Lxx. et Vulg. ad sensum: *radix*. Plural. Ezech. 21, 35.

מְכוֹרָה f. *id.* Ezech. 16, 3.

מְכֵרָה f. *gladius*, quo *transfoditur* sive *confoditur* (graec. μάχαιρα?), plur. מְכֵרוֹת Gen. 49, 5. Alii vertunt: *consilium* (Lxx. αἵρεσις) a rad. Aethiop. מכר ምከረ፡ *consultavit*, v. vers. Aeth. Matth. 1, 19. 12, 14. 26, 4. et nomen Aeth. מכר *consilium* Luc. 23, 51. cf. Lud. de Dieu ad loc. Genes.; alii: *fraus* ab Arab. مكر *vendidit*, inde *fefellit, circumvenit*, conf. Alb. Schultens. *Opp. min.* p. 129.; alii aliter v. Rosenmueller. ad h. l.

כּוּשׁ. Duplex fuit *Cuschaea* s. *Aethiopia* 1) altera in Arabia felici Gen. 10, 7. 8. Num. 12, 1. 2 Chron. 14, 8. Hab. 3, 5. — 2) altera Africana: Abessinia (quae et *Nubiensem* terram complectebatur), colonia arabicae Jer. 13, 23. Jes. 18, 1. Zeph. 3, 10. Ezech. 30, 4 sqq. 2 Chron. 14, 9 sqq. al. Cuschaei enim Arabiae felicis, trajecto mari rubro, ad fontes Nili consederunt conf. Michaelis *Spicileg. geogr. Hebr. exterae* T. I, p. 143 sqq. — Latius patet hoc nomen Gen. 2, 13. quippe omnem *australium terrarum* ambitum complectens (fere ut Homer. *Αἰθίοψ*) v. Buttmann. *älteste Erdkunde d. Morgenländ.* p. 39. Rosenmueller. *Alterthumsk.* I, 1, p. 210 sq.; nec audiendus Michaelis in Suppl. p. 1251., qui كاث metropolin Chowaresmiae ad Oxum sitam dici contendit.

כּוּשִׁי *Cuschita, Aethiops*, f. כּוּשִׁית Jer. 13, 23 (ad quem l. v. Bohlen Symbol. p. 38.), 38, 7. 10. 12. Num. 12, 1.

כּוּשָׁן Hab. 3, 7. *Cuschaea* Arabiae felicis. Sed alii tamen in quibus Rosenmueller. est, dici putant regem Syriae, *Cuschan Rischathaim* Jud. 3, 8. 10., nec hoc inepte.

כּוּת 2 Reg. 17, 30. et כּוּתָה 2 Reg. 17, 24. regio Asiae, unde coloniam in terram Israeliticam deduci jussit rex Assyriae. Eam praeeunte Josepho (Antt. 9, 14, 3.) in Persia reperisse sibi visi sunt haud pauci, coll. كوث seu كوثى, quae est urbs Iracae ad Tigrim fluvium v. Rosenmueller. *Alterth.* I. 2, p. 29. Sed Michaelis (Spicil. Geogr. I, p. 104 sqq.) *agrum Sidonium* fuisse putat, tum quod Targ. Jonath. in Gen. 10, 19. et Targ. Chron. 1 Chr. 1, 13. pro צִידוֹן habent כותנאם, כותניים, tum quod ipsi Samaritani *Sidonios* origine sese profitentur (v. Joseph. Antt. 11, 8, 6. 12, 5, 5.) v. Winer. Lex. bibl. I, p. 148 sq.

כָּזַב (cf. כָּרַב) *mentitus est, fefellit*, in Kal non legitur nisi part. כֹּזֵב Ps. 116, 11. — Niph. *mendax, fallax deprehensus est* Job 41, 1. Prov. 30, 6. — Pih. כִּזֵּב *mentitus est* Mich. 2, 11. Hab. 2, 3. Prov. 14, 5., sq. לְ pers. Ps. 89, 36. Ezech. 13, 19., sq. בְּ pers. 2 Reg. 4, 16. (*anlügen*),

metaph. de rebus inanimatis (ut de aquis) *spem fallentibus* Jes. 58, 11. cf. graec. ἀπατᾶν apud Hesiod. *Oper. et dier.* v. 460., lat. *mentiri* et *fallere*, Arab. كذب *mentiri*, pro *cessare, tardare, deficere in officio.* — Hiph. הִכְזִיב *mendacii arguit* Job. 24, 25.

כָּזָב m. *mendacium* Ps. 4, 3. Prov. 6, 19. 19, 22. Jes. 28, 15. 17. etc.; deinde omne id, quod *fallit*, falsa spe ludit, *res inanis, vana* Ps. 7, 15. Job. 15, 35., spec. *oraculum inane* et *falsum* Ezech. 13, 6. 7. 8. 19. *idolum* Ps. 40, 5. Am. 2, 4.

כְּזִיב Gen. 36, 5., כֹּזֵבָה 1 Chron. 4, 22. nom. propr. oppidi in tribu Juda v. אַכְזִיב.

אַכְזָב m. (oritur ab infin. Kal, praemisso א v. Gesen. L. p. 493.) *mentiens, mendax, fallax*: ut fons aquae semper expers adeoque viatores *fallens* Jer. 15, 18. Mich. 1, 14. coll. Jes. 58, 11. Sic lat. *mendax* dicitur, quod votis non respondet: unde *fundus mendax* apud Horat. Carm. III, 30., Arab. أَكْذَبُ *valde mendax.*

אַכְזִיב nom. propr. 1) oppidi in tribu Jud. Jos. 15, 44. Mich. 1, 14. — 2) oppidi ad mare mediterran. in finibus tribus Ascher. siti Jos. 19, 29. Jud. 1, 31., graec. Ἔκδιππα v. Wineri Lex. bibl. I, p. 14.

כָּזַר radix inusit., quae sensum *duritiei* et *crudelitatis* habuisse videtur, Arab. كزر et كسر *fregit violento impetu.* Inde est

אַכְזָר m. 1) *durus, crudelis* Thren. 4, 3., hinc (ut Syr. ܟܘܪܙܐ) *hostis* Job. 30, 21. — 2) *saevus*, de veneno Deut. 32, 33. — 3) *audax, truculentus* Job. 41, 2.

אַכְזָרִי m. 1) *durus, immanis* Jer. 6, 23. Prov. 5, 9. 12, 10. — 2) *saevus, truculentus, atrox* Jes. 13, 9 (dies Jovae), Prov. 17, 11 (nuntius).

אַכְזְרִיּוּת f. *crudelitas, atrocitas* Prov. 27, 4.

כָּחַד in Kal inusit., Pih. כִּחֵד 1) *abnegavit* (Arab. جحد, כ in ج mutato, *id.*) Job. 6, 10. 2 Sam. 18, 23. — 2) *celavit, occultavit* Ps. 40, 11. Jes. 3, 9., sq. accus. rei et מִן vel לְ pers. Ps. 69, 6. Jos. 7, 19. Job. 15, 18. 1 Sam. 3, 17. — Niph. נִכְחַד 1) *celatus est* Ps. 69, 6. 139, 15. Hos. 5, 3. 2 Sam. 18, 13. — 2) *excisus, deletus est* Job. 4, 7. 22, 20. Zach. 11, 9. 16. Exod. 9, 15. — Hiph. הִכְחִיד 1) *celavit* Job. 20, 12. — 2) *excidit, delevit* Exod. 23, 23. 1 Reg. 13, 34. 2 Chron. 32, 21.

כָּחַל *fucavit* Ezech. 23, 40. Arab. كحل *fucare* oculos, unde كُحْلٌ, Syr. ܟܘܚܠܐ, Talm. כחול *stibium* (פּוּךְ) vel *quodlibet, quo fucantur et denigrantur oculi.*

כָּחַשׁ *mentitus est, fefellit.* In Kal trop. *defecit, contabuit* Ps. 109, 24. — Pihel כִּחֵשׁ 1) *mentitus est* 1 Reg. 13, 18. Hos. 4, 2. Zach. 13, 4. Levit. 19, 11.; metaphor. de rebus inanimatis: *spem fefellit, defecit* Hab. 3, 17 (olivae), coll. Hos. 9, 2. Sic tellurem *mentiri* colono dixit Silius Ital. — 2) *blanditus, adulatus est*, sq. dat. pers. Ps. 66, 3. 81, 16. Job. 31, 28. — 3) *negavit* id, quod verum est Gen. 18, 15., it. *abne-*

gavit sq. בְּ Levit. 5, 21. 22. Job. 8, 18. Jos. 24, 27. Jer. 5, 12. Jes. 59, 13. In loco Prov. 30, 9. e seqq. מִי יְהוָה repetendum est בַּיהוָה.

Niphal נִכְחַשׁ *adulatus, blanditus est* sq. לְ pers. Deut. 33, 29. — Hithpahel *id.* 2 Sam. 22, 45.

כַּחַשׁ m. 1) *mendacium* Ps. 59, 13. Hos. 7, 7. 10, 13. 12, 1. Nah. 3, 1. — 2) *macies* Job. 16, 8., ubi cum affixo כַּחֲשִׁי, v. rad. Kal.

כֶּחָשׁ m. (pro כַּחַשׁ, formae dagessandae) *mendax*, plur. כֶּחָשִׁים Jes. 30, 9.

כִּי *adustio* vid. sub rad. כוה.

כִּי 1) germ. *dass*, graec. ὅτι; latine triplici hoc modo redditur: a) per accus. c. infin. post verba sentiendi et dicendi, ut Jes. 37, 8. *audivit* כִּי נָסַע *eum profectum esse*, 1 Sam. 14, 3. *populus non novit* כִּי הָלַךְ (Jonathanem) *abiisse*, Ps. 37, 13. *nam videt* כִּי יָבֹא יוֹמוֹ *diem ejus venturum esse*, Gen. 1, 4. 42, 33. Esth. 3, 5. Jud. 4, 12. Jer. 10, 23. Neh. 6, 16. Deut. 5, 15. etc. — b) *quod* Ps. 8, 5. *quid homo* כִּי תִזְכְּרֶנּוּ *quod eum curas* (ubi ponitur, deum hominis curam gerere), Num. 16, 11.; 1 Sam. 24, 20: *quod vir hostem suum invenit et liberum dimisit, (id) remuneretur tibi Deus* etc. Mal. 3, 14. — c) *ut* Job. 6, 11. *quae vires meae* כִּי אֲיַחֵל *ut sperem* (ubi effectus significatur), Job. 3, 12. 7, 17. Exod. 3, 11. 2 Reg. 8, 13 (sq. fut.); וַיְהִי כִּי *accidit ut*, quae formula crebro legitur. — Passim optio tibi datur, utrum hoc an illo modo vertas, ut post verba affectuum Jes. 14, 29. et in hac formula: טוֹב כִּי *bonum, utile est:* Thren. 3, 28: טוֹב לַגֶּבֶר כִּי יִשָּׂא עֹל *bonum est homini, ut ferat jugum*, vel: *hominem ferre jugum*; 2 Sam. 18, 3: טוֹב כִּי תִהְיֶה לָּנוּ לַעְזוֹר *bonum* est, *ut sit nobis auxilio*, vel: *te nobis auxilio esse.* — Ad hanc primam significationem revocandi etiam hi usus particulae sunt: a) ubi *orationi directae* praemittitur: Jos. 2, 24: וַיֹּאמְרוּ כִּי נָתַן יְהוָה Lxx. καὶ εἶπαν, ὅτι παραδέδωκε κύριος (v. Passow WB. II, p. 304.), 1 Sam. 10, 19. Ruth. 1, 10. Gen. 18, 20. 2 Sam. 19, 43. Exod. 4, 25. etc. — b) in jurisjurandi formulis: 1 Reg. 2, 23. *puniat me Deus* כִּי בְנַפְשׁוֹ דִּבֶּר אֲדֹנִיָּהוּ אֶת־הַדָּבָר nisi verum est, *Adoniam haec in suam perniciem dixisse*, Ruth. 1, 17. Scil. in istis verbis *puniat me Deus* inest hic sensus: per salutem meam juro, affirmo. Adde 1 Sam. 25, 34. 2 Chron. 18, 13. (facilius fluit oratio Jer. 22, 5. *juro* כִּי־לְחָרְבָּה יִהְיֶה הַבַּיִת *has aedes vastatum iri*, Gen. 22, 16.). — c) ubi הֲכִי per ellipsin legitur Job. 6, 22: הֲכִי אָמַרְתִּי הָבוּ *an* verum est, *me dixisse?* Hinc saepius הֲכִי non est nisi *an* 2 Sam. 9, 1. vel *nonne* Gen. 27, 36. 29, 15. — d) Gen. 31, 42: *nisi Deus — mihi adfuisset* כִּי רֵיקָם שִׁלַּחְתָּנִי puto, affirmo, *te vacuum me dimissurum fuisse*, Num. 22, 33. Job. 8, 6. Ad sensum in his locis verti potest: *profecto*, atque inde factum videtur, ut in ipso orationis exordio poneretur, Jes. 15, 1., ubi v. Gesen.

2) quod, ὅτι, *weil* Deut. 23, 8. Thren. 3, 28. Exod. 18, 11. Jud. 13, 22. 2 Sam. 14, 10. Gen. 3, 14. 4, 25. 41, 49. 2 Reg. 9, 16., *nam* 2 Sam. 6, 6. Deut. 2, 19. Jes. 16, 4. Mich. 6, 4. al. Ita vero *praemittitur* sententiis caussalibus, raro *interponitur* ut Ps. 118, 10. 128, 2. Ceterum haec altera vocis significatio haud paucis in locis obtinet, quorum, si minus accurate consideras, alia videtur esse ratio. Sed cave, ne *pleonasmi* specie decipiaris. Nam ut Ps. 9, 13. et 18, 28., quae loca

jam a DE WETTIO recte conversa sunt, praetermittamus, Ps. 5, 10. ita copulari debet c. v. 9.: *propter hostes meos dux mihi esto ad retinendam pietatem:* id eo confidentius a te precor, *quod* isti pessimi homines sunt adeoque non digni, quibus ut de lapsu meo gaudeant, permittas; v. 13. autem cum 12. facilius etiam cohaeret: *fac ut bene sit omnibus, qui in te fiduciam reponunt:* hoc autem consentaneum est bonitati tuae; soles *enim* probos amore complecti. — Eodem modo debent alii loci expediri, ubi כִּי vulgo reddunt: *quare, ideo.* Scil. 2 Chron. 30, 18. sententiarum nexus hic est: *multi Ephraimitarum comedebant pascha legi non convenienter* idque concessum iis est, *nam imploraverat Hiskias Dei veniam.* Sed ad 1 Sam. 2, 25. 1 Reg. 12, 15. cf. 2 Sam. 24, 1. Jos. 11, 20. al. Itaque non opus est ea, quae PASSOVIUS II, p. 304. de graec. ὅτι et de οὕνεκα exposuit, ad hebr. linguam transferre.

Ab hac secunda vocis potestate oritur etiam illa, quam ad complures locos transtulerunt: *sed* 2 Reg. 1, 4. *non surges de lecto* כִּי מוֹת תָּמוּת *sed haud dubie morieris.* Etenim haec ita enarres: *non surges, nam morieris,* haec est caussa, cur non poteris surgere, adde Am. 7, 14. Dan. 9, 18. Gen. 45, 8. Exod. 16, 8. Concise dicta sunt, quae leguntur Ps. 44, 23. *si obliti essemus Dei, Deus nos haud dubie puniret,* illud autem non factum, *nam propter te* (Deum) *quotidie occidimur;* scil. verba *si obliti essemus* negativum sensum habent, quasi scripserit vates: *non obliti sumus Dei, id quod Deus haud dubie puniret;* nam *propter ipsius caussam occidimur.* Ex eodem genere est loc. Ps. 130, 4.

3) cum, *wann:* a) de tempore i. q. ὅτε 2 Chron. 6, 28. — b) de eo, quod fieri vel futurum sumitur, i. q. ἐάν Jos. 20, 5. 2 Reg. 4, 29. Simil. nostrum *weil* antiquitus et de tempore et de caussa dictum. Ceterum alii loci, quos multos afferre solent, huc non pertinent; nam Prov. 30, 4: מַה־שְּׁם־בְּנוֹ כִּי תֵדָע ita vertendum: *quodnam est filii ejus nomen* (sc. dic), *nam* (scilicet) *tu* probe *nosti* (iron.) atque adeo dicere potes; Exod. 3, 21: וְהָיָה כִּי תֵלֵכוּן לֹא תֵלְכוּ רֵיקָם *accidet, ut egrediamini; non tamen egrediemini vacui;* Job. 39, 24: לֹא יַאֲמִין כִּי קוֹל שׁוֹפָר venustius dicta sunt, si poetam factum repraesentare voluisse statuimus: *es hält nicht Stand, denn die Trommete tönt;* Deut. 6, 25: *justi habebimur* (a Deo) כִּי נִשְׁמֹר לַעֲשׂוֹת כָּל־הַמִּצְוָה *nam observabimus* etc. Atque ita explicandum etiam in his locis, ubi *cum, als* vertunt Hos. 12, 1. Jes. 48, 2.

Falluntur, qui addunt כִּי saepe pro *relativo* esse; nam Ps. 71, 15. vertendum: *numeros enim non novi* (propterea *totus* dies consumendus est in canendis laudibus tuis), 2 Sam. 24, 10: *condona peccatis meis* כִּי נִסְכַּלְתִּי מְאֹד *nam perverse admodum egi* (itaque opus est tua clementia), Gen. 4, 25: כִּי הֲרָגוֹ קָיִן *nam eum occidit Cainus;* id autem repetitum est propterea, quod post v. 8. plura interposita fuerant. Adde Deut. 14, 29. Ps. 90, 4. al. — Aliena etiam videtur significatio: *utinam,* quam GESENIUS intulit loco Jes. 39, 8.; etenim verbis: *bonum est Jovae decretum,* quae aliquid offensionis habere poterant, explicationis caussa haec adjiciuntur: כִּי יִהְיֶה שָׁלוֹם בְּיָמָי *scil. quod mea certe vita pacata et tranquilla erit.* — Denique non audiendi sunt, qui nonnullis in locis *quamvis, etiamsi* interpretantur. Nam Exod. 13, 17. lucem capit ex v. 8.; scilicet noluit Deus Israelitas per propinquam viam ducere, ne, si pugnae ineundae essent, ipsi tanquam novi homi-

nes ac bellis nondum assueti animum abiicerent; Jos. 17, 18. sententiarum nexus hic est: vos, Ephraimitae et Manassitae, aggrediamini Cananitas, *nam hi habent currus ferreos*, itaque non possunt, nisi a valida gente, qualis vos estis (v. 17.), debellari; Ps. 116, 10: האמנתי כי אדבר *confido* (Deo), *nam loquor* h. e. fiduciam me in Jova repositam habere, eo ipso demonstro, quod loquor h. e. has preces ad eum fundo. Ita jam H. Michaelis.

כי אם 1) tanquam duae voces a) *nam cum* (si) Thren. 3, 32: כי אם הוגה ורחם *nam si moerore afficit* (Deus), *etiam miseretur,* Exod. 8, 17. Jos. 23, 12. Prov. 2, 3. (coll. v. 5.) Eccles. 11, 8. Singularis est loc. Exod. 22, 22: *noli vexare viduam* et *pupillum; si vexaveris* כי אם יצעק אלי שמע אשמע non bene tibi erit, *nam si clamaverit, ego audiam;* b) *dass wenn* Jer. 26, 15: *scitote* כי אם ממתים אתם אתי כי־דם נקי וג׳ *vos, si me occideritis, caedis reos fieri,* 1 Sam. 20, 9. — 2) tanquam una vox a) *nisi,* post sententiam negativam Gen. 32, 27: *non mittam te* כי אם־ברכתני *nisi mihi benedixeris* (propr. *nam si mihi benedixeris,* tum demum mittam te), Ruth. 3, 18. 2 Reg. 4, 2: *non est quidquam in domo* כי אם אסוך שמן *nisi lecythus olei,* 1 Sam. 30, 17. Gen. 28, 17. Jos. 14, 4. Eccles. 3, 12. Simil. post interrogationem negativam Jes. 42, 19. *quis est coecus* כי אם־עבדי *nisi servus meus?* h. e. nemo potest, si cum servo meo comparatur, coecus dici, hic unice coecus est. — Hinc est, quod כי אם in jurisjur. formulis pro אם לא legitur Jes. 51, 14: *Jova juravit per vitam suam* כי אם מלאתיך אדם *nisi te implebo hominibus* (h. e. non vivam, nisi etc., i. e. certissime implebo cf. Ezech. 5, 11.), 2 Reg. 5, 20. 2 Sam. 15, 21. Sed de loco 2 Sam. 3, 35. v. infra. Omisso jurandi vocabulo Jud. 15, 7: *quanquam hoc fecistis* כי אם־נקמתי בכם non tamen vivam, *nisi ultionem sumsero de vobis,* (quanquam haec etiam ita dici poterant: לא אחדל כי אם וג׳); b) *sed* 1 Sam. 8, 19. 1 Reg. 18, 18. 2 Chron. 18, 17. Ps. 1, 2. Num. 26, 33. Gen. 32, 29. 1 Sam. 21, 5., quanquam in his locis omnibus orationis quaedam brevitas obtinet: *non praedicet de me bonum,* non praedicet *nisi malum, non perturbo Israelem,* non (nemo) perturbat, *nisi tu.* — 3) i. q. כי Job. 42, 8., i. q. אם 2 Sam. 3, 35. *puniat me Deus* כי אם־אטעם לחם *si gustavero* h. e. non gustabo. De loco Gen. 40, 14. v. Rosenmueller.

Restant duo loci, quos perperam explicuisse videntur interpretes; nam Gen. 47, 18. כי אם pro כי (*dass*) collocatum voluit nuper etiam Gesenius, et 1 Reg. 20, 6. post Noldium haud pauci vertunt *ideo.* Sed noli fidem habere. Priorem enim locum ita expedies: *non celabimus te, nobis, si pecunia - - consumta est* (quemadmodum *consumta est*), *nihil reliquum esse praeter corpora nostra* etc. In altero autem v. 5. et 6. ita cohaerent, ut ille protasin, hic apodosin efficiat: *quod ad te misi, qui postularent, ut argentum tuum, aurum* etc. *mihi traderes,* כי אם כעת מחר אשלח את־עבדי וחפשו את־ביתך וג׳ *scito, servos meos, si cras misero, inquisituros esse* etc.

כי על־כן ubivis dictum volunt pro על־כן כי *propterea quod* (ita post multos alios in Nold. Concord. p. 892. nuper Gesenius in Ephem. lit. Hal. 1826. Suppl. n. 69), nec hoc multum offensionis haberet, cum ejusmodi trajectiones perpetuae in solennibus formulis ap. graecos quoque occurrant, ut ὅτι τί pro τί ὅτι (Herm. ad Vig. p. 849.). Sed,

si ab uno loco 2 Sam. 18, 20. discedis, certe non opus est ista explicatione, modo reputes, vocem *ideo, idcirco* non solum consilium, quo quis quid fecerit *(Absicht)*, sed etiam finem, quem factum aliquod habere possit *(Zweck)*, etiamsi ejus non conscius sibi fuerit is, qui fecerit, significare. Loc. Gen. 19, 8. duobus modis expediri potest; nam vel hoc dicit Lotus: *quod hi viri tectum meum subierunt, id non potest alium finem habere, nisi* etc., vel ipsis illis hominibus vere persuasum fuerat a Loto (v. 3. וַיִּפְצַר בָּם *instituit* sc. argumentis), se in hac domo tutiores fore, quam in platea (v. 2.). Gen. 18, 5. Abrahami sententia haec est: *quod praeteriistis tentorium meum, hoc ideo factum, ut mihi opportunitas daretur* infirmos recreandi. Gen. 38, 26. confitetur Juda, Thamarem non esse in culpa, et haec addit: *nam ideo* (ut *mihi* culpam contraherem), quemadmodum nunc intelligo, miser *ego denegavi filio meo uxorem,* ipse quanquam invitus hoc egi, ut mihi hanc ignominiam afferrem, *das habe ich dadurch bezweckt* (cf. Jes. 36, 12. ibique Gesen.). Jer. 38, 4. sententiarum nexum ita tibi informa: jube hunc hom. interfici, nam alium finem non potuit assequi sua perversitate. Sim. Jer. 29, 28. Num. 14, 43. Ceterum quod uno in loco כִּי עַל־כֵּן pro עַל־כֵּן כִּי positum dicimus (ut אֲשֶׁר עַל־כֵּן Job. 34, 27. pro עַל־כֵּן אֲשֶׁר), id non debet mirum videri. Nam sim. graec. οὕνεκα, quod pr. significat *quapropter,* passim est *quia, propterea quod* (i. q. τοῦτου ἕνεκα ὅτι, v. Doederlein ad Oedip. Col. p. 462.), atque id ex locorum indole debet judicari.

כיד rad. inusit., Arab. كَادَ med. Je: *decepit dolo, insidiis.*

כִּיד m. propr. *fraus, circumventio,* Arab. كَيْدٌ, deinde *pernicies, exitium* Job. 21, 20. (nam Scholiastes Haririi ad Consess. 21. Arab. كيد interpretatus est: هلاك *exitium* v. Alb. Schultens. ad Job. l. c.).

כִּידוֹן m. 1) genus *hastae, lancea, jaculum* Job. 41, 21. Jos. 8, 18. 26. 1 Sam. 17, 6. 45. Jer. 6, 23. 50, 46. Lxx. in Jos. γαῖσον (v. Wesseling ad Diod. Sic. I, p. 586.), in Job. πυρφόρον *telum igniferum.* Origo non liquet. Sunt, qui deducant a rad. Aethiop. כדן *texit, protexit,* unde tamen galea vel clypeus potius quam telum dici poterat. Magis apposite Bochartus in Hieroz. T. I, p. 861 sqq. ortum putat a כִּיד *pernicies,* ut pr. sit *instrumentum exitii, telum.* Sono persimile est Arab. قتين *hasta, lancea.* Cum vero vett. interpretum plurimi *scutum* vel *clypeum* vertant (Lxx. et Vulg. fere ubique), Clericus ad Jos. 8, 18. et 1 Sam. 17, 6. hanc explicationem praeferendam duxit coll. voc. *citona,* quod fuit scutum Maurorum minus, v. Joh. Phil. Casselii Progr. de *vocibus Unce et Citona* ad Scholiasten Juvenalis *Sat.* XI, 140. At v. tamen, quae contra disputavit Fischerus in Proluss. de Verss. graec. literar. hebr. magistris p. 135 sqq. — 2) fortasse *acervus congestus,* a rad. כּוּר, Arab. كَوَّدَ *accumulavit,* unde كَوْدَةٌ *congestus acervus;* גֹּרֶן כִּידוֹן 1 Chron. 13, 9. *area cumuli* i. e. in qua stratum et accumulatum frumentum erat triturae paratum, quae 2 Sam. 6, 6. dicitur גֹּרֶן נָכוֹן *area instructa,* v. Michaelis in *Suppl.* p. 1263. Sed alii ad istum etiam locum *exitii* significationem transferunt, נָכוֹן, quod 2 Sam. legitur, a rad. נכה *percutere* repetentes v. Simonis Onom. p. 339. 340.

כִּיּוֹר v. sub rad. כּוּר.

כִּילַי vid. sub rad. נָכַל.

כִּיס vide sub rad. נָכַס et sub nom. כִּלֹס.

כִּיף v. sub voc. כַּף.

כָּךְ *sic, ita,* apud Rabbinos frequens, contractum ex כְּהָךְ *secundum hoc* (הָךְ enim Chald. est pronom. *demonstrat. hic, haec, hoc*). In libris V. T. semper legitur cum ה paragog. כָּכָה Exod. 12, 11. Num. 8, 26. Deut. 29, 23. Jos. 10, 25. etc. Praefixo אֵי fit *interrogativum:* אֵיכָכָה *quomodo?* Vid. tamen suo loco אֵיךְ.

כִּכָּר v. sub rad. כרר.

כָּלָא 1) *clausit, conclusit* (Chald. Syr. Aethiop. *id.,* Arab. كلأ *custodivit, servavit*), unde כְּלוּא *conclusus, inclusus* Jer. 32, 2. et כָּלֻא Ps. 88, 9.; intrans. *clausus est* Hagg. 1, 10. — 2) *continuit, cohibuit* Jes. 43, 6., sq. acc. person. Num. 11, 28.; sq. מִן pers. *aliquem aliqua re prohibere* Gen. 23, 6. vel *subtrahere alicui aliquid* Ps. 40, 12. Aliquoties formationem suam mutuatur a כָּלָה; unde praet. 2 pers. f. כָּלִית cum affixo כְּלִתִנִי 1 Sam. 25, 33., pers. 1. כָּלִאתִי Ps. 119, 101., plur. כָּלוּ 1 Sam. 6, 10., fut. יִכְלֶה Gen. 23, 6. — Niph. *cohibitus est* Gen. 8, 2 (imber), it. *prohibitus est* Exod. 36, 6. [Sed infin. Piel כַּלֵּא Dan. 9, 24. vide sub rad. כָּלָה].

כֶּלֶא m. (constr. semper cum nomine בֵּית) *carcer,* a *concludendo* dict. 1 Reg. 22, 27. Jes. 42, 7. Jer. 37, 15. etc., cum affixo כִּלְאוֹ 2 Reg. 25, 29. Jer. 52, 23., plur. כְּלָאִים Jes. 42, 22.

כִּלְאַיִם *heterogenea, duo diversa genera* sibi invicem *inclusa* et *mixta* Levit. 19, 19. Deut. 22, 9. Convenit cum Arab. كلان *ambo,* Aethiop. ክልኤ: *duo,* et ካልእ: *alius.*

כְּלוּא m. *carcer* sec. Kri Jer. 37, 4. 52, 31., sed Cthib habet כְּלִיא, alia forma.

מִכְלָה pro מִכְלָא vel מִכְלָאָה *caula, ovile,* in quo *concluduntur* oves Habac. 3, 16., plur. מִכְלָאוֹת Ps. 50, 9. 78, 70.

כָּלַב radix inusit., Arab. كلب *contexere, consuere.*

כְּלוּב m. *receptaculum* vel ex loris reticulari forma, vel e viminibus, scirpis, virgis contextum, hinc 1) *sporta reticularis, fiscina* s. *corbis pomorum* Am. 8, 1. 2. — 2) *cavea,* in qua aves continentur Jer. 5, 27., Graec. κλωβός, quod ipsum vocabulum ex Oriente in Graeciam invectum nonnullis videtur v. Michaelis *Suppl.* p. 1273. Bocharti *Hieroz.* P. 2. lib. 1. c. 13.

כֶּלֶב m. *canis* (Arab. كَلْبٌ, Syr. ܟܰܠܒܳܐ, Aeth. ከልብ: videtur esse nom. primit.) Exod. 11, 6. Jud. 7, 5. etc. Oppida orientis referta sunt integris canum, dominis carentium, gregibus, qui per plateas et fora vagantes cadaveribus vescuntur 1 Reg. 14, 11. 16. 21, 19. 22, 19. 38. 2 Reg. 9, 25. Ps 68, 24. v. Winer. Lexic. bibl. I, p. 305. — Frequens est et varia hujus voc. *translatio;* nam a) *canes* passim appellantur *hostes* atroces et crudeles (κυνές ap. Homer. etc.) Ps. 22, 17. 21. (saevi enim et rapaces sunt nomadum canes, qui ad defendendos greges adhibentur

v. Oedmann. Samml. V, p. 31 sq.); — b) *canibus mutis* assimilantur prophetae qui a castiganda populi perversitate abstinent Jes. 56, 10. ubi v. Rosenmueller.; canum enim, tanquam gregis custodum, est latrare latrandoque pastores monere; — c) *canis* dicitur vilis quivis et abjectus homo 2 Reg. 8, 13., it. *canis mortuus* 1 Sam. 24, 15. 2 Sam. 9, 8. 16, 9.; it. *caput canis* 2 Sam. 3, 8 (coll. vern. *Eselskopf*, *Ochsenkopf*); — d) sign. *cynaedum, scortum masculum*, hinc מְחִיר כֶּלֶב *pretium canis* h. e. quod cynaedo datur pro nefario concubitu Deut. 23, 19. coll. Apoc. 22, 15. — Plur. כְּלָבִים 1 Reg. 14, 11., in regim. כַּלְבֵי Job. 30, 1.

כָּלֵב nom. propr. viri, Josuae comitis Num. 13, 7. 14, 6 sqq. Jos. 15, 14. Inde oritur patronym. כָּלִבִּי 1 Sam. 25, 3. in Kri (Ctbib habet כָּלִבּוֹ i. e. *sui tantum animi libidinem sequens*). Sed alii כלבי tanquam a כֶּלֶב declinatum explicant: *rabidus, furiosus* coll. Arab. كَلِبَ *rabie canina corripi* (كَلَبٌ *rabies canina*, كُلَابٌ *delirium ex rabie canina*), Sab. ܟܠܒܐ *id.* v. Michaelis in *Suppl.* p. 1272.

כָּלָה (ut gr. τελεῖσθαι) 1) *absolutus, perfectus est* (*zu Stande gebracht, vollführt sein*). Dic. de opere quovis Exod. 39, 32. 1 Reg. 6, 38. 2 Chron. 29, 34., spec. de vaticiniis, quae eventu comprobantur (sine eventu enim imperfecta sunt ac fine suo carent) 2 Chron. 36, 22. Esr. 1, 1. Dan. 12, 7. (simil. gr. τελεῖν ὑπόσχεσιν, μῦθον, ἔπος), — de eo, quod quis animo perfecit h. e. excogitavit, *decrevit* Prov. 22, 8. Esth. 7, 7. 1 Sam. 25, 17. — 2) *peractus, finitus est* (*vorbei sein*), de temporis aliquo spatio Gen. 41, 53. Ruth. 2, 23. Jes. 24, 13. coll. 10, 25. — 3) *consumtus est* (*alle sein*) Gen. 21, 15. 1 Reg. 17, 16 (de cibis), hinc *confectus est* Ps. 71, 9. 73, 26. Prov. 5, 11. Thren. 2, 11., max. de animo, qui desiderio vel spe conficitur, atteritur (*verschmachten*) Ps. 84, 3. 119, 81. Job. 19, 27. Ps. 143, 7. it. de oculis Job. 11, 20. Ps. 69, 4. Jer. 14, 6. (quibus in locis summus desiderii cruciatus pingitur); — *absumtus, confectus est, periit* (aliquis sive ferro sive fame) Ps. 39, 11. Prov. 22, 8. Jer. 16, 4. Ezech. 5, 13. Mal. 3, 6.; — *evanuit* Ps 37, 20 (fumus). — Fut. apoc. יִכֶל Job. 33, 21., foem. תִּכְלֶה (petita punctatione a כָּלָא) 1 Reg. 17, 14., per apoc. וַתֵּכֶל Exod. 39, 32.

Pih. כִּלָּה 1) *absolvit, perfecit* (integrum fecit), *zu Stand bringen* Gen. 6, 16. Exod. 5, 13. Levit. 19, 9: לֹא תְכַלֶּה פְּאַת שָׂדְךָ לִקְצֹר *non perficies angulum agri tui demetendo* h. e. non exacte demetes agri tui extremos angulos; *perficere vaticinium* h. e. facere ut exitum habeat Esr. 1, 1. 1 Sam. 3, 12.; semel: mente aliquid perficere h. e. *decernere, moliri* Prov. 16, 30. — 2) *finivit*, sq. infin. c. praefixo לְ *desiit* Gen. 18, 33. 24, 45. Deut. 20, 9. 26, 12. Jud. 3, 18., it. sq. infin. c. praef. מִן Levit. 16, 20. Exod. 34, 33. — 3) *consumsit*, fecit ut aliquid esse desineret, a) vorando, comedendo: *depavit* (*abfressen*) Jes. 27, 10.; b) *delevit, perdidit* vel aliquid Zach. 5, 4. vel aliquem Gen. 41, 30. Num. 16, 21. Esr. 9, 14. Jer. 14, 2. Job. 9, 22. Hos. 11, 6. al.; c) *evanescere, interire fecit* Ps. 78, 33. 90, 9.; d) *confecit* Jes. 49, 4 (vires), Levit. 26, 16. Job. 31, 16 (oculos prae summo desiderio). Praet. 3. f. cum affixo וְכִלַּתּוּ Zach. 5, 4., 1. p. כִּלִּיתִי Num. 25, 11. et כִּלֵּיתִי Ezech. 6, 12. Fut. apoc. cum Vau convers. וָאֲכַל Ezech.

43, 8., 3. f. וַתְּכַל 2 Sam. 13, 39. — Pyh. כִּלָּה, fut. יְכַלֶּה *absolutus est* Gen. 2, 1., *finitus est* Ps. 72, 20.

כָּלֶה m. inusit., f. כָּלָה *deficiens, tabescens* Deut. 28, 32.

כָּלָה f. 1) *perfectio, consummatio,* hinc לְכָלָה *usque ad consummationem* h. e. *prorsus, omnino* Ezech. 13, 13. 2 Chron. 12, 12. et omisso לְ Gen. 18, 21. Exod. 11, 1. — 2) *consumtio* i. e. *excidium, interitus* 1 Sam. 20, 33., hinc עָשָׂה כָלָה *excidium facere, conficere* (de Jova) Jes. 10, 23. Jer. 4, 27., sq. אֵת pers. Ezech. 11, 13. 20, 17., sq. בְּ pers. Jer. 30, 11.

כְּלִי m. *quicquid factum* (perfectum), *confectum* est ad usus vitae (cf. vern. *Zeug* a *zeugen*), spec. 1) *supellex* quaevis Gen. 31, 37. Jer. 49, 29. Num. 4, 32. — 2) *vas* Exod. 35, 22. Levit. 11, 32. 33. 34. Num. 19, 17. Deut. 23, 25. Exod. 3, 22., כְּלִי הַיּוֹצֵר *vas figlinum* Jer. 19, 11. Ps. 2, 8. 2 Sam. 17, 28. Trop. Jer. 51, 34 (48, 38.). — 3) *navigium (Fahrzeug)* Jes. 18, 2: כְּלֵי גֹמֶא *navigia papyracea.* — 4) *vestis* Levit. 13, 49. 53. Deut. 22, 5., it. *mundus* muliebris Jes. 61, 10. — 5) *instrumentum,* tam *bellicum* sive *arma* Deut. 1, 41. Jud. 18, 11. 1 Sam. 8, 12. (addito voc. מִלְחָמָה), 1 Sam. 14, 1. 6. 7 sqq. (omisso hoc voc.), quam *musicum* 2 Chron. 5, 13. Am. 6, 5 (addito שִׁיר), Ps. 71, 22 (simpl.). Tropice *consilia, artes,* quibus quis alios circumvenit Gen. 49, 5. Jes. 32, 7.; *instrumenta irae Dei* Jes. 13, 5. Jer. 50, 25. sunt ii (populi), per quos poenas hominibus (Israelitis) infligit Jova. — In pausa כֶּלִי Num. 19, 17. 2 Reg. 4, 6. Plur. כֵּלִים (tanquam a sing. כֶּל) Exod. 22, 6. Num. 7, 85. Ruth. 2, 9., in regim. כְּלֵי Gen. 24, 23. cum affixis כֵּלֶיךָ Gen. 27, 3. כְּלֵיהֶם Gen. 42, 25.

כִּלִּי v. s. rad. נָכַל.

כְּלָיוֹת plur. foem. (a sing. כִּלְיָה?) *renes* (Chald. כָּלְיָא, Arab. كُلْيَة) Exod. 29, 13. 22. Levit. 9, 19. Job. 16, 13. sec. SCHULTENSIUM sic dicti, quod sunt *bipartiti,* coll. כִּלְאַיִם, sec. ABEN ESRAM, BOCHARTUM aliosque a *libidine* et *affectibus,* quorum sedes in *renibus* (vid. rad. 2. d. *β*) coll. Job. 19, 27. Possit denique videri esse plur. foem. a masc. כְּלִי, quod habeant *cavitatem* instar *vasis,* quam Anatomici *pelvim* vocant. Metaphor. a) pro *intimo animo,* commotionum ac cupiditatum sede Ps. 7, 10. 16, 7. 73, 21. Prov. 23, 16.; b) כִּלְיוֹת חִטָּה *renes tritici* Deut. 32, 14. sunt *grana tritici optimi,* quae ob magnitudinem cum renibus comparantur; THEOPHRASTUS plantt. VIII, 4. „grana, inquit, singula istarum regionum magnitudine aequiparant nucleos olivae."

כִּלָּיוֹן m. 1) *consumtio* i. e. *excidium* Jes. 10, 22. — 2) *confectio* כִּלְיוֹן עֵינַיִם *confectio, tabes oculorum* Deut. 28, 65. i. e. *anxium desiderium.*

מִכְלוֹת plur. *perfectiones* 2 Chron. 4, 21: מִכְלוֹת זָהָב *perfectiones auri* h. e. *aurum optimum.* Alii deducunt ab Arab. كَلَّ *collegit, congessit,* ita ut sit: *collectum, compactum* h. e. *solidum.* Sed haec significatio non sine vi extorquetur e radice.

תִּכְלָה *consummatio, perfectio,* Lxx. συντέλεια Ps. 119, 96. Parum probabiliter MICHAELIS exposuit: *spes, fiducia,* a Syr. תְּכַל *confisus est,* sed v. ROSENMUELLER. ad h. l.

תַּכְלִית f. 1) *perfectio* (*Vollkommenheit*) Job. 11, 7: תּ' שַׁדַּי *perfectio omnipotentis,* Ps. 139, 22: תּ' שִׂנְאָה *perfectio odii* h. e. summum odium. — 2) *finis, terminus* Neh. 3, 21. Job. 26, 10. 28, 3.

כֶּלַח m. *senectus* Job. 5, 26. 30, 2. cf. rad. Arab. كلح *tetrico, austero et corrugato vultu fuit,* vel كلّح *labiis ingestis et contractis fuit,* quo in summo senio dentibus excisis labia intus contrahuntur v. MICHAELIS *Suppl.* p. 1279.

כֶּלַח Gen. 10, 11. urbs, si suspicari licet, *Holvan* (حلوان), Chalifarum olim sedes aestiva, extrema Iracae Arabicae, vicina montibus, D'AANVILLIO inter grad. long. 63—64. lat. 34—35, Syris dicta ܚܠܘܢ (v. ASSEMANI *Bibl. orient.* T. III. P. II, p. 418. 419. 753.), a qua fortasse *Calachene* regio nomen accepit (v. BOCHARTI *Phaleg* lib. 4. c. 22. p. 290.), nisi duplex Assyriae Calach fuit, altera כלח, altera חלח (q. vide suo loco) v. MICHAELIS *Suppl.* p. 767. 1279. *Spicil. geogr. hebr. exterae* T. I, p. 244 sqq. ROSENMUELLER. *Alterth.* I. 2, p. 98 sq.

כָּלַל 1) *perfecit, absolvit* (Arab. كلّ in Conj. II. *consummavit,* Syr. ܫܟܠܠ et Chald. שַׁכְלֵל, quod statim sq.) Ezech. 27, 4., ubi plur. כָּלְלוּ. — 2) *ornavit, coronavit* (ad hanc notionem facilis est a *perficiendo* transitus) coll. Chald. et Syr. כְּלַל et Aethiop. ከለለ: Hinc oriuntur כַּלָּה et כְּלוּלוֹת.

כְּלַל Chald. *id.,* Schaphel (v. WINER. Grammat. chald. p. 38.) שַׁכְלֵל *perfecit* Esr. 6, 14., c. affixo שַׁכְלְלֵהּ Esr. 5, 11., infin. שַׁכְלָלָה Dan. 5, 3. 9. — Pass. אִשְׁתַּכְלַל *perfectus est* Esr. 4, 13. 14. Sed Esr. 4, 12. אשכללו in Cthib est pro אשתכללו.

כָּלִיל m. 1) *perfectus, consummatus* Ezech. 16, 14. 27, 34. 28, 12. Thren. 2, 15. — 2) *totus* Exod. 28, 31. כְּלִיל תְּכֵלֶת (v. GESEN. L. p. 677. cf. Ezech. 28, 12.) vestis *tota purpurea, caerulea* Exod. 39, 22. Num. 4, 6.; deinde substantive: *totum, universitas* Jud. 20, 40: כְּלִיל הָעִיר *universitas urbis* i. e. *tota urbs;* Levit. 6, 15: כָּלִיל תָּקְטָר *totum* (*das Ganze*) *adolebitur* (hinc adv. *prorsus* Jes. 2, 18.), — spec. sacrificium, quod totum igne comburitur, *holocaustum* Deut. 33, 10. Ps. 51, 21.

כְּלוּלוֹת f. plur. Jer. 2, 2. *sponsalia,* q. d. *consummationes, perfectiones matrimonii,* nisi potius oritur a כָּלַל 2. v. infra כַּלָּה.

כֹּל (כּוֹל sec. Cthib Jer 33, 8.) et sq. Makkeph כָּל־ (cf. tamen Ps. 35, 10. Prov. 19, 7.) propr. (ut Syris et Arab.) *substantivum* est: totus *complexus, universitas,* unde passim cum verbo singul. numeri (Nah. 3, 7. Zach. 14, 15. Gen. 9, 29.) et, nomine feminino intercedente, adeo cum verbo masculini generis (Jes. 14, 31.) copulatur: כָּל־יְמֵי־אָדָם *universitas* (*summa*) *dierum Adami* h. e. *omnes dies Adami* Gen. 5, 5., כָּל־בְּנֵי־שֵׁת *omnes Sethitae* Num. 24, 17., כָּל־נִפְלְאוֹתֶיךָ *universitas facinorum tuorum* h. e. *omnia f. t.* Ps. 9, 2. Ita c. affixis plur. כֻּלָּם *omnes illi* Jes. 14, 10 (כֻּלָּהֵם 2 Sam. 23, 6.), כֻּלְּכֶם *omnes vos* Deut. 1, 22., כֻּלָּנָה Gen. 42, 36. et כֻּלָּהְנָה 1 Reg. 7, 37.

omnes illae; הַכֹּל est *omnes* Job. 24, 24., *omnia* Eccles. 9, 2. Jer. 13, 7. Ceterum כֹּל passim occurrit, ubi de *duobus* duntaxat agitur Prov. 22, 2. Eccles. 2, 14.

Sed longe frequentius additum est substantiv. *singul.* sive aliqua ratione definitum, sive minus: 1) ubi sequitur substant. *definitum*, כֹּל significat: a) singulorum generis cujusdam complexum (*Allheit der Individuen*) כָּל־הַחַיָּה *omnia animalia* Gen. 8, 1., כָּל־הָאָדָם (i. e. collect. *universitas τοῦ ἀνθρώπου*, generis humani cf. Gen. 17, 12.) *omnes homines* vel qui in his terris vivunt Gen. 7, 21., vel de quibus in certo aliquo loco agitur Exod. 9, 19. Num. 16, 32., כָּל־חַיַּת הַשָּׂדֶה *omnia animalia terrae* Gen. 3, 1. etc. — b) partium cujusdam rei complexum (*Allheit der Theile*) כָּל־הָאָרֶץ *tota terra* Gen. 9, 19., כָּל־הָעָם *totus populus* Gen. 19, 4., כָּל־הַיּוֹם *totus dies* (toto die) Jes. 28, 24. add. Gen. 18, 28. 31, 8. Exod. 10, 13. Levit. 3, 9. Jos. 9, 24. Jud. 20, 37. Ps. 38, 7. 47, 3. Jes. 7, 24. Jer. 1, 18. Mich. 4, 13. *), כָּל־לְבָבְךָ *totus animus tuus* Deut. 10, 12. 2 Sam. 9, 9. 2 Reg. 5, 15. Ps. 78, 38., כָּל־שְׂדֵה הָעֲמָלֵקִי *totus ager Amalek.* Gen. 14, 7. Exod. 16, 1. Jer. 26, 17., כָּל־אֶרֶץ כּוּשׁ *tota terra Cuschitica* Gen. 2, 13. 17. 41, 19. 45, 20. Exod. 12, 3. al. — Simil. כֹּל c. affix., ut כֻּלּוֹ *totus ille* Gen. 25, 25., כֻּלָּהּ *tota illa* Job. 14, 13 (semel כֻּלֹּה est *omnes illi* populares Jer 20, 7?). — Rarius ipsi voci כֹּל artic. praefixus est Jes. 29, 11. חָזוּת הַכֹּל *lex tota.*

2) ubi sequitur substant. nulla ratione definitum, כֹּל significat: a) distribut. *omnis, unusquisque, jedes*, כָּל־אָדָם *omnis homo* Job. 37, 7., כָּל־עָם *omnis populus* Esth. 3, 8., בְּכָל־שָׁנָה *unoquoque, quovis anno* Esth. 9, 21. 27., כָּל־עִיר *unaquaeque civitas* Jer. 48, 8. add. Exod. 35, 22. Deut. 29, 10. 1 Sam. 17, 24. Gen. 17, 12. Eccles. 8, 6. — b) *quicunque* Ruth. 4, 7. לְקַיֵּם כָּל־דָּבָר *ad confirmandam quamcunque rem* (*jede vorkommende, mögliche Sache*), 2 Chron. 32, 15. — c) *omnis generis* (*allerlei*), כָּל־עֵץ *arbores omnis generis* Levit. 19, 23. Neh. 13, 16. 1 Chron. 29, 2. 2 Reg. 8, 9. al. — Hinc כֹּל vel praemisso vel sq. לֹא (quod cum notione verbi copulandum) sign. *nullus* v. sub לֹא. — d) i. q. *consummatus, merus* Ps. 39, 6: כָּל־הֶבֶל כָּל־אָדָם *jeder Mensch ist ganz, lauter, (nichts als) Vergänglichkeit* cf. graec. πᾶσα ἀληθείη *lautere, volle Wahrheit* Iliad. 24, 407., πᾶσα φιλοτιμία Polyb. etc.

Raro admodum כֹּל cum adverbiis componitur, ut כָּל־עוֹד *omni adhuc* tempore h. e. omisso relat. *quamdiu* Job. 27, 3., — כָּל־עֻמַּת שֶׁ q. d. *omni paritate*, qua h. e. *eadem prorsus* ratione, qua Eccles. 5, 15.

כֹּל et sequente Makkeph כָּל־ Chald. *id.* 1) sq. nom. *plur.* Dan. 3, 2: כֹּל שִׁלְטֹנֵי מְדִינָתָא *omnes praefecti provinciarum*, Dan. 2, 30. 3, 5. 7. Esr. 7, 21. — 2) sq. nom. *singul.* Esr. 4, 20. 7, 16: בְּכָל־מְדִינַת בָּבֶל *in tota provincia Babyl.*, 6, 11. 12: כָּל־מַלְכוּתָא *totum regnum*, Dan. 6, 4.; כָּל־ — לָא *nemo, nullus* Dan. 2, 10. In statu emphat. כֹּלָּא pro

*) Huic legi contrarius videri possit locus Jes. 1, 5. כָּל־רֹאשׁ לָחֳלִי, ubi Gesenius vertit: *das ganze Haupt*; sed e verbis plurativis תֻּכּוּ, תּוֹסִיפוּ apparet, hoc certe versu poetam de Israelitis neutiquam collective canere; itaque vertas: *jedes Haupt, jedes Herz.*

adv. *prorsus, omnino* Dan. 2, 40. 4, 9. 25. Cum affixis כָּלְּהוֹן *omnia illa* Dan. 2, 38. et sec. Ctib 7, 19., ubi Kri habet כָּלְּהֵן cum affixo foem. Sed כָּל־קֳבֵל דִּי vid. infra in קֳבֵל.

כַּלָּה f. 1) *sponsa, a corona,* qua ornari solebat Cant. 4, 8. 9. 10. 11. 12. Jes. 61, 10. Jer. 2, 32. etc. — 2) *nurus* Gen. 11, 31. 38, 24. Levit. 18, 15. etc.

מִכְלָל m. *perfectio, perfectum* Ps. 50, 2.

מִכְלוֹל m. *perfectio* Ezech. 23, 12. 38, 4: לְבֻשֵׁי מִכְלוֹל *vestiti perfecte,* ut Chald. interpretatur h. e. perfecto habitu militari (πάνοπλοι); all. *ornate.* Lxx. et Vulg. *vestiti loricis.* v. Michael. Suppl. p. 1186.

מַכְלוּל m. *perfectio,* plur. מַכְלֻלִים *(exquisita) ornamenta* Ezech. 27, 24.

כָּלַם propr. ut Arab. كلم, *sauciare, vulnerare* (v. Schultens. ad Job. 19, 3.), in Kal inusit., Niph. נִכְלַם metaph. 1) *pudore affectus est* Ps. 74, 21. Jer. 3, 3., sq. מִן causae Jer. 22, 22. Ezech. 16, 54., sq. בְּ Ps. 69, 7. — (plus est et verbum fortius, quam בּוֹשׁ); — hinc *ausis excidit, pessum datus est* Jes. 41, 11. Ps. 35, 4. (vern. *zu Schanden werden*). — 2) *ignominia, contumelia affectus est* 2 Sam. 10, 5. — Hiph. הִכְלִים 1) *pudore affecit* Ps. 44, 10. Job. 11, 3., intrans. *pudore se affecit, affectus est* Jer. 6, 15. — 2) *ignominia affecit* 1 Sam. 20, 34. — 3) *injuria affecit* Jud. 18, 7. 1 Sam. 25, 7. — Hoph. 1) *pudore affectus, spe frustratus est* Jer. 14, 3. — 2) *ignominia, contumelia affectus est* 1 Sam. 25, 15.

כְּלִמָּה f. *ignominia, contumelia* Ps. 35, 26. 69, 20. Prov. 18, 13. Jer. 20, 11. Jes. 61, 7. Ezech. 34, 20. Hoc nomen plus dicere, quam בֹּשֶׁת, et *pudorem* per actus *ignominiosos externos* excitatum exprimere, contra vero בֹּשֶׁת magis *internum pudorem* ac *verecundiam,* ex Rabbinis observat Reimarus de *different. voc. Hebr.* Dissert. I, p. 67 sq. Plur. כְּלִמּוֹת Jes. 50, 6. Mich. 2, 6., ubi v. Hartmann.

כְּלִמּוּת f. *id.* Jer. 23, 40.

כִּלְמַד Ezech. 27, 23. nom. propr. loci, ut colligitur ex reliquorum nominum vicinia, in Arabia felici (Jemen), ex qua merces Tyrum devehebantur.

כַּלְנֵה Gen. 10, 10., כַּלְנֵה Am. 6, 2., כַּלְנוֹ Jes. 10, 9. urbs *Ctesiphon,* in orientali Tigridis ripa e regione Seleuciae sita, a qua solo flumine ita diremta erat, ut Seleucia illi esset ab occidente opposita; quae duae urbes postea in unam sub communi nomine *urbium* ܡܕ̈ܝܢܬܐ Arab. مداين *Madain, Modain* coaluerunt. Caput quondam fuit Chalonitidis v. Strabo lib. 16. Polyb. 5, 44. Plinius lib. 6. c. 26., atque ipsum Chalonitidis nomen factum est ex *Chalone* i. e. Chalne, quod mutabatur in *Ctesiphontem* a Pacoro rege Persarum Ammian. lib. 23. c. 6. cf. tamen Polyb. l. c. v. Bocharti *Phaleg* lib. 4. c. 18. p. 270. Michaelis *Spicil. geogr. Hebr. ext.* T. I, p. 230.

כַּלְנוֹ v. כַּלְנֵה, quod praecedit.

כָּלַף rad. inusitat. i. q. Chald. קְלַף *decorticavit, abrasit, percussit.* Inde est:

כֵּילַפּוֹת f. plur. *mallei* Ps. 74, 6. a *continua repetitaque percussione.* Aliis sunt *secures utrinque acutae, bipennes,* coll. Syr. ܟܘܠܒܐ et Chald. כּוּלְבָּא *bipennis;* Lxx. λαξευτήρια, Vulg. *asciae.*

כָּמַהּ *anxie desideravit, desiderio* quasi *elanguit et contabuit* Ps. 63, 2., Arab. كمه *alteratus fuit colore, palluit, tabuit,* inde vel *deliquium animi passus est prae desiderio,* vel *desideravit vehementius ita ut intabesceret* et *luresceret* cf. supra כָּלָה.

כִּמְהָם n. propr. viri 2 Sam. 19, 38. 39. Jer. 41, 17., alibi כִּמְהָן 2 Sam. 19, 41.

כְּמוֹ partic. separab. poetis frequentata (Arab. كَمَا, Chald. כְּמָא i. e. כַּאֲשֶׁר) i. q. כְּ *ut, sicut* a) de *similitud.* Exod. 15, 5. כְּמוֹ־אָבֶן *sicut lapis, lapidis instar,* Job. 6, 15. Hos. 7, 4.; cum affixis כְּמוֹנִי *sicut ego* Neh. 6, 11. Thren. 1, 21., כָּמוֹךָ *sicut tu* Jud. 8, 18. cum He parag. כָּמֹכָה Exod. 15, 11., כָּמוֹהוּ *sicut ille* Exod. 9, 18. Job. 40, 9., כָּמוֹהָ *sicut illa* Zach. 5, 3., כָּמוֹנוּ *sicut nos* Deut. 5, 23. Jes. 14, 10., כְּמוֹכֶם *sicut vos* Job. 12, 3., כְּמוֹהֶם *sicut illi* Ps. 115, 8. etc.; כְּמוֹ־־כְּמוֹ *ut — ita* (tam, quam) Jes. 58, 10. — כְּמוֹ־כֵן *eodem modo* Jes. 51, 6. Lxx. ὥσπερ ταῦτα. — b) de *tempore:* Gen. 19, 15: כְּמוֹ הַשַּׁחַר עָלָה *ut ascendit aurora* Jes. 26, 18.

כְּמוֹשׁ Deus Moabitarum et Ammonitarum Num. 21, 29. 1 Reg. 2, 7. Jer. 48, 7. 13. 16., de quo praeter nomen nihil constat. Hinc interpretum fluctuationes. Alii conferunt Arab. خموش *culex,* adeoque hunc Deum a Beel-Zebub, בַּעַל זְבוּב, *Domino muscarum* 2 Reg. 1, 2. 3. 16. non differre credunt, v. Hyde de *relig. Pers.* p. 129. Aliis est *bellorum praeses* s. Mars Moabitarum et Ammonitarum, a rad. كمش *accinxit se bello,* v. Dithm. Hagemanni disput. *de Cemoscho,* Brem. 1730. repet. in Oelrichs Collect. opusc. histor. philol. theol. I, I, p. 19 sqq. — Alii denique (v. Rosenmueller. ad Num. l. c.) numen quoddam *saevum* et terribile significari putant coll. Arab. كموس *tetricus, austerus.*

כְּמָן, unde כּוּמָז, quod vide supra.

כָּמַן radix Hebr. inusit. 1) Chald. et Syr. *abscondidit, recondidit,* Arab. كمن *id.* v. מִכְמָן. — 2) Syr. *salivit, sale condivit.* Inde sunt

כַּמֹּן m. *cuminum,* Arab. كَمُّونٌ (*cuminum sativum* Linn.) Jes. 28. 25. 27. sic dictum, quod sale mixtum *condimenti* loco est (*condimentorum omnium stomachi fastidiis amicissimum* appellatur Plinio L. XIX. c. 8.), unde graec. κυμινεύειν *cumino condire.*

מִכְמָן m. *thesaurus* a *recondendo,* plur. מִכְמַנִּים Dan. 11, 43.

כָּמַס *recondidit;* unde כָּמֻס *reconditum* Deut. 32, 34.

מִכְמָס Esr. 2, 27., מִכְמָשׂ 1 Sam. 13, 2. 5., מִכְמָשׂ Neh. 11, 31. nom. propr. oppidi in tribu Benjam., Μαχμάς 1 Macc. 9, 73.

כָּמַר *ferbuit, aestuavit, incaluit* Thren. 5, 10: *cutis mea, sicut fornax, incaluit aestu famis* i. e. tosta quasi induruit; all. *atrata est;* 1 Reg. 3, 26: *viscera mea incalescunt* (sq. עַל pers., Gen. 43, 30. sq. אֶל) i. e. *amore commoveor erga aliq.;* Hos. 11, 8: נִכְמְרוּ נִחוּמָי *misericordia mea incaluit* i. e. intimo misericordiae affectu commotus sum. (Syr. de alia animi commotione ܟܡܰܪ *contristatus, moestus fuit,* doluit, Sam. *id.* v. Carm. Samar. a Gesenio edit. p. 34.).

כְּמָרִים plur. 2 Reg. 23, 5. Zeph. 1, 4. Hos. 10, 5. *sacrificuli idololatrici* (a sing. כֹּמֶר, Syr. ܟܘܡܪܳܐ *sacerdos* cf. etiam Norberg. Onomast. p. 80.). Varias nominis derivationes, partim longius petitas, partim formae vocis minus convenientes recenset Ikenius in Dissert. de *Cemarim,* qui eos sic dictos putat a Pers. كُمَر *sacro magorum ignicolarum cingulo,* cujus frequens mentio fit in libro Persico *Sadder Zoroastris,* a Thom. Hyde edito. Convenit sic Chald. קְמוֹר et קַמְרָא *cingulum, balteus* a rad. קמר *accinxit, alligavit,* כ et ק permutatis. Sed possunt *sacerdotes* etiam a tristi vultu atroque et sordido corporis habitu dicti esse, quemadmodum Arab. أَبِيلٌ primum est *tristis,* deinde *monachus* austere vivens.

כִּמְרִיר vid. sub rad. מרר.

מִכְמָר m. *rete* Jes. 51, 20., a כבר (quod vide), ב et מ inter se permutatis. Alii deducunt a rad. Chald. כמר *conclusit;* conf. *συγκλείω* Luc. 5, 6. Sic Hebr. סגר *conclusit;* Aethiop. in Conjug. IV. notat *reti cepit,* unde nomen መሥገርት፡ *rete.* Sed ista tamen rad. chald. significatio non satis certa esse videtur.

מַכְמוֹר m. *id.,* plur. מַכְמֹרִים *retia* Ps. 141, 10.

מִכְמֶרֶת f. *id.,* cum affixo מִכְמַרְתּוֹ Habac. 1, 15. 16.

מִכְמֹרֶת f. *id.* Jes. 19, 8.

כְּמַשׁ v. supra כְּמוֹשׁ.

כֵּן vid. sub rad. כון et כנן.

כָּנָה in Kal inusit., Pih. כִּנָּה *blande appellavit, allocutus est* Jes. 44, 5. 45, 5., *hinc blanditus, adulatus est* Job. 32, 21. 22. sq. אֶל person. (Arab. كَنَى *circumlocutus est, figurato nomine affecit, blanditus est circumlocutione, cognominavit* ut saepe ap. Elmacinum, vide post Schultens. ad Job. l. c. Schnurrer. Dissertatt. p. 272.; Syr. ܟܰܢܺܝ, Chald. כַּנִּי *cognominavit,* unde כנוי Talm. *cognomen*).

כְּנָוָה vel sec. alios כְּנָת (v. Gesen. L. p. 607.) *collega* (pr. is, qui eodem *cognomine* utitur), Syr. ܟܢܳܬܳܐ *socius, sodalis.* Plur. כְּנָוֹת *collegae* Esr. 4, 7.

כְּנָוָה vel כְּנָת f. Chald. *id.,* cum affixis כְּנָוָתֵהּ *collegae ejus* Esr. 5, 6., כְּנָוָתְהוֹן *collegae eorum* Esr. 4, 9. 17. 23. 5, 3. 6, 6. 13.

כַּנָּה vid. post rad. כנן.

כַּנֵּה nom. propr. urbis, quae cum Tyriis commercia exercebat Ezech. 27, 23. BOCHARTO est *Ctesiphon* (כַּנֵּה pro כַּלְנֵה) in *Phaleg* lib. 4. c. 18. p. 270.

כִּנּוֹר m. *cithara* Gen. 4, 21. 31, 27. Ps. 81, 3. Jes. 5, 12. 1 Sam. 10, 5. 16, 16. 1 Reg. 10, 12. Neh. 12, 27. Job. 21, 12. 2 Chron. 5, 12. etc. Nomen derivant a قِنَّبٌ *cannabis,* quod cannabinis fortasse filis Asia ut plurimum usa sit. Id cum re ipsa in graecam linguam migravit: et κιννύρα pro כנור ponitur a LXX. in libris Regum ac Nehemiae; in aliis tamen libris, veluti in Jobo, Psalmis, Jesaia, synonymon ejus κιθάρα substituitur; Arab. كِنَّارَةٌ est in genere *instrumentum musicum,* quod *manu pulsatur,* qualia cithara, chelys, tympanum. JOSEPHUS *Antiquitt. Jud.* L. VII. c. 10. instrumentum illud ita describit ἡ μεν κινύρα, δέκα χορδαῖς ἐξημμένη, τύπτεται πλήκτρῳ· additque: ἡ δὲ νάβλα (nablium et psalterium plerumque idem) δώδεκα φθόγγους ἔχουσα, τοῖς δακτύλοις κρούεται; antiquo tamen tempore alia citharарum ratio fuisse videtur. Nam non solum *manu* tractabatur 1 Sam. 16, 23. 18, 10. 19, 9. sed etiam plura earum genera memorantur, aliud *decem* chordarum (עָשׂוֹר *decachordum*) Ps. 92, 4., aliud *octo* (Ps. 6, 1. 12, 1.) 1 Chron. 15, 21., fortasse etiam *trium* (ex quorundam enim sententia שָׁלִשִׁים 1 Sam. 18, 6. citharae sunt *tres* modo chordas habentes, qui minimus earum, ut ex Spanhemio disces, numerus erat). Imaginem citharae v. apud SPANHEMIUM ad CALLIMACH. p. 476., in *Museo Capitolino* T. III. fig. 13., *pictur. Herculan.* T. II. fig. 1. et 20., ubi etiam plectrum expressum. RELANDUS de *num. Samar.* tab. 9, ad p. 210. *quatuor* chordarum citharam exhibet ex num. Samar. Ex Josephi loco JOB. LUDOLFUS in *Lex. Aethiop.* col. 300. concludit, fuisse *sambucam*, Germ. *Hackbret*: quo modo convenit Arab. transpos. كِرَانٌ *chelys, sambuca.* Sed verba תפש *manibus prehensum tractare* Gen. 4, 21. et תלה *suspendere* Ps. 137, 2. de illo usurpata, magis in *citharam* cadunt. Nec audiendus HARENBERGIUS, qui in *Miscell. Lips. novis* Vol. IX, p. 235. de *gingra* exponit. — Cum affixo כִּנֹּרִי Job. 30, 31., plur. כִּנֹּרִים Ezech. 26, 13. et כִּנֹּרוֹת 1 Reg. 10, 12. 1 Chron. 15, 28.

כִּנֶּרֶת nom. urbis in tribu Naphthali Deut. 3, 17. Jos. 19, 36., a qua mare sive lacus vicinus nomen accepit Num. 34, 11. Jos. 13, 27. Dicitur etiam plur. כִּנְּרוֹת 1 Reg. 15, 21. et כִּנְרוֹת Jos. 11, 2. 12, 3.

כְּנֵמָא Chald. *sic, hunc in modum, hujus modi* Esr. 4, 8. 5, 4. 11. Compositum putatur ex כְּ praefixo et נִימָא vel נֵמָא, Talmudicis usitatissimo, pro נֵאמַר *dicemus*: q. d. *sicut dicemus.*

כָּנַן I) *stabilivit, statuit,* i. q. כּוּן, v. כֵּן. — II) *texit, obtexit,* Arab. كَنَّ *id.*, Sab. כנב *convolvit.* Imper. כַּנָּה (v. GESEN. L. p. 365.) Ps. 80, 16., ubi tamen plurimi interpretes vertunt: *propago, surculus, planta,* a *stabiliendo,* v. ROSENMUELLER. ad h. l. cf. כַּנָּה.

כְּנָנִי nom. propr. viri Neh. 9, 4.

כְּנַנְיָה (*Jova tegit, protegit*) nom. propr. Levitae cujusdam nobilis 2 Chron. 31, 12. 13. 35, 9.

כְּנַנְיָהוּ nom. propr. alius Levitae 1 Chron. 15, 22. 26, 29., qui 15, 27. כְּנַנְיָה appellatur.

כֵּן m. 1) *locus*, qui alicui demandatus est (*munus*) Gen. 40, 13. 41, 13. יְשִׁיבְךָ עַל־כַּנֶּךָ *locum tibi tuum iterum demandabit* h. e. muneri tuo praeficiet; Dan. 11, 20. 21. עָמַד עַל־כַּנּוֹ *succedet in ejus locum* (vern. *wird an seine Stelle treten*), pro quo v. 7. legitur: עָמַד כַּנּוֹ v. Bertholdt. ad h. l. — 2) כֵּן־תָּרְנָם *loculamentum* sive *receptaculum mali nautici*, lat. *modius*, graec. μεσόδμη (q. d. *stabilimentum mali*), ἱσοδόκη (Polluc Onomast. I, 9.) Jes. 33, 23. — 3) *basis*, qua aliquid *stabilitur* Exod. 30, 18. 28. 31, 9. Levit. 8, 11.

כֵּן 1) Jes. 51, 6., plur. כִּנִּים Exod. 8, 17. 18. Ps. 105, 31., *culex reptans* sive *pulicaris* Linnei (nobis: *Muskitos*, Lxx. σκνίφες) v. Oedmann. Samml. I. c. 6. Dictum volunt a copia, qua terram *tegunt* (coll. rad. 2.). Aliis (parum probabiliter) est *pediculus, ricinus*, quem sic appellatum putant, tanquam animalculum *stabile* et δυσαφαίρετον ἀπὸ τοῦ σώματος; auctore Aristotele *Histor. animall.* L. V. c. 31. — 2) *praesidium* (a rad. n. 2.) Jud. 5, 15. יִשָּׂשכָר כֵּן בָּרָק *Issaschar praesidium* (agmen) *Baraci*. Ita post R. Tanchum Schnurrerus (Dissertatt. philol. p. 68.) et Hollmannus. Alii *ut Issaschar ita Baracus* (v. כֵּן sub rad. כּוּן); sed probabiliter monet Hollm., parum honorifice dici Baracum Issascharitarum exemplum *secutum* esse, cum ex v. 12. pateat, ejus *praecipuas* in hoc certamine partes fuisse.

כִּנָּם m. *culices* (nomen *collectivum* v. Gesen. L. p. 517.), *culicum copia* Exod. 8, 13. 14.

כָּנַס *collegit* Eccles. 3, 5. Ps. 33, 7. (sq. בְּ loci Neh. 12, 44.), *congregavit* Esth. 4, 16. 1 Chron. 22, 2. sq. אֶל loci Ezech. 39, 28. (Aeth. et Syr. ܟܢܫ *id.*, Arab. كنز *recondidit, congessit*, in Conjug. VIII. *congregata fuit res*; cet. cf. נכס et סכן). — Pih. כִּנֵּס *congregavit* Ezech. 22, 21. Ps. 147, 2. — Hithpah. הִתְכַּנֵּס *collegit se* i. e. *recepit, recondidit, involvit se* Jes. 28, 20. (Arab. كنس et كنز). Cf. de hoc v. Hartmann. in Winer. Zeitschr. 1, p. 55.

מִכְנָסַיִם vel מִכְנְסַיִם m. dual., in regim. מִכְנְסֵי Exod. 28, 42. 39, 28. Levit. 6, 3. 16, 4. Ezech. 44, 18. *feminalia* (sacerdotum) vel a *recondendo* vel, si Josepho fides, a *colligendo* h. e. constringendo dicta. Ratio vestitus efficit dualem. Si enim Josephum Antt. lib. 3. c. 8. audias, erant subligar (διάζωμα) circa verenda commissum, factum ex bysso retorta, quod pedibus inscendebant tanquam cruralia, divisum usque ad mediam partem, sed circa illa constrictum. Ejusdem igitur erant formae, cujus sunt hodie virorum feminalia, nisi quod nullam habebant aperturam neque ad verenda neque ad posteriora v. Braun. de *vest. Hebr.* lib. 2. c. 1.

כָּנַע *depressus, demissus fuit*, in Kal inusit., Arab. كنع propr. *contractis contusisque digitis torpere*, hinc *demissum, lenem, placidum evadere*, in Conj. II. *contrahere*, in Conj. IV. اكنع *humilem, lenem* fieri. Samarit.

כְּנִי pro כְּנִיעַ in vers. Pentat. respondet hebraeo עָנָו *afflictus, demissus, humilis* Num. 12, 3., v. Scheidii *schediasm. philol.* p. 26 sqq. — Niph. נִכְנַע *depressus, fractus est* animo. Dic. de hostibus, quorum spiritus superbi reprimuntur Jud. 11, 33. 1 Sam. 7, 13. 1 Chron. 20, 4. — it. *animum demisit, submisit, submisse se gessit (coram Deo)* 1 Reg. 21, 29. 2 Reg. 22, 19. 2 Chron. 30, 11. Levit. 26, 41. — Hiph. הִכְנִיעַ *depressit, fregit* aliquem, *repressit* alic. *spiritus* (superbos) 2 Chron. 28, 19. Job 40, 7. Jud. 4, 23. Ps. 81, 15. 107, 12. Deut. 9, 3.

כִּנְעָה f. *sarcinae* (Lxx. ὑπόστασις), a *contrahendo* et *constringendo* (v. radic.) dictae Jer. 10, 17. אִסְפִּי כִנְעָתֵךְ *collige sarcinas tuas.* Vulgo: *merces,* quae et ipsa a *colligando* dici poterat. All. *res pretiosae* a كنع *concupivit, exoptavit.*

כְּנַעַן m. 1) *Canaan,* filius Chami Gen. 9, 18 sqq. 10, 6. — 2) gens (Jud. 3, 1. Ps. 106, 38.) et terra (Exod. 15, 15. Zeph. 2, 5., quae tamen posterior longe frequentius: אֶרֶץ כְּנַעַן Gen. 13, 12. 33, 18. Exod. 16, 35. Levit. 25, 38. etc.) *Cananitarum* (Graeci *Phoenices* appellant), qui primum oram maris mediterranei ab Eleuthero fluvio usque ad Aegypti fines, deinde, ab Israelitis Palaestinâ expulsi, regionem quae a Libano (Carmelo) ad Eleutherum porrigitur, incoluerunt. Hinc fit, ut כְּנַעַן mox *Palaestinam* (cis Jordanem sitam) Num. 33, 51. Jos. 22, 19., mox *Phoenicen* Jes. 23, 11. denotet. Quin etiam *Philistaeorum* terra Zeph. 2, 5. appellatur כְּנַעַן פְּלִשְׁתִּים. Ceterum cf. Gesen. Comment. ad Jes. I, p. 735. — 3) *mercator* Ezech. 17, 4. Hos. 12, 7. Zeph. 1, 11 (ad quem l. v. Cölln Spicileg. in Zeph. p. 32.), quia *Cananaei* erant *mercatores* celeberrimi. Plur. cum affixo כִּנְעָנֶיהָ *mercatores ejus* Jes. 23, 8. Conf. Bocharti *Phaleg* c. 34. p. 339 sqq. Michaelis *Spicil.* T. I, p. 166. *Suppl.* p. 1311. Relandi *Palaest.* lib. 1. c. 1. Wineri Lexic. bibl. I, p. 129 sq. Inde est

כְּנַעֲנִי m. nomen *gentil.* 1) *Cananaeus* Gen. 10, 18. Num. 13, 29. Jos. 3, 10. 7, 9. 11, 3., fem. כְּנַעֲנִית 1 Chron. 2, 3. — 2) *mercator* Prov. 31, 24., plur. כְּנַעֲנִים Job. 40, 30.

כָּנַף *texit, operuit,* ut Arab. كنف, unde Niph. Jes. 30, 20: לֹא יִכָּנֵף עוֹד מוֹרֶיךָ *non occultabunt se amplius doctores tui* i. e. prophetae, quippe a populo male habiti; sed in publicum prodibunt.

כָּנָף f. 1) *ala* a) *animalium* (q. d. avis *operimentum* et *tutamen*) Gen. 1, 21. Deut. 4, 17. Ps. 78, 27. Exod. 37, 9. Prov. 23, 5. Ezech. 1, 6. 8. 9. etc. (quomodo differat ab אֵבֶר et נוֹצָה v. sub אֵבֶר); metaphorice (translatione facta ab aquilarum cura, pullos amplissimis alis complectentium et tegentium) pro *tutamine* et *protectione* sumitur Ps. 17, 3. 36, 8. 57, 2. 63, 8. 91, 4. etc. Simili modo Graec. πτέρυξ et πτερόν apud Euripidem pro *praesidio* venit vid. Grotius ad Matth. 23, 37. etc.; — b) trop. *venti* Ps. 18, 21. 104, 3., *aurorae* Ps. 139, 9.; translationis caussa in eo posita est, quod ventus et aurora summa celeritate feruntur et propagantur; — c) *aciei* (militum) Jes. 8, 8. ut ap. Lat. — Hinc 2) *extremitas, ora* (cf. graec. πτέρυξ) Num. 15, 38. et quidem a) *ora vestis* s. pallii; nam pallia erant vestes quadratae, non rotundae, atque adeo a parte adversa in medio apertae, ita ut duas ab utroque latere partes haberent, quae referrent speciem alarum avium, unde

Graecis etiam *πτέρυγες* et *πτερύγια* dictae sunt. Plene כְּנַף בֶּגֶד, כְּנַף מְעִיל 1 Sam. 15, 27. Hagg. 2, 12. Num. 15, 38. Deut. 22, 12., omisso *vestis s. pallii* nomine Ezech. 5, 3. Zach. 8, 23. Num. 15, 38. Hagg. 2, 12. Jam cum pallia orientalibus olim etiam pro *stragulis et lectis* essent, natae sunt hae formulae: *expandere oram* (vestis) *super femina* pro *matrimonio eam ducere* Ruth. 3, 19. Ezech. 16, 8. (Theocrit. Idyll. 18, 19), *revelare oram* (vestis) *patris* pro *uxorem ejus ducere* Deut. 23, 1. 27, 20.; — b) *ora regionis, extrema terrarum* (Arab. أكناف et كنفة *regio,* ubi orae vestis, non alae ratio habetur) Jes. 11, 12. 24, 16. Job. 37, 3. 38, 13. Ezech. 7, 2. cf. Gesen. ad Jes. 11, 12. Rosenmueller. *Alterthumsk.* I, 1, p. 135.; — c) *ora* sive *extrema pars tecti* Dan. 9, 27. *πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ* Matth. 4, 5.

In regim. כְּנַף Deut. 23, 1. Dual. כְּנָפַיִם propr. *binae alae* Prov. 23, 5., deinde pro plur. *alae* Jes. 6, 2. Ezech. 1, 6. 10, 21., in regim. כַּנְפֵי Exod. 19, 4. Num. 15, 35., cum affixis כְּנָפֶיךָ Ps. 17, 8. כַּנְפֵיהֶם Ezech. 1, 8. 9. 23. 24. Plur. כְּנָפוֹת m. in regim. כַּנְפוֹת Deut. 22, 12.

כנר: כִּנּוֹר, כִּנֶּרֶת v. supra post כנה.

כְּנַשׁ Chald. *congregavit* i. q. hebr. כנס, Dan. 3, 2. — Ithpeh. part. plur. מִתְכַּנְּשִׁין *congregantes se* Dan. 3, 3. 27.

כֵּס, כִּסֵּא et כֶּסֶא vid. statim post rad. כסה.

כַּשְׂדַּי v. sub כֶּשֶׂד.

כָּסָה *velavit, texit, operuit* (Syr. ܟܣܳܐ, Arab. كسا *id.*, Chald. *tectus, absconditus fuit*), in Kal non occurrit nisi partic. praes. כֹּסֶה *tegens* i. e. dissimulans (v. Pih. 1, b. *α*) Prov. 12, 16. 23., et Pahul כְּסוּי *tectus, tectum* (peccatum, i. e. condonatum v. Pih 1, b. *β*) Ps. 32, 1. — Niph. נִכְסָה *tectus, opertus est* Jer. 51, 42. Ezech. 24, 8.

Pihel כִּסָּה 1) transit. *velavit, texit, operuit,* a) *proprie* Gen. 38, 15. Ezech. 12, 6. Exod. 10, 5. etc., sq. acc. Exod. 29, 13. Num. 9, 15. Ezech. 1, 11. vel עַל pers. aut rei quae tegitur Num. 16, 33. Hab. 2, 14. Sed *tegere aliquem aliqua re* constr. vel cum acc. objecti et בְּ tegumenti Job. 15, 27. Num. 4, 5. 8. 11. Ezech 32, 7. vel c. dupl. accus. Ezech. 18, 7. 16, 10. vel c. עַל pers. et בּ tegum. (*eine Decke machen über jem. mit etw.*) Ps. 44, 20. vel denique cum עַל pers. et acc. tegum. Ezech. 24, 7 (*etwas decken üb. j.*). Adde has formulas: *tegit aliquem pudor, ignominia, terror* Mich. 7, 10. Jer. 51, 51. Ezech 7, 18. Ps. 44, 16., *terra tegit* h. e. *haurit, devorat aliquem* Num. 16, 33. coll. Hos. 10, 8., *violentia tegit vestem alic.* h. e. violentiae notam aliquis sibi inussit, violentiae crimen ita prae se fert, ut omnibus pateat Mal. 2, 16., *tegit quis faciem suam adipe* h. e. luxuriosissime vixit Job. 15, 27., *operit Deus faciem judicum* h. e. reddit eos coecos ita ut se iniquos praebeant Job. 9, 24.; — b) *translate: α) celavit, dissimulavit* aliquid Job. 31, 33. Prov. 10, 18. 12, 6., sq. מִן pers. *celavit aliquem aliquid* Gen. 18, 7. Sed paullo aliter Job. 23, 17. וּמִפָּנַי כִּסָּה אֹפֶל (לֹא) *et a conspectu meo non texit tenebras,* calamitates h. e. non immunem me praestitit a calamitatibus, ad quem loc. v. Umbreit.; *β) texit* peccata h. e. *condonavit,* sq. acc. Ps. 85, 3., sq. עַל Neh. 3, 37. Prov. 10, 12; *γ)* sq. אֶל Ps. 143, 9. אֵלֶיךָ כִסִּתִי *ad, apud*

te occultavi h. e. tibi soli credidi, aperui v. MICHAEL. Suppl. p. 1317. — 2) intrans. *se velavit, texit, operuit* sq. בְּ rei, qua quis tegitur Gen. 38, 14. Deut. 22, 12.; sq. acc. *tegumenti* Jon. 3, 6. וַיְכַס שַׂק *texit* h. e. vestivit *se sacco.* — Praet. cum affixo כִּסָּהוּ Num. 16, 42.; foem. cum affixo in pausa כִּסָּתְנִי Ps. 44, 16. tanquam ex forma Chald. כַּסַּת (sicut עָשָׂת pro עָשְׂתָה etc.). Fut. apoc. תְּכַס Neh. 3, 37., 3. m. cum affixo יְכַסֵּימוֹ sec. Kri Ps. 140, 10. (mutata tertia radicali ה in Jod) sed Cthib habet יְכַסּוּמוֹ, plur. cum affixo יְכַסְיֻמוּ (pro יְכַסּוּמוֹ) Exod. 15, 5. — Pyh. כֻּסָּה et כֻּסָּה *tectus, opertus est* Ezech. 41, 16., sq. בְּ tegumenti 1 Chron. 21, 16., sq. acc. tegumenti Prov. 24, 31. Ps. 80, 11.; trop. Eccles. 6, 4. בַּחֹשֶׁךְ שְׁמוֹ יְכֻסֶּה *caligine* (oblivione) *tegetur nomen* (fama) *ejus.*

Hithpahel הִתְכַּסָּה *velavit, texit, operuit se,* sq. בְּ tegumenti 1 Reg. 11, 29. 2 Reg. 19, 2. Jes 37, 2., sq. acc. teg. Jon. 3, 8. Fut. cum Vau convers. per apocopen וַיִּתְכַּס Jes. l. c., foem. תְּכַסֶּה (pro תִּתְכַּסֶּה v. GESEN. L. p. 246.) Prov. 26, 26.

כֵּס m. *solium, thronus* i. q. כִּסֵּא Exod. 17, 16: כִּי יָד עַל־כֵּס יָהּ quae verba ita vulgo interpretantur: nam manus (Amalekitarum) fuit *contra solium Dei* h. e. contra gentem Israel., in qua sedem quasi habuit Jova. Certe SAM. CHALD. SYR. VULG. *solii* notionem expresserunt. Sed haud improbabilis est CLERICI conjectura, legi jubentis נֵס *vexillum* v. GESEN. Comment. de Pentat. Samar. p. 34.

כּוֹס v. supra suo loco.

כֶּסֶא m. (mutata tertia radicali ה in א) Prov. 7, 20. et כֶּסֶה Ps. 81, 4. (sec. plur. codd.) *plenilunium,* quod tum tota luna *tegitur* luce. Syris ܟܣܐ notat, teste FERRARIO, *decimum quartum diem lunae, plenilunium,* quanquam latius etiam patere videtur cf. vers. SYR. 1 Reg. 12, 32., ubi 15. diem octavi mensis significat, v. L. DE DIEU ad ll. cc. Jo. H. MICHAELIS ad Ps. 81, 4. Jo. D. MICHAELIS in *Suppl.* p. 1316.

כִּסֵּא et כִּסֵּה (1 Reg. 10, 19. Job. 26, 9.) m. *sedes, sella* 2 Reg. 4, 10., *cathedra* 1 Sam. 1, 9. 4, 13., *tribunal* Ps. 122, 5. Neh. 3, 7., *thronus, solium* regium Job. 36, 7. Deut. 17, 18. 2 Sam. 3, 10. 1 Reg. 1, 20. 1 Chron. 22, 10. (etiam Dei Jer. 3, 17. Ezech. 43, 7.) etc. (a rad. כסה *texit, operuit* est propr. *sedes tecta, cooperta, thronus;* Arab. كُرْسِىّ *solium,* Syr. ܟܘܪܣܝܐ, Chald. כָּרְסֵא *thronus* immissa lit. ר v. GESEN. L. p. 134.). Cum affixo כִּסְאִי (pro כִּסְּאִי) 1 Reg. 1, 13. Jes. 14, 13., plur. כִּסְאוֹת (pro כִּסְּאוֹת) Ps. 122, 5., cum affixo כִּסְאוֹתָם Jes. 14, 9. Ezech. 26, 16.

כְּסוּי m. *tegmen, tegumentum* Num. 4, 6. 14.

כְּסוּת f. 1) *tegumentum, operimentum* Job. 24, 7. 26, 6., spec. *amictus, vestis* Deut. 22, 12. (per aphaeres. סוּת Gen. 49, 11., quod v. sub lit. ס). In loco Gen. 20, 16. de sensu verborum הוּא לָךְ כְּסוּת עֵינַיִם לְכֹל אֲשֶׁר אִתָּךְ magnus est interpretum dissensus v. ROSENMUELLER. Sed facilitate sua se commendat haec N. G. SCHROEDERI et ROSENMUELLERI explicatio: *his mille siclis velamen tibi compara oculorum, ut omnibus, qui tecum versentur,* pateat, te esse marito nuptam. Scilicet tum virgines a velamine abstinuerunt (Gen. 24, 15. 17. 29, 9.),

et Sara quoque, Abrahami sororem se simulans, illud deposuisse videtur Gen. 12, 14.

כֶּסֶת f., plur. כְּסָתוֹת (v. Gesen. L. p. 474.) *pulvilli*, quibus lectus *tegitur* (vern. *Küssen*) Ezech. 13, 18., cum affixo et ה paragog. כִּסְּתוֹתֵיכֶנָה Ezech. 13, 20.

מִכְסֶה m. *tegmen, tectum, tegumentum, operimentum* Exod. 26, 14. 36, 19. Gen. 8, 13. Num. 4, 10., cum affixo מִכְסֵהוּ Exod. 35, 11. Num. 3, 25. Sed מִכְסָה vid. sub rad. כסס.

מְכַסֶּה m. *operimentum, tegumentum* (tentorii navis) Ezech. 27, 7., *stragula* Jes. 14, 11., *amictus, vestis* Jes. 23, 18. — Spec. *tegimentum intestinorum* h. e. *adeps* Levit. 9, 19., *omentum*, quo ventriculum et intestina integi dicit Plinius lib. 11. c. 38. cf. Bocharti *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 45. p. 502 sqq.

כָּסַח duplex radix esse videtur I) *verrit, everrit*, Arab. كسح et كشح v. כְּסוּחָה. — II) *amputavit, succidit, excidit* plantas, ramos (fortasse cum ח fortiore pronunciatum), Syr. ܟܣܚ *putavit* vites, Chald. כסח *amputavit*, conf. Schultens. *Opp. min.* p. 277. Michael. *Suppl.* p. 1318. Part. Pahul כָּסוּחַ *succisus* Jes. 33, 12. Ps. 80, 17.

כְּסוּחָה Jes. 5, 25. *purgamentum*, Arab. كُسَاحَة *purgamentum, quod everrendo ejicitur.* Potest tamen etiam ad סוח pertinere, cum כ praefixo.

כָּסַל Propria vocabuli vis quaerenda est in *spissa gravitate.* Hinc 1) כֶּסֶל et כְּסָלִים *regio lumborum* et *ilium* spissior et gravior, quae adipe est obsita; 2) a lumbo farto et firmo vis *fiduciae securioris* et *confidentiae* oritur; 3) accedit significatio, quae in Arab. كَسِلَ inest: *elumbis, languidus fuit, torpuit,* atque inde facilis transitus ad *stultitiae* notionem. Fut. plur. in pausa יִכְסָלוּ *stulti sunt, desipiunt* Jer. 10, 8.

כְּסִיל m. 1) *stupidus, stultus, animo iners* Prov. 14, 7. Ps. 49, 11. Eccles. 5, 2., *impius* Prov. 10, 1. 18. 14, 16. 19, 1. (in quo postremo loco noli cum quibusd. interpretari: *dives, opulentus, molliter educatus,* coll. Arab. كَسُول *puella molliter educata, quae vix e consessu loeoque se movet*, v. Alb. Schultens. ad Prov. p. 199). — 2) nom. *sideris*, probabiliter *Orionis* Job. 9, 9. 38, 31. Am. 5, 8., magno certe veterum interpretum consensu, ut LXX. Job. 38. et in Jesaia; nec ab iis discedunt, qui *gigantem* (ܓܢܒܪܐ, جَبَّار, גִּבּוֹר) habent, Syrus et Chaldaeus et ex Syro Arabs. Est enim gigas in coelo *Orion*, magnus venator, Nimrodus ab orientalibus in coelum evectus; enim vero „propter duos canes et leporem, quae sunt in vicinia, poëtae fabulati „sunt, Oriona fuisse φιλοκυνηγόν, venationis studiosum, isque in coelo „existens fuerit sicut Nimrod *gigas*, seu *potens venatione coram Do-*„*mino.*" v. Hyde ad *Ulugbeigi tabulas* p. 44. Michaelis *Suppl.* p. 1319. Lach in Eichhorn *Biblioth. d. bibl. Liter.* Tom. VII, p. 455. Dictus Orion videtur כְּסִיל vel *stultus* h. e. impius (nam multa Orientales fabulantur de Nimrodo verae religionis implacabili hoste, unde

Arab. الكسيل *irrisor* appellatur), vel a *torpore* et *frigore*, quod ejus ortus in tempus *hiemale* incidit. Conf. Schultens. in *Commentar.* ad Job. 9, 9. Aliorum opiniones breviter perstringit Rosenmueller. ad Jes. 13, 10. Plur. cum affixo כְּסִילֵיהֶם *Oriones eorum* Jes. 13, 10.; adhibetur pluralivus, quia plures in coelo sunt gigantes, veluti Cepheus, Bootes, Hercules, Perseus, Auriga, Serpentarius, ex quibus, nisi omnes, nonnulli tamen, ab Orientalibus potuerunt in numerum gigantum *θεομάχων* referri. — 3) nom. oppidi in tribu Jud. Jos. 15, 30.

כֶּסֶל m. 1) *hypochondrium, lumbus* Job. 15, 27., pars corporis *laxitudior* et *inertior*, ideoque cingulo adstringenda et confirmanda (cf. חָלָץ) vel, ut Schultens. in *Commentar.* ad Prov. 26. observat, a *spissa gravitate* et *pinguedine*, quem sensum radix Arab. proprie habet (v. supra in rad.), Arab. كشلة etc. vid. Bocharti *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 45. p. 506 sqq. Plur. כְּסָלִים *hypochondria, lumbi, ilia* (ita Chald. כִּסְלִין) Levit. 3, 4. 10. 15. 4, 9. 7, 4.; Ps. 38, 8: כְּסָלַי מָלְאוּ נִקְלֶה *ilia mea* (viscera) *plena sunt adustione* i. e. interna quasi flamma torrentur (Ovid. Metam. VIII, 516.). — 2) *exspectatio, spes,* cum affixo כִּסְלִי Job. 31, 24. — 3) *stupiditas, stupor, stultitia* Ps. 49, 14. Eccles. 7, 25.

כִּסְלָה f. 1) *exspectatio, spes* Job. 4, 6. — 2) *stupiditas, stultitia* Ps. 85, 9.

כִּסְלֵו m. *mensis* nonus, incipiens a novilunio Novembris nostri, Zach. 7, 1. Neh. 1, 1 (cf. 1 Macc. 1, 57.). Dictum putant a *torpore* et *frigore:* tanquam compos. ex 2 synonymis כסל et لوى Arab. *torpuit, obtorpuit* conf. Jer. 36, 22. et Joh. 10, 22. cum 2 Macc. 1, 18. Nomen hoc non nisi in libris post exsilium Babyl. scriptis occurrit.

כְּסִילוּת f. *stupiditas, stultitia* Prov. 9, 13.

כִּסְלוֹת nom. propr. oppidi Jissascharit. Jos. 19, 18., sec. Euseb. et Hieron. prope montem Thabor.

כַּסְלֻחִים nom. populi, qui Gen. 10, 14. colonia fuisse dicitur Aegyptiorum et originem dedisse Philistaeis; sunt *Colchii* ex probabili Bocharti conjectura (*Phaleg* lib. 4. c. 31. p. 323 sqq.): hos enim ab Aegyptiis ortos esse tradunt Herod. II, 104. Diod. Sic. I, 28. 55. Dionys. Perieg. 689. Aliam conjecturam, quae se non multum commendat, proposuit Forsterus in epist. ad Michael. p. 17.

כָּסַם *totondit, detondit* Ezech. 44, 20.

כֻּסֶּמֶת f. *spelta, ζέα* Exod. 9, 32. Jes. 28, 25., sic dicta, quod habet aristas quasi *tonsas,* nec adeo crinitas, ut hordeum. Plur. כֻּסְּמִים Ezech. 4, 9., tanquam a sing. כֻּסֶּם, Talm. כוסמין Mischna Surenhus. I, p. 289. II, 140. Conf. Celsii *Hierobot.* P. 2, p. 98 sqq. Arab. كرسنّة.

כָּסַס *numeravit, supputavit* Exod. 12, 4.

מֶכֶס m. (de forma nominis v. Gesen. L. p. 502.) Num. 31, 28.

37. 41. *tributum, census*, a *numerando* vel *supputando* dict., Arab. مَكْس, Syr. ܡܟܣܐ *id.* Cum affixo מִכְסָם Num. 31, 38 sqq.

מִכְסָה f. 1) *numerus, summa* (ONKEL. מִנְיָן), vel *supputatio* (JARCH. חֶשְׁבּוֹן) Exod. 12, 4. — 2) *pretium* Levit. 27, 23.

כָּסַף propr. *palluit*, ut Chald. et Arab. كَسِفَ, spec. prae desiderio, hinc: *cupidus fuit, desideravit, expetivit* Ps. 17, 12. (sq. Infin. c. praefixo לְ); Job. 14, 15. לְמַעֲשֵׂה יָדֶיךָ תִכְסֹף *opus manuum tuarum* (me) *desiderares* (sc. quando morti me tradidisses) v. UMBREIT. Al. vertunt: *bene cupias* v. ROSENMUELLER. — Niph. נִכְסַף *cupidus factus est, desiderio affectus est* Ps. 84, 3. Gen. 31, 10. 30. Part. לֹא־נִכְסָף *nullo desiderio affectus, omnis desiderii expers* (populus) h. e. sec. CHALDAEUM LXX. SYR.: qui nullo legis, nullo pietatis desiderio tenetur Zeph. 2, 1. Sed magis placet GESENII interpretatio: *non pallens* i. e. *nullo pudore affectus, inverecundus, impudens*; passim enim *pallere* dicitur facies eorum, quos *pudor* occupat v. GESEN. Commentar. in Jes. I, p. 860.

כֶּסֶף m. *argentum* Gen. 24, 53. Exod. 3, 22. 38, 10. Num. 3, 51. 1 Reg. 10, 22. Job. 28, 1. Prov. 8, 19. 16, 16. etc., sec. WASERUM de *nummis Hebr.* L. I. c. 13. et SCHULTENSIUM in *Clave dialect.* p. 260. a *pallore* sive *colore pallido*, opposite ad aurum; sicut graec. ἄργυρος et lat. *argentum* est ab ἀργός *albus*, unde argentum *livens* SIDONIO dicitur. Metonymice sumitur pro *pecunia* Gen. 23, 9. 43, 15. 21. Exod. 21, 11. etc., quo modo si nominibus *numeralibus* jungitur, *siclum argenti* denotat, ut subintelligatur שֶׁקֶל, nisi expresse additum est, Gen. 20, 16. Deut. 22, 19. 29. Hos. 3, 2. coll. Gen. 23, 15. 1 Sam. 9, 8., in qua tamen constructione כֶּסֶף nunquam est pecunia signata, sed certum pondus argenti ut plurimum rudis. Hinc dicitur שָׁקַל הַכֶּסֶף *argentum appendit* pro *solvit* Jer. 32, 10. coll. Exod. 21, 32. 22, 16.; *pecunia* pro eo, quod pecunia comparatum est Exod. 21, 21: si *servus* -- *superstes fuerit, nulla sit ultio* כִּי כַסְפּוֹ הוּא *nam est ille ipsius pecunia* h. e. pecunia acquisitus (al. מִקְנַת כֶּסֶף Gen. 17, 27.). — Metaphorice Ps. 68, 14. *alae columbae argento obductae* i. e. splendentes tanquam argento obductae. — Cum affixo כַּסְפִּי Gen. 42, 28. Joël. 4, 5., plur. כְּסָפִים *pecuniae* Gen. 42, 25. 35.

כְּסַף m. Chald. *argentum* Dan. 2, 32. Esr. 7, 15. 16. 22, in statu emphat. כַּסְפָּא Dan. 2, 35. 45. 5, 2. 4. 23. Esr. 5, 15. 6, 5. 7, 17. 18.

כָּסִפְיָא Esr. 8, 17. nom. propr. regionis, fortasse ad mare Caspium. Sunt, qui *pylas Caspias* in confinio Mediae et Armeniae significari putent.

כֶּסֶת f. vid. supra sub rad. כסה.

כְּעַן Chald. adverbium *temporis: jam, nunc* Dan. 2, 23. 3, 15. 4, 34. 5, 12. 15. 16. Esr. 4, 13. 14. 21. etc.; עַד כְּעַן *huc usque* Esr. 5, 16.

כְּעֶנֶת et כְּעֶת vid. sub rad. עתת.

כָּעַס *aegre tulit* Ps. 112, 10. Eccles. 5, 16. Neh. 3, 33., *indignatus est, succensuit* Ezech. 16, 42., sq אֶל pers. 2 Chron. 16, 10. (primitivam notionem *corrugationis* habere, eo quod frons *corrugata* index est

irae et *indignationis,* notat Schultens. in *Commentar.* ad Prov. 17, 25. coll. rad. Arab. كعس; nec praetermittendum est verb. cognatum قعد *arctavit, constrinxit*, unde قعدة *ira, indignatio, metus, animi arctati affectio).* Fut. יִכְעַס Neh. 3, 33. — Pih. כִּעֵס *irritavit, indignari fecit* 1 Sam. 1, 6. Deut. 32, 21. — Hiph. הִכְעִיס 1) *aegre fecit* alicui, *moerori affecit* aliquem 1 Sam. 1, 7. Ezech. 32, 9. — 2) *irritavit, indignari fecit* (spec. Deum cultu idolorum) 1 Reg. 14, 15. 21, 22. 16, 13. 26. 2 Reg. 17, 11. Jer. 25, 7. 2 Chron. 28, 25. Jes. 65, 3. Deut. 32, 21. Hos. 12, 15.

כַּעַס m. 1) *aegritudo, moeror* 1 Sam. 1, 6. Prov. 17, 25. 21, 19. — 2) *indignatio, ira* 1 Reg. 15, 30. Deut. 32, 19. 27. Prov. 27, 3. — Cum affixis כַּעְסִי 1 Sam. 1, 16. כַּעַסְךָ Ps. 85, 5. Plur. כְּעָסִים *irae* 2 Reg. 23, 26.

כַּעַשׂ m. *indignatio, ira* Job. 5, 2. 6, 2. 17, 7., cum affixo כַּעְשְׂךָ 10, 17.

כעשׂ, unde כַּעַשׂ, v. sub rad. כעס.

כֵּף m. *petra, rupes;* dictam putant ab Arab. كيف *amputavit,* ut proprie sit *praerupta* et *praeceps,* sicut graec. ἀπότομος de *praecipite* dicitur, ἀκρότομος de *rupe praerupta,* ῥάκτος *praecipitium* à ῥάσσω, alias ἀρύσσω *amputo, abscindo* etc. Chald. כֵּף, כֵּיף et Syr. ܟܐܦܐ *id.* — Plur. כֵּפִים Jer. 4, 29. Job. 30, 6.

כָּפָה *suppressit, exstinxit* (cf. כבה) Prov. 21, 14. מַתָּן בַּסֵּתֶר יִכְפֶּה אָף *munus clam datum exstinguit iram.* Ita Chald. et Vulg.. Sed alii conf. Arab. كفى *avertit* (Lxx. Syr.), alii, quibuscum facit Umbreitius, Chald. כְּפָא *curvavit, inflexit, subegit* v. Hartmann. Einl. p. 222.

כָּפַל *duplicavit* (Chald. Samar. Arab. *id.,* cf. etiam Syr. Chald. Arab. قفل) Exod. 26, 9.; כָּפוּל *duplicatum, duplex* Exod. 28, 16. 39, 9. — Niph. נִכְפַּל *duplicatus est* Ezech. 21, 19.

כֶּפֶל m. *duplicatio, duplicatum, duplex* Job. 41, 5. Dual. כִּפְלַיִם *dupla* vel *duplo plura* Jes. 40, 2. Job. 11, 6. كِفْل *par, simile, tantundem,* propr. *duplum.*

מַכְפֵּלָה f. *(duplicatio)* nom. propr. regionis urbi Hebron vicinae Gen. 23, 9. (ad q. l. v. Rosenmueller.) 17. 19. 25, 9. 49, 30. 50, 13.

כָּפַן *inflexit, convolvit* (Arab. كفن *nevit* it. *convolvit* v. Hartmann. ling. Einl. p. 292.) Ezech. 17, 7: כָּפְנָה שָׁרָשֶׁיהָ (vitis) *complicuit* h. e. complicatas invicem et perplexas egit *radices.* Ita Michaelis in Suppl. p. 1330. Sed alii conf. Aram. כפן *esurire,* ut sensus hic sit: *radices vitis esuriverunt* h. e. esurientes quasi desiderarunt (illum); vid. Rosenmueller. ad. h. l.

כָּפָן m. *fames* (ab intestinorum contractione et *complicatione*) Job. 5, 22. 30, 3. poet. i. q. רָעָב. Chald. Syr. ܟܦܢܐ *id.*

כפס rad. inusit, Syr. ܟܦܣ *connexuit, contraxit.*

כָּפִיס m. Hab. 2, 11. sec. Hieron. lignum, quod ad *continendos* parietes in *medio* structurae ponitur et vulgo ap. Graecos appellatur ἱμάντωσις (i. e., auctore Suida, δέσις ξύλων ἐμβαλλομένων ἐν τοῖς οἰκοδομήσασι); Lxx. κάνθαρος; alii aliter v. Rosenmueller. ad h. l.

כָּפַף 1) *curvavit, incurvavit* (Arab. كَفَّ) Jes. 58, 5., hinc כְּפוּפִים *incurvati* Ps. 145, 14. 146, 8. — 2) intrans. Ps. 57, 7. כָּפַף נַפְשִׁי *incurvata est anima mea* h. e. afflicta, prostrata (nisi velis vertere: *incurvavit* h. e. incurvarunt *animam meam*). — Niph. *se incurvavit* h. e. trop. *se demisit, demisse se gessit* Mich. 6, 6.

כַּף f. gener. *curvatura, inflexum, incurvatum,* adeoque *concavum,* spec. a) *curvitas, cavitas* fundae, cui lapis inditur, 1 Sam. 25, 29. — b) *vola* manus (Arab. كَفّ) sive pars illa brachii inferior, quae a carpo incipiens se flecti et curvari patitur ope digitorum (plena igitur phrasis est כַּף יָד *palma, vola manus*); deinde per synecdochen tota *manus* Gen. 40, 11. 21. Levit. 14, 15. 18. 26. 29. etc. Adde has formulas: α) *animam* (vitam) *suam in manibus posuit* Jud. 12, 3. 1 Sam. 28, 21. Job. 13, 14. Ps. 119, 109. i. e. praesentissimo se periculo objecit, vitae periculum adiit cf. Athen. Dipnos. XIII, p. 569. ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχων. — β) *injuria, violentia non inest in manibus meis* Ps. 7, 4. Jes. 59, 6. Job. 16, 17. 31, 7. i. e. innocens ego sum, ab omni injuria alienus; hinc בֹּר כַּפֶּיךָ *munditie̱s manuum tuarum* Job. 22, 30. — γ) *gestare aliquem manu* est *summae curae,* qua quem amplectimur et fovemus, indicium Ps. 91, 12. — δ) Jes. 62, 3: *tanquam corona et cidaris* eris בְּכַף אֱלֹהִים *in manu* h. e. tutela *Dei* v. Gesen. ad h. l. — De phrasibus שָׂפַק כַּף, הִכָּה כַּף, תָּקַע כַּף etc. vid. sub his ipsis verbis. — Cum affix. כַּפְּךָ Ezech. 6, 11., in pausa כַּפֶּךָ Job. 27, 40. et cum He parag. כַּפֶּכָה Ps. 139, 5. Dual. כַּפַּיִם *utraque manus* Ps. 24, 4. Jes. 49, 16. Exod. 29, 24. Plur. כַּפּוֹת *manus* 1 Sam. 5, 4. 2 Reg. 9, 35., it. manus arte factae, *manubria* Cant. 5, 5. cf. יָד. — c) *planta* pedis, plenius כַּף רֶגֶל, illa inferior et interior pedis pars, quae flexuram recipit, Deut. 2, 5. Jes. 1, 3., plur. כַּפּוֹת Jos. 3, 13. 1 Reg. 5, 3. — d) vasculum concavum: *acerra, phiala* Exod. 25, 29. 1 Reg. 17, 12., plur. כַּפּוֹת Num. 7, 84. 2 Chron. 24, 14. — e) *acetabulum femoris, cavitas ischii* Gen. 32, 25. 33. — f) *spatha palmae* vel potius *fasciculus ramorum* palmae (v. Hartmann. ling. Einl. p. 223.) Levit. 23, 40.

כִּפָּה f. 1) Jes. 9, 13. 19, 15. i. q. כַּף n. f. — 2) Job. 15, 32. *ramus.*

אֶכֶף vid. sub rad. אכף.

כָּפַר gener. (coll. Arab. كَفَرَ et cognat. غَفَرَ) *texit, operuit, obduxit, oblevit,* in Kal spec. *oblevit, obduxit pice, picavit* Gen. 6, 14. — Pihel כִּפֶּר *texit* peccata (cf. Bohlen. Symb. p. 38.) i. e. a) ubi de *Deo* usurpatur: (texit alicui peccata) *condonavit,* sq. vel accus. Ps. 65, 4. 78, 38. vel עַל Ps. 79, 7. Jer. 18, 23. vel לְ Deut. 21, 8. *culpae aut delicti,* et sq. לְ *pers.* Ezech. 16, 63. Deut. 21, 8. Singulare est 2 Chron. 30, 18. יְכַפֵּר בְּעַד *veniam concedet* (his) Deus. De loco Deut. 32, 43. vid. infra sub b.; — b) ubi de *hominibus*: *expiavit* Dan. 9, 24. Ezech. 45, 20. sq. acc. *culpae*, Levit. 5, 26. sq. עַל, Exod. 32, 30. sq. בְּעַד, Num. 6, 11. Levit. 4, 26. sq. מִן, Sed *expiandi* sensus latius etiam patet; *ex-*

piari enim dicuntur vel ipsi homines, qui scelere et culpa sese contaminarunt Exod. 30, 15. Levit. 1, 4. 5, 18. sq. בְּעַד pers., Levit. 9, 7. 16, 11. 17. 24. sq. בְּעַד (Levit. 17, 11. sq. בְּ), vel res, quae profanae aut scelere contaminatae credebantur Exod. 29, 36. Ezech. 43, 30. sq. עַל, Levit. 16, 33. sq. acc. Hoc eodem sensu Deus legitur terram Israel., quippe sanguine contaminatam, expiare h. e. caedem suorum ulcisci Deut. 32, 43. — Denique transfertur hoc voc. ad eos, quibus peccando aegre factum, ita ut sit *placare* (*ἱλάσκεσθαι*), aliquem sq. acc. Gen. 32, 21. Prov. 16, 14. — Pyh. כֻּפַּר 1) *obliteratus (deletus) est* Jes. 28, 18. (Syr. ܟܦܪ *abstersit, purgavit, diluit, abolevit,* Chald. *abstersit* Targ. Prov. 30, 20.). — 2) *expiatus est:* a) de *homine* Num. 35, 33. Exod. 29, 33.; b) de *culpa* Jes. 6, 7. Prov. 16, 6. — Hithpah. הִתְכַּפֵּר *expiatus est* (de crimine) 1 Sam. 3, 14. — Nithpahel נִכַּפֵּר *expiatus est* (homo) Deut. 21, 8. v. Gesen. L. p. 249. not.

כְּפוֹר m. 1) *crater* operculo *tectus* 1 Chron. 28, 17. Esr. 1, 10. 8, 27. — 2) *pruina,* q. d. *tectio terrae* (ut שֶׁלֶג) Exod. 16, 14. Ps. 147, 16. Job. 38, 29.

כָּפָר m. *pagus,* sic dictus, quod *tecta* praebet incolis. Plur. כְּפָרִים Cant. 7, 12. 1 Chron. 27, 27. Frequens est in libris Talmud. v. Hartmann. ling. Einl. p. 224., hinc multa nomina oppidorum, ut *Καφαρναούμ* in N. T. etc.

כְּפִיר m. 1) *pagus,* plur. כְּפִירִים Neh. 6, 2. — 2) *leo juvenis,* a lacte depulsus solusque praedari incipiens Ezech. 19, 2. 3. Ps. 17, 12. 91, 13. 104, 21. Mich. 5, 7., quem Bochartus sic dictum putat pro כְּבִיר, a rad. Arab. كبر *adolevit, crevit* (nam *leo* Arab. etiam dicitur شبل ab *adolescendo*); fieri tamen potuit, ut sic vocaretur vel a *villis* (scil. pro hebr. כפר Arabes dicunt غفر, quod praeter *tegendi* significationem etiam notat *villosum esse,* q. d. *villis tegi,* unde descendit غفر et غفر *catulus leonis,* qui *lanugine tectus* dicitur ab Ovidio *Metamorph.* IX, 398. et XII, 291. add. *leo villosus* Virg. *Aeneid.* VIII, 177. *hirsutus* Ovid. *Epist.* IX, 111. *λαχνήεις* Oppian. *Cyneget.* II, 164.), vel denique a *tegendo,* quia *in latibulis se abscondens* praedae insidiatur. Trop. rex Aegypti Ezech. 32, 2. appellatur כְּפִיר גּוֹיִם *leo gentium* i. e. hostis grassans leonis instar inter gentes. Plur. כְּפִירִים *leones juvenes* Job. 4, 10., saepius *translate* de *hostibus* immanitate et atrocitate conspicuis Ps. 7, 3. 10, 9. 22, 22. 35, 17. 58, 7.; de *principibus potentibus* quippe ad vim et injuriam pronis Ezech. 38, 13.

כְּפִירָה nom. propr. oppidi Gibeonitarum, postea tribus Beniam. Jos. 9, 17. 18, 26.

כֹּפֶר m. 1) *pix,* qua aliquid *oblinitur* et *obducitur* Gen. 6, 14. (Syr. ܟܘܦܪܐ, Chald. כּוּפְרָא, Arab. كفر *id.*). — 2) *vicus* 1 Sam. 6, 18. i. q. כָּפָר et כְּפִיר. — 3) *cyprus,* *κύπρος,* genus arbusculae *odoratae* (Arab. الحنا *alhenna*) Cant. 1, 14., quam (si quidem vocab. domesticum est, ut esse videtur cf. Sonnini Itin. Aeg. I. c. 16.) ita dictam existimabis, quod pulvere ex ejus foliis confecto et in aqua subacto

mulieres in oriente ungues *oblinunt,* ad inducendum illis ornatus gratia colorem rufum; אֶשְׁכֹּל הַכֹּפֶר Cant. 1. c. *botrus Alhennae:* flores enim Alhennae paene in botri morem crescunt, v. delineat. in PROSP. ALPINI lib. de *plantis Aegypti* tab. 13, ad c. 13. Conf. CELSIUS in *Hierobotan.* P. I, p. 222 sq. RAUWOLFFIUS in *Itinerar.* P. I. c. 4. SALMASIUS in *Homonym. Hyles Iatr.* c. 69. VERPORTENIUS in *fasc. dissertt.* p. 337 sq. OEDMANNUS fasc. 1. c. 7. — Plur. כְּפָרִים Cant. 4, 13. — 4) *expiatio,* meton. *pretium* et *λύτρον ad expiandum,* satisfaciendum et redimendum Exod. 21, 30. Num. 35, 31. 32. Ps. 49, 8. Job. 33, 24. etc. Cum affixo כָּפְרְךָ Jes. 43, 3.

כִּפֻּרִים plur. m. *expiationes* Exod. 29, 36. 30, 10. 16. Levit. 23, 26. 28. Num. 5, 8. etc.

כַּפֹּרֶת f. *operculum* arcae foederis, a *tegendo* (quo sensu rectius scriberetur כְּפֹרֶת, quod est ex Kal), vulgo *propitiatorium,* LXX. *ἱλαστήριον,* LUTH. *Gnadenstuhl* (quod etiam puncta vocalia ex Pihel ducta volunt v. MICHAELIS *Suppl.* p. 1332.) Exod. 25, 17. 18. Levit. 16, 2. 13. 14. 15. Num. 7, 89.; per synecdochen 1 Chron. 28, 11. בֵּית הַכַּפֹּרֶת *domus operculi sacri* h. e. arcae foederis i. e. adytum templi v. H. MICHAEL. ad h. l.

כָּפַשׁ *depressit, obruit* (cf. כבשׁ), Arab. كَبَسَ, in Kal inusit., Hiph.

הִכְפִּישַׁנִי בָּאֵפֶר Thren. 3, 16. *obruit me cinere,* depressit me in cinerem h. e in summam miseriam redegit v. ERDMANN. Curar. exeg. crit. Spec. p. 22 sqq. Apud Talmudist. haud infrequens est hoc voc.

כְּפַת Chald. *vinxit, ligavit* (Arab. كَفَتَ et Sab. ܟܦܬ *strinxit, constrinxit, ligavit,* Sam. *cohibuit, subjecit*). — Praet. plur. a particip. Pehil declinatum ideoque *passivae* significationis (v. WINERI Grammat. chald. p. 37.) כְּפִתוּ *vincti sunt* Dan. 3, 21. — Pahel *id.* Dan. 3, 20. 23. 24.

כַּפְתֹּר m. (voc. architecton.) *ornamentum* quoddam a) candelabri sacri Exod. 25, 31. 33. 34 sqq. 37, 17 sqq., quod vel *calicis* florum vel *pericarpii* figuram exhibebat (nam omnia istius candelabri ornamenta a floribus petita fuisse videntur cf. ROSENMUELLER. ad Exod. 25, 31.). Sed JOSEPHUS (Antt. 3, 6, 7.) *malogranata* intelligi jubet; — b) summarum columnarum, quod fortasse et ipsum in similitudinem *calicis* corollam floris continentis efformatum erat Am. 9, 1. Zeph. 2, 14. — Origo voc. non liquet. Vulgo deducunt a כפר *texit* et כתר *cinxit.*

כַּפְתּוֹר nom. propr. regionis Am. 9, 7., unde

כַּפְתֹּרִים nom. populi, ex Aegypto progressi, vicini Casluchis, quia ab his Gen. 10, 14., ab illis Jer. 47, 4. Am. 9, 7. Philistaei prodiisse leguntur. Sunt vel *Cappadoces* (ex vett. intptum paene omnium auctoritate) et quidem, ut BOCHARTUS in Phal. c. 32. voluit, illi, qui circa Trapezuntem incolebant (v. כסלוחים), vel, cum Jer. 47, 4. *maritimas* terras (אִי) habitasse legantur, *Cyprii* (v. MICHAELIS *Spicil.* T. I, p. 292 sqq. *Suppl.* p. 1338.) aut *Cretenses,* in quam postremam sententiam animum inclinat GESENIUS, propterea, quod Philistaei alibi vocantur כְּרֵתִי.

כר vid. sub rad. כרר, כַּר autem sub rad. כור et כרר.

כְּרָא vel כְּרָה Chald. *doluit, contristatus est* (Syr. ܟܪܐ *id.*). Ithpehel אִתְכְּרִי *dolore, tristitia affectus est* Dan. 7, 15.

כרב v. כְּרוּב infra.

כִּרְבֵּל *constrinxit, adstrinxit, accinxit* vestem: radix quadrilitt. composita ex 2 synon. כרב Arab. كَرَبَ *arctius constrinxit*, et כבל Hebr. Chald. Syr. et Arab. كَبَلَ *constrinxit, ligavit*: nisi potius, quod interdum fit, lit. ר radici כבל immissa est v. GESEN. L. p. 864. Occurrit in solo Pyh. part. מְכֻרְבָּל veste constricta *indutus, amictus* 1 Chron. 15, 27.

כַּרְבְּלָה f. Chald. Dan. 3, 21. vulgo *paludamentum;* rectius fortasse *tibiale* vel *calceamentum*, fibulis vel vinculis arcte *adstrictum*, ut LXX. et VULGATUS interpretati sunt cf. BERTHOLDT. Commentar. in Dan. I, p. 279 sq.: quamvis pro *tiaris* pugnet BYNAEUS de *calceis Hebr.* L. II. c. 10. §. 6., consent. MICHAELE in *Suppl.* p. 1349.

כָּרָה Tres radices in unam coaluisse videntur: I) *fodit, effodit, excavavit* Gen. 26, 25. Exod. 21, 33., Arab. كَرَى et كَرَا, alias כור, كور (nam verba med. et tertiae rad. quiesc. saepe significatus communes habent, ut בוז et בזה, שוּר et שרה). Trop. a) *foveam fodere* Prov. 26, 27. Ps. 7, 16. vel simpl. *fodere* Job. 6, 27. pro: *insidias struere, mala moliri;* hinc paullo audacius כֹּרֶה רָעָה Prov. 16, 27.; — b) אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי *aures mihi effodisti* Ps. 40, 7., patefecisti, aperuisti i. e. intelligentia, scientia me impertivisti v. DE WETTIUS et ROSENMUELLER. ad h. l. — Niph. נִכְרָה *effossus est* Ps. 94, 13.

II) *emit* (Arab. كَرَى *conduxit*) Deut. 2, 6. Hos. 3, 2 (ad quem posteriorem locum cf. Gen. 34, 12. 29, 18. al.).

III) *epulas instituit* (Arab. قَرَى *hospitio excepit*, כ et ק inter se permutatis; nam وَكْرٌ est denominat. a وَكْرٌ *nidus*) 2 Reg. 6, 23 (ubi fut. c. Vau convers. וַיִּכְרֶה), Job. 40, 30: יִכְרוּ עָלָיו חַבָּרִים *an epulabuntur super eo socii* (piscatores). Ita ROSENMUELLER. DE WETTIUS all.; sed UMBREITIUS ad rad. 2. revocat: *kaufen um ihn Handelsfreunde?* Nec hoc inepte.

כְּרָה Chald. vid. supra כרא.

כֵּרָה f. 1) *fossa, cisterna*, plur. in regim. כְּרֹת Zeph. 2, 6 (v. rad. n. 1.), quod tamen alii, ut nuper CÖLLNIUS, infin. Kal v. כָּרָה esse putant, non satis commode. — 2) *convivium* (v. rad. n. 3.) 2 Reg. 6, 23.

מִכְרֶה m. locus, ubi *foditur, fodina*, מִכְרֵה מֶלַח Zeph. 2, 9. *fodina salis*.

כְּרוּב m. plur. כְּרוּבִים et כְּרֻבִים, 1) animal fabulosum ex humana, bovina, leonina et aquilina forma compositum (Ezech. 1. et 10.), quod custodiendo paradiso Gen. 3, 25. et gestando throno Jovae in nubibus vecti 1 Sam. 4, 4. 2 Sam. 6, 2. 22, 11. Ps. 18, 11. coll. Jes. 19, 1. adhibitum legimus. Symbolum fuit naturae divinae; nam per *hominem*

significatur *humanitas* (lenitas), per *bovem robur* et *firmitas*, per *leonem generositas*, per *aquilam* denique *summa scientia*, egregium acumen. — 2) hujus animalis *imago, figura, forma* (sive *incisa* et *insculpta*, sive *exsculpta, fusa, picta, intexta*) Exod. 25, 19. 1 Reg. 6, 24. 25. Ezech. 9, 3. Ps. 99, 1. al. (in arcae foederis operculo), Exod. 26, 1 (in aulaeis sacris). — De origine voc. ambigitur. Vulgo deducunt a Syr. et Arab. כרב *aravit*, ut ista animalia nomen acceperint vel a similitudine, quae ipsis cum bobus (*aratoribus*) intercedebat, vel ab exarando i. e. *sculpendo*. Alii literis transpositis dictum putant pro רכבים (a רכב *vehi*) i. e. *jumenta* (divina): sed vide an oriatur ab Arab. كرب *anxit, anxietatem induxit*, ut propr. sign. *naturae terribiles*, quae ab aditu ad paradisum arcerent homines. Cf. Spencer. de legib. Hebr. rituall. III, 5, 3 sqq. Gabler *zu* Eichhorns *Urgesch.* II, I, p. 234 sqq. Wineri Lex. bibl. I, p. 140 sqq. adde W. F. Hufnagelii librum: *der Cherubim Anfang u. Ende im Paradies*. Frcf. a. M. 1821. 8.

כְּרַז *clamavit, proclamavit*, graec. κηρύσσειν, arab. كرز (quod ad graeci voc. similitudinem effictum est). — Aphel plur. הַכְרִזוּ *proclamarunt* Dan. 5, 29. (Syr. *id.*).

כָּרוֹז m. Chald. *praeco*, in statu emphat. כָּרוֹזָא Dan. 3, 4.

כָּרַךְ radix Hebr. inusit., Chald. et Syr. *involvit, operuit, munivit*, il. Syr. *circuivit, circumdedit*. Inde sunt

תַּכְרִיךְ m. *pallium* amplum, quo quis *se involvit* vel *operit* Esth. 8, 15.

כַּרְכֹּב m. *ambitus, margo* (altaris) Exod. 27, 5. (Onkel. סוֹבְבָא), compos. e 2 synonymis כרך (v. rad. Syr.) et כרב, arab. كرب *arctius constrinxit*, nisi potius ad rad. כרך adjecta est lit. בּ (v. Gesen. L. p. 865.), coll. Sab. כּוּכבא *circumivit*. Cum affixo כַּרְכֻּבּוֹ Exod. 38, 4.

כַּרְכְּמִישׁ Jes. 10, 9. Jer. 46, 2. 2 Chron. 35, 20. *Cercusium, Circesium, Κιρκήσιον*, oppidum ad Euphratem situm, ubi Chaboras fluvius Euphrati miscetur, haud procul a Thapsaco (Ammian. Marc. 23, 5. cf. Cellar Notit. 3, 15. 10.), in delineat. d'Anvillii paullo post grad. lat. 35. Nomen videtur compositum esse ex כּוּכָּא *arx, castellum* et nomine quodam proprio מִישׁ. Arabibus dicitur قرقيسيا *Kar Kisie*, abjecto מ; nam Orientales, brevitatis nominum studiosi, quinquelittera solent una truncare littera v. Michaelis *Suppl.* p. 1352. — Ceterum illud כְּרַךְ, כְּרַכָּא *arx* superest etiam in nom. urbis moabit. *Χαρακμῶβα*, quae hodie simpl. appellatur الكرك, כּוּכ v. Gesen. Comment. in Jes. I, p. 516 sq.

כַּרְכֹּם m. i. q. arab. كُرْكُم *curcuma, crocus indicus*, radix quae croceo colore tingit Cant. 4, 14. Sed possit hoc voc. etiam *crocum* proprie dictum, Arab. زعفران, cujus frequens fuit ap. vett. usus, complecti v. Celsii *Hierob.* T. II, p. 11 sqq. Wineri Lex. bibl. II, p. 591.

כַּרְכַּס m. nom. propr. eunuchi pers. Esth. 1, 10., coll. pers. كركس *aquila*.

כַּרְכַּר vid. infra כרר.

כרם i. q. arab. كرم *generositate* indolis et *nobilitate superavit*, med. dhamma: *generosus, liberalis fuit*, unde كريم *nobilis* (etiam de humo et agris).

כֶּרֶם m. *terra nobilior*, quae in horti modum colitur (arab. كَرْم *terra bona, foecunda*) sec. nonnull. Job. 24, 18., spec. a) *vinea* (arab. كَرْم) Cant. 1, 14. Exod. 22, 4. Deut. 6, 11. 20, 6. Jud. 9, 27. 1 Reg. 21, 1. etc., quo referre licet etiam Job. 24, 18. v. Umbreit. ad h. l.; b) כֶּרֶם זַיִת *olivetum* Jud. 15, 5. — Metaphor. passim popul. Israel. assimilitur *vineae* a Jova plantatae et cultae Jes. 5, 1 sqq. 3, 14. 27, 2 sqq. (cf. Mth. 20, 1 sqq. 21, 28.). — Cum affixo כַּרְמִי 1 Reg. 21, 6. Jes. 5, 4. 5., plur. כְּרָמִים Deut. 6, 11. Jos. 24, 13., in regim. כַּרְמֵי Jud. 14, 5.

כֹּרֵם *vinitor*. Plur. כֹּרְמִים 2 Reg. 25, 12. Jer. 52, 16. Joël. 1, 11. Jes. 61, 5.

כַּרְמִי m. nom. propr. viror. Gen. 46, 9. Exod. 6, 14. — Jos. 7, 1. 1 Chron. 2, 7.

כַּרְמֶל m. 1) gener. *terra succosa* in horti modum *culta* i. q. כֶּרֶם adjecta lit. ל (v. Gesen. L. p. 865.), *arvum cultum, campus ferax*, opp. modo montibus, modo silvis aut desertis 2 Chron. 26, 10. Jes. 10, 8. 32, 15. 16. 29, 17. Mich. 7, 14. Cum affixo כַּרְמִלּוֹ 2 Reg. 19, 23. Jes. 10, 18. 37, 24. — 2) spec. nom. propr. a) *montis* et *promontorii* fertilissimi ad aquilonem prope Ptolemaidem in confinio Asser et Sabulon siti Jos. 12. 22. 19, 26. 2 Reg. 2, 25. 4, 25. Cant. 7, 6., in quo postremo loco non est, quod כַּרְמֶל cum Hartmanno (*Hebräerin* III, p. 137.) pro כַּרְמִיל accipias, quanquam in altero hemistich. legitur אַרְגָּמָן; b) *urbis* in montano tractu tribus Judae ad meridiem, cujus pascua passim celebrantur, Jos. 15, 55. 1 Sam. 15, 12. 25, 2., hod. *El Kirmel* v. Michaelis *Suppl.* p. 1354. Bocharti *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 48. p. 532. Inde oritur nom. gentil. כַּרְמְלִי 1 Sam. 30, 5. 2 Sam. 23, 35., foem. כַּרְמְלִית 1 Sam. 27, 3. — 3) Levit. 2, 14. גֶּרֶשׂ כַּרְמֶל, pro quo Levit. 23, 14. 2 Reg. 4, 42. simpl. כַּרְמֶל legitur, vulgo vertunt: *comminutio spicarum, aristarum viridium* (auctore Kimchio); sed recte monuit Michaelis in Suppl. p. 1357. non *recentia* grana h. e. tenera, qualia in viridibus aristis esse solent, sed *siccata* contundi. Vett. interpretes mirifice inter se dissident, ita, ut nullo modo hujus voc. sensum assequi possimus. Sed Gesenius tamen suspicatur, genus *polentae* (*ἄλφιτα* Graeci dicunt), quae ex frumentorum *medulla, nobilissima* spicarum parte conficitur, significari.

כַּרְמִיל m. *coccinum, coccineum* (*Karmesin*) 2 Chron. 2, 6. 13. 3, 14., pro quo antiquiores scriptores תּוֹלַעַת ponere solent, adeoque vocabulum recens, ante Persarum imperium Hebraeis non frequentatum et

procul dubio exoticum, fortasse persicum; et alii quidem conferunt قِرْمِز h. e. *vermiculus, cujus sanguine tincta fiunt coccinea* (conf. תולעת), alii rectius conflatum esse putant ex كرم *vermis* (Castell. Lex. pers. col. 449.) et قز (Castell. col. 45.) *color rutilus, micans*, v. Lorsbach *Archiv f. morgenl. Lit.* II, p. 305. De vermiculo *Kermes* v. Jo. Beckmanni *symbolas ad hist. rerum inventarum spectt.* T. III. part. 1, p. 1.

כָּרְסֵא m. Chald. *thronus, solium* Dan. 5, 20. pro hebr. כִּסֵּא, mutato dagesch forti in ר (cujus mutationis plurima exempla dedit Bochartus in *Geographia S.* p. 269. 632. et in *Hieroz.* P. I. coll. 669. add. Gesen. L. p. 134.). Cum affixo כָּרְסְיֵהּ Dan. 7, 9. Plur. כָּרְסָוָן Dan. 7, 9.

כִּרְסֵם (radix quadrilitt.) *excidit, devastavit* Ps. 80, 14.; vulgo compos. putant ex כרם Chald. et Syr. *amputavit, abscidit*, et כסם *detondit*: alii magis apposite conferunt arab. كرسم *toto ore valide momordit*, unde esset *dentibus discerpendo vastavit* (Chald. קרסם *absumsit, excidit*), quod a כסם oritur, immissa, ut passim fit, lit. ר.

כָּרַע (Arab. كرع) *flexit se, incurvavit se* (pronus) toto corpore, ut is, qui mulierem *comprimit* Job. 31, 10 (sq. עַל), vel qui compedibus vincitur (*krumm geschlossen werden*) Jes. 10, 4.; longe vero frequentius dicitur de his, qui a) *genua flectunt* vel ut in humum se abjiciant Gen. 49, 9. Num. 24, 9. vel quod viribus destituti *labant* ac prope corruunt Jud. 5, 27. 2 Reg. 9, 24. Ps. 20, 9. (in quibus locis כָּרַע et נָפַל copulata sunt), adde Jes. 46, 1. 2. ibiq. Gesen.; — b) qui *in genua se demittunt*, in genua provolvuntur, max. ad Deum vel regem et principem adorandum 1 Reg. 19, 18. Esth. 3, 5. Jes. 45, 23. sq. לְ pers., Ps. 22, 30. 72, 9. sq. לִפְנֵי. Hoc autem sensu legitur vel כרע absol. Esth. 3, 2. 2 Chron. 29, 29., vel כ׳ עַל בִּרְכָּיו 1 Reg. 8, 84. Esr. 9, 5., vel כ׳ בִּרְכֵּי כָּרְעוּ Jes. 45, 23. Plus est 2 Chron. 7, 3. כָּרַע אַפַּיִם אַרְצָה עַל הָרִצְפָּה *prolapsus est facie in pavimentum* (ita ut facie illud tangeret). Praeterea in genua prolabi dicuntur mulieres parturientes 1 Sam. 4, 19. Job. 39, 4. (quemadmodum etiam Aethiopissae in genua subsidentes pariunt v. Ludolfi Hist. Aeth. l. 1. c. 15.); item ii, qui canum instar aquas hausturi sunt Jud. 7, 5. 6. Simil. Arabes: كرع فى الما v. Schultens. ad Job. 4, 14. — Hiph. הִכְרִיעַ *procumbere fecit, prostravit* (hostes) Ps. 17, 13. 18, 40. 78, 31. 2 Sam. 22, 40.; trop. Jud. 11, 35: בִּתִּי הַכְרֵעַ הִכְרַעְתִּנִי *o filia mea, tu me vehementer affligis* (animum deprimis).

כֶּרַע f., dual. כְּרָעַיִם *utrumque crus*, cujus ope homines et animalia *sese demittunt* Exod. 12, 9. Levit. 1, 13. 8, 21. 9, 14. Am. 3, 12., spec. (ex sententia Michaelis in *Suppl.* p. 1363.) *pedes saltatorii majores* locustae Levit. 11, 21. Arab. كراع *artus extremi corporis, ejusque partes quae procumbendo curvari flectique solent*; addit Golius *pes locustae*.

כַּרְפַּס m. *carbasus, velum, aulaeum* ex tenui lino vel gossypio confectum

(arab. et pers. كرباس, it. arab. كِرْفَس, pers. كرفاس) Esth. 1, 6. v. Virg. Aen. XI, 775 sq. Propert. IV, 3. 64. Lucan. III, 239. Κάρπασον in India nasci auctor est Arrianus in Peripl. erythr. p. 165. add. Curt. VIII, 9. Strabo XIV, p. 719. Conf. Celsii *Hierobot.* P. II, p. 157. Schroeder. *de ornatu mul.* p. 108 sqq.

כָּרַר in Kal inusit., Pilp. כִּרְכֵּר *subsiliit, saltavit* 2 Sam. 6, 14. 16. Arab. كَرَّ *vehementer cucurrit saliitque*, et وَكَرَ *subsultim incessit*, nec non كَرَّ *saliit, insiliit.*

כַּר m. 1) *agnus* (max. saginatus) Ps. 37, 20. 65, 14. Jes. 16, 1. Jer. 51, 40. Am. 6, 4. al., a *saltatione*; est enim animal *saltatorium*, coll. Ps. 114, 4. 6. Sapient. 19, 9. Plur. כָּרִים Deut. 32, 14. 2 Reg. 3, 4. Jes. 33, 6. — 2) *machina bellica* Ezech. 4, 2. 21, 22., a similitudine *arietis*, unde etiam Lat. *aries*, Graec. κριός appellatur; nisi potius nomen habet a כָּרָה *fodit, perfodit*; plur. כָּרִים. — 3) *pascuum* Ps. 65, 14: לָבְשׁוּ כָרִים הַצֹּאן *vestita* quasi h. e. referta *sunt pascua gregibus*, Jes. 30, 23: כַּר נִרְחָב *pascuum amplum, spatiosum.* Displicet Bochartus, qui (in Hieroz. T. I, p. 466.) כַּר ex כִּכָּר contractum putat, nec magis miraberis istas significationes *agni* et *pascui* in uno voc. copulatas, quam duplicem germanici *Frauenzimmer* potestatem, quod vocabulum cum proprie *gynaeceum* notaverit, patrum memoria non solum ad *sexum muliebrem* sed ad *singulas* adeo feminas translatum est. [Sed כַּר *sella cameli* v. sub rad. כּוּר].

כִּרְכָּרוֹת f. plur. *dromades* Jes. 66, 20., a *celeri* et *saltabundo incessu*, quem Galli dicunt *galop*, de quo vid. pluribus Schultens. in *Animadverss.* ad l. c. et Bochartus in *Hieroz.* P. I. L. II. c. 4. Tom. I, p. 24 sqq. ed. Lips.

כֹּרֶשׁ m. nom. propr. *Cyri*, regis Persarum 2 Chron. 36, 22. 23. Esr. 1, 1. 3, 7. 4, 3. 5, 13. 14. 17. 6, 3. Jes. 44, 28. 45, 1. Dan. 1, 21. 6, 28. 10, 1., decurtat. e pers. خورشيد *sol* (quemadmodum hoc nomen explicant etiam Ctesias et Plutarch. in Artaxerxe c. 1.) v. Reland. de vet. ling. Pers. p. 166 sqq.

כָּרֵשׂ m. *venter* (*rugosior corporis pars*, a rad. arab. كَرِش *contracta et corrugata fuit pellis*) كِرش *ingluvies, venter* v. Bocharti *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 45. Cum affixo כְּרֵשׂוֹ Jer. 51, 34.

כָּרַת *secuit, cecidit, abscidit*, ut *ligna* 1 Reg. 5, 20. 21. Deut. 19, 5. Jes. 14, 8. 2 Chron. 2, 7. Jer. 10, 30. (hinc כֹּרְתִים sunt *lignicidae* 2 Chron. 2, 10.), *praeputium* Exod. 4, 25., *ramum* Jud. 9, 48., *caput* 1 Sam. 31, 9. etc.; *excidit*, ut *arborem* Jes. 11, 19., *simulacra* Deorum Exod. 34, 13. Jud. 6, 30.; כָּרוּת *excisus* h. e. cui testiculi excisi sunt Levit. 22, 24., plene כְּרוּת שָׁפְכָה Deut. 23, 2. — Cum voce בְּרִית (Exod. 34, 10. Ps. 50, 5.) significat *foedus pepigit*, graec. ὅρκια τέμνειν, lat. *icere foedus*, chald. גְּזַר קְיָם, sumta locutione a ritu *dissectionis animalium* in feriendis *foederibus* consueto Jer. 34, 18. coll. Gen. 15, 10. 17. 18. Liv. 40, 6. Semel eodem sensu sq. אֲמָנָה Neh. 10, 1. Constr. sic cum אֶת et עִם pers. Exod. 34, 8. 2 Reg. 17, 38. Ps. 50, 5. Neh.

9, 8. Jer. 34, 8. Job. 40, 28. Zach. 11, 10., nec non c. לְ pers. Job. 31, 11., atque id max. ubi potentior et dignitate superior paciscitur cum eo, qui et viribus et honore inferior est, ita ut כָּרַת fere sit *spopondit, promisit* Jos. 9, 6: כִּרְתוּ לָנוּ בְרִית *pangite nobiscum foedus* h. e. *concedite nobis pacem,* 1 Sam. 1, 1. Exod. 34, 12. Ps. 89, 4. 2 Chron. 21, 7. Jes. 55, 3. 61, 8. Jer. 32, 40. Esr. 10, 3. Hinc dicitur כָּרַת דָּבָר *rem aliquam promisit* Ps. 105, 9. Hagg. 2, 5. Ceterum בְּרִית utroque isto sensu passim omittitur 1 Sam. 20, 16. 1 Reg. 8, 9. 2 Chron. 5, 10. 7, 18. Praet. 2 pers. כָּרַתָּ (pro כָּרַתְתָּ) Deut. 20, 20., pers. 1. כָּרַתִּי pro כָּרַתְתִּי Exod. 34, 27. Imper. sequente Makkeph כְּרָת־ 1 Sam. 11, 1., cum ה paragog. כָּרְתָה 2 Sam. 3, 12., fut. יִכְרֹת Job. 40, 28. etc.

Niph. נִכְרַת 1) *excisus est* Job. 14, 7 (de arboribus). Sed longe frequentius translate: a) sq. מִן־הָעִיר *ex urbe,* patria *ejectus, in exilium actus est* Zach. 14, 2.; b) *consumtus, absumtus est* (cibus) Num. 11, 33.; hinc: *deletus est, periit* et de hominibus et de rebus Gen. 9, 11. Zach. 13, 8. Obad. 10. Prov. 24, 14. Ps. 37, 22., sq. מֵאֶרֶץ Prov. 2, 22. Huc pertinet etiam solennis ista formula in Pentat. obvia: *haec anima exscindatur e populo suo* מֵעַמּוֹ vel מִקֶּרֶב עַמּוֹ Exod. 30, 33. 31, 14. Levit. 7, 20. 21. 17, 4. Num. 9, 13. vel ex *Israele* Exod. 12, 15. Num. 19, 13. vel e *concione,* הַקָּהָל, Num. 19, 20. vel e *coetu Israel.,* מֵעֲדַת יִשְׂרָאֵל Exod. 12, 19. vel a *conspectu Jovae* Levit. 22, 3. vel simpl. *haec anima exscindatur* Levit. 17, 14. 20, 17.: qua partim *supplicium,* partim *exilium* denotari existimarunt J. Clericus, J. D. Michaelis (in nott. ad vers. germ. V. T.), all. Sed ipse Michaelis abjecta hac opinione (*Mos. Recht* V, p. 40.) recte intellexit, ubique locorum *supplicii* poenam significari atque in eandem sententiam concesserunt nuper Vaterus Comment. in Pentat. I, p. 211 sq. et Gesenius. Nam *exilii* poena ut postrema demum aetate apud Judaeos invaluit Esr. 7, 26. 10, 8., ita legum mosaicarum ingenio adversari videtur; *supplicii* vero significationem, quae nonnullis in locis Exod. 31, 14. coll. 35, 12. Num. 15, 32. extra omnem dubitationem posita est, deserendi non alia fuit interpretibus caussa, nisi quae ab ipsorum lenitate animi proficiscebatur. Accedit, scriptorem quoque ep. ad Hebr. 10, 28. istam formulam de *supplicio* interpretatum esse. — Passim *non exscindi* dicuntur ea, quorum *continua series* manet, ut 2 Sam. 3, 29: *non exscindetur e domo Joabi* זָב וּמְצֹרָע *laborans fluxu et leprosus* h. e. nullo non tempore erunt in gente Joabi, qui fluxu aut lepra laborent; Jos. 9, 23: לֹא יִכָּרֵת מִכֶּם עֶבֶד *nullo non tempore inter vos erunt servi (vos eritis servi)*; Jer. 33, 17: *non exscindetur Davidi* אִישׁ יֹשֵׁב עַל־כִּסֵּא בֵית־יִשְׂרָאֵל *sedens in throno gentis israel.* h. e. nullo non tempore habebit, qui sibi succedant in regno isr. add. Jes. 48, 19. 1 Reg. 2, 4. al. — 2) *discissus* h. e. *divisus est* Jos. 3, 13. 4, 7 (de aquis).

Pyh. כֹּרַת et כֹּרָת *abscissus est* Ezech. 16, 4. Jud. 6, 28.

Hiph. הִכְרִית 1) *excidit* i. e. *delevit* 1 Sam. 28, 9. 1 Reg. 11, 16. 14, 14. Ezech. 21, 9. Jer. 44, 8. Deut. 12, 29. Mal. 2, 12. 2) semel ad efficiendam paronomasiam: *subtraxit* (benevolentiam) 1 Sam. 20, 15. — Praet. 1. p. הִכְרַתִּי (pro הִכְרַתְתִּי) Jos. 23, 4. — Hoph. הָכְרַת *excisus est* Joël. 1, 9.

כְּרֻתוֹת f. plur. *sectiones,* unde *sectiones cedrorum* i. e. *cedri sectae* et *dedolatae* 1 Reg. 6, 36. 7, 2. 12.

כְּרִית nom. propr. rivi, qui haud procul ab urbe Samariae in Jordanem fluvium influit 1 Reg. 17, 3. 5. Dictus fortasse est inde, quod aestivo tempore exaruit: כְּרִית enim *excisionem, consumtionem* significat, v. ROSENMUELLER. *Alterthumsk.* II, 1, p. 205. 212.

כְּרִיתוּת, כְּרִיתֻת f. *repudium* q. d. *discissio* sive *rescissio conjugii* Jes. 50, 1. Deut. 24, 1. 3., plur. כְּרִיתֻתִים Jer. 3, 8.

כְּרֵתִי m. 1) nomen propr. gentil.: *Crethaeus* h. e. *Philistaeus* (*australem* potissimum terrae tractum tenens) 1 Sam. 30, 14. Ezech. 25, 16. Zeph. 2, 5. de quo vid. *Nov. Miscellan. Lipsiens.* Vol. II. T. I. n. 4. *Biblioth. Brem. Nova* Cl. I, p. 464 sq. IKENII *Dissert. philol. theol.* IX. MICHAELIS *Spicileg.* T. I, p. 281 sqq. Alii dictum putant a כָּרַת, ut significetur *populus a patria recisus, extorris, ἀλλοφύλοι* LXX. (quae fuit MICHAELIS opinio), alii a *Creta* insula, unde deducta fuerit Philistaeorum colonia. Ita censuit post CALMETUM LAKEMACHERUS (Observatt. philoll. II, p. 12 sqq.), vestigia istius Philistaeorum originis et ap. TACIT. Hist. V, 2. et apud STEPHAN. BYZ. sub v. *Gaza* deprehendere sibi visus. LXX. Ezech. l. c. *Κρῆτες,* Zeph. l. c. *πάροικοι Κρητῶν.* — 2) nom. appellat. *carnifices* 2 Sam. 8, 18. 15, 18. 20, 7. 23., certum satellitum genus, custodes corporis Davidis, qui in historiis regum posterioris aetatis כָּרִי dicuntur 2 Reg. 11, 4. 19. Militum enim praetorianorum fuit, supplicia capitalia a sontibus sumere, ipseque Crethaeorum et Plethaeorum praefectus Benajah hoc officio functus est 1 Reg. 2, 25. 34. 46.

כֶּשֶׂב m. id. q. כֶּבֶשׂ *agnus* (per metathesin) Levit. 3, 7. 4, 35. Num. 18, 17. etc., plur. כְּשָׂבִים Gen. 30, 32. 33. 35. 40. Levit. 1, 10.

כִּשְׂבָּה f. *agna* Levit. 5, 6.

כֶּשֶׂד filius Nahoris (conditor gentis Chaldaicae) Gen. 22, 22. v. VATER. ad h. l.

כַּשְׂדִּים m. *Chaldaei* i. e. 1) Babyloniae incolae (בְּנֵי בָבֶל Ezech. 23, 23.), si Graecis fides, non indigenae illi, sed advenae e montibus Armeniis, qui primum Assyriis paruerunt (Jes. 23, 23.), postea vero, caesis duce *Nabopolassare* Assyriis (620. a Chr.), magnum imperium condiderunt et Judaeis quoque sub Nebucadnezari auspiciis (605. ant. Chr.) bellum intulerunt 2 Reg. 25, 4. Jer. 21, 9. 32, 4. 24. 25. etc. Esr. 5, 12. Eorum terra appellatur vel אֶרֶץ כַּשְׂדִּים Jer. 24, 5. Jes. 23, 13. Ezech. 12, 13., vel כַּשְׂדִּים ut Jer. 50, 10: הָיְתָה כַשְׂדִּים לְשָׁלָל *Chaldaea erit praedae,* Ezech. 11, 24; כַּשְׂדִּימָה (*in Chaldaeos*) *in Chaldaeam,* Jer. 51, 35: יֹשְׁבֵי כַשְׂדִּים *incolae Chaldaeae;* adde בַּת כַּשְׂדִּים Jes. 47, 1. cui respondet in altero hemistichio בַּת בָּבֶל. Quod vero Ezech. 1, 3. Chaboras fluvius terrae *Chaldaeorum* assignatur, id neminem morabitur, qui Mesopotamiam utpote Chaldaeorum ditioni subjectam nomine אֶרֶץ כַּשְׂדִּים recte comprehendi potuisse reputaverit. In Genes. autem loco 11, 28. *prolepsin* historicam inesse vix dubitabis. Ceterum de rebus gentis Chaldaicae accurate exposuit GESENIUS in Comment. ad Jes. I, p. 744., ubi vanae etiam J. D. MICHAELIS.

Reinh. Forsteri et Ditmari conjecturae examinatae sunt. Quod Olshausenius nuper (*Emendationen zum A. T.* p. 41 sqq.) contendit, Chaldaeos S. S. fuisse semiticae originis, id unice proficiscitur a Gen. 22, 22., cui loco verendum ne plus justo tribuerit vir doctus; reliqua argumenta, si quae sunt, ex *negativorum* genere esse deprehendes. — 2) *magi, astrologi* Dan. 2, 2. 4.; magorum enim babyloniorum ordo a chaldaica gente originem duxisse videtur (cf. Gesen. l. c. II, p. 349 sq.). Idem nomen gerunt apud scriptores graecos (Strab. XVI, 1, 6. Diod Sic. 2, 24. Appian Syr. 58.) et latinos (Ammian. Marcell. 23, 6. Juven. Sat. VI, 553.) add. Berthold. Dan. II, 838 sqq.

כַּשְׂדַּי m. Chald. *Chaldaeus* i. e. a) *Babylonius*; emphat. כַּשְׂדָּאָה sec. Kri Dan. 5, 30. et per ס, כַּסְדָּאָה Esr. 5, 12., sed Cthib habet כַּשְׂדָּיָא et כַּסְדָּיָא; plur. כַּשְׂדָּאִין Dan 3, 8. 5, 11., in statu emphat. כַּשְׂדָּיֵא sec. Cthib Dan. 2, 5. 10. 5, 7. more Syrorum; sed Kri habet כַּשְׂדָּאֵי in statu *regiminis*, pro absoluto כַּשְׂדָּאִין; — b) *Astrologus* Dan. 2, 10. 4, 4.

כָּשָׂה *opertus est* (i. q. כסה), spec. *pinguedine* (ut arab. كسا in Conj. VIII.), unde כָּשִׂיתָ *opertus es adipe* Deut. 32, 15. coll. Job. 15, 27: כִּסָּה פָנָיו בְּחֶלְבּוֹ.

כָּשַׁל 1) *labare* Ps. 109, 24 (de genibus), hinc *labefactatus, debilitatus est*, unde partic. כּשֵׁל *debilis, infirmus* Ps. 105, 37. 2 Chron. 28, 15. Jes. 5, 27. (Lxx. ἀσθενής); Neh. 4, 4: כָּשַׁל כֹּחַ הַסַּבָּל *vires bajulatorum labefactatae, debilitatae sunt,* Ps. 31, 11. Arab. كسل *segnis fuit, torpuit.* — 2) *impegit, offendit* (Syr. ܟܫܠ *id.*) Ps. 27, 2. Jes. 31, 3. Jer. 46, 6. 16. 50, 32. Job. 4, 4., constr. c. בְּ objecti Levit. 26, 37. — 3) *lapsus est, corruit* Jes. 3, 8. Hos. 4, 5. — Niph. נִכְשַׁל ut Kal 1) *debilis factus, debilitatus est,* unde partic. נִכְשָׁל *debilis, imbecillis* Zach. 12, 8. 1 Sam. 2, 4. Lxx. ἀσθενῶν, Chald. דְּחַלַּשׁ. — 2) *impegit* Prov. 4, 12., *lapsus est, corruit,* max. *translato* sensu Dan. 11, 14. 33. 34. Prov. 24, 17. Ezech. 33, 12. Ps. 9, 4. Jer. 6, 15. 8, 12. Jes. 40, 30. — Pih. כִּשֵּׁל *ad impingendum et labandum impulit, labefecit* Ezech. 36, 14. sec. Cthib. — Hiph. הִכְשִׁיל 1) i. q. Pih. 2 Chron. 25, 8. Ps. 64, 9., trop. Mal. 2, 8: הִכְשַׁלְתֶּם רַבִּים בַּתּוֹרָה *labi fecistis multos in lege* h. e. *auctores iis fuistis peccandi,* Prov. 4, 16 (ubi tamen pro יַכְשִׁילוּ in Cthib est: יִכְשׁוֹלוּ fut. Kal), Jer. 18, 15.; cf. graec. σκανδαλίζειν in N. T. 2) *debilitavit* Thren. 1, 14.

כַּשִּׁיל m. *securis,* qua arbores *prosternuntur* Ps. 74, 6.

כִּשָּׁלוֹן m. *lapsus, ruina* Prov. 16, 18.

מִכְשׁוֹל m. *offendiculum,* ad quod *impingitur* (Syr. ܟܘܫܠܐ), σκάνδαλον, vel proprie Levit. 19, 14., vel tropice a) *incitamentum, illecebra ad impietatem, ad peccatum* Ezech. 3, 20. 7, 19. 44, 12., plene מִכְשׁוֹל עָוֹן Ezech. 14, 3. 4. 18, 30. coll. Jes. 8, 14.; b) id, quod aliquem in *perniciem* adducit, eum de statu felicitatis dejicit Jer. 6, 21. coll. Ps. 119, 165.; c) מִכְשׁוֹל לֵב *scrupulus in animo, malae conscientiae morsus* 1 Sam. 25, 31. — Plur. מִכְשֹׁלִים Ezech. 21, 20.

מַכְשֵׁלָה f. 1) *offendiculum* (σκάνδαλον) trop. Zeph. 1, 3. — 2) *ruina* Jes. 3, 6.

כָּשַׁף in Kal inusit., Pih. כִּשֵּׁף *praestigiis usus est, praestigiatus est* 2 Chron. 33, 6. Part. מְכַשֵּׁף subst. *praestigiator* Deut. 18, 10., plur. מְכַשְּׁפִים Exod. 7, 11. Dan. 2, 2. Malach. 3, 5., foem. מְכַשֵּׁפָה *praestigiatrix* Exod. 22, 17. Sunt, qui conferant arab. كشف *detexit, denudavit* (futura) v. Hartmann. ling. Einl. p. 292.: sed rectius Rosenmueller. ad Exod. 7, 11. in subsidium vocat Syr. ܟܫܦ Ethpa. *supplicavit, sacra peregit;* praestigiae enim cum gentium religionibus conjunctae erant.

כֶּשֶׁף m., plur. כְּשָׁפִים *praestigiae* Mich. 5, 11. Nah. 3, 4. 2 Reg. 9, 22.

כַּשָּׁף m. *praestigiator,* plur. cum affixo כַּשָּׁפֵיכֶם Jer. 27, 9.

אַכְשָׁף nom. propr. oppidi in tribu Ascheritica Jos. 11, 1. 19, 25. 12, 20.

כָּשֵׁר *rectus fuit* (Chald. et Samar. *id.*), unde adject. כָּשֵׁר, quod vide; it. *utilis fuit, profuit* Eccles. 11, 6: *nescis* אֵי זֶה יִכְשַׁר הֲזֶה אוֹ זֶה *utrum profuturum sit* (expediat) *hoc an illud* (sc. mane an vespere seminasse), ubi tamen alii coll. Syr. ܟܫܪ *prosper, prosperatus fuit* vertunt: *utrum* (semen) *illud,* quod mane, *an hoc,* quod vespere seminasti, *laetius proventurum sit.* — Hiph. Eccles. 10, 10. *prosperavit, fortunavit.*

כָּשֵׁר m. *rectus* Esth. 8, 5.

כִּישׁוֹר m. *colus,* suadente parallelismo, Prov. 31, 19. Origo significationis non liquet; Schultens. conferri jubet arab. كَتَرَ et كَثَرَ *necti in orbem, circumnecti in globum.* Sed haec vis vocab. demonstrari non potest. Aliis *verticillum* significat q. d. *directio fusi.*

כּוֹשָׁרָה f., plur. כּוֹשָׁרוֹת *prosperitates,* omnis generis prosperitas (Syr. ܟܘܫܪܐ *felicitas*) Ps. 68, 7. Alii, in his etiam Rosenmueller., vertunt *loca omnibus rebus affluentia;* at neque *loca* significari necessario consequitur inde, quod in alt. hemist. צְחִיחָה legitur, neque est, quod arab. كثر *abundavit* in auxilium advoces.

כִּשְׁרוֹן m. *successus prosper* Eccles. 2, 21. 4, 4. it. *commodum, emolumentum* 5, 10. Syr. ܟܘܫܪܐ *id.* v. Hartmann. in Winer. Zeitschr. I, p. 41.

כָּתַב *scripsit* (Ar. كتب, Syr. ܟܬܒ) Esth. 8, 8. (sq. עַל in alic. commodum, salutem) Neh. 8, 14. 13, 1., sq. acc. ejus, quod scribitur, ut: verba, sermones Deut. 10, 2. 31, 24. 6, 9. Jer. 45, 1. 36, 8., praecepta, leges 2 Reg. 17, 37. (hinc *praescribere* 2 Reg. 22, 13. sq. עַל pers., Esth. 9, 23. sq. אֶל, Hos. 8, 12. Prov. 22, 20. sq. לְ), epistolam 2 Sam. 11, 24. (sq. עַל pers. 2 Chron. 30, 1.), *accusationem, dicam* Esr. 4, 6. (cf. γράφειν δίκην): spec. a) res gestas *perscribere, literis consignare* Num. 8, 14.; b) homines *scribere, conscribere* i. e. in indicem referre Jes. 4, 3. Num. 11, 26. Jud. 8, 14. 1 Chron. 9, 1. Ps. 69, 29.; c) *describere* terram Jos. 18, 4. 6. 8.; d) de judice simpl. *sententiam scribere* (coll. Dan. 7, 10.), *decernere, statuere* Job. 13, 26: תִכְתֹּב עָלַי מְרֹרוֹת

acerbissima quaevis in me decrevisti, Jes. 65, 6: כְּתוּבָה לְפָנַי *decretum est a me* (sic Arab. كتاب pro حكم *sententia judicis* frequentatur); e) *scribere aliquem* בָּאָרֶץ h. e. *in pulvere* i. e. oblivioni, exitio tradere Jer. 17, 13. — Ceterum *materia,* cui inscribitur, praemisso vel עַל Exod. 39, 30. Deut. 27, 8. Jes. 8, 1. 30, 8. Jer. 36, 18. vel אֶל Jer. 36, 2. vel בְּ Exod. 17, 14. significari solet, aliquanto rarius sq. accus. *(etwas beschreiben)* Exod. 32, 15.; unde explicant Jes. 44, 5: יִכְתֹּב יָדוֹ לַיהוָה *inscribet manum suam Jovae* (in honorem Jovae) coll. Apoc. 13, 16. et Spencer. legg. ritt. 2, 20. 1. Alii: *scribet manu sua* (בְּיָדוֹ): *Jovae* sc. ego sum, v. Gesen. ad h. l.

Niph. נִכְתַּב *scriptus, perscriptus est* Esth. 1, 19. 3, 9. 12. 8, 8. Ps. 69, 29. Jer. 17, 13. Job. 19, 23. — Pih. כִּתֵּב *scripsit* h. e. *decrevit* Jes. 10, 1.

כְּתַב Chald. *scripsit* Dan. 5, 5. 6, 26. 7, 1. Esr. 4, 8. 5, 7. 10. 6, 2.

כְּתָב m. *scriptura, scriptum* (arab. كِتَابٌ, syr. ܟܬܳܒܳܐ) Esth. 3, 14. 8, 8. Esr. 4, 7. 2 Chron. 2, 10. etc., *liber* Dan. 10, 21., *catalogus, index* Ezech. 13, 9. 2 Chron. 35, 4. Esr. 2, 62., *descriptio* 1 Chron. 28, 19. *exemplum* alicujus scripti *(Abschrift)* Esth. 4, 8.; cum affixo כְּתָבָם Esth. 8, 9.

כְּתָב m. Chald. *scriptura, scriptum* Dan. 5, 8. 15. 16. 24., *praeceptum* Esr. 6, 18., *edictum, decretum* Dan. 6, 9. 10.; in statu emphat. כְּתָבָא Dan. 5, 25. 6, 11. et כְּתָבָה Dan. 5, 15.

כְּתֹבֶת f. *scriptura* Levit. 19, 28. v. sub קַעֲקַע.

מִכְתָּב m. *scriptura, scriptum,* مَكْتُوبٌ, Exod. 32, 16. 39, 30. 2 Chron. 35, 4., *epistola* 2 Chron. 21, 12., *edictum* 2 Chron. 36, 22., *carmen* Jes. 38, 9.

כִּתִּים et כִּתִּיִּים *Chittaei,* nom. gentis, quae vel insulam vel certe oram maritimam incolebat (passim enim legitur de אִיֵּי כִתִּים Ezech. 27, 6. Jer. 2, 10. ac de *navibus* Chittaeorum Dan. 11, 30.) et cum Tyriis commercium exercebat Jes. 23, 1. Videtur itaque vel in mari *occidentali* (mediterraneo) vel in terris *occidentalibus* huic mari adiacentibus sedes habuisse. Ac multi quidem viri docti 1) *Macedones* esse statuerunt propterea, quod a) 1 Macc. 1, 1. Alexander M. *ἐκ τῆς γῆς Χεττιείμ* venisse dicitur, b) Perseus 1 Macc. 8, 5. *Κιττιέων βασιλεύς* (cf. Lxx. in Num. 24, 24.) appellatur, c) Dan. 11, 30. naves *Chitt.* Antiochum Epiphanem impugnasse perhibentur coll. Liv. 14, 29. Accedit, Chittaeorum origines Gen. 10, 4. a *Javan* (Graecis) repeti. — Alii 2) *Italiam* insulasque Italiae finitimas (max. Sardiniam et Corsicam) dici existimarunt (v. Bocharti Phal. p. 157.); nam a *Κιτίοις* originem traxisse Romanos, auctores sunt Eusebius et Suidas. Quam opinionem satis levem si amplecteris, non poteris non statuere, Maccabaeorum aetate *aliam* invaluisse nominis significationem vel certe scriptorem primi Macc. libri alio sensu voc. vetustum cepisse; is enim a Romanis diserte distinguit Chittaeos (Macedones) 8, 5. — Denique 3) fuerunt, qui, praeeuntibus Josepho (Antt. 1, 7, 1.) et Saadia (aliquot in lo-

cis¹), Chittaeos *Cypri* incolas esse arbitrarentur (v. Hieron. ad Jer. 2, 10.), nuncupatos illos ab urbe *Citii*, colonia Phoenicum. Epiphan. haer. 30, 25. παντὶ δῆλόν ἐστιν, ὅτι Κίτιον ἡ Κυπρίων νῆσος καλεῖται· Κίτιοι γὰρ Κύπριοι καὶ Ῥόδιοι. Sed hanc quoque sententiam, cui nuper accesserunt Rosenmueller. et Gesenius, cum locis 1 Macc. vix conciliabis, nisi idem, quod diximus, statuas, nominis כִּתִּים Maccab. aetate aliam fuisse potestatem vel certe interpretationem. Etenim *latiore* sensu 1 Macc. 1, 1. 8, 5. dictum esse, nemo sibi cum Gesenio persuadebit, qui istorum indolem locorum consideraverit. Itaque nos sic existimamus: כִּתִּים, quod propr. fuerat *Cypriorum* nomen (Gen. 10, 4.), passim in generalem earum gentium, quae septentrionales maris mediterranei oras (et ultra) incolerent (Jer. 2, 2. Num. 24, 24. Dan. 11, 30.), appellationem versum (cf. Epiphan. haer. l. c.), sed a scriptore 1 Macc. libri, ex historica quadam oraculi Num. 24, 24. interpretatione, ad *Macedones* potissimum translatum esse; certe vix nobis persuadebitur, כִּתִּים Macc. tempestate fuisse *geographicum* (Macedonum) nomen. — Multi sunt de hoc nom. Bochart. l. c. Michaelis in Spicil. 1. p. 103 sqq. in Suppl. p. 1377 sqq. et ad 1 Macc. 1, 1. Gesen. in Commentar. ad Jes. I, p. 721 sqq.

כֹּתֶל m. *paries* (Talm. *id.*) Cant. 2, 9. Arab. كتل est *coëgit in unum*, it. *cohibuit, prohibuit.*

כְּתַל m. Chald. *id.* Dan. 5, 5. Plur. כֻּתְלִין tanq. a sing. כֹּתֶל, in statu emphat. כֻּתְלַיָּא Esr. 5, 8.

כָּתַם I) *abscondidit, recondidit,* ut Arab. كتم, v. כֶּתֶם. — II) *maculatus, inquinatus est,* ut Syr. ܟܬܡ Pa. *foedavit, maculavit,* Chald. כִּתְמָא *macula.* In Kal non occurrit. Niph. נִכְתָּם Jer. 2, 22, ad quem locum alii, Bocharto praeeunte, minus recte *abscondendi* potestatem accommodarunt. — III) i. q. כָּתַב v. מִכְתָּם.

כֶּתֶם m. poet. *aurum*, sic dictum, quod *recondi* solet (conf. סָגוּר ¹ 1 Reg. 6, 20.) Prov. 25, 12. Cant. 5, 11. Thren. 4, 1., metonym. de *re ex auro facta*, ut de *ornatu aureo* Ps. 45, 10., de *cingulo aureo* Dan. 10, 5. Graecae esse originis idemque quod κάθεμα Hesychii, et κάθημα Pollucis, h. e. *monile auro gemmisque variatum*, contendit Salmasius in *Exercitatt. Plin.* p. 763., praeter veri speciem.

מִכְתָּם m. in titulis Psalmorum 16. et 56 — 60. certum carminum genus, quod, unde nomen duxerit, incertum est. Vulgo κειμήλιον interpretantur, quod tanquam pretiosum studiose *recondi* solet (v. rad.) vel *carmen* q. *aureum* (v. כֶּתֶם). Ita Abenesra et Kimchius. Sed si huic sententiae calculum adjicis, non poteris non statuere, istis carminibus tanquam e vetere aliquo volumine depromtis pristinam inscriptionem mansisse; nam inter Psalmos, quibus nunc interposita sunt, virtutibus suis non multum eminent. Alii (v. Harmer Observatt. II, p. 175.) censent, istius inscriptionis eandem esse, quae arabicae *Moallakat* معلقات, rationem. Scilicet מִכְתָּם carmen dici, quod *aureis* literis scriptum in templo Hieros. suspensum fuerit. Sed ejus moris nullum apud vett. Hebraeos vestigium. Itaque praestat, quae nunc plurimorum est interpretum sententia, מִכְתָּם dictum existimare pro מִכְתָּב *scriptum* i. e. *carmen* coll. Jes. 38, 9. (nam literarum ב et מ magna

est similitudo cf. דִּיבוֹן et דִּימוֹן, בְּרִיא et מְרִיא etc.) v. Rosenmueller. Scholl. in Psalm. I, p. XLVIII.

כְּתֹנֶת et כֻּתֹּנֶת f. *tunica,* et quidem *interior,* *χιτών,* Gen. 37, 3. 23. 31. 32. 33. Levit. 8, 7. etc., quae ab utroque sexu (Cant. 5, 3. 2 Sam. 13, 18.) gestata, corpori proxima erat (Levit. 6, 3. 16, 4.) et cingulo continebatur (Exod. 28, 4. Jes. 22, 21.), dicta illa haud dubie a *lino,* ex quo conficiebatur ut plurimum; Chald. כִּתַּן, Syr. ܟܬܢܐ, Sam. כתנה, Arab. كَتَن et كَتّان, Aethiop. ክታን: *linum,* nostrum *Cattun* v. Michaelis *Suppl.* p. 1382. Add. Schroeder. de vestitu mul. p. 237 sqq. Hartmann. Hebraeerin III, p. 192 sqq. ling. Einl. p. 224. — Cum affixo כֻּתָּנְתִּי Job. 30, 18. Cant. 5, 3., plur. כֻּתֳּנוֹת Gen. 28, 40. 29, 8. Levit. 8, 13., in regim. כָּתְנוֹת Gen. 3, 21. Neh. 7, 70. 72., c. affixo כָּתְנֹתָם Levit. 10, 5.

כָּתֵף (Arab. كَتِف et كَتْفٌ) f. 1) *scapula, humerus,* dum homo spectatur ab anteriore parte Job. 31, 22. (v. tam. Jes. 30, 6.) Exod. 39, 7. (differt igitur a שְׁכֶם, quod v.); hinc שׂוּם עַל כ׳ Jud. 16, 3., נָשָׂא עַל כ׳ Jes. 46, 7. Ezech. 12, 6., נָשָׂא אֶל־כ׳ Ezech. 12, 12., נָשָׂא בַּכ׳ Num. 7, 9. de *portantibus, bajulantibus* (etiam trop.) cf. Neh. 9, 29. Zach. 7, 11.; Jes. 11, 14: עָפוּ בְכָתֵף פְּלִשְׁתִּים *involant in humeros Philistaeorum,* quemadmodum aves rapaces solent (Hab. 1, 8.), h. e. adoriuntur eos, bellum iis inferunt, v. Gesen. ad h. l. — 2) de rebus inanimatis *latus,* ut *latus aedificii* Exod. 27, 14. 15. 38, 14. 15., *labri* 1 Reg. 7, 34., *maris* Num. 34, 11., *regionis, oppidi* Jos. 15, 10. 11. 18, 12. 13. (simil. Arab. منكب, quod propr. *humerum* significat). Huc referunt etiam Deut. 32, 12: *habitat* Jova *inter humeros* Beniaminis h. e. in finibus, agris Beniam. (coll. Jos. 15, 8. אֶל־כֶּתֶף הַיְבוּסִי), ut jam Onkel. explicuit; sc. agitur de templo Hierosol. — In regim. כֶּתֶף Jos. 15, 8., cum affixo כְּתֵפִי Job. 31, 22. Plur. a) כְּתֵפַיִם *humeri, scapulae* Exod. 28, 12.; b) כְּתֵפוֹת *latera,* ut *vestimenti* h. e. *humeralia,* sive partes Ephodi superiores ab axillis sursum protractae usque ad humeros (v. Braun. de *vestitu sacerd.* p. 467 sq.) Exod. 28, 7. 39, 4., vestibuli Ezech. 41, 26., ianuae Ezech. 41, 2., in regim. כִּתְפוֹת.

כתר in Kal inusit., Pih. כִּתֵּר 1) *cinxit, circumdedit, circumvenit* sensu bellico Jud. 20, 43. Ps. 22, 13. 2) *exspectavit* (ex usu rad. Chald. et Syr.) Job. 36, 2. sq. לְ pers. v. Hartmann. ling. Einl. p. 293. add. Norberg. Lexid. p. 109. — Hiph. הִכְתִּיר 1) *cinxit, circumdedit* Ps. 142, 8: בִּי יַכְתִּרוּ צַדִּיקִים *cingent, circumsistent me probi* sc. in laetitiae meae societatem venientes; it. *circumvenit* hostili modo Hab. 1, 4. — 2) *coronavit* Prov. 14, 18: עֲרוּמִים יַכְתִּרוּ דָעַת *prudentes tanquam coronam induunt sapientiam,* vel intrans. *coronantur sapientia.*

כֶּתֶר m. *corona* (q. d. *cinctura capitis*) Esth. 1, 11. 2, 17. 6, 8.

כּוֹתֶרֶת f. *coronamentum,* quo columna *undique cingitur* 1 Reg. 7, 16. 17. 18. 20. 31. 2 Reg. 25, 17. Jer. 52, 22., plur. כֹּתָרוֹת 1 Reg. 7, 8. 16. 17. 19. 20. 2 Chron. 4, 12. 13.

כָּתַשׁ *contudit* in pila (Arab. كتش *tundere, scindere, trudere*, Syr. ܟܬܫ *contendit, percussit*) Prov. 27, 22.

מַכְתֵּשׁ m. 1) *pila, mortarium,* in quo *contunditur,* Prov. 27, 22. (Talm. כותש *id.*). — 2) *cavum, alveolus dentium (Zahnhöhle)*, graec. ὁλμίσκος Jud. 15, 19. — 3) Zeph. 1, 11. videtur esse nom. propr. vallis prope Hierosol., sive, ut Hieron. voluit, Siloae, sive, quae Chaldaei sententia est, Kidronis cf. Cölln Spicil. p. 23 sq.; sed de *loco, ubi malleis tunditur,* scil. ab aurifabris vel aromatariis, explicat Zornius in *Nov. Miscell. Lips.* Vol. I, p. 567 sq. Eichhornius vero in tert. h. l. edit. מַכְתֵּשׁ h. l. idem esse putat q. Chald. מַכְתַּשׁ *percussio, plaga,* vel *locus plagae,* per paronomasian quandam ad מִקְדָּשׁ *sanctuarium, locus sanctus* i. e. Hierosolyma. Certe Mohammedani hodienum urbem illam vocant *Bait'olmakdes* h. e. *locum sanctuarii,* quod Samaritani ex odio in Judaeos per paronomasian convertunt in *Machtesch* (conf. Cellarius in *Notis* ad *Epistolas Sichemitarum* p. 25.) et Jesu Bar Ali in *Lexico Syro-Arab.* Hierosolymam diserte vocare perhibetur *Machtesch.*

כָּתַת *cudit* vomeres Joel. 4, 10., *contudit, contrivit* Jes. 30, 14. Deut. 9, 21., metaph. *profligavit, cecidit* hostem Ps. 89, 24. Part. Pahul כָּתוּת *contusus* i. e. cui testiculi contusi sunt, θλαδίας sive θλασίας Levit. 22, 24. Fut. cum Vau convers. וָאֶכֹּת (media radicali deficiente per Chaldaismum in prima compensata) Deut. l. c. — Pih. כִּתֵּת *cudit* Jes. 2, 4., *contudit* 2 Reg. 18, 4. 2 Chron. 34, 7., trop. contudit terram i. e. *vastavit* Zach. 11, 6.—Puh. כֻּתַּת *contudit se, illisit se,* trop. 2 Chron. 15, 6: כֻּתְּתוּ גוֹי בְּגוֹי *illidet se gens genti* i. e. bellum omnium contra omnes existet, gens gentem impugnabit. — Hiph. *contudit, profligavit* Num. 14, 45. Deut. 1, 44. Fut. יַכֵּת more Chald. — Hoph. הֻכַּת *contusus, contritus est* Mich. 1, 7. Jes. 24, 12., trop. Job. 4, 20. Jer. 46, 5. Fut. plur. יֻכַּתּוּ Job. l. c.

כָּתִית m. *tusus, tusum* oleum (h. e. quod ex olivis in mortario contusis exprimitur i. e. purum, faecum expers) Exod. 27, 20. Levit. 24, 20. Num. 28, 5. 1 Reg. 8, 11.

מְכִתָּה f. *contusio* Jes. 30, 14.

כְּתִּים vid. supra post כתב.

ל

ל, si ex lat. linguae ingenio aestimatur, est vel index casuum vel praeverbium. Itaque A) notat 1) *dativum,* non solum in his talibus sententiis, quae satis tritae sunt, נְאֻם לַאדֹנִי *dictum est domino meo* Ps. 110, 1., תְּנוּ שֵׁכָר לְאוֹבֵד *date siceram pereunti* Prov. 31, 6., לֹא תַעֲזֹב נַפְשִׁי לִשְׁאוֹל *non committes animam meam orco* Ps. 16, 10., וַיַּעַשׂ יְהוָה לְאָדָם כָּתְנוֹת עוֹר *fecit Jova Adamo tunicas pelliceas* Gen. 3, 21., ellipt. כָּל־רֹאשׁ לָחֳלִי *omne caput morbo* traditum est, 1 Sam. 17, 46. etc. sed etiam a) dativum *commodi* et *incommodi* (quem dicunt) Esth. 10, 3. 1 Sam. 22, 15. Ps. 132, 1. Ezech. 18, 22. Deut. 3, 22. Exod. 12, 24., hinc הָיָה לְ *adesse alicui* Ps. 124, 1.; — b) post passiva (ut in graecis ac passim in lat. scriptoribus) Prov. 14, 20. גַּם לְרֵעֵהוּ יִשָּׂנֵא *etiam* (ab) *amico odio habebitur,* Gen. 14, 19. Exod. 12, 16. Jes. 19, 22. Esth.

5, 12. 1 Sam. 1, 28. Jes. 65, 1., quanquam in his locutionibus, si accuratius consideras, res paullo aliter cogitatur (etiam a Graecis et Lat.), quam si voc. *a* ponatur, *die Handlung wird auf den Urheber bezogen, nicht von ihm hergeleitet.* Simil. post נִהְיָה *fieri* Jes. 19, 15., necnon post verba neutra, quae passivum sensum habent, ut הָרָה לְ *concipere (gravidam fieri) ex aliquo* Gen. 38, 15. De pronom. pers. dativo pleonast. v. Gesen. L. p. 736. — 2) *genitivum,* qui quidem usus hos potissimum modos habet: a) ubi nom. indefinitum copulatur cum nom. propr., צֹפִים לְשָׁאוּל *Kundschafter des Saul* 1 Sam. 14, 6. (צֹפֵי שָׁאוּל est *die K. d. S.*, ut צֹפֵי הַמֶּלֶךְ, nam nom. propr. semper sunt per se definita), בֵּן לְיִשַׁי *ein Sohn des Isai* 1 Sam. 16, 18. Esr. 5, 11. 2 Chron. 26, 17. Huc pertinet etiam istud מִזְמוֹר לְדָוִד *ein Gesang D.* in Psalmor. inscriptt.; b) ubi inter duo subst. interpositum est adjectivum vel numer. 1 Sam. 22, 20. בֵּן אֶחָד לַאֲחִימֶלֶךְ *filius unus Ahimelechi,* Hag. 1, 1. בִּשְׁנַת שְׁתַּיִם לַמֶּלֶךְ *anno secundo regis,* 1 Reg. 3, 18. Dan. 2, 8. (in his enim ne poterat quidem aliter dici); c) ubi duo priora nom. unam quasi notionem efficiunt: דִּבְרֵי הַיָּמִים לַמֶּלֶךְ דָּוִד *Tagesnachrichten des König Dav.* 1 Chron. 27, 24. Ruth. 2, 3.; d) ubi omissum est substantivum, unde genitivus pendet 2 Sam. 3, 2. אַמְנוֹן לַאֲחִינֹעַם *Amnon Ahinoamae* filius, Deut. 1, 3. בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ *primo* die *mensis* Ezech. 1, 2. Aliis in locis, quos huc retulerunt, לְ vim dativi habet Jes. 2, 7. Prov. 15, 23. Job. 12, 6. rel. Ceterum passim אֲשֶׁר לְ pro *genitivo* dici (Gen. 41, 43. 1 Sam. 17, 40. 21, 8. 1 Chron. 11, 10. Neh. 2, 8. etc.), nemo mirabitur: factum vero hoc est iisdem fere de causis, quas modo attigimus v. Ewald krit. Grammat. p. 583. Ceterum ad genitivi notionem revocant quoque formul. מֵעַל לְ, מִחוּץ לְ, מִקֶּדֶם לְ etc., quanquam utrum ad hanc an ad dativi naturam propius accedant, ambigi potest. Adde infra B. 3. f. — 3) *accusativum* in libris recentioribus ad Chaldaismum inclinantibus Job. 5, 2. הָרַג לְ (Ps. 135, 11.), לָקַח לְ Jer. 40, 2. Verum an Thren. 4, 5. אֹכְלִים לְמַעֲדַנִּים huc pertineat, dubitari potest (v. sub אכל); nec in hunc censum venire existimaverim eos locos, in quibus Pihel vel Hiph. junctum habet nomen c. praef. לְ; quanquam enim apud accuratos scriptores plerumque accusativus additus legitur, tamen etiam *dativi* aliqua ratio fingi potest, ut Exod. 33, 14. הֵנִיחַ לְ *quietem alicui concedere,* Gen. 45, 7. הֶחֱיָה לְ *vitam conservare alicui,* 1 Chron. 29, 22. הִמְלִיךְ לְ *regnum alicui deferre,* 2 Reg. 4, 27. הִרְפָּה לְ *libertatem alicui concedere,* Job. 21, 22. לִמֵּד דַּעַת לְ *alicui scientiam impertire:* quemadmodum in antiquioribus etiam libris complura verba utrique casui junguntur (cf. אהב, בּוּז etc.). Cave quoque huc referas formulam הָלַךְ לְדַרְכּוֹ *(seinen Weg gehen)* Gen. 32, 2. 33, 16. Num. 24, 25. Jud. 19, 27. etc.; est enim *ivit secundum viam suam* h. e. *persecuturus viam suam, seinem Wege nachgehen.* — 4) adjiciunt, *nominativo* etiam praefigi לְ (Gesen. L. p. 681.) in libris certe Chronic. (nam Eccles. 9, 4. לְכֶלֶב חַי הוּא טוֹב מִן וגו׳ est subita structurae immutatio). At, ut parum accuratus sit ille scriptor, nemo tamen sanus potuit isto לְ uti, nisi ubi sibi *aliquam* particulae vim ac rationem informasset *(er musste sich eine Wendung des Ausdrucks denken, bei der das לְ wenigstens erträglich war)*; *absoluti* enim pleonasmi monstra in sermone humano frustra quaereres: nec Arabum ل initiale (quod noli cum ل praeverbio confundere) hebraicae linguae temere tribuendum. Itaque 1 Chron. 24, 10. vide, an לִבְנֵי לֵוִי, לִבְנֵי עַמְרָם in vern. sermonem ita convertere liceat: *an (von) Kindern Levi's, Amram's*; sed v. 21. לַיִּצְהָרִי nom. gentil. sing. pro plur. ponitur: *an*

Jizhariten: 2 Chron. 7, 21. הַבַּיִת הַזֶּה לְכָל־עֹבֵר עָלָיו יִשֹּׁם fortasse transit. sensu capienda sunt: *haec domus omnibus -- stupori erit.* Denique 1 Chron. 3, 2. לְ ante אַבְשָׁלוֹם librariis, quippe quibus לְ in praegressis sententiis (cf. v. 1.) fraudi esset, deberi puto, cum quod statim sequitur אֲדֹנִיָּה ista litera careat atque eadem in 20 codd. Kennic. desit, nec secus existimandum de loco 1 Chron. 7, 1. cf. 6, 46. 47. 48. 56. 62. Jure autem miramur, de Wettium istud monstrum etiam Ps. 89, 19. quaesivisse; verba enim plana sunt et ab aliis jam recte explicata; multo etiam minus assentimur Hartmanno (Einleit. p. 353.), qui Jes. 32, 1. Job. 16, 21. in eundem censum venire opinatur, v. intptt. ad h. ll.

B) est praeverbium, quod ex אֶל declinatum videtur ac in univ. significat *tendere, dirigi, accommodari* aliquid aliquo, ad aliquid (*Richtung, Annäherung zu etwas*), in qua re dativi etiam notio continetur. Sed raro 1) de *loco* dicitur, ut post verba ducendi, veniendi, mittendi cet.: *ad, in (contra)* Jer. 12, 15. Jes. 53, 7. Job. 10, 19. Ruth. 1, 8. Ezech. 5, 10. Deut. 5, 27. 1 Sam. 2, 20. Gen. 24, 54. Cant. 4, 16. Ps. 7, 14. 68, 19. (quanquam hi loci ad dativi quoque notionem revocari possunt v. Fritzsche Conjectan. in N. T. I, p. 42. cf. nostr. *zuführen, zusenden, zukommen* sq. dat., quae verba paullulum differunt a *führen, senden zu* etc.), ut in talibus sententiis: הִשְׁתַּחֲווּ לַהֲדֹם רַגְלָיו *adorate* conversi *ad scabellum* (*versus* sc.) *pedum ejus* Ps. 99, 5. 2 Sam. 18, 28., שְׂאוּ לַשָּׁמַיִם עֵינֵיכֶם *tollite versus coelum oculos vestros* Jes. 51, 6. Ezech. 5, 6. Ad eandem *dirigendi* vim redeunt haec: Ps. 45, 10. *stare* לִימִין פ׳ *ad dextram alicujus* (*in der Richtung gegen d. rechte Hand*) *zur Rechten* (ἐπὶ, εἰς δεξιά), 1 Chron. 18, 7. לְיַד פ׳ *ad latus al.*, Prov. 9, 4. יָשַׁב לְפֶתַח *sedere ad ianuam*, 1 Reg. 20, 38. עָמַד לַמֶּלֶךְ *stare apud regem, coram rege* (pr. conversum ad regem). Paullulum differt formula יָצָא לְרַגְלֵי פ׳ *exire ad pedes al.* h. e. ita, ut ad pedes al. te quasi adjungas, pedes al. sequaris, hinc est *vestigia al. premere.*

2) de *tempore* ita legitur, ut vel perpetuitatem aliquam notet: לָנֶצַח *in sempiternum* Jes. 25, 8., לְיוֹם אֶחָד *in unum diem* (in singulos dies) 1 Reg. 4, 22 (5, 2.), לִשְׁלֹשֶׁת הַיָּמִים *in* h. e. intra *tres dies* Esra 10, 8. Am. 4, 14. 1 Reg. 10, 32. (sim. εἰς Odyss. 4, 86. 14, 196. et ἐπί Herod. 6, 101. 7, 20.) — vel terminum *ad quem usque* aliquid durat, שְׁלֹשָׁה חֳדָשִׁים לַקָּצִיר *tres menses ad messem* (*bis auf*) Am. 4, 7. Deut. 16, 4. — vel temporis momentum *circa quod, sub quo* (quod) aliquid fit: לְעֵת עֶרֶב *circa tempus vespertinum, gegen die Abendzeit* Gen. 8, 11., לָאוֹר *sub luce* Job. 24, 14., לְעֵת בּוֹא הַשֶּׁמֶשׁ *circa tempus occasus solis* Jos. 10, 27. Gen. 49, 27. cf. gr. εἰς τὴν ἑσπέραν Xenoph. Anab. 3, 1, 3. it. πρὸς ἡμέραν. Sed Ps. 73, 14. huc non pertinet, vide Rosenmueller. — Rarius de exacto temporis spatio dicitur, sed ita tamen ut tempus, quod *proxime* excipit aliud (*Anschliessung an die Vergangenheit*) indicet, fere ut מִן: Gen. 7, 4. לְיָמִים עוֹד שִׁבְעָה *statim post septem dies* (*am Ende von 7 Tagen, zusammentreffend mit dem Ende v. 7 Tagen*), 2 Sam. 13, 23. Sed Jer. 22, 4. מְלָכִים יֹשְׁבִים לְדָוִד עַל־כִּסְאוֹ propr. ita enarrabis: *Davidi in solio suo sedentes* h. e. quos Davides in solio suo sedentes (h. e. successores) habuit, ita ut hic dativi notio maneat. — Pro בְּ non videtur poni: certe Ps. 9, 10. וִיהִי יְהוָה מִשְׂגָּב לְעִתּוֹת בַּצָּרָה verias: *J. ist eine Zuflucht für böse Zeiten* (perfugium

temporibus calamitosis quasi repositum), Jes. 10, 3. מַה־תַּעֲשׂוּ לְיוֹם פְּקֻדָּה *quid facietis, parabitis in diem poenae, was wollt ihr unternehmen für (auf) den Tag d. Strafe (um euch ihm zu entziehen)?* cf. Hos. 9, 5., Prov. 7, 20. לְיוֹם כֶּסֶא יָבֹא בֵיתוֹ *er kehrt nach Hause zum Tage der Laubhütten* h. e. ita, ut die tabern. jam domi sit, celebraturus istum diem (fere ut nos: *zum Osterfeste zurückkehren,* quod non est: *am Ost. zurückk.*), Job. 21, 30. לְיוֹם אֵיד יֵחָשֶׂךְ רָע *quod ad diem exitii attinet, cohibetur impius* sc. ne hunc diem attingat, *dem Unglückstage wird er vorenthalten, entzogen* (cf. Ps. 40, 11.), Prov. 16, 4. *omnia parat Deus ad sua consilia* (h. e. suis cons. convenienter) *et impium quoque* לְיוֹם רָעָה parat h. e. *destinat ad diem malum* (diei malo). — Denique in iis etiam locis, ubi לְ substantivo vel sing. vel plurativo junctum *distributive* ponitur, Ps. 73, 14. לַבְּקָרִים *quovis mane* (Jes. 27, 3. Job. 7, 18. Ps. 101, 8.), לַבֹּקֶר לַבֹּקֶר 1 Chron. 9, 27., לַבֹּקֶר Am. 4, 4 (Jes. 37, 21.), commode verti potest: *in, auf, für (für jeden Morgen, Tag* etc.).

3) Varia est hujus vocis translatio; dicitur enim a) de *conditione, in quam* quid abit Jes. 25, 2. *urbem in tumulum, oppidum in ruinam convertisti* Job. 17, 12. Thren. 5, 15. Gen. 2, 22. Joel. 3, 4. Jer. 2, 15. Ps. 7, 4. Mich. 4, 3., hinc etiam post verba *dividendi* Levit. 8, 20., hinc הָיָה לְ *zu etwas werden, zu etwas dienen* Ps. 69, 23. יְהִי שֻׁלְחָנָם לְפַח *abeat eorum mensa in laqueum,* sit ipsis laqueo (Jos. 7, 5. 1 Sam. 25, 37. Jes. 35, 7. 38, 17. Jer. 24, 9. Gen. 2, 24.); Gen. 11, 3. וַתְּהִי לָהֶם הַלְּבֵנָה לְאָבֶן *erant iis lateres pro lapidibus, sie dienten ihnen zu Steinen* (Jer. 28, 2.). — b) de *numero, ad quem* multitudo aliqua proxime accedit: *ad,* 2 Chron. 5, 12. לְמֵאָה וְעֶשְׂרִים *ad centum et viginti* i. e. circiter 120, 2 Chron. 3, 8. 1 Sam. 29, 2. Simil. πρός (v. Lobeck ad Phryn. p. 410.), κατά et εἰς. Eodem redit, ubi de *gradu* dicitur Exod. 12, 13. נֶגֶף לְמַשְׁחִית *plaga ad internecionem* usque, Jud. 16, 16. 2 Chron. 24, 11. — c) longe frequentius de *animi* vel mentis *ad aliquid conversione,* ut in his formulis: *attendere, animum adjicere ad al.* Ps. 5, 3. Exod. 7, 23. Prov. 22, 17. Deut 32, 46., כָּלָה לְ *schmachten nach etwas* Ps. 84, 3., *benevolum esse erga al.* Exod. 20, 6., mala *moliri contra al.* Ps. 37, 12. 2 Sam. 21, 5., *peccare in al.* Deut. 1, 41. Gen. 20, 9. Exod. 10, 16. etc.; — deinde vero spec. α) de consilio et fine Neh. 8, 4. מִגְדַּל עֵץ אֲשֶׁר־עָשׂוּ לַדָּבָר *suggestus ligneus, quem ad id,* in hunc finem, *fecerunt.* Cet. v. infra de infinit. — β) de norma, ad quam aliquid accommodatur, exigitur: *secundum* 2 Chron. 25, 5. לְבֵית אָבוֹת *secundum domum patrum* Jer. 30, 11. Deut. 32, 8., שָׁפַט לְמַרְאֵה עֵינָיו *judicare sec. oculorum adspectum* (oculorum indicium sequi) Jes. 11, 3.; hinc passim est *instar, tanquam* Job. 39, 16 (19): הִקְשִׁיחַ בָּנֶיהָ לְלֹא לָהּ *duriter tractat pullos tanquam non-suos,* in modum eorum, qui non sunt sui; Job. 41, 19. De loco Mich. 2, 8. v. infra. — γ) de causa et ratione, propter quam aliquid fit (*Veranlassung, Antrieb*): *ad* Ps. 18, 45. *obtemperant mihi* לְשֵׁמַע *ad rumorem* (famam), *auf das Gerücht,* Num. 16, 34., *ob, propter* Levit. 19, 28. Esr. 3, 13. Jes. 14, 9. Ps. 91, 11. Job. 37, 1., לָכֵן *propterea, ideo* Ruth. 1, 13., לָמָּה *cur?;* hinc post verba mirandi et laetandi: *de* Gen. 24, 21. 21, 6. Obad. 12.; alibi עַל. — δ) de eo, ad quod oratio al. spectat (*Ziel, Gegenstand der Rede*); Gen. 20, 13. אִמְרִי לִי אָחִי הוּא *dic de me (in Beziehung auf mich) hic est frater meus,* Eccles. 10, 3. Ps.

22, 31. Jes. 27, 2. 5, 1.; adde צִוָּה לְ *praecipere de aliquo* Esth. 3, 2. Ps. 91, 11., שָׁאַל לְשָׁלוֹם *de al. salute quaerere* 1 Sam. 17, 22. — ε) sensu restrictivo h. e. ubi id significatur, cujus respectu habito aliquid affirmatur, 1 Reg. 10, 23. וַיִּגְדַּל לְעֹשֶׁר וּלְחָכְמָה *magnus fuit, quod quidem ad divitias et sapientiam attinet* (divitiis et sapientiâ), *rücksichtlich des R.*, Job. 32, 4. זְקֵנִים הֵמָּה מִמֶּנּוּ לְיָמִים *aetate provectiores erant illo*, Gen. 17, 20. וּלְיִשְׁמָעֵאל שְׁמַעְתִּיךָ *quod ad Ismaelem attinet audivi te, in Hinsicht auf Ism.*, Ps. 12, 7. Jos. 22, 10. 2 Chron. 32, 27. Job. 11, 6. Deut. 34, 11. Num. 35, 33. Jes. 32, 1. Sim. graec. εἰς. Huc revocabis etiam hos tales locos: Levit. 7, 26. כָּל־דָּם לֹא תֹאכְלוּ לָעוֹף וְלַבְּהֵמָה *nullum sanguinem comedes, quod attinet ad aves et ad pecudes* (nec avis nec pecudum), 2 Chron. 32, 27.

4) Passim cum verbis quietis copulatum significat *penes, apud* Exod. 13, 7. *non conspicietur fermentum* לְךָ *apud te* h. e. tanquam tuum, *dir angehörig*, 1 Sam. 13, 22., Jon. 2, 10. יְשׁוּעָתָה לַיהוָֹה *salus penes Deum est.* Conferre licet graecas formulas εἶναι ὑπὸ χεῖρα, ὑπὸ νόμον.

Falluntur, qui has significationes adjiciunt: a) *cum;* nam Deut. 7, 2. כָּרַת בְּרִית לְ est *concedere alicui foedus* (pacem) coll. Jes. 27, 5. 55, 3. Exod. 23, 32. 1 Sam. 11, 1. Ps. 89, 4.; Gen. 46, 26. כָּל־הַנֶּפֶשׁ הַבָּאָה לְיַעֲקֹב מִצְרַיְמָה hunc sensum habet: *omnes qui Jacobo* (i. e. tanquam familiae Jac. adscripti) *venerant in Aeg.*, 2 Chron. 16, 8. הָיוּ לְחַיִל לָרֹב לְרֶכֶב וּלְפָרָשִׁים ita interpretaberis: *sie waren zu einem Heere geworden (angewachsen) an Menge, (nämlich) an Wagen und Reitern*, Jer. 10, 13. בְּרָקִים לַמָּטָר עָשָׂה hoc sibi vult: *fulmina parat ad pluviam, zum Regen bereitet er Blitze.* — b) *in* c. abl.; Hos. 7, 2. אָמַר לִלְבָבוֹ noli vertere: *in animo suo dicere;* duae enim locutiones sunt בְּלִבּוֹ et עַל־לִבּוֹ (לְ) אָמַר, et *haec* quidem ejus est, qui se ipsum hortatur ad aliquid vel in animum aliquid inducit; Job. 2, 13. יָשַׁב לָאָרֶץ non est *humi sedere* sed quod nostrates dicunt: *auf die Erde sich setzen* cf. 36, 7. Ps. 9, 5. Locum Jes. 51, 14. bene expedivit Rosenmueller. — c) *per* in jurisjur. formulis; sc. Zeph. 1, 5. נִשְׁבָּעִים לַיהוָֹה sunt *Jovae jurantes* h. e. jurejur. se obstringentes. Sed dici ita *posse* לְ, non negamus; certe Arab. ل hoc sensu passim legitur. — d) *a, ab* Neh. 3, 15. (חוֹמַת) לְגַן הַמֶּלֶךְ וְעַד הַמַּעֲלוֹת *murus (ad) apud hortum regis* (exorsus) *usque ad scalas* (porrectus). Loci 2 Chron. 1, 13. וַיָּבֹא שְׁלֹמֹה לַבָּמָה אֲשֶׁר־בְּגִבְעוֹן יְרוּשָׁלַיִם מִלִּפְנֵי אֹהֶל מוֹעֵד, quem ita convertunt LXX. ἦλθε Σ. ἐκ Βαμὰ τῆς ἐν Γαβαὼν εἰς Ἱερουσαλὴμ etc., nisi corruptus est, hunc sensum esse cum Chaldaeo existimabis: *profectus erat S. in excelsum* etc., *Hierosolyma* (profectus, reversus est) *a tabernaculo sacro.* Certe, quod jam Kimchius intellexit, nullo modo contraria significatio tribui potest praeverbio לְ.

Ubi לְ substantivis vel adjectivis junctum in adverbium abit, commode explicari poterit ex iis, quae supra dicta sunt: לְצֶדֶק *juste* h. e. secundum justitiam Jes. 32, 1., לַשֶּׁקֶר *false* (jurare) Levit. 5, 24. Jer. 5, 2. i. e. ad falsum (comprobandum), לָרֹב *multum*, propr. usque ad multitudinem 2 Chron. 20, 25. לָבֶטַח *secure* rell. Ceterum cf. graec. πρὸς ἐπὶ et κατὰ c. nominibus.

Infinitivo praefixum varie exponitur: a) עֵת לָטַעַת *tempus plantandi* Eccles. 3, 2. Ezech. 1, 12. Neh. 2, 14., בַּשָּׁנָה הַשֵּׁנִית לְצֵאתָם

anno secundo egressionis eorum h. e. postquam egressi sunt Num. 1, 1. (ut בִּשְׁנַת הַשֵּׁנִית לְמַלְכוּתוֹ anno sec. regni h. e. postquam regnum capessivit) 1 Reg. 3, 18. Jer. 41, 4. — b) *ad* (de consilio) Cant. 5, 5: *surrexi* לִפְתֹּחַ *ad aperiendum*, Ezech. 40, 39. al., hinc *ut* Jes. 10, 2. Deut. 6, 24. Gen. 2, 23., *ita ut* Num. 11, 11: *cur gratiâ tuâ destituor* לָשׂוּם אֶת־הַמַּשָּׂא *ita ut imponas* (mihi) *onus*. — c) *usque dum, donec* Levit. 24, 12. Jes. 7, 15. al. — d) *quum* Exod. 14, 27. לִפְנוֹת בֹּקֶר *cum appropinquaret mane*, circa tempus matutinum, Gen. 24, 63. Exod. 14, 27. — e) Gen. 2, 3. לַעֲשׂוֹת *faciendo*, Gen. 1, 22. לֵאמֹר *dicendo* etc.; Jes. 5, 4. מַה־לַּעֲשׂוֹת *quid faciendum?* propr. quid est (reliquum) ad fac. i. e. quod fieri debeat, 2 Reg. 14, 3. — f) de formula הָיָה לְ sq. inf. v. sub hoc v. Ceterum etiam post multa alia verba (ut: quaerendi, incipiendi, desinendi) sequitur infin. c. לְ, quemadmodum nostrates dicunt: *aufhören zu, suchen zu* etc. Latini solo infin. utuntur.

Cum affixis לִי, לְךָ (c. he parag. לְכָה Gen. 27, 37.), f. לָךְ, more chald. לְכִי 2 Reg. 4, 2., לוֹ, לָכֶם, לָנוּ etc.

לְמִן non videtur idem esse quod מִן; nam Deut. 4, 32. לְ in לְמִקְצֵה componendum cum illo quod legitur ab initio vocis יָמִים, ut sensus hic sit: *inquire in tempora prisca - - in* ea loca quae *ab extremo coelo ad extremum usque coelum, εἰς τὰ ἀπ' ἄκρου οὐρανοῦ* etc.; Hagg. 2, 18. לְמִן הַיּוֹם nexum est a verbis שִׂימוּ לְבַבְכֶם in extremo versu: *ad* tempus *ab hoc inde die* elapsum *advertite animum;* Jer. 7, 7. ita enarres: quam *dedi majoribus vestris in* tempus *ab aeterno usque ad aeternum* h. e. in perpetuum; 2 Sam. 7, 11. *non amplius affligetur populus meus, sicut olim et in* h. e. per illud tempus *a constitutis* inde *judicibus* elapsum. Adde Exod. 9, 18. Deut. 9, 7.; de loco dicitur Zach. 14, 20., de numero Esth. 1, 20., ubi לְ ante מִגָּדוֹל est dativi nota, quemadmodum in לְבַעְלֵיהֶן.

לְמוֹ in Jobi libro passim est pro לְ (v. sub מוֹ) Job. 27, 14. 40, 4. 38, 40. 29, 21.

לְ chald. 1) nota dativi Esr. 5, 12. 6, 9. et accus. Dan. 6, 5. 5, 4. Esr. 5, 2. al. nec non genit. Esr. 5, 11. 6, 3. 15. — 2) praepos. a) *ad, in, versus* (de loco) Esr. 5, 12. Dan. 6, 11. 4, 19. 7, 2.; b) *ad* (de consilio) Esr. 7, 19.; c) *loco, tanquam* Esr. 6, 9. Cum infin. *ut:* לֶהֱוֹן *ut sint* Dan. 2, 43., לֶהֱוֵין Dan. 6, 27. al., vid. sub rad. הֲוָה.

לֹא, arab. لا, vox primitiva (quanquam alii pro nomine habent a rad. לאה orto: *defectus, nihilum* v. Scheid. observatt. ad Ps. 1, p. 19 sq. Schultens. Institutt. p. 402 sqq.): non Gen. 4, 5. 8, 21. Ps. 139, 15. Zach. 11, 16. al., etiam in responsionibus Gen. 19, 2. et interrogationibus (pro הֲלֹא) 2 Reg. 5, 26. 1 Sam. 14, 30. Jon. 4, 11. Gen. 11, 6. Job. 14, 16., וְלֹא *nec* 2 Sam. 7, 10. 1 Reg. 3, 11. etc. Praeterea de usu hujus voc. notanda haec fere sunt: a) passim nomini vel adjectivo vel substantivo praemissum, cum hoc in unam coalescit notionem (cf. etiam Viger. ed. Herm. p. 460.), ut לֹא־אֵל *non-Deus* Deut. 32, 21., לֹא־עָם *non-populus* ibid. h. e. hominum colluvies quae *populi* nomine prorsus indigna est, *ein Nicht-Volk*, לֹא־אֱלֹהִים Jer. 5, 7. *non-Dii* (sed umbrae tantum deorum, idola); Jes. 10, 15. כְּהָרִים מַטֶּה לֹא עֵץ *quasi elevaret virga non-lignum* h. e. eum qui nihil minus est quam lignum i. e. hominem (qui virgam gerit). — b) saepenumero cum כֹּל unam notionem efficit: *nullus (nemo)*, sive antecedat sive sequatur, לֹא יְאֻנֶּה לַצַּדִּיק כָּל־אָוֶן

nulla calamitas accidet probo Prov. 12, 21. Exod. 10, 15. Ps. 49, 18., כָּל־מְלָאכָה לֹא יֵעָשֶׂה *nullum opus fiat* Exod. 12, 16. Levit. 3, 17. Eccles. 2, 10. Ezech. 44, 9. al. Quod quale sit, ut intelligas, reputandum tibi hoc est, negationem semper cum *verbo* componendam esse; itaque כָּל־מְלָאכָה לֹא יֵעָשֶׂה proprie hunc sensum habet: *opus* h. e. quicquid *opus* est et dici potest, *non fiet* (*das Nicht-gethan werden bezieht sich auf alle Arbeit*) i. e. nullum opus fieri licet etc. (aliud esset לֹא כָּל־מְ׳ *non omne opus fiet*, sed *quaedam* fieri licet). Simil. לֹא sq אִישׁ Num. 31, 49. לֹא נִפְקַד מִמֶּנּוּ אִישׁ *nemo nostrum desideratur*, Jer. 2, 6., et sq. דָּבָר 1 Reg. 18, 21. לֹא עָנוּ הָעָם אֹתוֹ דָּבָר (*non--quidquam*) *nihil ei respondit populus*, Esth. 6, 3. al. v. Gram. N. T. p. 70 sq. — Sejungendi sunt ab hac disputatione illi loci, in quibus כֹּל significat: *totus* (v. sub כֹּל) 1 Sam. 14, 24. לֹא טָעַם כָּל־הָעָם לָחֶם *totus populus non gustavit cibum* (לֹא · כָּל־עָם recte vertas: *nullus populus*), Num. 23, 13. כֻּלּוֹ לֹא תִרְאֶה *totum eum* (populum) *non videbis* (sed partem duntaxat). *) — c) ubi prohibendi sensu cum futuris copulatur Gen. 24, 37. Exod. 20, 14. Levit. 25, 17. Prov. 22, 24. aliquantulum differt ab אַל *ne*. Etenim לֹא תַעֲשׂוּ est *non facietis* (i. e. jubeo vos ab hac re abstinere), sed אַל תַּעֲשׂוּ *ne faciatis* h. e. hortor vos, ut non faciatis. — d) pro אַל *ne* in sententiis finalibus vix legitur; Neh. 13, 19. ad verba לֹא יָבוֹא ex superioribus repetendum est אֲשֶׁר; Jes. 41, 7. לֹא יִמּוֹט verba sunt artificis simulacrum figentis, omisso לֵאמֹר, quae ellipsis vim loci auget; Exod. 28, 32. sententiae leguntur inter se *non* copulatae: *foramen sit in eo: limbo* (id) *circumdetur*, (ita) *non lacerabitur* etc. — e) passim est pro בְּלֹא *sine* 1 Chron. 2, 30. וַיָּמָת סֶלֶד לֹא בָנִים *mortuus est Seled sine liberis* (pr. *m. e., non* erant ipsi *liberi*), Job. 34, 24. Ps. 59, 4. 2 Sam. 23, 4. al. — f) verbo *post*positum significat: *nihil* Job. 6, 21. הֱיִיתֶם לֹא *estis nihil;* sed Job. 31, 23. לֹא אוּכָל verte: *non ero potens, non valebo*, et Ezech. 21, 32. לֹא הָיָה *non erit*, manebit h. e. peribit v. 26. 27. — g) לֹא--כִּי noli vertere *non tanquam*. Haec enim interpretatio verendum ne sententiarum nervum incidat; לֹא in his quoque fortiter negat: 1 Sam. 8, 7. לֹא אֹתְךָ מָאָסוּ כִּי אֹתִי מָאֲסוּ *non te repudiarunt, sed me* (Jovam) h. e. cum meam tu caussam, non tuam egeris, omnis ad me solum redit contemtus; Exod. 16, 8. Gen. 45, 8. *non vos misistis me in Aegyptum, sed Deus* i. e. Dei hoc voluntate unice factum, vobis tanquam instrumentis usus est, Gen. 32, 29. v. Winer. Grammat. N. T. p. 176 sq. — h) passim deest לֹא, repetendum illud ex antecedenti sententia Job. 28, 17. Ps. 9, 19. 44, 19. Loci vero 1 Sam. 2, 3. Deut. 33, 6. Job. 3, 10. an in hunc censum veniant, dubitari potest. Cet. cf. Aeschyl. Prom. vinct. 508. Beier ad Cic. Off. p. 120. — i) de לֹא ad בְּטֶרֶם pleonast. adjecto v. sub hoc voc.

Sec. Masorethas in 15 locis לֹא occurrit pro לוֹ Exod. 21, 8. Levit. 11, 21. 25, 30. 1 Sam. 2, 3. 2 Sam. 16, 18. Ps. 100, 3. 139, 16. Job. 13, 15. 41, 3. Esr. 4, 2. Prov. 19, 7. 26, 2. Jes. 9, 3. 63, 9. quibus adduntur Job. 6, 21. 1 Chron. 11, 20. Jes. 49, 5.; vicissim ter pro לֹא legitur לוֹ 1 Sam. 2, 16. 20, 2. Job. 6, 21. et semel לֹה sec. Cthib Deut.

---

*) Non satis dilucide exposita sunt, quae Gesenius habet (Lehrgeb. p. 831), illud autem prorsus falsum, quod de discrimine vocc. οὐ πᾶς et μὴ πᾶς docuit.

3, 11. de quibus singulis vid. HILLERUS in *Arcano Kri et Cthib* p. 58 sq. et VITRINGA in *Observatt. S.* L. III. c. 14 sq. add. LUD. CAPELLI *Critica S.* L. III. c. 10. §. 9 sq.

Cum Praefixis: 1) בְּלֹא a) sqq. nominibus Job. 15, 32. בְּלֹא יוֹמוֹ (*beim Nicht-sein seines Tags*) *cum non esset ejus dies* h. e. *ante tempus*; Levit. 15, 25. בְּלֹא עֶת־נִדָּתָהּ *in non-tempore impuritatis* h. e. alio quam imp. tempore; Job. 30, 28. *ater incedo* בְּלֹא חַמָּה *cum tamen non sit sol* caussa atri coloris. Sed plerisque in locis verti potest: *sine, absque* Jes. 55, 1. Ezech. 22, 29. Num. 35, 22. al. Eundem sensum habet לֹא בְּ Jes. 45, 13. לֹא בִמְחִיר, לֹא בְשֹׁחַד *non pro pretio, munere* i. e. sine pretio. — b) sq. verbo fin. Thren. 4, 14. בְּלֹא יוּכְלוּ יִגְּעוּ *ita ut non possint tangere* (*ohne zu können*). Sed Jes. 55, 2. בְּלוֹא־לֶחֶם est: *pro non-pane* h. e. pro eo, quod nihil minus est quam panis, et Jer. 2, 11. בְּלוֹא יוֹעִיל *pro eo, quod non prodest,* omisso relativo.

2) הֲלֹא *nonne* Gen. 4, 7. 1 Sam. 12, 17. al., *annon* 1 Reg. 1, 11. Zach. 4, 5. etc.; praemisso in eadem sententia ה interrog. Ps. 94, 10. הֲיֹסֵר גּוֹיִם הֲלֹא יוֹכִיחַ *an gentium castigator non redarguet?* v. 9. Jam cum הֲלֹא poscat, ut *affirmative* respondeas, invaluit apud Hebraeos consuetudo, hanc vocem ab initio earum sententiarum ponendi, quibus quid simpliciter affirmatur et tanquam certum enunciatur: 1 Reg. 15, 23. הֲלֹא הֵמָּה כְתוּבִים *nonne haec scripta sunt* i. e. scripta haec esse scito, 1 Sam. 20, 37. הֲלֹא הַחֵצִי מִמְּךָ וָהָלְאָה *en, sagitta ultra te* etc. 1 Chron. 21, 17. Deut. 11, 30. 2 Sam. 15, 35. Inde est, quod et Lxx. passim הֲלֹא interpretantur *ἰδοὺ* et Chronicorum scriptor pro הֲלֹא ponit הִנֵּה vid. GESEN. *Gesch. d. hebr. Sprache* p. 39. Ceterum aliquanto latius patet hic voc. usus in lingua Samar., adde Arab. أَلَا et هَلَّا.

3) כְּלֹא i. q. בְּלֹא *sine, absque* 2 Chron. 15, 3. Sed Job. 39, 16. הִקְשִׁיחַ בָּנֶיהָ לְּלֹא לָהּ concise dictum est: *duriter tractat pullos suos tanquam non essent sui* (v. sub לְ), et Jes. 65, 1. Job. 26, 2. deest pron. relat.

גַּם - - - לֹא verti potest *ne-quidem* 2 Sam. 17, 13 עַד־אֲשֶׁר לֹא־נִמְצָא שָׁם גַּם־צְרוֹר *donec ne lapillus quidem reperiatur*, Exod. 7, 23.; vern. dixeris: *auch kein Steinchen* i. e. *nicht einmal ein Steinchen.* Ubi גַּם geminatur post לֹא, interpretaberis: *neque, neque* 1 Sam. 28, 6. לֹא עָנָהוּ יְהוָה גַּם בַּחֲלֹמוֹת גַּם בָּאוּרִים גַּם בַּנְּבִיאִים *non respondit ei Jova nec per somnia, nec per Urim* etc. Gen. 43, 8.

לָא, semel לָה Chald. 1) *non* Dan. 2, 5. 9. 10. 11. 3, 10. 12. 14. 15. 16. etc., הֲלָא *annon?* Dan. 3, 24. 4, 27. 6, 13.; כָּל - - - לָא *nullus, nemo* Dan. 4, 6. 6, 24. — 2) *nihil* Dan. 4, 32. כְּלָה חֲשִׁיבִין *sicut nihil* (propr. *sicut non sint*) *aestimantur.*

לֹא דְבָר (*pascuis carens*) nom. propr. oppidi in Gileaditide 2 Sam. 17, 27.; al. לוֹ דְבָר 2 Sam. 9, 4. 5.

לָהֵן Chald. pro לָא הֵן *nisi* Dan. 6, 8: *quicunque petierit aliquid vel a Deo vel ab homine* לָהֵן מִנָּךְ *nisi a te* (petierit); alibi post negationem: Dan. 3, 28. *nullum Deum nisi suum*, Dan. 2, 11. *nemo nisi Deus*; quo pertinet etiam Dan. 2, 30. *indicatum mihi est non propter sapientiam meam* לָהֵן עַל־דִּבְרַת דִּי פִשְׁרָא יְהוֹדְעוּן non *nisi eo consilio, ut* etc. h. e. *sed eo cons.* etc. cf. Esr. 5, 12. — Aliud v. sub לָ

לָכֵן pro לֹא כֵן (לֹא) ut Arab. لَكِن pro لا كِن non sic i. e. *veruntamen, attamen* Hos. 2, 13. Jer. 16, 14. 30, 16. Ezech. 39, 25. in quibus locis omnibus subito transitur a comminationibus ad promissiones. Aliud לָכֵן vide sub כֵּן.

לאב radix inusit., conveniens cum Aethiop. ΛUΠ: *aestuavit,* Arab. لَبَّ *inflammavit, accendit, arsit, sitivit,* alias Arab. لاب pro لوب *sitivit* v. Pococke ad *portam Mosis* p. 142. Inde est

תַּלְאוּבָה f. *sitis, siccitas;* אֶרֶץ תַּלְאֻבוֹת *terra siticulosa, sicca.*

לָאָה gener. *laboravit* atque ita *viribus defecit, defatigatus est* Gen. 19, 11. וַיִּלְאוּ לִמְצֹא הַפָּתַח *defatigati sunt ad inveniendam ianuam* h. e. ita ut ianuam invenire non possent; ad *animum* relatum: *aegre tulit, impatiens fuit* Job. 4, 2. 5. Fut. apoc. וַתֵּלֶא. (Arab. لات *lentus lassusque fuit*). — Niph. נִלְאָה 1) *laboravit,* sq. infin. Jer. 20, 9: *laboravi sustinere sed non potui,* 9, 4: הַעֲוֵה נִלְאוּ *perverse agere laborant* i. e. summo cum studio perverse agunt. — 2) *defatigatus est* Ps. 68, 10., sq. בְּ rei, qua quis defatigatur Jes. 47, 13.; Jes. 16, 12: נִלְאָה מוֹאָב עַל־הַבָּמָה *defatigatur Moab ad altare* sc. magna victimarum copia immolanda. Jer. 6, 11. — 3) *piget, taedet* aliquem alicujus rei Prov. 26, 15. *pigrum taedet manum ad os reducere* (ex patina), Jer. 15, 6. נִלְאֵיתִי הִנָּחֵם *taedet me amplius indulgere;* — hinc *fastidivit* Exod. 7, 18. cf. v. 21. — Hiph. הֶלְאָה (pro הִלְאָה) 1) *fessum fecit, defatigavit* Job. 16, 7. Ezech. 24, 12 (ubi 3. p. praet. foem. הֶלְאָת ex Chaldaismo pro הֶלְאֲתָה). — 2) *aegre* alicui *fecit, taedio affecit* Jes. 7, 13. Mich. 6, 3.

לֵאָה (*defatigatio*) nom. propr. uxoris Jacobi Gen. 29, 16. 17. 24. 30, 9. 10. 11 sqq. 31, 4. 34, 1. al.

תְּלָאָה f. *molestia, labor* (*Mühseligkeit*) Exod. 18, 8. Num. 20, 14. Thren. 3, 5.; cum particula מָה per syncopen coaluit in מַתְּלָאָה (pro מַה־תְּלָאָה) *quae molestia!* Malach. 1, 13.

לוֹ et לָא non vid. supra post לְ.

לָאַט *obvolvit, involvit, operuit,* Sab. لٰلٰ *id.* (cognatum לוּט) 2 Sam. 19, 5. Sed לָאַט Job. 15, 11. et לְאַט 2 Sam. 18, 5. v. sub אַט.

לָאט m. ex Syriasmo pro לָאט *absconsio,* unde cum בְּ: בַּלָּאט *clam, clanculum* Jud. 4, 21. Sed potest etiam pro לָט (forma particip.) dictum esse, v. rad. לוּט.

לאך radix Hebr. inusit., Arab. ألك in Conjug. IV. et Aethiop *misit,* in Conj. V. *ministravit, servivit, minister fuit.* Inde sunt

מַלְאָךְ m. *legatus, nuntius* 1 Sam. 11, 3. 23, 27. 1 Reg. 19, 2. 2 Reg. 5, 10. Job. 1, 14. etc., spec. *legatus* s. *nuntius Dei*: i. e. a) *propheta* Hagg. 1, 13. Malach. 3, 1. Eccles. 5, 5.; b) *sacerdos* Malach. 2, 7.; c) *populus israel.* (tanquam qui ad id destinatus a Deo fuit, ut alias gentes ab idolorum cultu revocaret) Jes. 45, 19.; d) longe frequentius (addito plerumque nom. יְהוָה) *angelus* Gen. 32, 24. 48, 16. 2 Sam. 11. 19. 22. 23. 25. 1 Reg. 19, 5. 1 Chron. 21, 15. 2 Chron. 32, 21.

Exod. 3, 2. etc. Angelis vero Deus uti dicitur non solum ad homines juvandos sed ad mala quoque et calamitates infligendas Ps. 35, 5. Jes. 37, 36. 2 Sam. 24, 16. — In regim. מַלְאַךְ Gen. 16, 7. Exod. 3, 2., cum affixo foem. et ה paragog. מַלְאָכֶכָה Nah. 2, 14., plur. מַלְאָכִים Gen. 19, 1. 32, 3. 6., in regim. מַלְאָכֵי Gen. 28, 12. Jud. 11, 13.

מַלְאַךְ m. Chald. *angelus*, cum affixo מַלְאֲכֵהּ Dan. 3, 28. 6, 23.

מַלְאָכִי (*angelicus*) nom. propr. prophetae Mal. 1, 1.; alii pro appellativo habent v. SIMONIS Onomast. p. 298., minus recte.

מַלְאֲכוּת f. *legatio* Hagg. 1, 13.

מְלָאכָה f. (ex Syriasmo pro מַלְאָכָה) 1) operatio, *opus, ministerium* (v. rad. Aethiop.) sensu subjectivo Esr. 3, 8., *opus Jovae* Jer. 48, 10. i. e. a Jova demandatum; עָשָׂה מְלָאכָה vel *opus facere* i. e. *laborare, laborem subire* Exod. 12, 16. 20, 9. Num. 28, 18. Ps. 107, 23 (ubi v. ROSENMUELLER.), vel *ministerium praestare, obire* Num. 4, 3 (de Levitis), Gen. 39, 11. Neh. 6, 3., hinc עֹשֵׂי מ׳ *opifices* 2 Reg. 12, 12. 16. 2 Chron. 24, 13., sed עֹשֵׂה הַמְּלָאכָה Neh. 2, 16. *minister, curator operis publici* (sc. instaurandorum murorum), it. Esth. 3, 9. 9, 3. 2 Chron. 24, 12. *procurator fisci;* אוֹצַר הַמְּלָאכָה *thesaurus operis* i. e. unde operis impensae fiebant (*Baucasse*) Esr. 2, 69.; אֲשֶׁר עַל הַמּ׳ 1 Reg. 5, 16. 9, 23. *praefectus operis.* — 2) *opus* sensu objectivo h. e. res fabricata, fabricanda Exod. 35, 29. 35. Levit. 13, 48., it. plur. *opera, facinora* Dei Ps. 73, 28. — 3) *res* alicujus (labore *acquisita*), ut *supellex* Exod. 22, 7., *pecudes* Gen. 33, 14. 1 Sam. 15, 9. — In regim. מְלֶאכֶת Exod. 22, 7. 35, 24., cum affix. מְלַאכְתּוֹ Gen. 2, 2. Exod. 36, 4. Plur. מְלָאכוֹת, in regim. מַלְאֲכוֹת 1 Chron. 28, 19., cum affixo מַלְאֲכוֹתֶיךָ Ps. 73, 28.

מְלָאכֶת v. sub מְלָאכָה.

מְלֶכֶת Jer. 7, 18. v. sub rad. מָלַךְ.

לאם radix Hebr. inusit., Arab. لأم *consolidavit, reparavit,* in Conj. III. *consensit, convenit, conjunctus fuit.*

לְאֹם m. *natio, populus* (a *conveniendo* et *conjungendo*), voc. poet. Gen. 25, 23. Prov. 11, 26. 14, 28. Cum affixo לְאוּמִּי Jes. 51, 4., plur. לְאֻמִּים Ps. 7, 8. Sed Gen. 25, 23. לְאֻמִּים est nomen gentis alicujus proprium. Sunt, qui dici putent Ἀλλουμαιῶτας (PTOLEMAEI) in media Arabia.

לְבָא, לְבִיא vide post לבט.

לֵב (sq. Makkeph לֶב) et לֵבָב m. 1) cor 2 Sam. 18, 14. 2 Reg. 9, 24. Dan. 4, 13., in quo cum sit sanguinis fabrica vitaeque sedes, סְעַד לֵב *fulcire cor* Jud. 19, 5. est cibo *se recreare, reficere,* ut nos dicimus: *das Herz stärken.* Cet. cf. etiam 1 Sam. 24, 6. sub v. נָכָה. Translate לֶב־יָם Exod. 15, 18. (*Herz des Meers*) i. e. *penetralia, interiora maris,* לֵב הַשָּׁמַיִם Deut. 4, 11. *penetralia, intima coeli,* לֵב הָאֵלָה *medium terebinthi,* media terebinthus 2 Sam. 18, 14. Jon. 2, 4. Simil. pers. دل (v. BOHLEN. Symb. p. 39.) et Sab. ܠܒܐ (v. NORBERG. Lexid. p. 110.). — Longe frequentius 2) animus (ut lat. *cor* ap. poet., gr. καρδία, ἦτορ) et quidem a) generatim, vel ita certe ut sentiendi appe-

tendique facultas potissimum spectetur, צָרוֹת לֵבָב *angor animi* Ps. 25, 17., מַחְשְׁבוֹת לֵב *consilia, studia animi* Gen. 6, 5., יֹשֶׁר לֵבָב *integritas animi* 1 Reg. 3, 6., יִשְׁרֵי לֵב *qui sunt animo pio, integro* Ps. 7, 11. 11, 2. 36, 11., בְּלֵב וָלֵב *animo duplici* Ps. 12, 3., הָיָה עִם לְבָבוֹ *fuit ei in animo, propositum ei fuit* (φρεσὶν ἔχειν) 1 Reg. 8, 17. 18. 1 Chron. 22, 7. 2 Chron. 1, 11. coll. Jes. 63, 4.; *scindite animum vestrum et non vestimenta vestra* h. e. animo emendando et a vitiis avocando dolorem vestrum prodite Joel. 2, 13., חָמַד בִּלְבָבוֹ *desiderare, concupiscere in animo suo* Prov. 6, 25., בְּלִבּוֹ, אָמַר עַל־לִבּוֹ v. sub אָמַר. Cf. formulas *animum adjicere, advertere, an. flectere* etc. sub radd. שׂוּם, שִׁית, נָתַן, נָטָה al. Adde Hos. 7, 14. Prov. 15, 13. 20, 9. 21, 4. Joel. 2, 13. Deut. 29, 19. Jud. 5, 9. Ab hac *animi* significatione repetunt eum quoque voc. לֵב usum, quo cum suffixis copulatum pro pron. pers. poni dicitur (Gesen. L. p. 753.); sed haec res magnam dubitationem habet: certe Ps. 102, 5. de *animo* (ut v. 6. de *corpore*) agitur et Exod. 9, 14. ipsa structura verborum אֶל לִבְּךָ, בַּעֲבָדִים, בַּעַמִּים indicatur, alio modo plecti regem, alio populum. Locum Ennii ap. Gell. 7, 2. 9. huc non spectare, facile intelliges. — b) spec. *α*) de *mente, intellectu, ingenio* 1 Reg. 10, 24. Job. 9, 4. 12, 3. 34, 10. Prov. 8, 5. Exod. 31, 6., קֹנֶה לֵב *prudens, intelligens* Prov. 19, 18., חֲסַר לֵב *stultus* Prov. 6, 32. 9, 4. 16. Sic lat. *vecors, socors, cordatus*, Arab. لُبّ *ingenium, intelligentia*, لَبِيب *prudens, intelligens*; — *β*) de *fortitudine* (*Muth*), ut lat. etiam *animum* dicunt, nostrates *Herz*, Deut. 20, 3. 8. Jos. 7, 5. Jes. 13, 7. Num. 32, 7. 9 Ps 40, 13. Cf. sub rad. מסס; — *γ*) de *conscientia* recte vel male factorum Job. 27, 6. Jer. 17, 1. Eccles. 7, 22. cf. Carus Psychol. d. Hebr. p. 43 sqq.

In regim. לְבַב Exod. 14, 5. Deut. 10, 8., c. affix. לִבִּי Ps. 102, 5., לִבּוֹ Gen. 6, 5., it. לְבָבִי Gen. 20, 5. לְבַבְכֶם Num. 15, 39. Plur. לְבָבִים, unde c. affixo לְבָבֶהֶן (pro לִבְבֵיהֶן) Nah. 2, 8., et לְבָבוֹת 1 Chron. 28, 9.

לֵב et לְבַב m. Chald. cor i. e. *animus* Dan. 4, 13. 7, 4., cum affixis לִבִּי Dan. 7, 28. לִבְבָךְ Dan. 2, 30. 5, 22. לִבְבֵהּ Dan. 4, 13. 5, 20. 21.

לִבָּה f. *id.* Ezech. 16, 30., plur. לִבּוֹת Ps. 7, 10. Prov. 15, 11.

לָבַב (in Kal inusit.) verbum denomin. a לֵב. Niph. *sanam rationem, prudentiam nactus est, prudens, intelligens factus est* Job. 11, 12. v. Umbreit. ad h. l. Syr. ܐܶܬ݂ܠܰܒܰܒ *id.* — Pih. לִבֵּב *animum abstulit* (v. Gesen. L. p. 241.) i. e. cepit, conciliavit sibi (amoribus) Cant. 4, 9. Ita plerique interpretes. Sed magis placet coll. Syr. ܠܰܒܶܒ *animum addidit, confirmavit.* Aliud Pihel: *placentas coxit* vid. sub לְבִיבָה.

לַבָּה f. *flamma* Exod. 3, 2., contr. ex לַהֶבָה (v. Gesen. L. p. 137.) v. sub rad. לָהַב.

לְבִיבָה f., plur. לְבִיבוֹת *placentae in sartagine coctae* 2 Sam. 13, 6. 8. 10. Lxx. κολλύριδες. Arab. لُبَاب *simila, medulla panis* coll. لُبّ *nucleus, medulla* q. d. *cor* (arboris). Inde formatur Pih. לִבֵּב ejusmodi *placentas coxit* 2 Sam. 13, 6. 8.

לְבַד vid. sub rad. בדד.

לָבַט, Arab. لَبَطَ, *conjecit in terram,* pass. *praeceps ruit, concidit cum erectus staret, prostratus est,* Aethiop. *impegit, caespitavit.* Inde est Niph. נִלְבַּט *praeceps ruit, corruit, praecipitatus est* Prov. 10, 8. 10. Hos. 4, 14. v. ALB. SCHULTENS. ad Prov. l. c. POCOCK. in Hos. l. c.

לָבִיא voc. mere poetic. *leo* vel potius (v. ROSENMUELLER. ad Ezech. 19, 2.) *leaena* Gen. 49, 9. Num. 23, 24. Deut. 33, 20. Job. 38, 39. etc. cf. BOCHART. Hieroz. P. I. lib. 3. c. 1, p. 719. Arab. لَبْوَةٌ, لَبِيئَةٌ, لَبُوَةٌ *leaena.*

לְבִי, plur. m. לְבָאִים *leones* Ps. 57, 5. (ad formam פְּתָאִים a פֶּתִי), foem. לְבָאוֹת a) *leaenae* Nah. 2, 3.; b) nom. propr. oppidi Jud. Jos. 15, 32.

לְבִיָּא f. *leaena* (pro לְבִיָּה) Ezech. 19, 2.

לָבַן 1) *albus fuit, albuit* v. Hiph. — 2) petita significatione a sq. nomine לְבֵנָה *later: lateres formavit* (ut Arab. لَبِنَ) Exod. 5, 7. 14. Gen. 11, 3. — Hiph. הִלְבִּין 1) *album fecit, dealbavit,* trop. Dan. 11, 35. *cadent de sapientibus (aliquot)* לְלַבֵּן (pro לְהַלְבֵּן) *ad dealbandum* h. e. ad purgandos a peccatorum sordibus reliquos. 2) intransit. *albuit* Joël. 1, 7. Jes. 1, 18. Ps. 51, 9. — Hithpah. *se purgavit* Dan. 12, 10.

לָבָן m., לְבָנָה f. 1) *albus* Gen. 30, 35. 37. Exod. 16, 31. Levit. 13, 3. 10. 19. 24. etc., plur. לְבָנִים Eccles. 8, 9. Zach. 1, 8. — 2) nom. propr. a) filii Bethuelis, soceri Jacobi Gen. 24, 29. 25, 20. 29, 5 sqq. 30, 25. etc.; b) loci in deserto Arab. Deut. 1, 1. v. לִבְנָה.

לָבֵן m. *albus,* unde in regim. et ablato tono לְבֶן־ Gen. 49, 12.

לִבְנֶה m. Gen. 30, 37. Hos. 4, 13. vel *populus alba,* gr. λεύκη (a *colore subalbo,* qui foliorum partem aversam occupat), ex auctorit. VULGAT. in Gen. et LXX. ARAB. in Hosea, vel *styrax* (Arabibus لُبْنَى, dicta a *lacte,* quod lac emittit mellis instar, quo et suffitus fit) sec. LXX. et utrumque ARAB. in Genesi, adstipul. MICHAELI in *Suppl.* p. 1404. Aliorum sententias de arbore illa vide in SIMONIS *Arcano form. hebr.* p. 267. adde CELSII *Hierobotan.* P. I, p. 292 sq.

לְבֵנָה f. *later* (Arab. لَبِنَةٌ, Syr. ܠܒܶܢܬܳܐ) Ezech. 4, 1. (ad quem l. v. PLIN. H. N. 7, 57.), sic dictus quod ex terra *alba* sive *argilla* coquebatur (v. HARMARI *Observv. orient.* P. I, p. 166.). Plur. לְבֵנִים Gen. 11, 3. Exod. 1, 14. 5, 19. Cet. cf. rad. n. 2.

לִבְנָה f. 1) *albedo* i. e. (ut ROSENMUELLER. recte explicuit) *pelluciditas* Exod. 24, 10. — 2) nom. propr. a) urbis cananiticae Jos. 12, 15. quae primum tribui Jud. Jos. 15, 42. postea sacerdotibus Jos. 21, 13. assignata est add. 2 Reg. 19, 8. 23, 31. Jes. 38, 8. al. EUSEBIO Λοβανά vocatur; b) stationis Israel. in deserto Num. 33, 20.

לִבְנַת v. sub שִׁיחוֹר, rad. שחר.

לְבָנָה f. epithet. poet. (v. GESEN. L. p. 650 sq.) *alba* i. e. *luna* Jes.

24, 23. 30, 26. Cant. 6, 10., ut Arab. قمر; *candidam* et *niveam* dixit Ovidius, *argenteam* Mantuanus, ἀργυρέαν Sappho, λευκοπάρηον Musaeus etc.

לְבוֹנָה et לְבֹנָה f. 1) *thus* Levit. 2, 1. 15. 11, 5. Num. 5, 15. Jes. 66, 3. etc. (arab. لبان, syr. ܠܒܘܢܬܐ, graec. λίβανος), propr. *album*, quod principatum tenet, testibus Dioscoride, Theophrasto et Plinio lib. 12. c. 14. conf. Bocharti *Phaleg* p. 117. et Celsii *Hierobotan.* P. I, p. 231 sq. — 2) nom. propr. oppidi prope Siluntem Jud. 21, 19.

לְבָנוֹן (in pedestri oratione semper הַלְּבָנוֹן) *Libanus* (ab *albedine* nivium) Deut. 1, 7. 3, 25. Jos. 1, 4. 1 Reg. 5, 6. Ps. 29, 6. Jer. 18, 14. al., ingens et altissimum montium jugum duplex: a) *Libanus*, proprie sic dictus, occidentalis est, littori Phoenices angusto, unde adsurgit, imminet, cedros alit, et quanquam magnae est altitudinis, ab Antilibano tamen multum superatur; b) *Antilibanus*, orientalis est, nullas cedros, sed alia arborum genera alit, summum jugum australe, sub quo Jordanes oritur, aeternis nivibus tectum habet, a quibus טוּרָא דְּתַלְגָּא, جبل الثلج *mons nivis* dicitur (Abulfedae *Syr.* p. 163.) v. de Antilibano vv. שְׂרִיוֹן, שְׂנִיר, חֶרְמוֹן. Libanum inter et Antilibanum deprimitur vallis, Hebraeis בִּקְעַת הַלְּבָנוֹן Jos. 11, 17. Arab. بقعة (*vallis*) dicta v. Michaelis *Suppl.* p. 1406. Oedmanni *Collect. histor. natural.* fasc. 2. n. 9. Wineri Lex. bibl. II, p. 410 sq. Burckhardt Itiner. I, p. 61 sqq. Rosenmueller. *Alterthumsk.* I, 2, p. 236 sqq.

מַלְבֵּן m. *fornax lateraria* Jer. 43, 9. Nah. 3, 14. et sec. Kri 2 Sam. 12, 31., ubi Cthib habet מלכן, quod Hillero in *Onomast. S.* p. 528. et in *Arcano Kri et Cthib* p. 326. idem est q. מַלְכָּם, nomen idoli moabitici (alibi מִלְכֹּם et מֹלֶךְ), per metonym. ejus *aedes*.

לָבַשׁ et לָבֵשׁ (Levit. 16, 4.), Arab. لبس, induit vestem (ἐνδῦναι) sq. accus. Levit. 16, 4. 21, 10. Jer. 4, 30. 1 Reg. 22, 30. Deut. 22, 5., *induit se* veste sq. בְּ Esth. 6, 8., passim absol. *induit se* Hagg. 1, 6. Particip. לָבֻשׁ מַלְבּוּשׁ *indutus veste* Zeph 1, 8., frequentius לָבוּשׁ בֶּגֶד Ezech. 9, 11. 12, 6. 7. 10, 6., לָבוּשׁ שִׁרְיוֹן *lorica indutus* 1 Sam. 17, 5. Ezech. 9, 2. Saepenumero *translate* dictum *tegendi, involvendi, implendi* sensum habet, ut a) Ps. 65, 14. *pascua induunt greges*, Job. 7, 5. *corpus meum induit vermes*, scatet undique vermibus, Ps. 93, 1. 104, 1. *gloriam et majestatem induisti.* Cf. lat. *pomis se induit arbor, vites se induunt uvis* et sim.; — b) *induere justitiam* Job. 29, 14., *induere robur* Jes. 51, 9. conf. similes locut. apud Homerum δύειν ἀλκὴν *Iliad.* IX, 231., μένος ἀμφιβάλλειν XIV, 742., ἕννυσθαι ἀλκὴν XX, 381., ἐπιέννυσθαι ἀλκὴν *Odyss.* IX, 214. etc.; — c) *induere terrorem*, terroris, formidinis impleri (ut Liv. dixit), terrore opprimi Ezech. 26, 16; *ignominiam induere* i. e. ignominia operiri Job. 8, 22. Ps. 35, 26., *salutem induere* i. e. salute quasi et felicitate satiari, largiter impertiri 2 Chron. 6, 41.; — d) *spiritus Dei* (impetus divinus) *induit aliquem* i. e. *replet, occupat* Jud. 6, 34. 1 Chron. 12, 18. 2 Chron. 24, 20. — Infin. לְבֹשׁ Gen. 28, 20., imp. לְבַשׁ 2 Chron. 18, 29., fut. יִלְבַּשׁ Levit. 6, 3.

Pyh. part. plur. מְלֻבָּשִׁים *induti* 1 Reg. 22, 10. Esr. 3, 10.

Hiph. הִלְבִּישׁ *induit* (i. e. induere fecit, ἐνδύειν), *vestivit* aliquem a) proprie 2 Chron. 28, 15. Esth. 4, 4., sq. acc. dupl. et pers. et vestimenti Genes. 41, 42. 2 Sam. 1, 24. Levit. 8, 7. Zach. 3, 4., sq. עַל, ut verba *tegendi*, Gen. 27, 16: אֵת עֹרֹת גְּדָיֵי הָעִזִּים הִלְבִּישָׁה עַל־יָדָיו *pelles hoedinas induit manibus suis*; — b) trop. Jes. 50, 3. *induam coelis nigrorem* h. e. obducam coelos atris nubibus; Ps. 132, 16. Jes. 61, 10. *induere* h. e. largiter impertire *aliquem salute*.

לְבַשׁ Chald. *id.*, fut. יִלְבַּשׁ Dan. 5, 7. 16. — Aphel הַלְבִּישׁ *induit, vestivit*, sq. לְ pers. et accus. vestimenti Dan. 5, 29.

לְבוּשׁ et לְבֻשׁ (Jes. 14, 19.) masc. (semel foem. Mal. 2, 16.) *vestis, vestimentum*, et quidem *exterius* (ut כְּתֹנֶת *interius*) 1 Reg. 10, 22. Esth. 6, 8. Job. 24, 7. 31, 19. Gen. 49, 11. 2 Sam. 20, 8. Jes. 63, 1., inpr. *splendidum* et *magnificum* Job. 38, 14. Esth. 6, 9. 10. 11. (לְבוּשׁ מַלְכוּת *vestis regalis* Esth. 6, 8.). Metaphorice *uxorem* significare Malach. 2, 16. (hinc *foem.*), ut Arab. لباس, docuit Schultens in *Animadverss.* ad h. l. et Ps. 65, 14. conf. Coran. II, 183. Pococke ad J. Mal. Michaelis *Suppl.* p. 1409. — Plur. לְבוּשִׁים Ezech. 23, 6. 12. Jer. 10, 9.

לְבוּשׁ m. Chald. *id.* Dan. 3, 21. 7, 9.

מַלְבּוּשׁ m. *id.* 2 Reg. 10, 22. Zeph. 1, 8. Job. 27, 16. Ezech. 16, 13., plur. cum affixo מַלְבּוּשֵׁיהֶם 2 Chron. 9, 4. et מַלְבֻּשֵׁיהֶם 1 Reg. 10, 5.

תַּלְבֹּשֶׁת f. *id.* Jes. 59, 17.

לֹג m. nom. *mensurae liquidorum* minimae, continentis ex hebraicorum magistrorum sententia *sex ova* i. e. duodecimam partem Hinis (v. Carpzov. Appar. p. 685.) Levit. 14, 10. 12. 15. 21. 24. Arab. لُجّ convenit cum Syr. ܠܓܳܐ *patera, pelvis, paropsis,* coll. Arab. لجّ in Conj. X. *amplus, profundus fuit.*

לֹד nom. propr. oppidi vel vici in tribu Beniam. Neh. 7, 37. 11, 35. Esr. 2, 33. 1 Chron. 8, 12., λύδδη (sing.) λύδδα (plur.) Joseph. Antt. 14, 8. 1 Macc. 11, 34., nunc لُدّ et لُدَّة.

לָהַב radix Hebr. non usit. Aethiop. *aestuavit*, Arab. لهب *inflammavit, accendit, arsit,* it. *iterum iterumque micuit,* Chald. שַׁלְהֵב *inflammavit* (v. infra שַׁלְהֶבֶת). Inde sunt

לַהַב m. *flamma* (et quidem purior, sine fumo) Jud. 13, 20. Jes. 29, 6. 30, 30. Joël. 2, 5. etc., metaph. *ferrum flammans,* nitore et splendore *flammam* referens, ut *gladii* Jud. 3, 22. (*lamina gladii polita*) Nah. 3, 3., *hastae* Job. 39, 23. — Plur. לְהָבִים Jes. 13, 8., in regim. לַהֲבֵי Jes. 66, 15.

לֶהָבָה f. *flamma* (tanq. a masc. לָהָב), unde per syncopen in regim. לַבַּת Exod. 3, 2.

לְהָבָה f. (pro לֶהָבָה, formae dagessandae) *id.* Num. 21, 29. Jes.

4, 5. Joël. 2, 3. etc., plur. לְהָבוֹת Ps. 105, 32., in regim. לַהֲבוֹת (restituto patach) Ps. 29, 7.

לֶהָבָה f. *id.* Ezech. 20, 47., metaph. *ferrum flammans* hastae 1 Sam. 17, 7.

שַׁלְהֶבֶת f. *flamma* Ezech. 20, 47. (21, 3.) Job. 15, 30. Cant. 8, 6. Declinatur e Conjug. Schaphel שַׁלְהֵב cf. Targum. Thren. 2, 3. Ps. 106, 18. etc.

לְהָבִים Gen. 10, 13. videntur esse *Libyes aegyptii* h. e. colonia Aegyptiorum, quae Libyam aegyptiam sive occidentalem (v. STRABO p. 806.) aut incolebat aut gregibus pererrabat (pro לוּבִים, ה cum ו permut., ut in רוּץ et ـﮩﺲ, in לוּדִים quos Samarit. nominant להדים conf. etiam בֹּהַן) v. BOCHARTI *Phaleg* lib. 4. c. 28. p. 316. MICHAELIS *Spicil.* P. I, p. 263.

להג radix Hebr. non usit., Arab. لَهِجَ *avidus, deditus, valde intentus fuit*, v. SCHULTENS. Clav. dialectt. p. 198. Inde proficiscitur

לַהַג m. *studium literarum* (ut jam ABENESRA explicuit) Eccles. 12, 12: *librorum componendorum non est modus* וְלַהַג הַרְבֵּה יְגִעַת בָּשָׂר *et assiduum* literarum *studium corporis defatigatio est.* LXX. μελέτη.

להה i. q. לאה *fatigatus est, viribus defecit, elanguit* Gen. 47, 13: וַתֵּלַהּ אֶרֶץ מִצְרַיִם -- מִפְּנֵי הָרָעָב *elanguit Aegyptus* (popul. aegypt.) *fame* v. GESEN. Comment. de Pentat. Samar. p. 32., ubi aliae interpretationes merito exploduntur.

להה in Kal inusit. Hithpahl. partic. Prov. 26, 18 מִתְלַהְלֵהַּ. De potestate vocabuli dissentiunt inter se viri docti. Ac duas potissimum explicationes ingressi sunt, quorum utra probabilior sit, dubitatur. Nam, quae l. c. leguntur, possunt vel hunc sensum habere: *ut* ludens *(ludit), qui jaculatur sagittas et tela mortifera, ita is, qui alterum decipit et deinde dicit per jocum hoc feci* (coll. Arab. لَهَا *lusit, jocatus est*, tert. quiesc. ה permutatâ cum ה mobili v. POCOCKE ad port Mos. p. 49.), vel hunc: *quemadmodum* insanit, *qui tela mortifera jaculatur, ita is, qui per jocum se alium decepisse dicit* (coll. Syr. ܐܬܠܗܠܗ *obstupuit, horruit*, unde facilis transitus ad *amentiam, insaniam*). Sed, ut ingenue fatear, *illa* interpretatio paullulum praestare mihi videtur vel propterea, quod, qui tela ignea mittit, non potest simpliciter *amens* vocari; amentiae nota ipsi eo demum inuritur, quod *per jocum* hoc fecisse dicitur.

להט Duplex radix: I) *arsit, flammavit* (Syr. et Chald. *id.*). Part. praes. לֹהֵט Ps 104, 4., plur. לֹהֲטִים Ps. 57, 5. *flammantes*, homines qui nil nisi ignem et flammas spirant. — Pih. לִהֵט *inflammavit, incendit* Job. 41, 12. נַפְשׁוֹ גֶּחָלִים תְּלַהֵט *halitus ejus inflammat carbones;* Joël. 1, 19. לֶהָבָה לִהֲטָה כָּל־עֲצֵי הַשָּׂדֶה *flamma incendit omnes arbores agri*, 2, 3. Ps. 83, 15. 106, 18.; Mal. 3, 19. לִהַט אֹתָם הַיּוֹם הַבָּא *accendet eos* (improbos) *dies venturus* judicii i. e. perdet, pessumdabit. — II) i. q.

לוּט, לָאַט *occultavit* i. e. artes magicas exercuit, incantavit v. לְהָטִים in derivatis.

לַהַט m. *flamma,* metaphor. *ferrum flammans* i. e. splendore *flammam* referens, ut *gladii* Gen. 3, 24.

לְהָטִים *praestigiae* Exod. 7, 11. pro לָטִים, quod v. sub לוּט.

לָהַם in Kal inusit., Arab. لهم med. Kesr. *deglutivit avide;* Hithpah. particip. מִתְלַהֲמִים *id quod avide deglutitur, buccella suavis, scitamentum* Prov. 18, 8. 26, 22. v. Alb. Schultens. ad l. c. Michaelis in *Suppl.* p. 1413. Alii respicientes ad Arab. لهم *inspiravit,* unde מִתְלַהֲמִים *inspiratum agens* (cf. הִתְנַבֵּא), sensum loci Prov. 18. ita constituunt: *verba susurronis* (sunt) *tanquam inspiratos agentium* i. e. tantum fidei apud credulos habent, ac si divinitus dicta sint, ita ut ad ipsum animum penetrent et reposita maneant. Sed cf. Umbreit. ad h. l.

לָהֵן Chald. v. sub לָא.

לַהֲקָה vel לְהָקָה f. per metathesin dictum putatur pro קְהִלָּה vel קְהָלָה *coetus,* in regim. לַהֲקַת 1 Sam. 19, 20., quam interpretationem Lxx. Syr. Ar. Chald. praeiverunt, nisi ipsam lectionem קהלת in libris invenisse dicendi sunt. Parum probabiliter Ludolfus in Lex. Aethiop. *senatum* exponit, coll. Aethiop. ሊቅ፡ *presbyter, major natu* et *aetate prior,* v. vers. aeth. Matth. 22, 25., a rad. aeth. לחק *crevit,* v. de Dieu ad 1 Sam. 19, 20.

לוּ Arab. لَوْ 1) *si:* a) ubi quid esse sumimus ita, ut simul negemus esse Jud. 8, 19. לוּ הַחֲיִתֶם אוֹתָם לֹא הָרַגְתִּי אֶתְכֶם *si vivos conservassetis* (quod non fecistis) *non ego occiderem vos,* Lxx. εἰ ἐζωογονήκειτε αὐτούς, οὐκ ἂν ἀπέκτεινα ὑμᾶς (v. Herm. ad Viger. p. 902.), Deut. 32, 29. *si saperent* (at non sapiunt) *intelligerent ista,* Mich. 2, 11. Jud. 13, 23.; — b) ubi sumitur aliquid fieri, quod possit omnino fieri, sed, utrum vere futurum sit nec ne, experientia cognosci debeat Ezech. 14, 15. *si immisero feras bestias in terram, nemo praeter probos evadet,* Lxx. ἐὰν θηρία πονηρὰ ἐπάγω ἐπὶ τὴν γῆν καὶ τιμωρήσομαι αὐτήν, οὐκ ἔσται etc. (v. Herm. ad Vig. p. 834.) coll. v. 12. כִּי; — c) ubi ponitur, quod fieri posse vel futurum esse credibile est Gen. 50, 15. לוּ יִשְׂטְמֵנוּ יוֹסֵף *si odio nos persequatur Josephus* (quod eum facturum haud incredibile est), male nobiscum agatur. Sed propter hanc aposiopesin vertere possis cum Lxx. μήποτε *ne forte.* — 2) *utinam, o si!* gr. εἰ c. optat. εἴθε, εἰ γάρ: a) sq. fut. Gen. 17, 18. Job. 6, 12. (Lxx. εἰ γάρ τις — στήσαι) vel imperat. Gen. 23, 13. vel partic. Ps. 81, 14.: ubi, ut aliquid futurum sit, quod fieri potest, optatur; b) sq. praeter. Jos. 7, 7. Num. 14, 2. לוּ מַתְנוּ *o si, utinam mortui essemus* 20, 3.: ubi optatur, ut aliquid fuerit, quod non fuit, Lxx. ὄφελον ἀπεθάνομεν (v. Herm. ad. Vig. p. 756.). — Ceterum pro לוּ etiam scribitur לוּא 1 Sam. 14, 30. Jes. 63, 19. et לֹא sec. Cthib 2 Sam. 18, 12. — Compositum est לוּלֵא (ex לוּ et לֵא pro לֹא) *si non, nisi* (v. supra 1, a.) Gen. 43, 10. Jud. 14, 18. 2 Sam. 2, 27., pro quo etiam scriptum occurrit לוּלֵי Gen. 31, 42. Deut. 32, 27. 1 Sam. 25, 34. Jes. 1, 9. Ps. 94, 17. etc.

לוּבִים *Libyes* 2 Chron. 12, 3. 16. Dan. 11, 43. Nah. 3, 9. conf. Bocharti *Phaleg* c. 33. p. 336 sqq. v supra לְהָבִים.

לוּד 1) Gen. 10, 22. populus a Semo oriundus, e Josephi (Antt. 1, 6, 4.) Eusebii et Hieronymi sententia *Lydi* in Asia minore; alias conjecturas v. ap. Michaelem *Spicil.* T. II, p. 114. — 2) plur. לוּדִים populus ortu aegyptius, ad Chamum progenitorem natales referens, sedibus (quae tamen accurate definiri nequeunt) africanus Gen. 10, 13. Jer. 46, 9. Ezech. 27, 10. 30, 10. 1 Chron. 1, 11. v. Michaelis *Suppl.* p. 1417. Rosenmueller. ad Gen. l. c. Forster. Epist. p. 13 sq.

לָוָה 1) *adhaesit, adjunctus, annexus est* (Sab. *id.*) Eccles. 8, 15: *bonum est homini edere, bibere, laetari* וְהוּא יִלְוֶנּוּ *hoc enim adhaerebit ei* i. e. manebit ei v. Hartmann. in Wineri theol. Zeitschr. I, p. 42. — 2) *mutuatus est, mutuo accepit* Deut. 28, 12. Neh. 5, 4. Jes. 24, 2. (Latini dicunt ob aes alienum *necti*, et aere alieno sive debito *obstringi*, scil. creditori, unde *nexus* pro *obaerato*, et *nexus* subst. pro *debito*. Cf. Arab. لَوَى *flexit, plicuit, contorsit*, it. *implexus, intortus est* v. Schultens. ad Prov. 1, 9. et hebr. חבל supra). — Niph. נִלְוָה *adjunxit, addixit* alicui *se*, constr. cum עַל Esth. 9, 27. Num. 18, 2. 4., cum עִם Ps. 83, 9. vel אֶל Gen. 29, 34. יִלָּוֶה אִישִׁי אֵלַי *deditus erit mihi maritus* (sunt verba Leae, cui maritus parum favebat); hinc נִלְוָה אֶל־יְהוָה *Jovae se addixit* Zach. 2, 15. Jes. 56, 3. Jer. 50, 5. — Hiph. הִלְוָה *mutuo dedit* q. d. sibi obstrinxit Prov. 22, 7. Ps. 112, 5., sq. acc. pers. Prov. 19, 17. Deut. 28, 12., sq. acc. et pers. et rei Exod. 22, 24.

לֵוִי nom. propr. filii Jacobi Gen. 29, 34. 34, 25. 35, 23. etc., it. patronym.: *Levita* pro לֵוִיִּי Deut. 12, 18. 14, 27. Jud. 17, 9. 11. 18, 3., plur. לְוִיִּם Num. 1, 53. 10, 29. Jos. 21, 1. etc., alibi בְּנֵי לֵוִי Num. 3, 17. 4, 1 sqq.

לֵוִי Chald. *Levita*, plur. in statu emphat. לֵוָיֵא Esr. 6, 16. 18. 7, 13. 24.

לִוְיָה f. in regim. לִוְיַת Prov. 1, 9. 4, 9. *sertum* (a *plectendo* v. rad.), *corolla*, consentt. Lxx.

לֹיָה f. pro לוֹיָה i. e. לִוְיָה, unde plur. לֹיוֹת *ornamenta florum sertis similia* (Festons) 1 Reg. 7, 29. 30. 36.

לִוְיָתָן m. propr. *contortum, tortuosum, complicatum*, deinde 1) *serpens, draco* Jes. 27, 1. Job. 3, 8. עֹרֵר לִוְיָתָן *excitans draconem* h. e. incantator serpentes e latibulis excitans et artibus suis adhibens (*Schlangenbändiger*); sed alior. explicationes v. ap. Rosenmueller. — 2) *crocodilus* Job. 40, 25 sqq. Huc pertinent etiam loci Jes. 51, 9. Ezech. 29, 3. 32, 2. 3., ubi לִוְיָתָן Aegypti symbolum est v. Gesen. ad h. l. add. Bochart. Hieroz. II, 15, 16 sqq. Oedmann. Samml. III. c. 1. — 3) quaelibet *major bellua aquatilis* Ps. 104, 26. Ita ponitur metaph. pro atroci Jovae hoste Ps. 68, 31.

לְוָת Chald. proprie nomen est: *adhaesio, connexio* (formae hebr. מִנְחָה et קְצָת), sed in particulam abit, significans *ad, apud, penes*, unde cum affixo לְוָתָךְ Esr. 4, 12. Saepius non legitur in V. T.

לוּז *flexit, deflexit, recessit, retrocessit* (Arab. per *Dsal* لَوَذَ in Conj II. *flexuosus, incurvus, tortuosus fuit*; cognatae sunt radd. لَاذَ et لَاصَ) Prov. 3, 21. ubi v. Umbreit. — Niph. part. נָלוֹז *perversus, pravus* Prov. 3, 32.

14, 2. Jes. 30, 12., plur. נְלוֹזִים Prov. 2, 14. — Hiph. fut. plur. יַלִּיזוּ *recedant* Prov. 4, 21., quae forma est chald. vel rabbinica cf. Gesen. L. p. 407.

לוּז m. 1) Gen. 30, 37. *amygdalus* (quod multis defendunt Bochartus in *Canaan* p. 697. et Sterringa in *Animadverss. philolog.* ad l. c. add. Cels. Hierobot. I, p. 253.). Quomodo oriatur hoc voc. a rad. לוז, ne conjectura quidem assequi licet, sed hoc certum, Syr. etiam ܠܘܙܐ et Arab. لوز ac لوزة significare *amygdalum.* — 2) nom. propr. urbis in finibus Manass. et Beniam., postea *Bethel* appellatae Jos. 18, 13. Gen. 28, 19. An Jud. 1, 26. eadem dicatur, ambigi potest.

לוּחַ m. *tabula* Jes. 30, 8. Jer. 17, 1. Cant. 8, 9. לוּחַ אֶרֶז *tabula cedrina;* max. ea tabula cui aliquid inscribitur: *album* Jes. 30, 8., trop. Prov. 3, 3. 7, 3. Jer. 17, 1. *tabula cordis, animi* coll. 2 Cor. 3, 3. οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. — Plur. לוּחוֹת הַבְּרִית *tabulae foederis* (lapideae) Deut. 9, 9. 10. 15. 10, 1., alibi לֻחֹת Exod. 24, 12. Deut. 4, 13. 1 Reg. 8, 9. etc. Dual. לֻחֹתַיִם *duo ordines* sive *utrumque latus tabularum* scil. navium Ezech. 27, 5.

לוּחִית nom. oppidi moabitici Jes. 15, 5. Jer. 48, 5. Areopolin inter et Zoar positi, si Eusebio et Hieronymo fides.

לוּט i. q. Arab. لاط med. Vau 1) *adhaerescere* v. sub לט. 2) *operire, abscondere, obvolvere.* Part. praes. לוֹט *operiens* Jes. 25, 7. Pahul f. לוּטָה 1 Sam. 21, 10. — Hiph. *id.* 1 Reg. 19, 13.

לָט m. *absconditus, occultus,* בַּלָּט abverb. *clam* 1 Sam. 18, 22. 24, 4. Ruth. 3, 7., semel בַּלָּאט Jud. 4, 21. vid. sub rad. לאט. — Plur. לָטִים *occultae artes, praestigiae* cum affixo לַטֵיהֶם Exod. 7, 22. 8, 3. 14., pro quo legitur לַהֲטֵיהֶם Exod. 7, 11. mutata media radicali Vau in ה. Vid. supra sub להט.

לוֹט m. 1) *obvolutio, operimentum* Jes. 25, 7. בִּלַּע פְּנֵי־הַלּוֹט הַלּוֹט עַל־כָּל־הָעַמִּים *abolebit,* removebit *superficiem* (cf. Job. 41, 5.) *operimenti operientis omnes gentes* i. e. luctui finem imponet. — 2) nom. propr. viri ab Abrahami fratre prognati, conditoris gentis moabiticae Gen. 13, 1 sqq. 19, 1 sqq. Deut. 2, 9. Ps. 83, 9. al.

לֹט m. *ladanum,* Arab. لاذن, Gen. 37, 25. 43, 11. succus graveolens fruticis e *cistorum* genere, qui a capris comestus eorum barbis *adhaerescit* (cf. rad. n. 1.) Herod. III, 112. Plin. XII, 37. v. Celsium in *Hierobotan.* P. I, p. 284 sq. et quae de modo colligendi *ladanum* habent Bellonius *Observatt.* L. I. c. 7. ac Thevenot *Itiner.* P. I. L. I. c. 66. *Pistacia* vertitur ex auctoritate Syri et Chald. a Michaeli in *Suppl.* p. 1424.

לוּל rad. inusit. sensum *in rotundum reflectendi, volvendi* habuisse videtur. Inde sunt:

לוּל m. *scalae cochleatae, gradus in rotundum reflexus,* vern. *Wendeltreppe* (a *wenden*), plur. לוּלִים 1 Reg. 6, 8.

לֻלָאֹת sive לֻלָּאֹת f. *laqueoli,* pedicae teretes (quibus immittebantur

uncini aulaeorum sacrorum Exod. 26, 5. 10. 11. 36, 12. 17.; assumit א, ut דוּדָאִים a sing. דּוּד. In regim. לֻלְאֹת Exod. 26, 4. 36, 11.

לוּלָא et לוּלֵי vid. supra in לוּ.

לִין et לוּן I) 1) *pernoctavit* Gen. 32, 21. 2 Sam. 12, 16. Jud. 19, 13. Neh. 13, 21.; de mortuis vel rebus inanimatis: *servatus est in diem posterum* Deut. 21, 23. Exod. 23, 18. At vero Ps. 30, 6. בָּעֶרֶב יָלִין בֶּכִי וְלַבֹּקֶר רִנָּה ita explicabis: *vesperi devertit pernoctandi caussa fletus sed mane* adest *ovatio*. Tristitia enim hospiti assimilatur, qui alicujus tectum subit, ut apud eum noctem transigat. Hic hospes, ubi illuxit, aliam speciem induit, tristitia convertitur in gaudium. — 2) *commoratus est, permansit* (ut Arab. بَاتَ pro بيت, quod est ipsum propr. *pernoctandi* vim habet) Prov. 15, 31. בְּקֶרֶב חֲכָמִים תָּלִין *inter sapientes commorabitur*; alibi sensu *translato*: Ps. 25, 13. לוּן בְּטוֹב *in felicitate permanere*, perpetua felic. frui, 49, 13., Job. 41, 13 (14): בְּצַוָּארוֹ יָלִין עֹז *in collo ejus commoratur robur*, collum ejus sedes et domicilium quasi est roboris, 19, 4: אִתִּי תָּלִין מְשׁוּגָתִי *maneat mecum error meus*, retineam meum mihi errorem, 17, 2. 29, 19. Prov. 19, 23. — Praet. foem. לָנָה pro לָנָה Zach. 5, 4., plur. 1. p. לַנּוּ (pro לַנּוּ) Jud. 19, 13., part. praes. לָן, plur. לָנִים Neh. 13, 21., infin. לוּן Gen. 24, 25. et לִין Gen. 24, 23., imper. לִין Jud. 19, 6. 9., fut. יָלִין Exod. 23, 18., apoc. יָלֵן in pausa יָלַן Jud. 19, 20., cum Vau convers. וַיָּלֶן Gen. 28, 11.

Hiph. הֵלִין *pernoctare fecit* Jer. 4, 14., ubi v. Rosenmueller. Hithpal. הִתְלוֹנֵן *pernoctavit* Job. 39, 28 (31), transl. Ps. 91, 1. *pernoctare, commorari in umbra omnipotentis* h. e. perpetua ejus tutela frui.

II) in Kal inusit., Niph. נִלּוֹן *murmuravit*. Fut. plur. יִלֹּנוּ Exod. 15, 24. Num. 14, 2. 17, 6. Jos. 9, 18. sq. עַל pers. — Hiph. הֵלִין *id*. Num. 14, 29. הֲלִינֹתֶם sq. עַל pers., fut. יָלִין, cum Vau convers. וַיָּלֶן Exod. 17, 3. Alibi immisso primae radicali Dagesch forti יַלִּין sec. Cthib Exod. 16, 2. sec. Kri Exod. 16, 7. Num. 16, 11.; simil. partic. מַלִּינִים Exod. 16, 8. Num. 14, 27. 17, 20.: de quo declinatu, quo לוּן *murmurandi* sensu dictum ab isto priore verbo distinguitur, v. Gesen. L. p. 407. Ceterum significatio vocis et ex verborum continuatione et ex veterum interpretum auctoritate satis certa est; utrum vero a *pernoctandi* sensu proficiscatur et quomodo inde elici debeat, non liquet. At si conjecturam poscis, Gesenius non displicebit, qui in *persistendi* notione *pervicaciae* et *pertinaciae* vim contineri dicit. Certe hoc probabilius, quam quod Vaterus (Comment. in Pentat. II, p. 65.) conferri jussit, Arab. لَوْنٌ *elatio vocis exclamantis in tumultu aut ob calamitates*.

מָלוֹן m. *hospitium, deversorium*, locus in quo *pernoctatur*, sive sub dio, sive sub tecto Gen. 42, 27. Exod. 4, 24. Jos. 4, 3. etc., in regim. מְלוֹן 2 Reg. 19, 23. Jer. 9, 1.

מְלוּנָה f. *tugurium*, in quo quis *pernoctat* vel *commoratur* Jes. 1, 8, it. *lectus pensilis*, ex arboribus suspensus Jes. 24, 20., Chald. et Syr.

ערזלא, Arab. عرزال v. Golium et Buxtorfium in Lexx. sub h. vv. Niebuhr. in *descript. Arabiae* p. 158. Michael. in *Suppl.* p. 1432.

תְּלוּנָּה f., plur. תְּלוּנֹּת *murmurationes* (v. rad. II.) Exod. 16, 12., alibi defect. תְּלֻנּוֹת Num. 14, 26. 17, 20., cum affixo תְּלֻנֹּתֵיכֶם Exod. 16, 7. 8. 9.

לוּעַ I) *sorbere, absorbere, deglutire* (Syr. ܠܥܐ *lambere, lingere*) Obad. 16. *bibent* gentes et *sorbebunt et erunt ac si non fuissent.* Ita Rosenmueller., recte. Sensus enim hic: vinum a Jova porrectum non solum bibent sed exhaurient, ut nihil supersit, plenis haustibus bibent. Alii coll. Arab. لغى vertunt: *irriti evadent,* non sine frigida tautologia.

II) fortasse i. q. Arab. لاع med. Vau et Je: *taedio, molestia animi affectus est, moerore ustus fuit* Job. 6, 3. עַל־כֵּן דְּבָרַי לָעוּ *propterea morosa,* taedii plena *erant verba mea.* Sed alii, immutato accentu, legere malunt לָעוּ a לָעָה coll. Arab. لغى *erravit loquendo* v. Schnurrer Dissertatt. philol. p. 413. Rosenmueller. ad h. l. — [יָלַע Prov. 20, 25. v. sub lit. י].

לֹעַ m. *guttur, gula* Prov. 23, 2.

לוּץ propr. ut Arab. لوص (v. Schultens. ad Prov. 1, 6.) *torsit, torquendo inflexit* (cf. מְלִיצָה), hinc *illusit, irrisit* aliquem, quod fit lingua, labiis, oculis *intorquendis, diducendis,* vel lingua et oratione sua ad alterius similitudinem intorquenda, corrumpenda (v. לָעַג) Prov. 9, 12. Alibi legitur part. praes. לֵץ (formae מֵת) subst. *irrisor* Prov. 9, 7. 8. Jes. 29, 20., plur. לֵצִים Ps. 1, 1. Prov. 1, 22.

Hiph. הֵלִיץ 1) *irrisit,* sq. acc. Ps. 119, 51. Prov. 19, 28., sq. dat. Prov. 3, 34. Partic. מֵלִיץ Job. 16, 20. — 2) *interpretatus est* q. d. peregrina verba in sua et vernacula *detorsit, convertit;* hinc מֵלִיץ *interpres* Gen. 42, 23. (Onkel. מְתוּרְגְּמָן Lxx. ἑρμηνευτής), deinde, ut lat., i. q. μεσίτης, *intercessor, internuncius, is qui se interponit (Vermittler, Unterhändler):* מְלִיצֵי שָׂרֵי בָבֶל *internuntii, oratores principum Babyloniae* 2 Chron. 32, 31.; *oratores, intercessores populi israel.* Jes. 43, 27. sunt sacerdotes, quorum erat apud Jovam pro Israelitis intercedere. Huc spectat etiam locus mirifice vexatus Job. 33, 23. מַלְאָךְ מֵלִיץ *angelus intercedens,* qui hominis caussam agit apud Deum (*Ferver* appellant Persae) v. Staüdlin. *Beitrr. z. Philos. u. Gesch. d. Rell.* II, p. 151 sq. add. F. Schmidt. histor. dogm. de angelis tutelarib. (in Illgenii *Denkschrift* I, p. 24 sqq.), in qua tamen justo brevius de judaica antiquitate agitur.

Hithpahl. הִתְלוֹצֵץ Jes. 28, 22. *irrisorem egit* h. e. protervus fuit. Al. *sibi ipsi illusit* v. Rosenmueller.

לָצוֹן m. *irrisio* magna vel acerba Prov. 1, 22. 29, 8. Jes. 28, 14.

מְלִיצָה f. 1) *oratio intorta, inflexa* h. e. *aenigma* Prov. 1, 6.; all. *interpretatio,* sed v. Umbreit. ad h. l. — 2) *dicterium, dictum aculeatum,* quo alicui *illuditur* Hab. 2, 6.

לוּשׁ *depsere, subigere farinam* (Chald. et Syr. *id.*) Hos. 7, 4. Gen. 18, 6. 1 Sam. 28, 24.

לוּת chald. vid. supra sub rad. כּוּת.

לוּז radix hebr. inusit. i. q. כּוּז.

לָזוּת f. *perversitas* Prov. 4, 24.

הַלָּז, הַלָּזוּ, הַלָּזֶה, הַלֵּז v. sub זֶה.

לחה radix hebr. inusit., aethiop. ለሐየ: *venustus, formosus fuit.* Inde derivant

לְחִי f. in pausa לֶחִי Ps. 3, 8. Thren. 1, 2. 1 Reg. 22, 24. al. 1) mala h. e. a) *gena* (dicta a *pulchritudine,* quam faciei conciliat, coll. Cant. 1, 10., unde *genae pulchrae* apud Horat. et graec. καλλιπάρῃος in genere pro *pulchro* et *formoso* dicitur); הִכָּה עַל־לְחִי פ׳ *percutere alicui genam,* alapam alicui ducere, i. e. ignominiosissime aliquem tractare Job. 16, 10. 1 Reg. 22, 24. Mich. 4, 14. Dual. לְחָיַיִם Deut. 18, 3. *utraque gena.* — b) *maxilla* (arab. لَحْيٌ) Jud. 15, 15 sqq. Job. 40, 26. Dual. in regim. לְחָיֵי Jes. 30, 28., c. affixo לְחָיֶיךָ Ezech. 29, 4. 38, 4. sed לְחֵיהֶם Hos. 11, 4. oritur a forma לְחָיִם. — 2) nom. propr. loci in Philistaeorum finibus Jud. 15, 9. 14. 19., plene רָמַת לֶחִי v. 17., quod explicatur *conjectus maxillae,* quasi scriptum sit רְמַת לְחִי; sed perantiqua tamen sunt ista puncta vocalia, cf. Lxx. et Vulg.

לחח radix inusit. *humendi* notionem habuit, chald. et aethiop. לַחְלַח *humidum reddidit, humectavit.* Inde sunt

לַח m. *humidus,* atque adeo *recens, viridis,* quia arbores et fructus *recentes* et *virides humore* imbuti sunt, unde opponuntur *aridis* Num. 6, 3. Gen. 30, 37. Ezech. 21, 3., in pausa לָח Ezech. 17, 24. Deinde vero latius patet ac de *funibus* etiam *recentibus, novis* dicitur Jud. 16, 7. 8.

לֵחַ m. *viror, vigor.* Cum affixo לֵחֹה (pro לֵחוֹ) Deut. 34, 7.

לָחַךְ *linxit, lambit, lambendo absumsit* (syr. ܠܚܟ et ܠܚܟ *id.*; convenit etiam לָקַק) Num. 22, 4. — Pih. לִחֵךְ *linxit, lingendo absumsit* Num. 22, 4. 1 Reg. 18, 38. Alibi לִחֵךְ עָפָר trop. *pulverem linxit* Ps. 72, 9. Jes. 49, 23. Mich. 7, 17. i. e. *in pulverem, in solum se abjecit* i. e. supplex aliquem veneratus est, submisit se alicui.

לָחַם gener. *absumsit, consumsit,* spec. a) ore i. e. *comedit* Prov. 23, 1., sq. acc. Prov. 4, 17. 23, 6., sq. בְּ Prov. 9, 5. Ps. 141, 4. *de aliqua re* (alii emphatice dictum putant: *delectari cibo*). Trop. Deut. 32, 24. *pestis* dicitur *edere,* cf. אָכַל. — b) bello, hinc *bellavit, pugnavit* Ps. 56, 2., *impugnavit, oppugnavit* sq. לְ pers. Ps. 56, 3. vel אֵת Ps. 35, 1., לֹחֲמַי *impugnantes me, hostes mei* Ps. 35, 1. Conf. אָכַל et לָחַם Num. 14, 9. Sic arab. لحم est *manducare* et *confligere, pugnare,* atque πολέμοιο μέγα στόμα dixit Homerus *Iliad.* X, 8., *belli os ac fauces* Cicero *pro Archia* 9. etc. conf. Petr. Victorii *Var. Lect.* XXIV, 6. — Imp. לְחַם Ps. 35, 1. plur. לַחֲמוּ Prov. 9, 5., fut. יִלְחַם Prov. 23, 6.

Niph. נִלְחַם 1) *(alter cum altero) pugnavit, dimicavit,* sq. בְּ pers. Exod. 17, 10. Num. 21, 26. 22, 11. Jud. 11, 25., sq. עַל Neh. 4, 8., sq. עִם 1 Sam. 17, 19. 1 Reg. 12, 24., sq. accus. Jos. 10, 25. 1 Reg. 22, 31.,

sq. אֶל Jer. 1, 19. 15, 20; sed sq. לְ pers. est *pro aliquo pugnare* Jos. 23, 3. 10. Deut. 1, 30. Exod. 14, 14., it. sq. עַל 2 Reg. 10, 3. Jud. 9, 17. — Passim legitur נִלְחַם מִלְחָמָה *bellum bellare, gerere* 1 Sam. 8, 20. 25, 28. — 2) *oppugnavit, oppugnatione pressit* urbem, sq. בְּ Jud. 9, 45., sq. עַל 2 Reg. 16, 5. Jos. 10, 5. 34. 36. — Infin. absol. נִלְחֹם Jud. 11, 25., constr. cum affixo הִלָּחֲמוֹ Zach. 14, 3., fut. תִּלָּחֲמוּ Deut. 1, 42., cum affixo וַיִּלָּחֲמוּנִי Ps. 109, 3.

לְחוּם m. 1) *cibus* Job. 20, 23. וְיַמְטֵר עָלֵימוֹ בִּלְחוּמוֹ *pluet* iram suam (q. irae imbrem effundet) *super eos tanquam cibum ejus* (eorum) ad cibandos eos, h. e. ira, poena sua eos quasi satiabit cf. verba יְהִי לְמַלֵּא בִטְנוֹ ab initio v. Ita Umbreitius et ex parte H. Michaelis. Aliorum explicationes v. ap. Rosenmueller. — 2) i. q. Arab. لَحْم *caro* Zeph. 1, 17. וּשְׁפַּךְ לְחֻמָם כַּגְּלָלִים (al. לְחֻמָּם) *effundetur*, projicietur *caro* (corpora) *eorum sicut stercora.*

לֶחֶם c. (foem. Levit. 23, 17. Gen. 49, 20.) 1) gen. quivis *cibus* tam hominum, quam brutorum Levit. 3, 11. 1 Sam. 20, 27. Ps. 41, 10. 102, 5. 147, 9. Prov. 30, 25. Job. 20, 14. etc.; עֵץ בְּלַחְמוֹ *arbor cum cibo* h. e. fructu *suo* Jer. 11, 19. (simil. Arab. أُكْل *cibus, fructus arboris* v. Rosenmueller. ad h. l.). Trop. Num. 14, 9. לַחְמֵנוּ הֵם *cibus noster erunt hi* (Cananaei) i. e. consumentur conficientur a nobis cf. Deut. 7, 16. Iliad. IV, 35. — Meton. Obad. 7. לַחְמְךָ pro אַנְשֵׁי לַחְמְךָ vel אֹכְלֵי *domestici, familiares tui.* — 2) spec. et κατ᾽ ἐξοχήν a) *panis* (ut Arabibus agrum non colentibus لحم *caro*) Gen. 14, 18. Exod. 29, 2. 2 Sam. 12, 20. etc.; לֶחֶם הַפָּנִים *panis, panes facierum, ἄρτος τοῦ προσώπου, ἄρτος ἐνώπιος*, i. e. duodecim illae placentae, quae singulis sabbatis in sanctuario Jovae apponebantur (*Schaubrodte*) Exod. 25, 30. 35, 13. 39, 36. 1 Sam. 21, 6. 1 Reg. 7, 48. 2 Chron. 4, 19. (rarius in libris recentt. לֶחֶם הַמַּעֲרֶכֶת); שְׁתֵּי לֶחֶם sc. כִּכְּרוֹת 1 Sam. 10, 4.; — b) *triticum*, unde *panis* coquitur Jes. 28, 28. לֶחֶם יוּדָק *panis comminuitur* (Jonath. et Syr. עִבּוּרָא) coll. Arab. طَعَام *cibus, triticum*, 30, 23. De בֵּית לֶחֶם *Bethlehem*, vide sub בַּיִת.

לָחֶם infin. nominascens Conjug. Pihel: *pugna, oppugnatio*, unde Jud. 5, 8. לָחֶם שְׁעָרִים *oppugnatio portarum* fuit, pugnatum est in portis ipsis. Sed miri tamen aliquid habet ista forma, cum quod infinitivi verborum med. ח alibi scribuntur per patach לַחַם (v. Gesen. L. p. 334) tum ob vocal. saegol in ultima. Verum exhibent aliquot codd. Stuttgard. et Erford. לְחֶם et si saegol recte habet, possis vel lineam makkeph interponere, vel loc. Exod. 32, 6. conferre, ubi in nonnullis certe libris צַחֶק pro צַחֵק.

לְחֶם (formae שְׁכֶם) m. Chald. *epulum, convivium* Dan. 5, 1.

מָרָה 1) propr., ut arab. مرى, *mulsit, strinxit* (v. מוֹרָה). Huc spectare videtur formula: מָרָה אֶת־פִּי יְהוָֹה *Jovae* (os stringere, percutere i. e.) *dictis non audire* 1 Sam. 12, 15. Num. 20, 24. 27, 14. — 2) *rebellis fuit, rebellavit, contumax, pervicax fuit* (ut arab. مرى in Conj. III. v. Schultens. de *Defect. ling. hebr.* p. 117 sq. et ad Harir. p. 24.) Deut. 21, 18. Ps. 78, 8. Construitur cum accusat. Num. 20, 24. Jer. 4, 17. vel בְּ pers. Hos. 14, 1. Ps. 5, 11. — Huc revocant etiam nonnulli מֹרְאָה Zeph. 3, 1. pro מוֹרָה *rebellis* v. Cölln. Spicil. p. 45 sq.; sed alii explicant: *infamiae exposita, παραδειγματιζομένη*, a רָאָה, v. Rosenmueller. ad h. l. — Hiph. הִמְרָה *pervicax, contumax, refractarius fuit, reluctatus est* Job. 17, 2 (ubi infin. הַמְּרוֹת cum dag. euphon.), sq. acc. pers. Ps. 78, 17. 106, 33. vel rei (praecepti, legis) Ps. 107, 11. Ezech. 5, 6., sq. בְּ pers. Ezech. 20, 3., sq. עִם pers. (propr. *disceptare, contendere cum*) Deut. 9, 7. 24. 31, 27. Singularis est haec formula: ה׳ עֵינֵי כְבוֹדוֹ יְהוָֹה *reluctari oculis majestatis div.* i. e. patrare id, cujus adspectum Deus aversatur Jes. 3, 8. De הִמְרָה אֶת־פִּי יְהוָֹה Deut. 1, 16. Jes. 1, 18. v. sub Kal.

Quod legitur 2 Reg. 14, 26. עֳנִי מֹרֶה, plerique vertendum existimant: *afflictio amara* (gravis), ita ut מרה significationem mutuetur a מרר. Sed ex propria voc. vi cum Schultensio potest *acris* vehementisque doloris notio probabiliter elici, nisi cum Coccejo velis afflictionem quasi *refractariam* h. e. pertinacem intelligere. Certe, quod veteres *amaram* interpretantur, id in tali verborum similitudine nullius est momenti.

מַר v. sub מרר.

מְרִי m. *pervicacia, rebellio* Prov. 17, 11. Jes. 30, 9. etc., in pausa מֶרִי Num. 17, 25. 1 Sam. 15, 23. Legitur etiam pro concr. *contumax, rebellis* vel *rebelles* Ezech. 2, 7. 8. 44, 6. — Cum affixis מֶרְיְךָ Deut. 31, 27., מִרְיָם Neh. 9, 17. — Ceterum retenta hac significatione locum etiam Jobi 23, 2. גַּם הַיּוֹם מְרִי שִׂחִי commode vertes: *etiamnum pervicacia* s. *rebellio* (in Deum a vobis existimatur) *querela mea!* Nec opus est, ut cum plerisque interpretibus מְרִי *amaritudinem* transferas v. Umbreit. ad h. l.

מִרְיָם *Maria*, soror Mosis Exod. 15, 20. Num. 12, 1. Mich. 6, 4. Syr. ܡܪܝܡ, Arab. مريم. Alii declinatum putant a מרר n. 2.

מְרָתַיִם f. *rebellio*; dual. מְרָתַיִם *gemina rebellio*, nom. propheticum Babylonis Jer. 50, 21.

מוֹרָה m. *novacula* (q. d. *stringens* i. e. *radens*) Jud. 13, 5. 16, 7. 1 Sam. 1, 11.

מָרַח i. q. arab. مرخ, propr. *fricare* (hinc مَرْخ nomen arboris, cujus confrictu ignis elicitur), *terere, conterere* (v. מְרוֹחַ), deinde oleo *inungere* corpus, in Conj. IV. *emollire, extenuare* massam; Jes. 38, 21. וְיִמְרְחוּ עַל הַשְּׁחִין ut *fricarent* vel *mollirent* (ficus) easque imponerent *ulceri*.

מְרוֹחַ m. *contritus*, מְרוֹחַ אָשֶׁךְ *contritus testiculo* Levit. 21, 20, qui Graecis *θλασίας* et *θλιβίας* a *θλάω contundo, contero* dicitur.

מָרַט gener. *laevigavit (glatt machen)*, spec. a) de *metallis*, aere et ferro: *polivit, expolivit* Ezech. 21, 14. 15. 16. 33.; b) de *corpore* ejusque *cute*: *glabravit, pilos evellit, depilavit* (arab. مرط *id.*) Jes. 50, 6. Ezech. 29, 18., sq. acc. Neh. 13, 25., sq. מִן Esr. 9, 3. — Niph. *depilatus est, calvus factus est* Levit. 13, 40. 41. — Pyh. מֹרָט *politus est* 1 Reg. 7, 45., unde foem. praet. in pausa מֹרָטָּה vel, ut plurimi codices habent, מֹרֶטֶּה (c. dag. euphon. v. Gesen. L. p. 85.) Ezech. 21, 15. 16. Huc revocant nonnulli etiam Jes. 18, 2. 7. מוֹרָט (i. e. מְמוֹרָט v. Gesen. L. p. 316.) עַם *populus depilis* (Herod. 2, 47.), *glaber* vel sec. all. *acer* (gladius enim politus acie valet). Sed v. sub rad. ירט.

מְרַט chald., unde praet. plur. ex Pehil formatum מְרִיטוּ *depilatae sunt* Dan. 7, 4.

מֹרָט v. sub ipsa rad.

מָרַךְ, rad. Hebr. inusit., syr. ܡܪܟ *attenuavit* rabb. נתמרך *mollescere*. Inde oritur

מֹרֶךְ m. *mollities*, hinc *pavor* (v. מכה et מסס) Levit. 26, 36.

מַרְסְנָא nom. propr. principis pers. Esth. 1, 14. sec. Bohlen. i. q. برز (מ et ב inter se permutatis) *excelsus*, sec. all. مرز i. q. مرخ *terminus, finis (Mark)*.

מָרַץ *aeger fuit, aegrotavit*, arab. مَرِضَ *id.*, unde مَرَض *morbus*. In Kal non occurrit, Niph. Job. 6, 25. מַה־נִּמְרְצוּ אִמְרֵי יֹשֶׁר *quam aegrota* i. e. *debilia sunt verba veritatis* (quae vos jactatis)! ironice. Eundem in sensum dicitur 1 Reg. 2, 8. *exsecratio debilis*, sed Mich. 2, 10. חֶבֶל נִמְרָץ est *corruptio morbosa, perniciosa, pestifera*. — Hiph. *aegre alicui fecit* Job. 16, 3. [Aliter de hoc voc. statuit Kimchius, qui per חזק ותקף *validum, vehementem esse* interpretatur: non inepte, quod locorum istorum indolem attinet, sed fortasse ex mera conjectura.]

מָרַק *mundavit, depuravit, tersit, polivit* (syr. ܡܪܩ *abstersit*, arab. مرق *colavit*) 2 Chron. 4, 16. Jer. 46, 4. — Pyh. מֹרַק *tersus est* Levit. 6, 21.

מָרוּק m., plur. מְרוּקִים *mundationes* Esth. 2, 12.

מָרָק m. *jus*, a partibus carneis et spuma *percolatum* et *defaecatum* (مَرَق *id.* foem. مَرَقَة *colatum*, it. *jus* vel *portio jusculi*) Jud. 6, 19. 20; in regim. מְרַק sec. Kri Jes. 65, 4. sed Cthib habet פְּרַק *frustum*.

תַּמְרוּק vel sec. Cthib תַּמְרִיק *mundatio, tersio* Esth. 2, 12. per metonym. *id quo quis mundatus et nitidus redditur, tersorium* i. e. *unguentum* Esth. 2, 3. 9. (ita Targ. et R. Sal.); trop. *castigatio, correctio* Prov. 20, 30. ad quem l. v. Umbreit.

מָרַר, arab. مَرَّ i. e. I) *transivit, praeteriit*, hinc *fluxit* (Coran. 27, 90.) v. מַר et מֹר. [Niph. נָמַר Jer. 48, 11. *mutatus est* v. sub rad. מור]. — II) Fut. A. 1) *amarus fuit* (syr. ܡܪ *id.*), quam tamen notionem alii repetunt a voce מֹר *myrrha*. Jes. 24, 9. יֵמַר שֵׁכָר לְשֹׁתָיו (v. Gesen. L.

p. 366.) *amarum est temetum potatoribus*. Intrans. מַר לִי *amarum mihi est* i. e. afflictus, tristis sum Ruth. 1, 13. Thren. 1, 4. — 2) metaph. *exacerbatus est* (πικραίνεσθαι) 1 Sam. 30, 6. — Pih. מֵרֵר 1) *amarum, acerbum fecit* aliquid Exod. 1, 14. Jes. 22, 4. אֲמָרֵר בַּבֶּכִי *(ich werde es bitter machen im Weinen) acerbe, graviter flebo*; 2) *exacerbavit* aliquem, *irritavit, ad iram provocavit* Gen. 49, 23. — Hiph. הֵמַר 1) *amarum fecit*, hinc infin. הָמֵר *amarum faciendo* i. e. amare, *graviter flendo* (v. Pih.) Zach. 12, 10. coll. Jes. 22, 4. 23, 7. Jer. 31, 15.; — alibi sq. acc. pers. *amarum aliquem reddere* i. e. moerore afficere Job. 27, 2., it. sq. לְ *(moerorem alicui afferre)* Ruth. 1, 20. 2) i. q. מָרָה sq. בְּ pers. *rebellavit, repugnavit* Exod. 23, 21. (ubi fut. יַמֵּר ex Chald. pro יָמֵר (all. vertunt: *exacerbavit*, sed ita sequi debebat accus.). — Hithpalp. הִתְמַרְמַר *exacerbatus est* (مَرْمَرَ et ܐܬܡܪܡܪ *id.*) Dan. 8, 7. 11, 11.

מַר m. 1) *gutta* a fluendo (conf. rad. n. 1.) Jes. 40, 15. — 2) *amaritudo* מַר הַמָּוֶת *amaritudo mortis* 1 Sam. 15, 32., מַר נֶפֶשׁ *amaritudo animae* i. e. *moeror* Jes. 38, 15. 17. Ezech. 27, 31. Job. 7, 11. 10, 1. etc. Plur. מֵי מָרִים *aquae amarae* (h. e. amaros, acerbos dolores excitantes) Num. 5, 18. 19. 23. 24., it. simpl. מָרִים Num. 5, 24. 27. — 3) adject. a) *amarus* (opp. dulci) Prov. 5, 3. 27, 7. Jes. 5, 20.; trop. i. q. *moestus, tristis* Ezech. 3, 14., spec. מַר נֶפֶשׁ *tristi animo* 1 Sam. 22, 2. Prov. 31, 6. Job. 3, 19.; b) *acerbus* Exod. 15, 23 (de aqua marina, cf. Lucret. 2, 471.), trop. Eccles. 7, 26. *mors acerba*, Am. 8, 10. *dies ac.*, Hab. 1, 16. *hostis acerbus* (i. e. ferox, crudelis), gr. πικρός, מַר נֶפֶשׁ *acerbo, feroci animo* Jud. 18, 25. 2 Sam. 17, 18., hinc i. q. perniciosus, exitialis Ps. 64, 4. Jer. 2, 19. — *Vox acerba* est *flebilis, gravis* Gen. 27, 34. Esth. 4, 1. Ezech. 27, 31.; adv. *acerbe* i. e. graviter, flebiliter Jes. 33, 7. Zeph. 1, 14., ut nos: *bitterlich*, πικρῶς Aristenaet. epp. 1, 22. Alio sensu Seneca *vocem acerbam* dixit epp. 56.

מֹר et plene מוֹר (Cant. 4, 6. 14. 5, 6. 13.), sq. makkeph מָר־ (Exod. 30, 23.) m. *myrrha* (arab. مُرّ), quod *guttatim* ex arbore (in Arabia nascente) effluit (v. rad. n. 1.) Ps. 45, 9. Prov. 7, 17. Cant. 1, 13. 5, 1. etc.; מָר־דְּרוֹר Exod. 30, 23. *myrrha libera, sponte fluens* h. e. myrrha nativa, quae sponte sudat ex arboribus, priusquam incidantur, quod est praestantissimum myrrhae genus v. Plinius H. N. lib. 12. c. 15., מָר־עֹבֵר Cant. 5, 5. eadem, quam modo descripsimus, *myrrha sponte sudans* et *fluens*. Caet. cf. Celsii *Hierobot.* P. I, p. 520 sqq. et Wineri Lexic. bibl. II, p. 468.

מָרָה f. 1) *amaritudo*, metaphor. *exacerbatio* 2 Sam. 2, 26. — 2) nom. *stationis Israëlitarum primae* a transitu per mare rubrum, aquis *amaris* (salsis) nobilitatae Exod. 15, 23. v. Pococke *Beschreib. d. Morgenl.* I, p. 234. — 3) nom. propr., quod Noëmi sibi imponi jussit (*amara* h. e. moesta) Ruth. 1, 20. — Plur. מָרוֹת nom. propr. oppidi Mich. 1, 12. v. Rosenmueller. ad h. l.

מָרָּה f. (cum kamezchatuph et dagesch forti insolito) *amaritudo*, metaphor. *moeror* Prov. 14, 10.

מְרָרִי filius Levi Gen. 46, 11. Exod. 6, 16. cf. Judith. 8, 1. 16, 7. Patron. מְרָרִי Num. 26, 57.

מָרוֹר m. *amarus*, plur. מְרֹרִים *amara*, spec. *herbae amarae*, nulla speciei cujusdam ratione habita Exod. 12, 8. Num. 9, 11. Thren. 3, 15. LXX πικρίδες; conf. de illis Buxtorfii *Lex. Talm.* ad voc. עלש, Bocharti *Hieroz.* P. I, p. 602 sq. Celsii *Hierobot.* P. II, p. 227 sq. Carpzov. Appar. p. 402 sqq.

מְרֵרָה f. 1) *amaritudo*, plur. מְרֹרוֹת *amaritudines* Deut. 32, 32., trop. *acerbitates* (ut Cic. dixit), *acerba* (supplicia) Job. 13, 26. — 2) *venenum* (de veneno *aspidum*) Job. 20, 14. — 3) *fel*, ab *amaritudine* Job. 20, 25., arab. مَرَارَة *folliculus bilis*, qui hepati adhaeret.

מְרֵרָה f. *fel.* Cum affixo מְרֵרָתִי Job. 16, 13.

מְרִיר Job. 3, 5. כִּמְרִירֵי יוֹם vel (*sicut*) *amaritudines*, *infortunia*, *mala diei* (arab. مَرَّ *infelix fuit*) vel *incantationes diei* (arab. مَرِير *incantamentum* a مَرَّ *amara locutus est*) coll. v. 8. Ita nuper Umbreitius. Alii: *calores, aestus diei* (v. כמר).

מְרִירִי m. *amarus, venenatus* Deut. 32, 24.

מְרִירוּת f. *amaritudo*, metaphor. *moeror* Ezech. 21, 11.

מֶמֶר m. *moeror* vel potius *res ob quam quis moeret* Prov. 17, 25.

מַמְּרֹר (cum dagesch euphon.) m. *amaritudo, acerbitas* (i. e. fortuna adversa cf. Cic. Famil. 2, 16.) Job. 9, 18.

תַּמְרוּרִים m. plur. *amaritudines, acerbitates*, מִסְפַּד תַּמְרוּרִים *planctus acerbus* i. e. miserabilis, gravis Jer. 6, 26., בְּכִי ה׳ *id.* 31, 15.; Hos. 12, 15. *irritarunt Deum* תַּמְרוּרִים h. e. acerbe, graviter. — Aliud est תַּמְרוּרִים Jer. 31, 21., quod v. sub rad. תמר.

מַשׁ Gen. 10, 23. *mons Masius*, qui Nesibi urbi a septentrione imminet. Nam fluvium ex illo monte prorumpentem Syri nominant ܢܗܪܐ ܡܫܐ vel ܢܗܪ ܡܫܐ, Arabes contracte هرماس v. Michaelis *Spicileg. geogr. Hebr.* T. II, p. 140. Rosenmueller. *Alterthumsk.* I, 2, p. 143.

מֵשָׁא Gen. 10, 30. regio Arabiae Joctanitarum, fortasse *Mesene* ad Tigridis ostia, Syris ܡܝܫܢ, Arab. ميسان v. Michaelis *Spicil.* T. II, p. 205. Eichhorn. *monum. antiquiss. hist. Arab.* p. 158.

מָשָׁה *traxit, extraxit* (syr. ܡܫܐ *id.*) Exod. 2, 10. — Hiph. *id.* 2 Sam. 22, 17. Ps. 18, 17.

מֹשֶׁה nom. propr. *Mosis* Exod. 3, 1. 4. 6. 4, 1. 10. 13. etc. Jud. 1, 16. 3, 4. 1 Sam. 12, 6. 1 Reg. 2, 3. 2 Reg. 14, 6. etc.; sec. Exod. 2, 10. a rad. מָשָׁה: *extractus*, sed מֹשֶׁה potius est *extrahens*. Itaque videtur vox aegypt. esse, conflata ex ⲘⲞⲨ (Mo) *aqua* et ⲞⲨϪⲈ (Oudsche) *servare*, ut significet *ex aqua servatum* (Joseph. Antiqq. lib. 2. c. 9. §. 6. cf. Jablonskii Opusc. I, p. 152 sqq.). Hebraei peregrinum voc. in vernaculae linguae similitudinem corruperunt cf. אַבְרֵךְ, בְּהֵמוֹת al.

מֶשִׁי m., in pausa מָשִׁי Ezech. 16, 10. 13. vulgo *sericum*, ut post FULLERUM Miscell. 2, 11. demonstrare conatus est SCHROEDER. de vestitu mulier. hebr. p. 325 sqq. Si oritur a verbo מָשָׁה, sericum inde dici potuit, quod telas sericas olim *retordiri* rursusque texere consueverunt (v. PLIN. H. N. VI, 20. XI, 26) v. JAHN. Archaeol. I, 2, p. 63. LXX. verterunt τρίχαπτον h. e. interprete HIERONYMO, tantae subtilitatis vestimentum, ut pilorum et capillorum tenuitatem habere credatur.

מָשַׁח propr., ut مسح, *manum duxit super re*, hinc 1) *illevit* Jer. 22, 14. (sq. בְּ coloris); deinde *unxit* vel absolute Gen. 31, 13. *unxisti* (sc. oleo) *lapidem* (coll. Gen. 28, 18.), de qua antiquissimarum gentium religione v. EUSEB. Praepar. evang. I, 10. CLEM. ALEX. Strom. VII, p. 713. — vel sq. בְּ olei Exod. 29, 2. 2 Sam. 1, 21. (coll. Jes. 21, 5.), ubi *clypeus* h. e. corium clypeo inductum *oleo ungi* dicitur (scil. ne rigidius siccitate fatiscat ictuque gladii dissiliat), aut sq. acc. unguenti Am. 6, 5. Ps. 45, 8: *unxit te Deus oleo laetitiae* h. e. summa laetitia te, tanquam unguento, perfudit. Sed praecipue legitur hoc voc. de iis, qui ungendo *inaugurantur* sacroque ritu muneri praeficiuntur (סוּךְ contra est de *unctione privata*), ut de sacerdotibus Exod. 30, 30. 40, 13. 15. Levit. 8, 12., de prophetis 1 Reg. 19, 16., de regibus 1 Sam. 10, 1. 15, 1. 2 Sam. 2, 4. 12, 7. 1 Reg. 19, 15. al. Plene dicitur מָשַׁח אִישׁ לְמֶלֶךְ *aliquem regem ungere, inaugurare (zum König salben)* 1 Sam. 15, 1. 17. 2 Sam. 2, 7. al. Eadem religione ungi solebant res Deo consecrandae, ut supellex sacra Exod. 40, 9. 11, tentorium sacrum Num. 7, 1., altare Levit. 8, 11. etc. — 2) *mensuravit, mensus est* (arab. مسح *id.* مِسَاحَةٌ *dimensio*, syr. ܡܫܚ *metiri*, ܡܫܘܚܬܐ *mensura*, sab. ܡܫܘܚܐ *spatium* demensum), quod manu super aliqua re ducta fit. Conf. מִשְׁחָה et מִמְשַׁח. — Praet. cum affixo מְשָׁחֲךָ 1 Sam. 10, 1. Infin. מְשֹׁחַ Dan. 9, 24., cum ה paragog. מָשְׁחָה Exod. 29, 29., cum affixo מָשְׁחוֹ Levit 7, 36. et מָשְׁחֲךָ 1 Sam. 15, 1. (a מְשֹׁחַ), ubi tamen alii legunt מְשָׁחֲךָ, imp. מְשַׁח, cum affixo מְשָׁחֵהוּ 1 Sam. 16, 12., fut. יִמְשַׁח Levit. 16, 32. — Niph. נִמְשַׁח *unctus est* (ungendo inauguratus est) 1 Chron. 14, 8. Levit. 6, 13. Num. 7, 10. 84. 88.

מָשִׁיחַ m. *unctus;* dicitur tam de *re* 2 Sam. 1, 21. quam de *persona* Levit. 4, 3. 5. 16., et κατ᾽ ἐξοχήν de *rege* Dan. 9, 25. 26., max. מְשִׁיחַ יְהוָֹה Ps. 2, 2. 1 Sam. 24, 6. 10. Thren. 4, 20. coll. Ps. 132, 17. Latius patet Ps. 105, 15. 1 Chron. 16, 22., ubi *uncti Jovae* dicuntur *patriarchae.* Sed de *Messia* nusquam legitur in V. T.

מְשַׁח m. chald. *oleum,* quo *ungitur* Esr. 6, 9. 7, 22.

מִשְׁחָה f. 1) *unctio* Exod. 25, 6. 30, 25. Levit. 8, 2. 10. 12. 30. Num. 4, 16. — 2) Levit. 7, 35. *demensum, portio demensa,* i. q. chald. מִשְׁחָא et syr. ܡܫܘܚܬܐ *portio, demensum,* ex significatione radicis chald. et syr. n. 2.

מָשְׁחָה f. 1) *unctio* Exod. 40, 15, sed v. sub rad. — 2) *demensum* Num. 18, 8.

מִמְשַׁח m. *extentio, expansio* (a *dimetiendi* notione) Ezech. 28, 14. כְּרוּב מִמְשַׁח *Cherub extentus, expansus,* ut HIER. quoque interpretatur.

מָשַׁךְ 1) *prehendit,* cepit Exod. 12, 21., prehensum *tenuit* sq. בְּ Jud. 5, 14. Job. 24, 22., ubi v. Umbreit. (مسك *id.*). — 2) traxit a, Jos. 11, 6. Cant. 1, 4. Job. 40, 25. Ps. 10, 9. Gen. 37, 28. Jer. 38, 13. Adde inprimis has formulas: *α*) *arcum trahere* i. e. tendere 1 Reg. 22, 34. 2 Chron. 18, 33. Jes. 66, 19.; τόξον ἕλκεσθαι dixit Homer. et aethiop. ሰሐበ est *tetendit arcum.* Alio sensu *arcum trahere* dixit Cic. Arat. 78.; *β*) *semen trahere* i. e. tractim spargere Am. 9, 13.; *γ*) *buccinam trahere* מָשַׁךְ הַיּוֹבֵל vel מָשַׁךְ בְּקֶרֶן הַיּוֹבֵל i. e. sonum tractum edere (*den Ton aushalten*) Exod. 19, 13. Jos. 6, 5. coll. arab. جلب *traxit*, in Conj. II. *vocem extulit et clamorem, cecinit tuba; δ*) Hos. 7, 5. *trahit rex manum suam cum irrisoribus* h. e. extendit manum ad porrigenda et propinanda pocula, nisi est in univ. *socium se alicui adjungere*; — b) i. q. *rapuit, abripuit* Ps. 28, 3. coll. Ezech. 32, 20 (in orcum); c) i. q. *attraxit* Jes. 5, 18 (malum, ut Brut. in Epp. Cic.); d) i. q. *protraxit,* hinc *continuavit, servavit* (v. Pyh.), ut benignitatem Jer. 31, 3. Ps. 36, 11. 109, 12. iram Ps. 85, 6.; elliptice Neh. 9, 30. *traxisti super eos per multos annos* sc. benignitatem h. e. diu tolerasti eos. Huc pertinet fortasse etiam loc. Job. 24, 22: אַבִּירִים מָשַׁךְ בְּכֹחוֹ, si cum Umbreitio vertere licet: *robustus trahit* (vitam) i. e. durat, manet *in robore suo,* ut Flor. 4, 2. *trahere tot annos* pro durare. — 3) sustentavit, confirmavit (quae signif. a *tenendo* dicta esse videtur, nisi potius a *durationis* notione, quae in n. 2. inest, proficiscitur) Eccles. 2, 3. לִמְשׁוֹךְ בַּיַּיִן אֶת־בְּשָׂרִי *ad sustentandum, firmandum corpus meum vino* (syr. ܡܫܟ *induruit,* arab. مسك in Conj. X. *id.*), ubi tamen all. *ad trahendum in vinum* coll. Liv. 40, 7. Alias conjecturas de hoc loco v. ap. Hartmann. ling. Einl. p. 226.

Multum vexati sunt loci duo Jud. 4, 6. 20, 37. Et illic quidem quae leguntur מְשַׁכְתָּ בְּהַר תָּבוֹר, ita vertere solent: *occupa, tene montem Thabor* v. supra n. 1.; syr. ܕܒܪ ܠܛܘܪܐ ܕܬܒܘܪ; all. *duc exercitum in montem Th.* (Vulg.). Sed 20, 37. וַיִּמְשֹׁךְ הָאֹרֵב plurimi interpretantur: *ceperunt* (urbem) Vulg., all. *progressi sunt* (Syr.), all. *effuderunt se* (Lxx. ἐξεχύθη). Praestat fortasse Chaldaei auctoritatem sequi. Is utroque loco voc. אתנגיד posuit, quod cum 1 Sam. 23, 27. pro hebr. פשט dictum sit, significare videtur *effundere se, effundi* (de militum agmine). משך igitur reflexivo sensu accipiendum: *se trahere, extrahere (explicare aciem, ordines* dicunt Lat.). Ceterum, quidquid existimaveris, priori illi loco ὕστερον πρότερον inesse statues.

Niph. *tractus* h. e. *protractus, prolongatus est* Ezech. 12, 25. 28. Jes. 13, 22. — Pyh. 1) *tractus, protractus, dilatus est* (de spe) Prov. 13, 12. 2) Jes. 18, 2. 7. גּוֹי מְמֻשָּׁךְ (Aegyptii) *gens valida, fortis* cf. rad. n. 3. Ita Schultensius in Opp. min. p. 63. et Gesenius ad h. l. Cf. *stricti artus* Tac. Germ. 30.

מֶשֶׁךְ m. 1) *possessio,* a *tenendo* dicta (v. rad. n. 1.) Job. 28, 18. Bochartus in *Hieroz.* Tom. III, p. 601 sqq. alludi h. l. putat ad *extractionem* et *expiscationem* margaritarum (v. rad. n. 2.) ex fundo maris, eique assensum praebuerunt Rosenmueller. et Hartmann. (Hebraeer. I, p. 265. III, p. 82.). Sed illa interpretatio facilitatis nota commendatur. — 2) מֶשֶׁךְ זָרַע Ps. 126, 6. *tractio* h. e. sparsio *seminis*

v. rad. n. 2. a. β. Aliorum vanas conjecturas explosit Rosenmueller. ad h. l.

מֹשְׁכוֹת f. plur. *vincula* Job. 38, 31. (arab. مَسَكَة *id.*) a *tenendo, cohibendo* dicta.

מֶשֶׁךְ *Moschi* (a quibus montes Moschici) inter Cappadociam, Colchos, Iberiam et Armeniam, ad Phasin fluvium aut certe in ejus vicinia habitantes Gen. 10, 2. Ps. 120, 5. Copulantur cum תֻּבַל i. e. *Tibarenis* ut Gen. l. c. Ezech. 27, 13. 32, 26. 38, 2. 3. 39, 1., ita ap. Herod. 3, 94. 7, 78. Conf. Bocharti *Phaleg* lib. 3. c. 12. Michaelis *Spicil. geogr. Hebr.* P. I, p. 50 sqq. Rosenmueller. *Alterthumsk.* I, 1, p. 248 sqq.

מָשַׁל 1) *dominatus est, potestatem habuit* Zach. 6, 13. Prov. 12, 24. Jos. 12, 2., *in aliq.* sq. בְּ Gen. 37, 8. Ps. 103, 19. Jud. 8, 23. 9, 2. Prov. 16, 32 (ubi מֹשֵׁל בְּרוּחוֹ est: *animo suo imperans, continens*), sq. לְ Jes. 40, 10 (ubi v. Gesen.), sq. עַל Prov. 28, 15., sq. infin. Exod. 21, 8. לְעַם נָכְרִי לֹא יִמְשֹׁל לְמָכְרָהּ *genti peregrinae eam vendendi non habet potestatem.* Semel מָשַׁל בְּ est: *praeesse alicui rei* Gen. 24, 2. — Part. מֹשֵׁל *dominus* Gen. 45, 8. Jer. 30, 21., plur. מֹשְׁלִים *domini, tyranni* Jes. 14, 5. 28, 14. al. — 2) *assimilavit* (v. nom. מָשָׁל) i. e. *similitudinem, parabolam proposuit* Ezech. 24, 3.; deinde *adagio, proverbio usus est* Ezech. 12, 23. 16, 44. 18, 2. 3., et in malam partem: *dicterio usus est* in aliquem Joel. 2, 17., denique gener. *carmen cecinit*, hinc מֹשְׁלִים Num. 21, 27. *poetae* v. Rosenmueller.

Niph. נִמְשַׁל *similis fuit* alicui rei, sq. כְּ Ps. 49, 13. 21., sq. עִם Ps. 28, 1. 143, 7., sq. אֶל Jes. 14, 10. — Pih. part. מְמַשֵּׁל *parabolis utens* Ezech. 20, 49. — Hiph. הִמְשִׁיל 1) *dominari fecit, dominum fecit* Dan. 11, 39. Ps. 8, 7.; intrans. *dominatus est* Job. 25, 2. הַמְשֵׁל *dominari* i. e. dominatio, *imperium.* 2) *assimilavit, comparavit* Jes. 46, 5. — Hithpah. *similis factus est* Job. 30, 19.

Ad conciliandas inter se hujus verbi significationes, quae mirum quantum distare videntur, non unam viam ingressi sunt viri docti cf. inpr. Schultens. ad Prov. 1, 1. In dialectis respondent מְתַל aram. et مثل arab., quae *assimilandi* sensu crebro dicuntur, *dominandi* autem potestate carent. Sed haec ipsa tamen habet in arab., unde proficisci videatur. Nam مثل med. dhamm. est: *stitit se* coram aliquo (obsequii caussa) et in Conj. VIII. *obsecutus est, morem gessit, imperata fecit;* itaque si sumas, hebr. מָשַׁל proprie significasse: *statuere, sistere, ponere,* utramque istam vim sponte oriri videbis. Nam *statuere, sistere aliquem* est facere, ut quis sese sistat (tibi) h. e. morem gerat, adeoque: *dominari, imperare;* sed statuere, *ponere aliquid juxta aliquid* facile ducit ad *componendi*, conferendi, comparandi notionem. Haec certe ratio, quam Gesenius monstravit, reliquis praeferenda omnibus est. Nam quod مثل med. dhamm. *praestantem esse* significat et مَثِيل *praestantem, excellentem,* id nullius momenti est, cum haec voc. vis oriatur ab *assimilandi, exemplum statuendi* notione, ut مثيل pr. sit *conspicuus, insignis.*

מֹשֶׁל m. 1) *dominatus, dominatio* Zach. 9, 10. (Dan. 11, 4., ubi tamen videtur infin. esse). 2) *simile* Job. 41, 25., ubi tamen Rosenmueller. *dominationis* significationem retinendam putavit.

מְשֹׁל m. *carmen*, spec. *carmen ludicrum* (v. sq. מָשָׁל) Job. 17, 6. Ezech. 18, 3.

מָשָׁל m. (arab. مَثَل, syr. ܡܬܠܐ): 1) *similitudo, parabola* Ezech. 17, 2. 24, 3.; hinc 2) *sententia, graviter, sententiose dictum*, γνώμη, (quae a *similitudine* quadam rerumque comparatione proficisci solet coll. Prov. 11, 22. 17, 12. 14. al.) 1 Reg. 4, 32. Eccles. 12, 9. Job. 13, 12. Ejusmodi sententias complectitur liber מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה inscriptus coll. Prov. 10, 1. 25, 1. 26, 7. etc. Jam vero, cum tales sententiae frequentes in ore hominum ferantur, מָשָׁל passim significat *proverbium*, proprie dictum, ut 1 Sam. 10, 12. Ezech. 18, 2. 12, 22. — 3) *dicterium, probrose dictum*, sententia ad aliquem deridendum excogitata: הָיָה לְמָשָׁל (fere ut lat. *fabulam fieri*) Deut. 28, 37. 1 Reg. 9, 7. et שִׂים מָשָׁל Ps. 44, 15. — 4) *carmen* in univ. Num. 23, 7. 18. Ps. 49, 5. 78, 2. Mich. 2, 4., max. carmen *triumphale* Jes. 14, 4. Hab. 2, 6. Vid. de hoc v. Scheid. selecta quaed. proverbb. arab. (Harderov. 1775. 4.) et Rohde de vett. poet. sapientia gnom. p. 6 sqq.

מִמְשָׁל m. *dominatus, dominatio* Dan. 11, 3. 5.; plur. מִמְשָׁלִים *dominatus*, metonym. *dominatores* 1 Chron. 26, 6., sicut graec. ἀρχή, ἐξουσία, lat. *potestas, magistratus, dominatio* etc.

מִמְשָׁלָה f. *id.* Mich. 4, 8.

מֶמְשָׁלָה f. *id.*, metonym. plur. cum affixo מַמְשְׁלוֹתָיו *dominatus, regna ejus* i. e. *regiones* sive *populi, quibus ille dominatur* Ps. 114, 2.

מֶמְשָׁלָה f. *id.* Gen. 1, 16. Jer. 34, 1. Ps. 136, 8. metonym. a) *ditio, regio, cui imperatur* 2 Reg. 20, 13. Jes. 39, 2.; b) collect. ut lat. *imperia* i. e. *summi duces* 2 Chron. 32, 9. — Cum affixo מֶמְשַׁלְתּוֹ 1 Reg. 9, 19. Ps. 103, 22., plur. מֶמְשְׁלוֹת Ps. 136, 9.

מָשַׁע, arab. مسح, gener. *purgavit, tersit* (v. Jos. Kimchius ad Ezech. 16, 4. et Schultens. Defect. p. 22 sqq.).

מִשְׁעִי (pro מִשְׁעִית?) *purgatio*, Ezech. 16, 4. *non aqua abluta es* לְמִשְׁעִי *in purgationem* h. e. *ut munda esses* coll. rad. arab. in Conj. V. sese *probe tersit vir, a se omnem noxam legalem, omne inquinamentum removit.* Aliorum conjecturas v. ap. Rosenmueller.

מָשַׁק radix Hebr. inusit. sensum *possidendi* habuisse videtur, coll. מָשַׁךְ et مسك *possedit*, mutato ק in כ, ut alibi saepissime (cujus rei exempla dedit Schultens. in *Clave dialect.* p. 295. 296. quibus addi possunt בכר arab. *diluculo fuit* vel *fecit*, ab hebr. בֹּקֶר, דכך et דקק *comminutus, contritus est*, كرب *propinquus fuit*, hebr. קרב, عكس *invertit, pervertit*, hebr. עָקַשׁ, רכך et רקק etc.). Hinc sunt

מֶשֶׁק m. *possessio*; unde בֶּן־מֶשֶׁק בֵּיתִי *filius possessionis domus meae* i. e. *possessor et haeres meus* Gen. 15, 2. in quo loco paronomasia inest. Vulgo cum Onkel. Jon. Saad. Sam. exponitur *filius cursitationis* (h. e. procurator) a שָׁקַק, quod tamen vim orationis aliquantum debilitat, quanquam nuper Rosenmueller. hanc ipsam interpreta-

tionem ingressus est. Magis etiam displicet Schultensii *filius carminationis* i. e. *politurae* (v. ejus Opusc. de *defectibus linguae hebr.* §. 33 sq. et in *vindic. orig. hebr.* p. 142.) cf. Wineri diss. de vers. Sam. p. 32.

מֶשֶׁק v. sub rad. שׁקק.

מִמְשָׁק m. *possessio* vel potius *locus*, quem quis *possidet, tenet;* מִמְשַׁק חָרוּל *possessio urticae, locus ab urtica possessus* et *occupatus* Zeph. 2, 9. (conf. מוֹרָשׁ Jes. 14, 23.) v. Cölln. ad h. l.

מָשַׁר Hebr. inusit., arab. مَشَرَ *divisit;* unde

מְשׂוּרָה f. *mensura* (cava) Levit. 19, 35. 1 Chron. 23, 29. Ezech. 4, 11. 16.

מַשּׂוֹר *serra* vid. sub rad. נשׂר.

מָשַׁשׁ i. q. מוּשׁ *contrectavit* (sab. ܡܫܐ *id.*, arab. مَسَّ *fricuit, frictione palpavit*) Gen. 27, 12. — Pih. מִשֵּׁשׁ *id.* Gen. 31, 37.; מִשֵּׁשׁ חֹשֶׁךְ *contrectare tenebras* i. e. errare in tenebris Job. 12, 25. Eodem sensu מִשֵּׁשׁ בָּאֲפֵלָה Deut. 28, 29. coll. Job. 5, 14. — Hiph. *id.* Exod. 10, 21.

מַת m., plur. מְתִים et defective מְתִם *viri* (aethiop. ምት፡ *maritus*) Deut. 2, 34. 3, 6. Ps. 17, 14. Job. 11, 3. 24, 12., in regim. מְתֵי Gen. 34, 30. Deut. 4, 27.; מְתֵי אָהֳלִי *viri tentorii* i. e. *domestici* Job. 31, 31., מְתֵי סוֹד *viri concilii* h. e. *familiares, amici intimi* Job. 19, 19. Cum affixis מְתֶיךָ Jes. 3, 25., מְתָיו Deut. 33, 6. — Inde declinatur:

מְתוּשָׁאֵל Gen. 4, 18. et מְתוּשֶׁלַח (*vir teli*) Gen. 5, 21. 1 Chron. 1, 3., in quibus sing. מְתוּ consimilis illi אֲבוּ, unde multa nomina ordiuntur. Aliam derivationem suadet Simonis (Onom. p. 504. 442.): sed illa praestat, cum in Phoen. etiam lingua talia nomina, quae a מת haud dubie tracta sunt, occurrant, ut *Methuastartus.*

מֶתֶג m. *frenum* Ps. 32, 9. Prov. 26, 3. Origo voc. non liquet. Plerique derivant a مَتَّغَ *edendum praebuit* (?), quia *frenum* ori equi inditum, ei quasi *mandendum* et *mordendum* traditur; sic *mandere frena equum* dixit Virgilius, *mordere frenum* Cicero, Statius, Martialis, Tibullus all. (v. Valcken. ad Hippol. p. 295. Jacobs ad Achill. Tat. p. 459.) et *χαλινοφάγος* i. e *freni comestor* epitheton *equi* est apud Callimachum. לָקַח מֶתֶג מִיַּד פּ׳ *sumsit frenum* h. e. *in deditionem recepit* 2 Sam. 8, 1. coll. Schultens. ad Job. 30, 11. De jejuna emendatione, quae in loco parall. 1 Chron. 18, 1. legitur, v. Gesen. *Gesch. d. hebr. Spr.* p. 41. Cum affixo מִתְגִּי 2 Reg. 19, 28. Jes. 37, 29.

מָתַח *extendit* (syr. ܡܬܚ et chald. *id.*, sab. transpos. ܡܚܬ) Jes. 40, 22.

אַמְתַּחַת f. *saccus* Gen. 44, 2. 12. Auctor *Michlal Jophi* ad Gen. 42, 27. sic dictum putat, quod *continuo* et *semper extensus* sit, cum eum implent, ut contra vacuus colligitur et complicatur. Cum affixo אַמְתַּחְתּוֹ Gen. 42, 27. 43, 21., plur. in regim. אַמְתְּחוֹת Gen. 43, 1., cum affixo אַמְתְּחֹתֵינוּ Gen. 43, 18. 22.

מָתַי Particula interrogandi: *quando?* Gen. 30, 30. Ps. 41, 6. 101, 2. Prov. 23, 32. Job. 7, 4. Am. 8, 5. etc. (arab. مَتَى, chald. מָתַי, syr. ܐܡܬܝ).

אַחֲרֵי מָתַי *post quantum temporis?* Jer. 13, 27., עַד מָתַי *quamdiu, quousque?* Ps. 6, 4., לְמָתַי *id.* Exod. 8, 5. 9.

מַחֹם v. sub rad. חמם.

מָתַן radix Hebr. inusit., arab. متن et syr. ܡܬܢ *firmus, validus fuit.*

מָתְנַיִם m. dual. (arab. متنان, syr. ܡܬܢܳܐ) *uterque lumbus, lumbi* (a *firmitate* et *robore*) Exod. 28, 42. Prov. 31, 17. etc. Intelligitur non *mollior* illa et *laxior* corporis *pars*, quae חֲלָצַיִם, sed potius *dorsi pars*, totius spinae partium crassissimis maximisque vertebris *compacta*, graec. ὀσφύς, in qua magnum viri robur consistit Deut. 33, 11. Nah. 2, 11. Jes. 45, 1. coll. Job. 40, 16., quae cingulo firmari Gen. 37, 34. Exod. 12, 11. 2 Reg. 1, 8. Job. 40, 2. et in qua onera portari solent Ps. 66, 11. Apud Jes. 21, 3. pro sede dolorum parturientium ponitur. — In regim. מָתְנֵי 1 Reg. 12, 10. Jes. 45, 1.

אֵימְתָן m., unde foem. אֵימְתָנִי (pro אֵימְתָנִית) *firma, valida, robusta* Dan. 7, 7.

מָתַק Duplex radix esse videtur: I) *dulcis fuit* vel *factus est* Ps. 19, 11. Prov. 9, 17. Exod. 15, 25. Eccles. 5, 11., metaphor. Job. 21, 33. *dulces ei sunt glebae vallis* (in qua sepultus jacet) i. e. terra ei levis est. Hiph. הִמְתִּיק *dulcem, suavem reddidit* Ps. 55, 15. et intransit. *dulcis fuit* Job. 20, 12. — II) i. q. syr. ܡܨ *suxit* Job. 24, 20. מְתָקוֹ רִמָּה *exsugit eum* (mortuum) *vermis*. Ita Bochartus (Hieroz. III, p. 522.), cui assentitur Umbreitius; satis graviter. Alii: *dulcis* (suavis) *ei est vermis* (מְתָקוֹ pro מָתַק לוֹ cf. Job. 15, 21. Eccles. 8, 15.).

מָתוֹק m. מְתוּקָה f. (Eccles. 5, 11.) *dulcis* Jud. 14, 14. 18. Jes. 5, 20. Cant. 2, 3., trop. Eccles. 5, 11. 11, 7. etc. לְמָתוֹק *in dulce, ad dulcedinem* Ezech. 3, 3. plur. מְתוּקִים Ps. 19, 11.

מֶתֶק m. *dulcedo* Prov. 27, 9., trop. *suavitas* Prov. 16, 21.

מֹתֶק m. *id.* Jud. 9, 11.

מַמְתָּק m., plur. מַמְתַּקִּים *dulcedines, res dulcissimae* Cant. 5, 16. Neh. 8, 10.

מִתְרְדָת nom. propr. virorum e Persia oriundorum Esr. 1, 8. 4, 7., Μιθριδάτης, pers. مهرداد i. e. *a Mithra* (v. Zend Avesta v. Kleuker. III, p. 322. Rhode *heil. Sage* p. 360.) *datus* (cf. Θεοδῶρος, Θεόδοτος). Simil. *Mithrobarzanes* est مهربرز *(altus Mithra)*, *Mithrenes* مهرين *(Mithrae similis)* etc. v. Bohlen. Symbb. p. 23.

מַתָּת v. sub rad. נתן.

נ

נ, quoties *servile* est: 1) *ab initio* a) in nominibus *heemanticum* est, formans verbalia ex Niph. ut נַפְתּוּלִים *luctationes*, נִחְרָצָה *interitus* etc.; b) in verbis *praeformantem* constituit tum personae primae fut. plur., tum totius Conjugationis Niphal. — 2) *in media* voce frequenter per *epenthesin* interponitur: ut יִצְּרֶנְהוּ *custodiebat eum* Deut. 32, 10., יְכַבְּדָנְנִי

honorabit me Ps. 50, 23. v. Gesen. L. p. 206. Sic vero ut plurimum per dagesch forte sequenti litterae inseritur v. Gesen. l. c. p. 207. — 3) *in fine* a) *affixum* foem. 3 pers. plur. constituit; b) in nominibus *heemanticum* est, praecedente kamez aut cholem v. Gesen. l. c. p. 495.; c) apud Chaldaeos inservit exprimendo numero plur. nominum masc. in ין et foem. in ן; d) in verbis per *paragogen* additur afformantibus י et ו.

נָא (syr. ܢܐ) particula (primitiva), qua blandientes et submisse rogantes utuntur fere, ut nostr. *doch.* Additur 1) imperativis, ut lat. *quaeso, amabo, age dum,* gr. δή Gen. 16, 2. בֹּא־נָא *ingredere quaeso, intra dum,* 1 Sam. 15, 25. Num. 20, 10. Jud. 13, 4. Jer. 7, 12. Jes. 1, 18. Gen. 24, 2.; aliquanto submissius rogatur, ubi his imperativis praecedit אָנָּה 2 Reg. 20, 3. אָנָּה יְהוָה זְכָר־נָא, Gen. 50, 17. Jes. 38, 3. Ps. 118, 25.; — 2) futurorum a) primae personae (max. c. he parag.), vel ubi venia rogatur Exod. 4, 18. אֵלְכָה נָּא *eamus quaeso* i. e. si licet, permitte ut eamus 1 Reg. 1, 12. Num. 20, 17. Jes. 5, 1. Exod. 3, 3. Ps. 116, 14., vel, quod longe rarius, ubi quis semet ipsum excitat Cant. 3, 2. *age surgam;* b) secundae et tertiae pers. Gen. 18, 3. אַל־נָא תַעֲבֹר *ne transeas quaeso;* 2 Reg. 2, 9. יְהִי נָא *sit quaeso,* Ps. 124, 1. יֹאמַר־נָא *dicat, obsecro,* Gen. 18, 32. אַל־נָא יִחַר לַאדֹנָי *ne irascatur quaeso dominus,* 1 Sam. 25, 25. Num. 10, 31. Hinc אַל־נָא *ne, quaeso* (hoc facias, fiat) Gen. 19, 18. 33, 10. al.; — 3) particulis: a) אִם *si quidem* Gen. 18, 3. אִם נָא מָצָאתִי חֵן si quidem (quod sperare liceat) *gratiam consecutus sum,* 33, 9. 47, 29. al.; b) הִנֵּה *en quaeso* Gen. 12, 11. 16, 2.; c) אוֹי Jer. 4, 31. 45, 3. Thren. 5, 16. [Sunt, qui hanc vocem a rad. נאה *pulchrum esse* repetant, coll. gr. εὖγε; sed alius est graeci vocabuli usus, alia ratio; nec putem omnino, ejusmodi voculam a verbo oriri; certe aethiop. ንዑ (נע) *age, heus* particula potius primitiva, quam verbi imperativus esse nemini non videbitur].

נָא *crudus* v. sub rad. נוא.

נֹא, plene נֹא אָמוֹן *Diospolis, Thebae Aegypti* Ezech. 30, 14. 15. 16. Jer. 46, 25. Nah. 3, 8. Ita ex auctoritate Lxx. et ex etymologia. Significat enim propr. μερίδα Ἀμμῶν (ut Lxx. habent in Nah.) h. e. *portionem, possessionem* Jovis *Ammonis,* qui ibi colebatur (v. Herodot. IV, 181. Diodor. Sic. 1. §. 52. et 62.): nam copt. NOH est *funis* (mensorius). Cf. Jablonskii Opusc. I, p. 163 sqq.

נֹאד (ex Syriasmo pro נֹאד vel נְאוֹד), semel נאוד (sec. Cthib Jud. 4, 19.) m. *uter (Schlauch),* pr. aquae (coll. rad. arab. نَأَدَ *aqua scatuit, aquam ex se emisit*), deinde aliorum etiam humorum, ut lactis Jud. 4, 19., vini 1 Sam. 16, 20. Ps. 119, 83. Plur. נֹאדוֹת Jos. 9, 4. 13.

נאה Duplex radix: I) *pulcher, decorus fuit* i. q. יאה et נוה. Inde oritur verb. plurilitt. נָאוָה *pulcher* vel *decorus fuit;* plur. נָאווּ (per crasin pro נָאֲווּ) Jes. 52, 7. Cant. 1, 10. — II) i. q. נָוָה *habitavit* v. statim.

נָאָה, plur. נְאוֹת 1) *mansiones (gregum)* h. e. *pascua* Ps. 23, 2. Joël. 1, 19. 2, 22. Ps. 65, 13. Jer. 9, 10. (coll. arab. نَوِيٌ *tractus, quem*

quis peragrat, migratio e loco in locum). 2) *habitacula, habitaculum* Ps. 74, 20. 83, 13. Thren. 2, 2.

נָאוֶה m. (pro נָאֲוָה), נָאוָה f. 1) *pulcher* Cant. 2, 14. 4, 3. 6, 3. 2) *decorus, decens* Prov. 17, 7. 19, 10. 26, 1., sq. לְ Ps. 93, 5. *sanctitas decet domum tuam*, Ps. 33, 1.

נָאַם *dixit*, cujus verbi non occurrit nisi fut. plur. וַיִּנְאֲמוּ Jer. 23, 31. (ubi tamen consulto positum videtur hoc voc., quasi dicas: *sie orakeln*, de iis, qui voc. *Orakel* semper in ore gerunt). Proprie (v. Schultens. in *Clav.* p. 190.) significat *dixit voce submissiore* coll. نَأَمَ *mussitavit*, unde نَئِيم *vox submissa et occulta.*

נְאֻם m. (part. Pahul) *dictum, effatum* vel a) Jovae — sexcenties enim formula נְאֻם יְהוָה utuntur vel angeli vel prophetae, ubi Jovae decreta expondituri sunt Gen. 22, 16. Num. 14, 28. 1 Sam. 2, 30. Jes. 1, 24. 52, 5. Jer. 1, 8. al — vel b) quod divina auctoritate pronunciatur, ut *effatum, vox* prophetae Num. 24, 3. 4. 15. 16., poetae 2 Sam. 23, 1. Prov. 30, 1. Singulare est Ps. 36, 2. נְאֻם פֶּשַׁע i. e. *oraculum, dictum improbitatis* h. e. quod improbi jactare, in ore gerere solent v. Rosenmueller. ad h. l.

נָאַף, fut. יִנְאַף, *moechatus est, adulterium commisit* Exod. 20, 13. Deut. 5, 18. Hos. 4, 2., sq. acc. pers. (mulieris) Levit. 20, 10. Prov. 6, 32., trop. de idolorum cultu (cf. זנה) Jer. 3, 9. *moechata fuit cum lapide et ligno* h. e. diis e lapidibus et lignis excisis. Part. praes. נֹאֵף subst. *moechus, adulter* Levit. 20, 10. Prov. 6, 32., f. נֹאֶפֶת *adultera* Levit. 20, 10., plur. נֹאֲפוֹת Ezech. 16, 38. etc. — Pih. נִאֵף *id.* Ps. 50, 18. Hos. 4, 13. Jer. 23, 14., trop. Jer. 3, 8. Ezech. 23, 37.

נִאֻפִים plur. m. *adulteria* Ezech. 23, 43. Jer. 13, 27.

נַאֲפוּפִים plur. m. *id.* (tertia radicali geminata) Hos. 2, 4.

נָאַץ *sprevit, contemsit*, cum contemtu *rejecit* (نَاصَ med. Vau *retrocessit, declinavit*, in Conj. III. *contra nixus est*, coll. מאס) Jer. 33, 24 (aliquem), Prov. 1, 30. 15, 5 (disciplinam), Ps. 107, 11 (voluntatem Dei) etc. Passim Deus dicitur homines repudiare (v. sub מאס) Thren. 2, 6. Deut. 32, 19. Jer. 14, 21. — Pih. נִאֵץ 1) *sprevit* Ps. 10, 3. 13. 74, 10. Num. 14, 11. 23. Jer. 23, 17. 2) *fecit, ut quis sperneretur, spernendi, calumniandi occasionem dedit* 2 Sam. 12, 14. — Hiph. Eccles. 12, 5. יָנֵאץ הַשָּׁקֵד (ex Syriasmo pro יַנְאִץ, nisi cum Gaabio legend. יִנָּאֵץ) *spernit* (h. e. impers. *spernitur*) *amygdalus*. Ita jubente orationis contextu; vulgo: *floret am.* tanq. a נוץ. — Hithpoh. Jes. 52, 5. מִנֹּאָץ (pro מִתְנֹאָץ, ut recte jam vidit Jarchius, cf. Gesen. L. p. 246.) *contemtus.*

נְאָצָה f. *contemtus, contumelia* 2 Reg. 19, 3. Jes. 37, 3.

נֶאָצָה f. (formae dagessandae) *id.* Plur. נֶאָצוֹת Neh. 9, 18. 26., sed cum affixo נָאָצוֹתֶיךָ Ezech. 35, 12.

נָאַק i. q. אָנַק *clamavit cum gemitu, gemuit* (in reliquis dialectt. non

occurrit, nisi velis נָהַק conferre, quod de *ruditu* asinorum frequentatur) Ezech. 30, 24. Job, 24, 12.

נְאָקָה f. *clamor, gemitus;* in regim. נַאֲקַת Exod. 6, 5., cum affixo נַאֲקָתָם Exod. 2, 24. Jud. 2, 18., plur. נְאָקוֹת, in regim. נַאֲקוֹת Ezech. 30, 24.

נָאַר in Kal inusit., Pih. נֵאֵר *detestatus, exsecratus est* (i. q. ארר) Thren. 2, 7. Praet. 2. p. נֵאַרְתָּה (cum ה paragog.) Ps. 89, 39. Cf. arab. نَارَ med. Vau *abhorruit, aufugit.* [נֵאָרִים Mal. 3, 9. v. sub rad. ארר].

נַאֲשָׁאֵר vid. sub rad. שׁאר.

נֹב *urbs* sacerdotalis in tribu Beniaminit., quae componitur cum Anathoth et Ananja Jes. 10, 32. Neh. 11, 32., c. he paragog. loc. נֹבֶה 1 Sam. 21, 2. 22, 9. v. Relandi *Pal.* p. 910. Cf. infra rad. נוב.

נָבָא in Kal inusit., arab. نَبَأَ *protulit* veluti terra plantas (v. Rosenmueller. ad Psalm. I, p. IV. not.), hinc *protulit verba, nunciavit, indicavit* (i. q. أخبر Scholiasta ad Haririi Consess. VI. ab in.). Sic נָבִיא dictum censebis a *fando, nunciando,* quemadmodum lat. *vates,* gr. φάτης. Sed cum *prophetandi vaticinandique* sensus in passivis tantummodo declinatibus insit (v. Niph. et Hithpah.), conjicere possis, נבא (*proferre*) ad Deum potius referendum esse ex sententia vett. Hebr., quippe qui *nunciet* vatibus, quae palam exponenda sunt; ita ut נִבָּא propr. sit *a Deo agi, divinitus moneri.*

Niph. נִבָּא (pro נִנְבָּא) 1) **vaticinatus est** i. e. *divini numinis decreta nunciavit, effatus est, divina vi locutus est,* sive castigans impios, sive, quod longe frequentius, futura praedicens: a) absolute 1 Reg. 22, 12. Jer. 19, 14. Ezech. 11, 13. Am. 3, 8. Joel. 3, 1. Zach. 13, 3. al., addito בְּשֵׁם יְהוָֹה Jer. 11, 21. 14, 15. 26, 9. 20.; de falsis prophetis Jer. 2, 8. נִבְּאוּ בַבַּעַל *vaticinantur per Baalem* h. e. nomine et auctoritate Baalis; b) adjecto nomine ejus vel terrae, vel populi etc., cui decreta divina denuntiantur, sq. לְ Jer. 14, 16. 23, 16. 27, 16., aut si *poenas* divinas minantur vates, sq. עַל Jer. 25, 13. 26, 20. Ezech. 4, 7. 11, 4. 29, 2., sq. אֶל Jer. 26, 11. 12. 28, 8. Ezech. 6, 2. 13, 16. 21, 2. etc. (paullo aliter Ezech. 37, 9.); c) addito accusativo ejus, quod denunciatur Jer. 20, 1.; de falsis proph. נִבָּא שֶׁקֶר *vaticinari mendacia* Jer. 23, 25. 26. 27, 10., נ׳ חֲלֹמוֹת שֶׁקֶר *falsa somnia* i. e. quae non contigerant divinitus *vaticinari* Jer. 23, 32.; semel sq. לְ Jer. 28, 9. נִבָּא לְשָׁלוֹם *vaticinari de pace* h. e. fausta nuntiare; paullo aliter Ezech. 12, 27. נִבָּא לְעִתִּים רְחוֹקוֹת *vaticinari in tempora remota* h. e. fari ea, quae remota tempora spectant. — 2) *cecinit* laudes Dei (nam poetae etiam divino spiritu agitari credebantur) 1 Sam. 10, 11. 19, 19. 1 Reg. 18, 29. 1 Chron. 25, 2. 3. coll. Luc. 1, 67. Philo de vita Mos. II, p. 173. Ita Cic. *vaticinari carminibus* dixit. — Praet. 2. p. נִבֵּאתָ et נִבֵּיתָ (petita forma a Verbis quiesc. tertia ה) Jer. 26, 9., part. נִבָּא, plur. נִבָּאִים (tanquam a נִבָּא) 1 Sam. 19, 21. 1 Reg. 22, 12. Jer. 14, 14. 16. etc. sic sec. Kri 1 Chron. 25, 1. (ubi Cthib habet נְבִיאִים), alibi regulariter נִבָּאִים Ezech. 13, 2. Inf. c. affixo (forma mixta ex quiescentibus tertia א et ה) הִנָּבְאוֹ Zach. 13, 4.

Hithpah. הִתְנַבֵּא, passim הִנַּבֵּא (Ezech. 37, 10. Jer. 23, 13.) 1) *pro-*

phetam egit vel *se gessit, vaticinatus est* Num. 11, 25. וַיְהִי כְּנוֹחַ עֲלֵיהֶם הָרוּחַ וַיִּתְנַבְּאוּ *et spiritus (divini) participes facti vaticinati sunt* 1 Sam. 10, 6. Ezech. 37, 10., sq. לְ pers. *in aliq.* Jer. 29, 27., sq. עַל 1 Reg. 22, 8. 2 Chron. 18, 17.; בַּבַּעַל ה׳ *nomine Baalis vaticinari* Jer. 23, 13., הַמִּתְנַבְּאוֹת מִלִּבְּהֶן *e sua* (non Jovae) *mente vaticinantes* h. e. falsa vaticinantes. — 2) *furuit, insanivit* 1 Sam. 18, 10. וַתִּצְלַח רוּחַ אֱלֹהִים רָעָה אֶל־שָׁאוּל וַיִּתְנַבֵּא *malo spiritu correptus furuit Saulus.* Ita Jonath. וְאִשְׁתַּטִּי. Scilicet vates spiritu correpti membra corporis mirum in modum agitare solebant, ut similes viderentur delirantibus (v. Eurip. Iphig. Aul. 757 sqq. Hecub. 123. Aeschyl. Agam. 1080 sqq. 1267 sqq.). Hinc Jer. 29, 26. copulantur: מְשֻׁגָּע וּמִתְנַבֵּא (ut ap. Cicer. Sext. 10. *vaticinari et insanire*), hinc graec. *μάντις* originem duxit, ut Plato docet, a *μαίνεσθαι*, hinc *furere, furor* Latinis in utramque partem dicitur. — Praet. 2. p. הִתְנַבֵּיתָ 1 Sam. 10, 6., infin. הִתְנַבּוֹת (forma petita a quiescentibus tertia radicali ה) 1 Sam. 10, 13.

נְבָא chald., unde Ithpahal הִתְנַבִּי *vaticinatus est* Esr. 5, 1.

נָבִיא m. *vates* h. e. *nuncius, interpres* numinis divini, *propheta* (*προφήτης* Dion. Hal. 2, 73. Aristoph. Av. 973.) Num. 12, 6. Jud. 6, 8. 1 Sam. 3, 20. 9, 9. 2 Sam. 7, 2. 1 Reg. 13, 14. al. (arab. نبى, syr. ܢܒܝܐ); etiam *de pseudoprophetis* Ezech. 22, 28. Jer. 2, 8. 6, 13., hinc נְבִיאֵי הַבַּעַל 1 Reg. 18, 25. 40., נ׳ הָאֲשֵׁרָה 1 Reg. 18, 19., נְבִיאִים נְבָלִים Ezech. 13, 3. De prophetarum hebr. originibus et munere v. Wineri Lexic. bibl. II, p. 548 sqq. *Filii prophetarum* vocantur alumni scholarum propheticarum a Samuele institutarum 2 Reg. 2, 3. 5. 4, 1. 5, 22. 6, 1. etc.; passim etiam נְבִיאִים 1 Sam. 10, 10. 19, 20. Singularis est locus Exod. 7, 1. *constitui te* (Mosen) *Deum Pharaoni, sed Aaron erit propheta tuus* h. e. tu eris Dei instar, cujus effata Aaron, tanquam propheta, ad Pharaonem deferat. Ceterum passim נָבִיא latius dictum significat eum, *qui numine divino familiariter utitur*, quem Deus dignum existimavit, cui decreta sua et consilia aperiret Gen. 20, 7. Ps. 105, 15. Cf. J. C. Kallii Dissert. I. et II. de *voce* נביא Havn. 1741. 4. J. F. Rehkopf progr. *de vate scripturae* Helmst. 1772. 4. F. W. Dresde de notione prophetae in Cod. S. Viteb. 1788. 2 Ples 4. Hartmann. Exc. 3. ad Mich. proph. p. 219 sqq. — Cum affixo נְבִיאֲכֶם Num. 12, 6.

נְבִיא m. chald. *id.*, stat. emphat. נְבִיאָה Esr. 5, 1. 6, 14. Plur. stat. emphat. נְבִיאַיָּא Esr. 5, 1. 2., ubi tamen plurimi codices habent נְבִיַּאיָּא, cum א otioso, tanquam ab absoluto נְבִיִּין.

נְבִיאָה f. *prophetissa*, h. e. a) *mulier fatidica* Jud. 4, 4. 2 Reg. 22, 14. Neh. 6, 14.; b) *uxor prophetae* Jes. 8, 3.; c) *poetria* Exod. 15, 20.

נְבוּאָה f. *prophetia, vaticinium* 2 Chron. 9, 29. 15, 8.

נְבוּאָה f. chald. *id.* Esr. 6, 14.

נְבָט v. sub נבט.

נְבוֹ (syr. ܢܒܘ) 1) Deus Babyloniorum Jes. 46, 1. i. e. *Mercurius*, Saturni scriba hominumque censor (pr. *nuncius* coll. נבא) v. Norberg. Onomast. Cod. Nasar. p. 95 sqq. add. Gesen. in Jes. II, p. 344. 366. Ab hoc vocabulo incipiunt multa virorum nomina, de quibus statim. 2) mons trans Jordanem altissimus Deut. 32, 49. 34, 1. 3) urbs vicina Rubenitarum Num. 32, 3. 38. Jes. 15, 2. (v. Gesen. ad h. l.) Jer. 48, 1. 22.

4) urbs in tribu Juda Esr. 2, 29. 10, 43., quae, ut a priore distinguatur, dicitur נְבוֹ אַחֵר *Nebo altera* Neh. 7, 33. v. Relandi *Palaest.* p. 908. 342.

Huc pertinent tria virorum assyr. nomina:

נְבוּזַרְאֲדָן 2 Reg. 25, 8. Jer. 39, 9. 40, 1. 52, 12. etc. i. e. vel *Nebo* (est) *dominus* (אדן i. q. אָדוֹן) coll. hebr. אֲדֹנִיָּה, vel *Nebo* (est) *sapiens* coll. pers. دان.

נְבוּכַדְנֶאצַּר et contr. נְבוּכַדְנֶצַּר, ap. Jerem. (21, 2. 32, 1. 52, 28. etc.) נְבוּכַדְרֶאצַּר rex Assyriorum 2 Reg. 24, 1. 11. 2 Chron. 36, 7. Esr. 2, 7. Dan. 1, 18. 3, 1. al., Lxx. Ναβουχοδονόσορ, Ναβουχοδονόσορος. Significat auctore Lorsbachio (*Archiv f. morgenl. Liter.* II, p. 247.): *Nebo* (est) *Deorum princeps*, pers. نبو خدان سر.

נְבוּשַׁזְבָּן Jer. 39, 13. i. e. *assecla Nebonis* coll. pers. جَسْبَان *assecla*.

נָבוּב v. sub rad. בוב.

נְבִזְבָּה f. chald. Dan. 2, 6. *donum, praemium.* Derivant a rad. chald. בִּזְבֵּז *expendit, erogavit,* ut sit pro נְבִזְבְּזָה, sed unde sic נ? hoc enim apud Hebraeos verbalia ex sola conjugatione Niph. format. Videtur potius esse vox peregrina et quidem persica coll. نوازان et نوازا *donatio* (v. Bohlen. Symbol. p. 26.). Alii corruptam putant ex graeco νόμισμα, *numisma, pecunia,* permutatis *b* et *m* literis; sed hoc alienum ab isto loco. — Plur. נְבִזְבְּיָן (tanquam à נְבִזְבָּה), unde cum affixo נְבִזְבְּיָתָךְ Dan. 5, 17.

נָבַח *latravit* (verbum ὀνοματοπεποιημένον, arab. نبح et syr. ܢܒܚ *id.*) Jes. 56, 10.

נֹבַח nom. propr. 1) viri Manassitae Num. 32, 42. 2) oppidi in Gileaditide ab illo nominati Jud. 8, 11.

נִבְחַז nom. *idoli Avvaeorum*, figurâ caninâ, a נָבַח *latravit* (adjecta lit. ז, v. Norberg. Onomast. p. 99.), quod certis temporibus gravi latratu aures implere credebatur, et fortasse implevit, siquidem figura ejus cava, eaque columnae cavae imposita fuit, ut fraudi sacerdotum locus esset. Supersunt adhuc in ipsa Syria et Phoenice, in qua regione Avvaei habitabant, certa hujus idoli vestigia. Scilicet trium circiter horarum spatio ab urbe Beryti in via Tripolim ducente mons erigitur, in quo ingentis magnitudinis canis, columnae insistens, collocatus olim fuit, qui, cum periculum aliquot immineret, immani illud latratu annunciaret. Hodie quidem in mare projectus est, sed ejus adhuc reliquiae visuntur. Ab hoc cane, regionis custode, fluvius propter hunc montem defluens nomen نهر الكلب, נהר כלב *fluvii canis* accepit, et in hunc usque diem servat, Graecis et Latinis *Lycus* dictus, fortasse quod ob formae similitudinem canis iste a multis praeternavigantibus habebatur pro *lupo.* — In libris Sabaeorum *Nibchas* appellatur *dominus caliginis,* rex infernalis v. Norberg. Onomast. p. 100. Add. Conr. Iken in *Dissert. de Nibchas idolo Avvaeorum,* in *ej.* dissertatt. p. 143 sqq.

נָבַט in Kal inusit., Pih. נִבַּט (semel Jes. 5, 30.) et Hiph. הִבִּיט 1) *spectavit, intuitus est* Jes. 18, 4. Job. 36, 25. Prov. 4, 25., sq. vel acc. Job. 35, 5.

1 Reg. 18, 43. vel אֶל (*nach, auf etw.*) Jes. 51, 6. Zach. 12, 10. Exod. 3, 6. vel לְ Jes. 5, 30. Ps. 104, 32. Ubi אַחֲרֵי sequitur, est *abeuntem prospectare, jem. nachsehen* Exod. 33, 8. (sed reflex. הִבִּיט אַחֲרָיו *respexit, retro spectavit* Gen. 19, 17. 1 Sam. 24, 9), sq. מֵאַחֲרֵי פ׳ *a tergo alicujus,* quem sequeris, *respicere* Gen. 19, 26. (non male Kimchius: uxor ejus, quae pone eum erat, respexit); sq. בְּ oculis quasi haesit in, h. e. *cum voluptate aliquid intuitus est,* aspectu rei delectatus est Ps. (22, 18.) 92, 12. (v. חזה et ראה); eod. sensu sq. עַל Hab. 2, 15. Translate dic. triplici modo: a) ut sit i. q. *respexit, curavit* aliquid, aliquem, *rationem habuit* alicujus, sq. acc. Thren. 4, 16. Am. 5, 22. Ps. 84, 10. הַבֵּט פְּנֵי מְשִׁיחֶךָ *respice unctum tuum,* sq. אֶל Jes. 22, 11. 2 Reg. 3, 14. 1 Sam. 16, 7. Ps. 119, 6., sq. לְ Ps. 74, 20.; b) i. q. *spem posuit* in aliquo, sq. אֶל Ps. 34, 6. (lat. etiam *respicere* aliquem); c) i. q. *patienter tulit,* sq. vel acc. vel אֶל Hab. 2, 3. 13. Ps. 5, 5. (*geduldig ansehn*). — 2) *conspexit, vidit* 1 Sam. 2, 32. Jes. 38, 11. Num. 12, 8. Ps. 10, 14., הִבִּיט אָוֶן בְּ *videre, animadvertere peccatum in al.* Num. 23, 21.

מַבָּט (pro מִנְבָּט) m. *respectus* i. e. objective *id in quo spes collocatur, praesidium, spes* Jes. 20, 5. 6.

מֶבָּט (pro מִנְבָּט) m. *exspectatio* Zach. 9, 5.

נְבָיוֹת *Nabathaei,* gens Ismaelitica, quae sedes habuit in Arabia petraea Gen. 25, 13. 28, 9. Jes. 60, 7. 1 Chron. 1, 29. arab. نَبَطٌ, نَبِيطٌ, gr. Ναβαταῖοι (1 Macc. 9, 35. 12, 31. Diod. Sic. 3, 42. Strabo 16, 4. Plin. H. N. 12, 17.); eorum terra appellatur Ναβατηνή, Ναβαττις, cf. Reland. Palaest. p. 90 sqq.

נֵבֶךְ m. Job. 38, 16. vel (ut Schultensius voluit) i. q. نَبَكٌ *collis, tumulus acuto vertice* (a نبك *altus fuit,* in Conj. VIII. إِنْتَبَكَ *eminuit, editus fuit*) vel (ex auctoritate Lxx.) *fons,* coll. نبع et נבג chald. *scaturivit, erupit* (v. infra נבע).

נָבֵל gener. *flaccidum, marcidum, debilem esse* vel *fieri,* hinc spec. 1) *marcescere, prae flacciditate et marcore decidere* Jes. 40, 7. 8. Jer. 8, 13. (de foliis, floribus etc.), translate de *hominibus,* qui defatigati concidunt Exod. 18, 18., vel pereunt Ps. 18, 46., it. poet. de rebus, quae pereunt Job. 14, 18. (ubi v. Umbreit.) coll. Jes. 34, 4. — 2) *stultus (debilis consilio et mente) fuit* Prov. 30, 32. — Pih. נִבֵּל 1) *vilipendit, despexit* Deut. 32, 15. (cf. حمق *stultus fuit,* in Conj. VII. *viluit, abjectus evasit,* ماق *vecors, fatuus fuit,* it. *levis pretii fuit* etc.). 2) *deturpavit, foedavit, contumelia affecit* Jer. 14, 21. Nah. 3, 6. Mich. 7, 6.

נָבָל m., נְבָלָה f. (Job. 2, 10.) propr. *emarcidus, imbecillis, debilis,* hinc 1) *stultus* (conf. نَغْبٌ *vir debilis et fatuus,* et نَغَبَةٌ *debilitas et stultitia,* نَجْحٌ *flaccus, debilis,* it. *fatuus,* نَغْعَ *fatuus*) Jer. 17, 11.

Prov. 30, 22. — 2) frequentius *impius, sceleratus* (opp. τῷ חָכָם Deut. 32, 6.; Hebraei enim veram sapientiam non tam in intellectu quam in animo sanctitatis exemplar sectante positam putabant) Job. 2, 10. 2 Sam. 13, 13. Deut. 32, 6. 1 Sam. 25, 25. Ps. 14, 1. 74, 18. Ezech. 13, 3. Jes. 32, 5. 6. Prov. 17, 7. etc.

נְבָלָה f. 1) *stultitia* Job. 42, 8., quem locum bene explicuit Umbreitius. — 2) *nequitia, improbitas* 1 Sam. 25, 25., object. *scelus, crimen* (v. supra נָבָל) Jud. 20, 6. 10 2 Sam. 13, 12. Jes. 9, 17., max. *flagitium, incestus,* quo pertinet formula עָשָׂה נְבָלָה בְּיִשְׂרָאֵל *flagitium commisit in Israele* Gen. 34, 7. Deut. 22, 21. Jos. 7, 15. Jer. 29, 23.

נְבֵלָה f. *cadaver* (v. sub rad. 1.) et hominum et animalium (نَبِيلَة) Levit. 7, 24. Deut. 14, 21. 1 Reg. 13, 24. 25. 28. etc. Passim collect. *cadavera* Levit. 12, 11. Jes. 26, 19.; trop. Jer. 16, 18. *cadaver idolorum* h. e. idola vita carentia, quae non sunt nisi trunci. — In regim. נִבְלַת Levit. 5, 2. 1 Reg. 13, 29., cum Jod paragog. נְבֵלָתִי Jes. 26, 19. manente Zere; sed cum affixis נִבְלָתוֹ Deut. 21, 22., נִבְלָתָם Levit. 11, 8. 11. etc.

נַבְלוּת f. *turpitudo, ignominia* Hos. 2, 12. (Lxx. ἀκαθαρσία); all. praeeunte Michaele: *membrum pudendum sed emarcidum.*

מַבּוּל v. sub rad. יבל.

נֵבֶל et נֶבֶל m. 1) *lagena, cadus, urceus (fictilis)* Jes. 30, 14. Thren. 4, 2., in quo vinum conditur 1 Sam. 10, 3. 25, 18. Jer. 13, 12. etc. Non reperitur hoc voc. in ceteris dialectis, nec, unde ductum sit, liquet; trop. נִבְלֵי שָׁמַיִם Job. 38, 37. i. e. *nubes.* — 2) instrumentum *musicum* Ps. 33, 2. 57, 9. 144, 9. 150, 3. Jes. 5, 12. Am. 5, 23. it. כְּלִי נֶבֶל Ps. 71, 22. Graec. et Latin. *nabla, naula, nablium,* (nam νάβλα barbarum vocabulum est v. Strabo lib. 10., secundum Athenaeum lib. 4. a Phoenicibus ad Graecos translatum), sic dictum, quod ventre et collo suo *lagenam* sive *urceum* quodammodo referret, fere ut nostra *chelys* sive *testudo.* Josephi aetate nablium duodecim chordis instructum erat et digitis carpebatur (contra vero κίνυρα decem chordis instructa plectro pulsabatur v. sub כִּנּוֹר) Joseph. *Ant.* lib. 7. c. 10. Sed alia hujus instrumenti ratio antiquo tempore fuisse potest. Plur. נְבָלִים 2 Sam. 6, 5. Neh. 12, 27. et כְּלֵי נְבָלִים Jes. 22, 24. 1 Chron. 16, 5.

נְבַלָּט urbs Benjaminitica Neh. 11, 34. Simon. conflatum putat ex נָוֶה בַּלָּט i. e. *habitaculum in occulto.*

נָבַע *scaturivit, ebullivit, copiose emanavit,* de fontibus Prov. 18, 4. (نبع *id.*). — Hiph. הִבִּיעַ *ebullivit* active h. e. *copiose emanare fecit, effudit* trop. Prov. 1, 23 (spiritum), Ps. 119, 171 (laudes), in malam part. *eructavit* Prov. 15, 2 (stultitiam), 15, 28 (mala, perniciosa) coll. Ps. 59, 8. 94, 8., hinc *evulgavit, indicavit, nunciavit* (arab. نبع *manifesta evasit* res, syr. Aph. ܐܒܥ *evulgavit*) Ps. 78, 2. 145, 7., sq. לְ Ps. 19, 3. In explicando loco Eccles. 10, 1. זְבוּבֵי מָוֶת - - יַבִּיעַ שֶׁמֶן magnopere dissident inter se viri docti; vertas vel: *ebullire* h. e. *fervere faciunt unguentum* vel: *manare faciunt, liquant,* ut nuper Umbreitius.

מַבּוּעַ m. *scaturigo, fons* (منبع *scatebra bullas ciens*) Eccles. 12, 6. Jes. 35, 7. 49, 10.

נָבַר vid. rad. ברר.

נֶבְרְשְׁתָּא f. chald. Dan. 5, 5. *lychnuchus, lucerna*, ut نبراس. Cf. syr. pluriliit. ܢܒܪܫ *luxit, micuit*, unde ܢܒܪܫܬܐ *flamma, lychnuchus, lucerna.*

נִבְשָׁן urbs in tribu Juda Jos. 15, 62. cf. בשן.

נגב rad. inusit., syr. ܢܓܒ *exsiccavit* (cf. etiam Targ. Cant. 1, 9. et Mischn.), chald. et sam. *aruit, exsiccatus est*. Inde oritur:

נֶגֶב m. propr. *siccitas, ariditas*, hinc *auster, meridies, plaga meridionalis* Exod. 27, 9. Num. 34, 3. Jos. 15, 4. Jes. 21, 1.; אֶרֶץ נֶגֶב vel נֶגֶב *terra australis* Jos. 15, 19. Ps. 126, 4.; spec. a) *Aegyptus* Jes. 30, 6. Dan. 11, 5. 6. 9. etc.; b) *terra australis Judaeae* Jos. 15, 21 sqq. Gen. 12, 9. 13, 2. 20, 1. 24, 62. Num. 13, 17. 29. Deut. 1, 7. Jud. 1, 9. Obad. 20. i. e. tractus ille meridianus Canaanis, qui tribui Judae postea cessit. — Cum ה *locali*, נֶגְבָּה *meridiem versus* Exod. 26, 18. Jos. 15, 1. 2., sq. לְ Jes. 17, 9. vel מִן Jos. 18, 13. *a meridie* alicujus loci; cum praefixis בַּנֶּגְבָּה *in* (loco vel tractu) *versus meridiem* Jos. 15, 21., לַנֶּגְבָּה *ad* (locum vel tractum) *versus meridiem* 1 Chron. 26, 17., מִנֶּגֶב *a meridie* Jos. 19, 34. 1 Sam. 14, 6. Etiam נֶגֶב, omisso praeverbio, passim est *meridiem versus, a meridie* Jos. 19, 8. Zach. 14, 10. al.

נגד in Kal inusit.; sed ex usu rad. نجد apud Arabes significasse videtur: *eminuit, elatum fuit, clarum fuit ante oculos* (v. נֶגֶד), hinc *manifestum fuit.* — Hiph. הִגִּיד *manifestum fecit, ob oculos posuit*; hinc 1) *nunciavit* 2 Reg. 4, 31. 6, 13. Jes. 36, 22. Jer. 36, 16. sq. לְ pers. 2) *indicavit* Esr. 2, 59. Job. 15, 18., sq. dat. pers. Gen. 3, 11. Jer. 42, 20. 1 Reg. 1, 20. Jud. 13, 6. Gen. 46, 31. Mich. 6, 8 (ubi הִגִּיד impers. dictum), sq. acc. pers. Ezech. 43, 10.; etiam de Deo, qui prophetis aliquid indicat 2 Reg. 4, 27. Jer. 42, 3.; — spec. aliquem hosti indicare h. e. *prodere* Job. 17, 5., *somnium* vel *aenigma indicare* h. e. *explicare, solvere* Gen. 41, 24. Jud. 14, 19.; Job. 21, 31. מִי יַגִּיד עַל־פָּנָיו דַּרְכּוֹ *quis ejus facta ipsi in faciem indicabit* h. e. exprobrabit? 3) *declaravit, illustravit* (*ins Licht stellen* Ps. 97, 6. 111, 6., hinc *praedicavit, celebravit* Ps. 9, 12. 40, 6. 71, 17. 92, 3. 4) *professus*, palam *testatus est* Deut. 26, 3. Jes. 48, 6., *confessus est* Ps. 38, 19. Part. מַגִּיד, foem. מַגֶּדֶת Esth. 2, 20., infin. cum praefixo ל excluso ה, לַגִּיד Ctiib 2 Reg. 9, 15. — Hoph. הֻגַּד *nunciatum est* Gen. 22, 20. Exod. 14, 5., *indicatum est* Jos. 9, 24. Ruth. 2, 11., sq. לְ.

נְגַד chald. propr. *traxit, protraxit*, ut syr. et sam. (in Targ. i. q. hebr. מָשַׁךְ, talm. *extendit*), deinde *protraxit se* h. e. *processit, permanavit* Dan. 7, 10.

נָגִיד m. 1) *praestans, eximius, nobilis* (q. *eminens* v. sub rad.) Prov. 8, 6. נְגִידִים אֲדַבֵּר eximia *dicam*, proferam. — 2) subst. *dux, princeps* (arab. نجيد, syr. ܢܓܝܕܐ *antecessor, dux*) a) in univ. Job. 31, 37.; b) de

praefectis templi 1 Chron. 9, 11. 2 Chron. 31, 13. Neh. 11, 11., palatii regii 2 Chron. 28, 7., de ducibus militum 1 Chron. 13, 1. 2 Chron. 32, 21.; c) de ipsis regibus 1 Sam. 9, 16. 10, 1. 2 Sam. 6, 21. 1 Reg. 1, 35. Jes. 55, 4. Ps. 76, 13. al.

נֶגֶד m. pr. *id quod in conspectu, coram positum* atque adeo *oppositum est,* hinc מִנֶּגֶד *ex opposito, e regione,* לְנֶגֶד *in oppositum, contra* (v. infra), sed alibi in particulam abit: 1) *coram, in conspectu* Exod. 34, 10. Jos. 8, 35. 1 Sam. 12, 3. Ps. 23, 5. 1 Reg. 21, 10., רָעָה נֶגֶד פְּנֵיכֶם *malum coram vobis est* h. e. malum meditamini, molimini Exod. 10, 10., נֶגֶד הַשֶּׁמֶשׁ *coram sole* i. e. dum in coelo manet, priusquam occidat Num. 25, 4., trop. חוֹמֹתַיִךְ נֶגְדִּי *muri tui in conspectu meo,* ob oculos, menti mihi obversantur Jes. 49, 16., הֲלֹךְ נֶגֶד הַחַיִּים *incedere (vivere) coram viventibus* h. e. ita vivere, ut non fugiendus tibi sit hominum conspectus, Eccles. 6, 8. — 2) *e regione* Exod. 19, 2. Jos. 3, 16. Neh. 3, 10., *versus* Dan. 6, 11. — Cum affixis נֶגְדִּי Ps. 38, 18., נֶגְדְּךָ Gen. 47, 15., נֶגְדּוֹ 2 Sam. 22, 13., נֶגְדָּם Neh. 12, 37. etc.; c. ה parag. Ps. 116, 14. 18.

Cum praefixis: 1) כְּנֶגֶד Gen. 2, 18. 20. *faciam ei auxilium* כְּנֶגְדּוֹ h. e. talem uxorem, quae esse possit quasi e regione ipsius h. e. quae ipsi accommodata sit. Alii post Lud. de Dieu ex propria voc. signific. *secundum anteriora* (pudenda) *ejus* v. Rosenmueller. — 2) לְנֶגֶד a) *coram, in conspectu* 2 Reg. 1, 13., לְנֶגֶד עֵינֵי פ׳ *in conspectu alicujus* Ps. 18, 25. 101, 7.; b) *e regione* Jos. 5, 13. 1 Chron. 5, 11., *contra* Dan. 10, 13. Prov. 21, 30.; c) Neh. 12, 9. אֲחֵיהֶם לְנֶגְדָּם לְמִשְׁמָרוֹת *fratres eorum respondentes ipsis ad* agendas *custodias (ihnen entsprechend)*; d) Neh. 11, 22. פְּקִיד הַלְוִיִּם לְנֶגֶד מְלֶאכֶת בֵּית־הָאֱלֹהִים *praefectus Levitarum circa (für, hinsichtlich) opera,* ministeria *domus Dei.* — 3) מִנֶּגֶד a) de iis, quae, cum e regione alicujus rei posita essent, inde removentur *(vor-weg)* Jes. 1, 16. Prov. 14, 7. Jon. 2, 5. Am. 9, 3.; b) *procul a* Ps. 38, 12.; c) *e regione* Gen. 21, 16. 2 Reg. 2, 15. Deut. 28, 66. וְהָיוּ חַיֶּיךָ תְּלֻאִים לְךָ מִנֶּגֶד *erit vita tua suspensa tibi e regione* h. e. in praesentissimo vitae discrimine versaberis; d) *contra* 2 Sam. 18, 13. Jud. 20, 34.

נֶגֶד chald. *coram, e regione,* ut נֶגֶד יְרוּשְׁלֶם *e regione Hierosolymorum* Dan. 6, 11.

נֻגָה, יַגֶּה Thren. 3, 33. v. sub rad. יגה.

נָגַהּ *splenduit, fulsit* (نَجَهَ *eminuit* et *emicuit* sol oriens, *ortus est* sol) Jes. 9, 2. Job. 22, 28. Fut. יִגַּהּ Job. 18, 5. — Hiph. הִגִּיהַּ *splendere fecit* (lucem suam) Jes. 13, 10., *illustravit* 2 Sam. 22, 29. Ps. 18, 29.

נֹגַהּ f. 1) quilibet *splendor, fulgor,* veluti ignis Jes. 4, 5., solis 2 Sam. 23, 4. max. orientis Prov. 4, 18. Jes. 62, 1. (coll. ܢܘܓܗܐ *aurora,* ܢܓܗܐ *tempus diluculi,* ܐܢܓܗ *totam noctem usque ad diluculum aliqua in re perseveravit*), lunae Jes. 60, 19., stellarum Joel. 2, 10., gladii Hab. 3, 11., numinis divini, quod conspiciendum se praebet Ezech. 10, 4. Hab. 3, 4.; — trop. Am. 5, 20. *non est* (diei Jovae) *splendor*, tristis enim erit et calamitosus, adde Jes. 50, 10. 60, 3. Cum affixo נָגְהָם Joel. 2, 10.

נְגַהּ f. chald. *splendor, lux,* stat. emphat נָגְהָא Dan. 6, 20.

נְגֹהָה f. *id.,* plur. נְגֹהוֹת Jes. 59, 9.

נגח cornu *feriit* Exod. 21, 28. 31. 32. — Pih. נִגַּח id. Dan. 8, 4. Ezech. 34, 21., trop. de gentibus bellicosis Deut. 33, 17. 1 Reg. 22, 1. 2 Chron. 18, 10. — Hithpah. הִתְנַגַּח propr. *alter alterum* cornu *feriit,* metaphor. *proeliatus est, dimicavit* (ita Gr. Ar. Vulg.) Dan. 11, 40.

נַגָּח m. *petulcus, cornupeta* Exod. 21, 29. 36.

נגל radix inusit., arab. نجل *confodit ampliore vulnere, fidit, secuit, vulneravit,* aethiop. ሰቀለ: *abscidit, resecuit,* ג et ק literis invicem permutatis. Inde est

מַגָּל m. *falx messoria* Jer. 50, 16. Joël. 4, 17., arab. مِنْجَل *falx messoria,* et omnis cuspis amplum vulnus infligens.

נגן *pulsavit,* propr. instrumentum musicum (digitis vel plectro), ut graec. κρούειν, *fidibus cecinit* (cogn. arab. وجن, graec. πλήσσειν, *ferire, tundere* vid. E. Scheid. ad Jes. 38. p. 300). Partic. praes. plur. נֹגְנִים Ps. 68, 26. — Pih. *id.* 1 Sam. 14, 17. 16, 16. 23. 2 Reg. 3, 15. Ps. 33, 3. Jes. 38, 20.

נְגִינָה f. 1) *pulsatio* instrumentorum musicorum, *cantus fidium* Jes. 38, 20. Thren. 5, 14. — 2) *instrumentum pulsatile* Ps. 4. 6. 54. 55. 61 67. Hab. 3, 19. etc. — 3) *ode, canticum, psalmus* Ps. 77, 7. Thren. 3, 14.; Job. 30, 9. נְגִינָתָם הָיִיתִי *canticum eorum* (fabula, dicterium) *factus sum* v. מָשָׁל.

מַנְגִּינָה f. *carmen, dicterium* Thren. 3, 63.

נגע 1) **tetigit, attigit** a) propr. sq. בְּ (*rühren an, berühren*) Levit. 5, 3. Exod. 19, 12. Num. 19, 11. Deut. 14, 8. al., sq. עַל Jes. 6, 7. Deut. 10, 16., sq. אֶל Num. 4, 15. Spec. *mulierem tangere* de concubitu Prov. 6, 29. sq. בְּ, Gen. 20, 6. sq. אֶל (ita lat. *tangere* et gr. ἅπτεσθαι 1 Cor. 7, 1.). Transl. *alicujus animum* (לֵב) *tangere,* movere 1 Sam. 10, 26. — Saepe gravius dicitur: *feriit, percussit* Gen. 32, 33., hinc *aliquem percutere* i. e. vim ei inferre sq. בְּ Gen. 26, 11. Jos. 9, 19. Zach. 2, 12. Jer. 12, 14., sq. suff. Ruth. 2, 9., hinc formula: *manus Jovae tangit, percutit aliquem* i. e. plaga, calamitate afficit sq. בְּ Job. 19, 21. 1 Sam. 6, 9., hinc נָגוּעַ *afflictus, calamitate percussus* Ps. 73, 14. — b) sensu locali 1 Reg. 6, 27. כְּנַף הַכְּרוּב נֹגַעַת בַּקִּיר *ala Cherubi tetigit* (*stiess an*) *murum;* alibi sq. אֶל Jer. 51, 9. coll. 2 Chron. 28, 9., sq. עַד Mich. 1, 9. Jes. 16, 8. Jer. 4, 10. *pertingere* (*usque*) *ad.* Hinc c) calamitates dicuntur נָגַע עַל *attingere aliquem* (*treffen*) Jud. 20, 41. coll. Job. 4, 5. atque sic existit altera haec significatio: 2) *pervenit,* perlatus est, sq. אֶל *ad* aliq. Jon. 3, 6. וַיִּגַּע הַדָּבָר אֶל־מֶלֶךְ *pervenit, perlata est haec res ad* regem, sq. בְּ 2 Sam. 5, 8. — 3) in libris posterioribus: *advenit* (tempus) Esr. 3, 1. Neh. 7, 73. Cf. מצא. Praet. plur. cum affixo נְגַעֲנוּךָ Gen. 26, 29., part. foem. נֹגַעַת Num. 19, 22., infin. נְגֹעַ Gen. 20, 6. Jos. 9, 19. et defective גַּעַת 2 Sam. 14, 10. Ezech. 17, 10., cum affixo נָגְעוֹ Levit. 15, 23., imp. גַּע Ps. 141, 5., fut. יִגַּע etc.

Niph. Jos. 8, 15. וַיִּנָּגְעוּ יְהוֹשֻׁעַ וְכָל־יִשְׂרָאֵל לִפְנֵיהֶם *tactos* h. e. *caesos*

se simularunt (v. Gesen. L. p. 239.) *Josua et omnis exercitus Isr.* — Pih. *tetigit* h. e. *feriit, plagâ affecit* 2 Chron. 26, 20. Gen. 12, 17. 2 Reg. 15, 5. Pyh. *plagis affectus est* Ps. 73, 5. — Hiph. הִגִּיעַ 1) caussat. *tangere, attingere fecit* a) הִגִּיעַ לָאָרֶץ Thren. 2, 2., ה׳ עַד עָפָר Jes. 26, 5., לָאָרֶץ עַד עָפָר ה׳ Jes. 25, 12. *solum, pulverem tangere fecit* muros, munimenta i. e. *destruxit, funditus evertit;* b) Jes. 5, 8. הוֹי מַגִּיעֵי בַיִת בְּבַיִת *vae illis, qui domum tangere domum faciunt* h. e. qui continuam domorum seriem arripiunt. — 2) a) *tetigit* (*berühren*) Exod. 4, 25. sq. לְ, Exod. 12, 22. sq. אֶל, Jer. 1, 9. Jes. 6, 7. sq. עַל (עַל־פֶּה), etiam sensu locali *attigit, pertigit ad* al. sq. לְ Gen. 28. 12. 2 Chron. 3, 11. Job. 20, 6., et de calamitatibus (*treffen*) sq. אֶל Eccles. 8, 14., sq. עַל Jes. 8, 8., hinc *assequi* Levit. 5, 7. *manus mea attingit aliquid* h. e. comparo, acquiro mihi; b) *pervenit ad* aliquem sq. אֶל 1 Sam. 14, 9. vel ad aliquid sq. לְ Esth. 4, 14. (*ad principatum pervenire*), it. *perlatus est* (nuntius) Esth. 9, 26. sq. עַל, Esth. 4, 3. sq. acc.; c) *advenit* Esth. 6, 14., de tempore (v. Kal) Eccles. 12, 1. Ezech. 7, 12.

נֶגַע m. *percussio, plaga* Prov. 6, 33. 2 Sam. 7, 14. Deut. 17, 8., inpr. Dei Gen. 12, 17. Ps. 89, 33. 1 Reg. 8, 37. Exod. 11, 1., spec. *lepra* (plene נֶגַע צָרַעַת Levit. 13, 3. 9.) tam *hominis* Levit. 13, 9. 17. 20. 29. 45. 46., quam *vestis* Levit. 13, 47., metonym. *homo plaga affectus* Levit. 13, 4. 31. — Cum affixo נִגְעִי Ps. 39, 11., plur. נְגָעִים Gen. 12, 17.

נָגַף 1) *feriit, percussit, cecîdit* Exod. 21, 22. 35. Alibi trop. Deus dicitur *percutere, caedere* vel populum 1 Sam. 4, 3. נְגָפָנוּ יְהוָֹה לִפְנֵי פְלִשְׁתִּים *percussit nos per Philistaeos* h. e. fecit, ut cladem nobis inferrent Phil. 2 Chron. 13, 15. 21, 14. — vel singulos homines (i. e. plaga, morbo, morte afficere) Exod. 12, 23. 1 Sam. 26, 10. 25, 38. Jes. 19, 22. — vel denique terram Exod. 7, 27. *fines tuos ranis affligam.* — 2) *offendit, impegit* (*anstossen*) Prov. 3, 23., sq. בְּ Ps. 91, 12. — Niph. נִגַּף *caesus est* (exercitus), sq. לִפְנֵי *ab aliquo* 2 Sam. 10, 15. Levit. 26, 17. Deut. 28, 25. Jud. 20, 39. 2 Reg. 8, 33. 2 Chron. 6, 24. Infin. absol. נִגּוֹף Jud. 20, 39. — Hithpah. *impegit* (*sich stossen*) Jer. 13, 16.

נֶגֶף m. 1) *percussio, plaga* (a Deo inflicta) Exod. 12, 13. Num. 8, 19. 17, 11. 12. Jos. 22, 17. — 2) *offensio* Jes. 8, 14. אֶבֶן נֶגֶף *lapis offensionis* h. e. *lapis, cui pes impingit.*

מַגֵּפָה f. 1) *plaga* (divina) Exod. 9, 14. Num. 17, 13. 15. Ps. 106, 29. etc., in regim. מַגֵּפַת Zach. 14, 15. 2) *clades* 1 Sam. 4, 17.

נָגַר *traxit*, reflex. *fluxit*, ut aram. נְגַר; Niph. נִגַּר 1) *effusus, diffusus est, diffluxit* 2 Sam. 14, 14. Thren. 3, 49. עֵינִי נִגְּרָה *oculus meus diffluit* sc. lacrimis, Job. 20, 28. נִגָּרוֹת בְּיוֹם אַפּוֹ *diffluentia* (sunt, diffluunt) *bona ejus die irae.* 2) *expansus est* Ps. 77, 3. (sicut نجع *expansus est,* it. *fusus, effusus est,* in Conj. VII. *fluxit, se diffudit*, cf. infra נהר). — Hiph. 1) *fluere fecit, fudit, effudit* Ps. 75, 9. 2) *detrusit* Mich. 1, 6. 3) הִגִּיר עַל יְדֵי חֶרֶב *projecit, tradidit gladio* Ps. 63, 11. Jer. 18, 21. Ezech. 35, 5. Hoph. הֻגַּר *diffluxit, diffusus est* Mich. 1, 4. — Caeterum vid. quomodo hanc radicem illustret Schultens. de *defect. ling. hebr.* §. 68 sq. et in *vindic. origin. hebr.* p. 150 sq.

נָגַשׁ et Niph. נִגַּשׁ 1) *appropinquavit, accessit* Gen. 33, 7. Deut. 20, 2. Jos. 8, 11. Gen. 27, 21. גְּשָׁה נָּא *accede quaeso;* ad aliq. sq. אֶל Levit. 21, 23. Num. 8, 19. 32, 16., sq. לְ Jud. 20, 23., sq. עַל Ezech. 44, 13., sq. עַד Jud. 9, 52. Gen. 33, 3. (usque ad), semel c. acc. loci Num. 4, 19. Spec. a) אֶל־הַמִּשְׁפָּט *in jus ire, in forum pergere* Deut. 25, 1. Exod. 24, 14.; b) אֶל־אִשָּׁה *ad uxorem accedere* h. e. coire Exod. 19, 15. (v. קָרַב, gr. προσέρχεσθαι γυναικί); c) אֶל־יְהוָֹה *ad Jovam accedere* Exod. 19, 23. Ezech. 44, 13. de sacerdotibus, qui sacris operantur, Jes. 29, 13. Jer. 30, 31. de pietate in Deum. — Sq. בְּ passim est *attingere aliquid, junctum esse c. aliq. (sich anschliessen)* Job. 41, 8. de squamis crocodili: אֶחָד בְּאֶחָד יִגַּשׁוּ *una alteri juncta est,* inhaeret, Am. 9, 13. *arator messorem attinget* h. e. nullum erit arationem inter et messem interjectum tempus. — 2) *recessit* (v. סוּר et קָרַב) Gen. 19, 9. גֶּשׁ־הָלְאָה *recede illuc,* Jes. 49, 20., ubi Hieron. interpretatur: *fac spatium mihi* ut habitem. Lxx. ποίησόν μοι τόπον. Aliter Rosenmueller. — Praet. Kal non occurrit, sed pro eo praet. Niph. Infin. גֶּשֶׁת Exod. 34, 30. Num. 8, 19., cum affixo גִּשְׁתּוֹ Gen. 33, 3., imp. גַּשׁ 2 Sam. 1, 15. et גֶּשׁ Gen. 19, 9., cum ה paragog. גְּשָׁה Gen. 27, 21. 26., plur. retracto tono ob vicinitatem sequentis, גֹּשׁוּ Jos. 3, 9. 1 Sam. 14, 38. Fut. יִגַּשׁ.

Hiph. הִגִּישׁ 1) transit. a) *adduxit* Gen. 48, 10. Exod. 21, 6. Jes. 45, 21.; b) *attulit* 1 Reg. 4, 21. 2 Reg. 4, 5. Gen. 27, 25. 1 Sam. 14, 18. Jud. 6, 19.; c) *obtulit* Deo sacrificia et dona Mal. 2, 12. Am. 5, 25.; d) *protulit* Jes. 41, 21. 45, 21.; e) *praebuit* Job. 40, 19. — 2) intransit. *appropinquavit, accessit* Jes. 41, 22. Am. 9, 10. — Hoph. 1) *admotus est* 2 Sam. 3, 34. רַגְלֶיךָ לֹא לִנְחֻשְׁתַּיִם הֻגָּשׁוּ *pedes tui non sunt admoti* h. e. vincti *compedibus.* 2) *oblatus est* Mal. 1, 11. — Hithpah. *appropinquavit (se admovit)* Jes. 45, 20.

נָגַשׂ 1) *ursit, pressit (adegit)* aliquem sq. acc., ut debitorem Deut. 15, 2. 3. operarium, servum Exod. 5, 6. Jes. 58, 3 (de quo l. v. sub voc. עָצֵב), semel sq. בְּ Jes. 9, 3.; sq. gemin. acc. 2 Reg. 23, 35. אִישׁ נָגַשׂ אֶת־הַכֶּסֶף *ursit unumquemque* ut *argentum* traderet h. e. exegit ab unoquoque argentum. Hinc part. נֹגֵשׂ *exactor* vel servorum Exod. 3, 7. Job. 3, 18. vel tributi Dan. 11, 20., it. *agitator, actor* pecudis Job. 39, 7. (10). (fortasse huc pertinet نجش *festinare, festinare facere,* ut camelos, *compellere, agitare feras,* ut *agitandi* notio primaria sit). — 2) *rexit, regnavit* (aeth. ነገሠ: *id.*), hinc נוֹגֵשׂ (aeth. ንጉሥ:) *rex, tyrannus* Zach. 10, 4. Jes. 3, 12. 14, 2. 60, 17. — Fut. יִגֹּשׂ Deut. 15, 2., sed plur. in pausa תִּנְגֹּשׂוּ Jes. 58, 3. — Niph. נִגַּשׂ *premi* Jes. 53, 7., *urgeri* 1 Sam. 13, 6., *se invicem urgere, premere* Jes. 3, 5., urgendo *defatigari, confici* 1 Sam. 14, 24.

נָדָא i. q. נָדָה, unde Cthib וידא 2 Reg. 17, 21. h. e. וַיַּדַּא *propulit, expulit, abegit.*

נָדַב *adegit, impulit, incitavit* ad aliquid Exod. 25, 2. 35, 21. 29. נָדַב לִבּוֹ אֹתוֹ vel נָדְבָה רוּחוֹ אֹתוֹ *impulit eum animus* h. e. sua sponte, lubens fecit. Arab. ندب *vocavit* ad rem aliquam, *impulit, stimulavit.* — Hithpah. הִתְנַדֵּב *se ipsum incitavit, sponte* aliquid *fecit, promtus fuit*

(arab. نَدَبَ *id.*), sq. infin. c. praef. לְ Neh. 11, 2., hinc a) *sponte se obtulit ad bellum, ad militiam* Jud. 5, 2. 9. vel ad ministerium sacrum 2 Chron. 17, 16.; b) *sponte, lubens dedit, obtulit* sq. acc. 1 Chron. 29, 17. Esr. 1, 6. 2, 68. 3, 5. Infin. nomin. הִתְנַדֵּב *oblatio spontanea, liberalitas* 1 Chron. 29, 9.

נְדַב chald., Ithpahal הִתְנַדַּב 1) *lubens fuit, voluit* Esr. 7, 13. מִתְנַדַּב לִמְהָךְ *qui voluerit, cui placuerit abire.* 2) *sponte dedit, obtulit* Esr. 7, 15. 16.

נָדָב nom. propr. a) filii Aaronis Exod. 6, 23. 24, 1.; b) regis Israel. 1 Reg. 15, 25 sqq.; c) aliorum 1 Chron. 2, 28. 8, 30. etc.

נָדִיב m. 1) *spontaneus, voluntarius, lubens, promtus* 1 Chron. 28, 21. Ps. 51, 14.; נְדִיב לֵב *lubens animo* Exod. 25, 2. 35, 29. 2 Chron. 29, 31. — 2) *sponte dans, offerens* h. e. *liberalis* Prov. 19, 6., hinc *ingenuus, nobilis* Prov. 17, 7. 26. Jes. 32, 5. (ubi opp. נָבָל), plur. foem. נְדִיבוֹת *ingenua*, adv. *ingenue* Jes. 32, 8. — 3) subst. *princeps* Prov. 25, 7. Cant. 7, 2.; plur. נְדִיבִים 1 Sam. 2, 8. Ps. 107, 40. 113, 8. Job. 12, 21., plene נְדִיבֵי עַמִּים Ps. 47, 10.

נְדִיבָה f. *ingenuitas, indoles ingenua, spiritus generosus* et inde profecta *auctoritas* Job. 30, 15.

נְדָבָה f. 1) *libera, promta voluntas*, q. d. *spontaneitas*, unde בִּנְדָבָה *sponte, ultro, lubenti animo* Ps. 54, 8., et sine ב Hos. 14, 5. Deut. 23, 24. — Plur. נְדָבוֹת *promtitudo* Ps. 110, 3. עַמְּךָ נְדָבוֹת *populus tuus promtitudo* h. e. *promtus erit* (ad militiam). — Per metonym. נְדָבָה dicitur *donum spontaneum, oblatio spontanea* Exod. 35, 29. Levit. 7, 16. Num. 15, 3. Esr. 3, 5. Ezech. 46, 12., in regim. נִדְבַת Deut. 16, 10., plur. in regim. נִדְבוֹת Ps. 119, 108., c. aff. נִדְבֹתֶיךָ Deut. 12, 17. — 2) *liberalitas* atque adeo *largitas*, unde Ps. 68, 10. גֶּשֶׁם נְדָבוֹת *pluvia liberalitatum* i. e. *liberalissima et copiosa.*

הִתְנַדָּבוּת (forma infin. v. Wineri Grammat. chald. p. 34.) f. chald. *spontanea oblatio* Esr. 7, 16. cf. supra in rad.

נִדְבָּךְ m. chald. *structura, paries.* Plur. נִדְבָּכִין Esr. 6, 4. Occurrit etiam ap. Targum. et Talmud., sed unde proficiscatur, non liquet.

נָדַד 1) transit. *movit* (arab. et aethiop. نَدَّ) Jes. 10, 14. — 2) *movit se, vagatus est, erravit* Jes. 16, 2. Prov. 27, 8. Job. 15, 23. Hos. 9, 17., hinc *fugit, aufugit* Ps. 31, 12. 68, 13. Jer. 4, 25. 9, 9. Esth. 6, 1. נָדְדָה שְׁנַת הַמֶּלֶךְ *fugit somnus regis* h. e. insomnem rex transegit noctem coll. Gen. 31, 40. Partic. נוֹדֵד *profugus* Jes. 16, 3. 21, 14. Jer. 49, 5. (arab. نَدَّ et chald. *id.*). Alio significationis deverticulo (*Wendung*) *nauseavit* q. d. refugit aliquid (syr. ܢܕ) v. נִדָּה. Infin. נְדֹד Ps. 55, 8., fut. יִדֹּד Nah. 3, 7. et יִדַּד Gen. 31, 40. — Pohal נוֹדַד *fugit, aufugit* Nah. 3, 17., quod tamen etiam ad נוּד referri potest. — Hiph. הֵנַד *fugere fecit, fugavit, ejecit.* Fut. c. affixo יְנִדֻהוּ Job. 18, 18. Hoph. *fugatus, dispulsus est* Job. 20, 8. Part. מֻנָד *ejectus, projectus* sec. quosdam Codd. 2 Sam. 23, 6. — Hithpoh. *proripuit se, aufugit* Ps. 64, 9. Cet. cf. נוּד.

נְדַד chald. *fugit,* unde praet. f. defect. נַדַּת Dan. 6, 19.

נְדֻד m., plur. נְדֻדִים *vagationes, jactationes, vagi* et *inquieti motus* (ejus, qui somno destituitur) Job. 7, 4.

נֵד m. *acervus, cumulus* (نَدّ *ingens cumulus in altum assurgens, agger*), trop. de fluctibus maris Exod. 15, 8. Jos. 3, 3. 16. Ps. 33, 7. 78, 13. De loco Jes. 17, 11. v. sub נוד.

נִדָּה f. 1) *foeditas, impuritas* Zach. 13, 1., spec. a) mulieris, quae menstruis laborat Levit. 12, 2. 15, 19. 20. Ezech. 18, 6. 36, 17., hinc *menstrua* Levit. 15, 24. 25. 33. Ezech. 22, 10.; b) eorum, qui idola colunt Esr. 9, 11. Thren. 1, 17.; — מֵי הַנִּדָּה *aquae impuritatis* h. e. lustratoriae, quibus expiabantur ii, qui aliqua impuritate laborabant Num. 19, 9. 13. 20. 21. Sed Lxx. (cui Onk. Syr. Saad. accedunt) ὕδωρ ῥαντισμοῦ, tanq. a chald. נְדָה *adspersit.* 2) *res impura, foeda,* spec. incestus Levit. 20, 21., idolorum simulacra 2 Chron. 29, 5.

נִידָה f. i. q. נִדָּה (v. Gesen. L. p. 145.) Thren. 1, 8. עַל־כֵּן לְנִידָה הָיָתָה *propterea facta est foeda, detestabilis.* Alii: *facta est instabilis* (v. נוּד) Vulg.

מְנֻדֵּד m. *recessus, fuga* Job. 7, 4: *cum decumbo, dico, quando surgam?* וּמִדַּד עָרֶב *et* (quando erit) *fuga vesperae* h. e. quando recesserit, praeterierit vespera (nox)? cf. Aristoph. Nub. 2. 3. Ita Rosenmueller. Sed al. auctore Lud. de Dieu pro Pih. verbi מדד *extendere* habent, interpretantes vel: Deus *extendit vesperam,* vel, ut nuper Umbreitius: *extendit, protendit se nox.*

נָדָה I) in Kal inusit., *separavit* (نَدَا sec. Camus. i. q. تَفَرَّقَ *separavit* v. Golius col. 2341.). Pih. נִדָּה *removit* Am. 6, 3., *ejecit* Jes. 66, 5. — II) *uvidus fuit* (ut arab. نَدِيَ med. kesre), *fluxit,* hinc *liberalis fuit* (arab. in Conjug. V.) v. Schultens. *Consessus Har.* 3, p. 128 sq.

נֵדֶה m. *donum largum,* spec. *meretricium* Ezech. 16, 33.

נָדָן m. *id.,* plur. cum affixo נְדָנַיִךְ Ezech. 16, 33. Aliud v. statim.

נָדַח 1) *pepulit, impulit* Deut. 20, 19. לִנְדֹּחַ עָלָיו גַּרְזֶן *impellere* h. e. *immittere, adigere in eas* (arbores) *securim (einhauen).* — 2) *expulit, repulit* 2 Sam. 14, 14., fut. יִדַּח. — Niph. נִדַּח 1) *impulsus* h. e. *immissus est* Deut. 19, 5. נִדְּחָה יָדוֹ בַגַּרְזֶן *immittitur manus ejus cum securi.* — 2) *expulsus, dispulsus est* Jer. 40, 12. 43, 5., partic. נִדָּח *expulsus, profugus* Mich. 4, 6. 2 Sam. 14, 14., c. affixis נִדַּחֲכֶם, נִדָּחוֹ, נִדַּחַךְ Deut. 30, 4. 2 Sam. 14, 13. Neh. 1, 9., plur. נִדָּחִים Deut. 22, 1. Jes. 16, 3; trop. Job. 6, 13. *solatium a me dispulsum est* i. e. solatio destituor. Hinc: *vagatus est, erravit* Deut. 22, 1. Ezech. 34, 4. 16. coll. arab. تَنَدَّحَ *dispersae* et longius a caulis *digressae sunt* oves, pecudes. — 3) impulsus ad prave facta (idolorum cultum), *corruptus est, corrumpi se passus est* Deut. 4, 19. 30, 17. — Pyh. part. מֻדָּח *dispulsus* Jes. 8, 22. — Hiph. הִדִּיחַ 1) *impulit* aliquem ita, ut caderet h. e. *dejecit, detrusit* Ps. 5, 11. 62, 5. 2) *expulit, dispulit* Deut. 30, 1. Jer. 27, 15. Ezech. 4, 13., *dispersit* (pecudem) Jer. 23, 2. 50, 17. 3) *corrupit (verführen)* Deut. 13, 14. 2 Chron. 21, 11. Prov. 7, 21.; הִדִּיחַ מִדֶּרֶךְ *de via depellere, abducere* eod. sensu Deut. 13, 6. 4) *immisit* malum

alicui sq. עַל pers. 2 Sam. 15, 14. — Hoph. part. מֻדָּח *expulsus, dispulsus* Jes. 13, 14.

מַדּוּחִים m. plur. *corruptiones, illecebrae, irritamenta* malorum Thren. 2, 14.

נָדָן m. *vagina* ensis 1 Chron. 21, 27. De vocis origine conjecturas habet MICHAEL. Suppl. p. 1602. [Aliud v. sub rad. נדה].

נִדְנֶה m. chald. (a נְדַן in Targum. 2 Sam. 20, 8. 1 Sam. 17, 51.) *vagina,* trop. Dan. 7, 15. de corpore, quod quasi *vagina* est mentis. *Corpus veluti vaginam* dixit quoque PLINIUS VII, 52., conf. FILESACI *Select.* L. I. c. 2. et GATAKER. *ad Antonin.* p. 266.

נָדַף *dispulit, dissipavit* (نذف *dispulit, discussit* et quidem *mollem materiam,* ut folia, fumum cet. v. SCHULTENS. ad Prov. 21, 6.) Ps. 1, 4 (fut. יִדֹּף), 68, 3 (fut. יִנְדֹּף), it. *depulit, vicit* Job. 32, 13., ubi v. UMBREIT. — Niph. נִדָּף *dispulsus est* Job. 13, 25. Prov. 21, 6. Jes. 19, 7. 41, 2. Infin. absol. הִנְדֹּף Ps. 68, 3.

נָדַר I) *vovit* (arab. نذر, syr. chald. *id.*) h. e. promisit aliquid agendum (ut אסר promisit aliquid intermittendum) Eccles. 5, 9. Num. 30, 11. Levit. 27, 8. Malach. 1, 14. Infin. נְדֹר Num. 6, 2., imp. plur. נִדְרוּ Ps. 76, 12., fut. יִדֹּר Num. 6, 21. et יִדַּר Gen. 28, 20. Num. 21, 3. etc. — II) i. q. نذر *excidit res, venit in conspectum.*

נֶדֶר et נֵדֶר m. *votum* Gen. 28, 20. Num. 6, 2. 5. 30, 10. 14. etc., metonym. *res voto promissa* Levit. 7, 16. Deut. 12, 26. 23, 19. etc. Cum affixo נִדְרִי 2 Sam. 15, 7., plur. נְדָרִים Prov. 20, 25. Jon. 1, 16. Jer. 44, 25. Levit. 22, 18.; בַּר נְדָרָי *filius votorum meorum* h. e. quem votis conceptis a Deo impetravi Prov. 31, 2.; שַׁלֵּם נְדָרִים *vota solvere* v. sub h. v.

אִדַּר chald. *area* (i. q. hebr. גֹּרֶן) a נדר n. 2. Dan. 2, 35., syr. ܐܕܪܐ.

נֹהַּ v. sub rad. נוה.

נָהַג Duplex radix: I) 1) transit. a) *egit* 1 Sam. 30, 20. Gen. 31, 18. Exod. 3, 1.; b) *duxit* Ps. 80, 2. Thren. 3, 2. sq. acc., Jes 11, 6. sq. בְּ (quae structura revocari potest ad similitudinem formulae: הֶחֱזִיק בְּ); מְלָכִים נְהוּגִים *reges* magnifico *comitatu stipati* Jes. 60, 11.; it. *abduxit* captivos 1 Sam. 30, 2. Jes. 20, 4.; c) *vexit* plaustrum 2 Sam. 6, 3. vel aliquid in plaustro 1 Chron. 13, 7. sq. בְּ; d) *pepulit, compulit* 2 Reg. 9, 20. — 2) intransit. *duxit se, ductus est,* trop. Eccles. 2, 3. לִבִּי נֹהֵג בַּחָכְמָה *animus meus ducebatur sapientiâ.* Ita plerique. Sunt tamen, qui coll. chald. נהג interpretentur: *animus meus assuefactus erat sapientiae* v. HARTMANN. Einl. p. 227. Imp. נְהַג 2 Reg. 4, 24., fut. יִנְהַג 2 Reg. 9, 20. — Pih. נִהַג 1) *duxit* sq. acc. Deut. 4, 27. 28, 37., *abduxit* Gen. 31, 26., *adduxit, immisit* ventum Exod. 10, 13. Ps. 78, 26. Semel absolute Exod. 14, 25. *rotae curruum frangebantur et aegre ducebant* sc. currus, ut vern. *sie zogen.*

II) *suspiravit, gemuit* (arab. نهج *id.*). Pih. נִהֵג *id.* Nah. 2, 8.

מִנְהָג m. *ductus* (*vectura?*) 2 Reg. 9, 20.

נָהַד rad. inusit., arab. نَهُدَ *extulit se, surrexit,* med. dham. *eminens, pulcher fuit.* Inde oriri videtur:

הוֹד (per aphaeres. pro נְהוֹד) m. 1) *magnificentia, majestas, gloria* a) Dei Ps. 21, 6. 96, 6. 111, 3. Job. 40. 10. Jes. 30, 30.; b) principum et regum Dan. 11, 21. 1 Chron. 29, 25.; c) Hos. 14, 7. *gloria oleae* sc. multis fructibus quasi decoratae. 2) *splendor* sive naturalis, ut (vigor) oris hom. Dan. 10, 8. (cf. זִיו) sive adventicius: *ornatus* Zach. 10, 3. 6, 13.

נָהָה *lamentatus est* (onomatopoët. a sono lamentantis הָהּ ortum coll. נבח, נבע, נהג; syr. ܢܗܐ *id.*) Mich. 2, 4. Ezech. 32, 18. — Niph. 1 Sam. 7, 2. וַיִּנָּהוּ כָּל־בֵּית יִשְׂרָאֵל אַחֲרֵי יְהוָה *lamentati sunt Israelitae post Jovam* h. e. lamentantes adierunt Jovam. Aliter Michaelis: *congregati (convocati* v. זעק) *sunt coram Jova;* sed demonstrari nequit, נהה gener. significare: *clamavit.*

נְהִי m. *lamentatio, vox lamentantium* Jer. 9, 18. 31, 15. Mich. 2, 4., in pausa נֶהִי Jer. 9, 9. 17. 19. Am. 5, 16.

נִהְיָה f. *id.* Mich. 2, 4.

נֹהַּ v. sub נוה.

נִי m. per syncopen pro נְהִי *lamentatio,* cum affixo נִיהֶם Ezech. 27, 32. Sed LXX. Syr. Theod. Arabs cum editt. et Codd. בְּנֵיהֶם *filii eorum.*

נָהַל in Kal inusit., Pih. נִהֵל *duxit* 2 Chron. 28, 15. Jes. 51, 18. Exod. 15, 13. Ps. 31, 4., spec. *aquatum duxit* Ps. 23, 2. Jes. 49, 10. (in quam rem confert Schultens. Vindic. p. 96 sqq. arab. نَهِلَ *potu expletus fuit, restinxit sitim,* in Conj. IV. *potu explevit;* sed cum in hebr. *ducendi,* in arab. *bibendi* propria vis esse videatur, vix habent istae radices inter se aliquam necessitudinem); trop. (ut vern. *leiten*) i. q. *prospexit, curam adhibuit* alicui sive sustentando et nutriendo Gen. 47, 17., sive tutando et defendendo 2 Chron. 32, 22. — Hithpah. *incessit* (q. duxit se) Gen. 33, 14.

נַהֲלֹל m. 1) *pascuum* ab *agendo* pecore (ut מִדְבָּר a דבר) Jes. 7, 19. v. Gesen. ad h. l. Alii *locus irriguus* coll. arab. نهل (v. sub rad.). 2) urbs in tribu Zabulon Jud. 1, 30. Jos. 19, 15.

נַהֲלָאָה vid. in הלא.

נָהַם *fremuit,* quemadmodum solent leones catuli Jes. 5, 29., deinde i. q. שָׁאַג *rugiit* Prov. 28, 15. (نَهَمَ *vehementi altoque spiritu rugiit leo vorabundus,* unde نَهَّامٌ *leo*). Transfertur ad fremitum *maris* Jes. 5, 30. et ad gemitum *afflictorum* (v. המה) Prov. 5, 11. Ezech. 24, 23. Fut. יִנְהֹם Jes. 5, 29.

נַהַם m. *fremitus* Prov. 19, 12. 20, 2.

נְהָמָה f. *id.*, in regim. נַהֲמַת Jes. 5, 30 (de mari), Ps. 38, 9 (de afflicto).

נָהַק *rudit* asinus (نَهَقَ, verbum ὀνοματοπεποιημένον) Job. 6, 5., transl. de hominibus famelicis Job. 30, 7. Fut. יִנְהָק.

נָהַר I) (ut syr., sab. et chald.) *splenduit, illuxit* (vicinum est נוּר, coll. רהט cum ריץ), hinc *exhilaratus est* (nam verba et nomina *lucis* frequentantur de *gaudio*) Ps. 34, 6. Jes. 60, 5. — II) *fluxit* (نهر *id.*) v. infra נָהָר, *confluxit* (de populis) Jes. 2, 2. Jer. 31, 12. Mich. 4, 1. Fut. יִנְהַר Jes. 51, 44. [*Fluxus* et *lucis* significationes conciliare studet Schultens, in *Commentar.* ad Job. 3, 4. et in *Clave dialect.* p. 328].

נָהָר m. *flumen* a) generat. (*das Strömen, die Strömung*) Jon. 2, 3. נָהָר יְסֹבְבֵנִי *flumen* aquae maritimae *circumdat me*, Job. 20, 17. *flumina rivorum lactis*; b) i. q. *fluvius, amnis* Gen. 2, 10. 14. Num. 24, 6. Ps. 46, 5. etc.; הַנָּהָר κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur *Euphrates* Gen. 31, 21. Exod. 23, 31. Num. 22, 5. etc., ap. poet. etiam נָהָר Ps. 72, 8. Jes. 7, 20. Mich. 7, 12. (v. Gesen. L. p. 652 sqq.), alibi plenius הַנָּהָר הַגָּדוֹל נְהַר פְּרָת Gen. 15, 18. Deut. 1, 7.; sed נְהַר מִצְרַיִם Gen. 15, 18. est *Nilus* (v. sub יְאֹר). — Plur. a) נְהָרִים Jes. 18, 2. 7. Habac. 3, 7. 8., in regim. נַהֲרֵי Job. 20, 17. Jes. 18, 1.; b) נְהָרוֹת Exod. 8, 1. Job. 28, 11., in regim. נַהֲרוֹת 2 Reg. 5, 12. Ps. 74, 15.

נַהַר m. *id.*, dual. נַהֲרַיִם *duo flumina:* hinc *Mesopotamia*, sita inter Euphratem et Tigrim dicitur אֲרַם נַהֲרַיִם *Syria duorum fluminum* Gen. 24, 10. Deut. 23, 5. Jud. 3, 8. Ps. 60, 2.

נְהַר m. chald. *id.* Dan. 7, 10., emphat. נַהֲרָא Esr. 4, 16. et נַהֲרָה Esr. 4, 10. 17. 20. 5, 3. 6. 6, 6. 8. 13. 7, 21. 25.

נְהוֹר m. chald. *lux*, emphat. נְהוֹרָא, sec. Cthib נְהִירָא Dan. 2, 22.

נְהָרָה f. hebr. *id.* Job. 3, 3.

נַהִירוּת (formae dagessandae) f. chald. *lux* i. e. *intelligentia, sapientia*, per apocopen נַהִירוּ Dan. 5, 11. 14.

מִנְהָרוֹת f. *fauces* in montibus, coll. arab. مَنْهَر *locus fluvii alveo excavatus ab aqua* Jud. 6, 2. Al. vertunt *cavernas* coll. نهر *fodit.*

נוּא in Kal inusit. (v. tamen Num. 32, 7. Cthib), Hiph. הֵנִיא 1) *removit, cohibuit* Ps. 33, 10. הֵנִיא מַחְשְׁבוֹת עַמִּים *cohibet* h. e. *irrita facit consilia gentium*, Num. 30, 6. אִם הֵנִיא אָבִיהָ אֹתָהּ *si cohibet, prohibet* (voto) *eam pater* h. e. si irritum declarat ejus votum, Num. 32, 7. 9. לָמָּה תְנִיאוּן אֶת־לֵב בְּנֵי יִשְׂרָאֵל מֵעֲבֹר *cur cohibetis* i. e. absterretis *Israelitas a transitu.* — 2) intrans. *renuit* (se quasi cohibuit, absterruit) Ps. 141, 8. — Plurimi ex Schultensii (ad Job. 33, 10.) auctoritate conferunt arab. نَآءَ *semicocta, cruda fuit caro*, Hiph. *fecit, ut aliquid crudum et semicoctum maneret* i. e. irritum fecit aliquid; sed haec est contorta ac paene ridicula explicandi ratio; praestat haud dubie, cum Gabbio (Animadverss. in Gen. Exod. et Num. Tubing. 1796. 8.) p. 131. arab. نآء conferre, quod cum sit: *longe abfuit, remotus fuit,* sponte in *removendi absterrendique* notionem deducere videtur. Sed idem hoc verb. arab. signif. *surrexit contra alium,* in Conj. IV. *male affecit,* hinc est

תְּנוּאָה f. 1) *hostilitas, injuria* (v. sub rad.) Job. 33, 10. הֵן תְּנוּאוֹת עָלַי יִמְצָא *en quaerit caussas* hostilitatis h. e. *hostiliter me tractandi.* Eodem fortasse spectat Num. 14, 34. וִידַעְתֶּם אֶת־תְּנוּאָתִי *experiemini*

hostilitatem meam, experiemini quid sit a me hostiliter tractari. Sed possis etiam ex altera rad. signif. cum Vatero interpretari: *exp. discessum meum* h. e. quid sit auxilio meo destitui.

נוּב *pullulare, germinare, progerminare* Ps. 92, 15. it. *augeri* (germ. *zuwachsen*) Ps. 62, 11.; metaphor. Prov. 10, 31. פִּי צַדִּיק יָנוּב חָכְמָה *os probi pullulat sapientiam*, ad quem l. v. Umbreit. — Pil. נוֹבֵב *germinare, progerminare fecit, produxit* Zach. 9, 17.

נֹב v. supra suo loco.

נִיב m. 1) *proventus* (chald. נוֹב *fructus*), cum affixo נִיבוֹ *proventus* i. e. *reditus ejus* Mal. 1, 12. Sed Jes. 57, 19. נִיב שְׂפָתָיִם *proventus labiorum* i. e. *gratiarum actio*, quae ore fit, *celebratio* Dei, καρπὸς χειλέων Hebr. 13, 15. v. Rosenmueller. ad h. l.

תְּנוּבָה f. *proventus* Jes. 27, 6. Deut. 32, 13. Ezech. 36, 30. Jud. 9, 11.; plur. תְּנוּבוֹת Thren. 4, 9.

נוֹגַהּ, plur. נוֹגִים, vid. in rad. יגה.

נוּד propr. *commotus, agitatus fuit* (ناد *id.*) 1 Reg. 14, 15., hinc a) *vagatus est, erravit* Gen. 4, 12. Jer. 4, 1. Prov. 26, 2., adeoque *fugit* (v. נדד) Ps. 11, 1. Jer. 49, 30. 50, 3. Vix dubitabis, huc spectare etiam Jes. 17, 11. נֵד קָצִיר (ut מֵת) *fugit*, aufertur *messis*, ut Vulg., v. Gesen. ad h. l.; b) *condoluit, commiseratus est* (vel ab agitatione capitis cf. Job. 16, 4. 5. vel q. d. miseriâ alic. commoveri Ps. 69, 21., sq. לְ pers. Job. 2, 11. Jes. 51, 19. Jer. 16, 5. 48, 17. Nah. 3, 7.; passim: *deploravit, planxit* mortuum Jer. 22, 10. — Hiph. הֵנִיד 1) *hinc inde movit, agitavit*, ה׳ בְּרֹאשׁ Jer. 18, 16. *capite nutare, caput agitare*, quod est admirantis et obstupescentis. 2) *exagitavit, vagari fecit* 2 Reg. 21, 8. Ps. 36, 12. Hoph. part. מֻנָד 2 Sam. 23, 6. *exagitatus, ejectus*. — Hithpol. הִתְנוֹדֵד 1) *agitatus est, nutavit* Jes. 24, 20. הִתְנוֹדְדָה כַּמְּלוּנָה *agitabitur* (terra) *ut tugurium nocturnum* i. e. lectus pensilis v. Rosenmueller. ad h. l. Reflex. *se agitavit* h. e. *capite nutavit* Jer. 48, 27. 2) *ploravit, planxit* Jer. 31, 18. v. Kal.

נוּד chald. *fugit* Dan. 4, 11.

נוֹד m. *vagatio, exilium* Ps. 56, 9. Ita in nomen propr. loci abiit Gen. 4, 16., de quo v. doctorum hominum conjecturas ap. Rosenmueller. *Alterthumsk.* I, 1, p. 215 sqq. [Sed נאד *uter* vid. supra suo ordine].

נִיד m. *motus, commotio* Job. 16, 5., cujus loci sensus est: *sed motum labiorum meorum* i. e. *sermonem meum* (vanum sc.) *cohibet, inhibet* sc. *Deus* cf. sq. v. 7.

נֵד *cumulus* vid. sub rad. נדד.

נִידָה f. v. sub rad. נדד.

מָנוֹד m. *agitatio*; מְנוֹד רֹאשׁ *agitatio capitis* i. e. metonym. *super quo agitatur caput* Ps. 44, 15.

נָוָה rad. inusit., arab. ناه (pro نوه) *elata fuit res, eminuit, magnificus fuit.* Hinc

נָוֶה m. *res magnifica, decus, ornamentum* Jer. 7, 11. Alii vertunt: *lamentatio* (tanq. a נהה), invito loci contextu v. Rosenmueller.

נָוָה I) *habitavit* Hab. 2, 5. — II) i. q. נָאָה *pulcher, decorus fuit*; Hiphil הִנְוָה *condecoravit laudibus, celebravit* Exod. 15, 2.

נָאוֶה vid. sub נאה.

נָוֶה m. *habitaculum* Jes. 27, 10. 33, 20. Jer. 50, 45. Prov. 3, 33. 21, 20., etiam bestiarum Jes. 35, 7. (coll. arab. نوى, in Conj. VIII. *eligere sibi hospitium*), deinde *pascuum*, in quo greges quasi habitant 2 Sam. 7, 8. Hos. 9, 13. Jes. 65, 10. Ezech. 34, 14. — In regim. נְוֵה Exod. 15, 13. Jes. 34, 13., cum affixo נָוֵהוּ 2 Sam. 15, 25.; plur. נָוִים, unde cum affixo נְוֵיהֶן Jer. 23, 3.

נָוָה f. 1) *habitatio, habitaculum* Job. 8, 6., spec. *pascuum* Zeph. 2, 6., ubi plur. in regim. נְוֹת. 2) adject. f. (a masc. נָוֶה) *habitans* Ps. 68, 13., ubi per נְוַת בַּיִת *habitans* sive *manens domi* intelligitur *uxor, οἰκουρός*.

נָוָה *pulcra* (tanq. a masc. נָוֶה) Jer. 6, 2.

נָיוֹת (Cthib נוית) plur. (propr. *habitacula*) suburbium vel locus vicinus urbis Ramae, ubi prophetae eorumque discipuli habitabant 1 Sam. 19, 18 sqq. 20, 1.

נוּחַ 1) *considĕre, demittere se* in aliquo loco (chald. et syr. *id.* arab. ناخ *in genua decubuit camelus*), de nave noach. Gen. 8, 4., de agmine locustarum Exod. 10, 14. aut militum 2 Sam. 21, 10. Jes. 7, 2. (أناخ in Conj. IV. *castra posuit*); trop. de spiritu divino Num. 11, 25. 26. Adde Jos. 3, 13. כְּנוֹחַ כַּפּוֹת רַגְלֵי הַכֹּהֲנִים בְּמֵי הַיַּרְדֵּן *cum se demiserint, descenderint pedes sacerdotum in Jordanem.* — 2) *residēre, sedem habere* 2 Reg. 2, 15. *spiritus divinus residet in Elia*, Eccles. 7, 9. *aegritudo residet in sinu improbi.* — 3) *quiescere* h. e. a) cessare ab opere Exod. 20, 11. 23, 12. Deut. 5, 14.; b) subsistere (*still stehen, halten*) Num. 10, 36.; c) ex molestiis et doloribus quiescere h. e. non amplius iis vexari Job. 3, 12. Neh. 9, 28., sq. מִן Job. 3, 26. Esth. 9, 22.; d) i. q. silere 1 Sam. 25, 9.; e) sq. בְּ vel עַל quiescere in al. h. e. permanere, non moveri inde: Jes. 25, 10. תָנוּחַ יַד־יְהוָה בָּהָר הַזֶּה *quiescet manus Jovae in hoc monte* h. e. nunquam non tutabitur Jova hunc mont., Ps. 125, 3. *non quiescet improborum sceptrum* h. e. non manebit, permanebit *in sorte proborum.* Fut. c. vau convers. וַיָּנַח Exod. 20, 11.

Hiph. הֵנִיחַ 1) *demisit, deposuit* Ezech. 37, 1. 40, 2., *remisit* (manus) Exod. 17, 11. 2) *quiescere fecit* Prov. 29, 17. *castiga filium* וִינִיחֶךָ *et quiescere te faciet* quippe nullas tibi aerumnas concitaturus. Alibi sq. לְ pers. est: *quietem alicui* ab hostibus *concedere* Deut. 3, 20. 12, 20. Jos. 1, 15. 21, 44. 2 Sam. 7, 1. 2 Chron. 14, 6. Jes. 14, 3. 28, 12. 63, 14. al. — Sq. בְּ vel אֶל *aliquid in aliquo quiescere* h. e. *manere,* remanere *fecit,* ut Ezech. 44, 30. הָנִיחַ בְּרָכָה אֶל בַּיִת *facere, ut prosperitas maneat in al. domo*, Ezech. 5, 13. הֵ׳ חֲמָתוֹ בְּ *iram suam in al. quiescere fecit* h. e. diu servavit 16, 42. 21, 22. 24, 13. — Hoph. הוּנַח *quies data est* Thren. 5, 5. [sed הֻנִּיחָה Zach. 5, 11. vid. in ינח].

נֹחַ m. 1) *quies, requies* Esth. 9, 16. 17. 18., cum affixo in pausa נֹחֶךָ (v. Gesen. L. p. 161.) 2 Chron. 6, 41. — 2) nom. propr. *Noachi* Gen. 5, 25 sqq. Jes. 54, 9. Ezech. 14, 14. Lxx. Νῶε.

נַחַת f. *quies* Jes. 30, 15. Eccles. 4, 6. 6, 5. Job. 17, 16. Prov. 29, 9. [Aliud v. sub rad. נחת].

הֲנָחָה f. (verbale hiphilicum) *concessio quietis, remissio* Esth. 2, 18.

מָנוֹחַ m. 1) *locus quietis* Gen. 8, 9. Deut. 28, 65. Jes. 34, 14. 2) *quies* Thren. 1, 3. 1 Chron. 6, 16 (31). מִמְּנוֹחַ הָאָרוֹן *a quiete arcae* h. e. ex quo arca quievit i. e. collocata fuit in tabernaculo, Ruth. 3, 1. אֲבַקֶּשׁ לָךְ מָנוֹחַ *quaeram tibi quietem* i. e. nuptias. Plur. מְנוֹחִים (v. Gesen. L. p. 161.), unde cum affixo chald. in pausa מְנוּחָיְכִי Ps. 116, 7.

מְנוּחָה et מְנֻחָה f. 1) *locus quietis* Gen. 49, 15. Num. 10, 33. Mich. 2, 10. etc., spec. *habitaculum* Jes. 11, 10. 2) *quies, requies* Jes. 28, 12. 66, 1. Ruth. 1, 9., אִישׁ מְנוּחָה *homo quietus*, pacificus 1 Chron. 22, 9., מֵי מְנֻחוֹת *aquae placidae*, non turbidae Ps. 23, 2., בֵּית מְנוּחָה *domus quietis* (arcae) h. e. ubi manere possit 1 Chron. 28, 2., יְהִיֶה דְבַר הַמֶּלֶךְ לִמְנוּחָה *erit verbum, responsum regis in quietem* h. e. tale, in quo acquiescere possim 2 Sam. 14, 17.; הִרְדִּיפֻהוּ מְנוּחָה *persecuti sunt eum quiete* (pro בִּמְנוּחָה) h. e. sine magna virium contentione Jud. 20, 43.; passim Deus legitur Israelitis *quietem* dedisse h. e. terrae Cananiticae *possessionem pacatam* 1 Reg. 8, 56. Deut. 12, 9. Ps. 95, 11.

נִיחוֹחַ m. (tertia rad. geminata) q. d. *acquiescentia*, hinc *suavitas* (coll. *acquiescere* re vel in re i. e. *delectari*); רֵיחַ הַנִּיחֹחַ *odor suavis* (victimarum) Gen. 8, 21. Levit. 1, 9. 2, 12. Num. 15, 7 sqq. Syr. ܢܘܚܐ *deliciae* (Barhebr. Chron. p. 38.). Cum affixis נִיחוֹחִי Num. 28, 2., נִיחֹחֲכֶם (*odor suavis* sacrificii *vestri*) Levit. 26, 31., plur. cum affixo נִיחוֹחֵיהֶם Ezech. 20, 28.

נִיחוֹחַ m. chald., plur. נִיחוֹחִין per metonym. *odoramenta grata et suavia* Dan. 2, 46. Esr. 6, 10.

נוט *nutare* i. q. מוט Ps. 99, 1.

נְוַל chald., in Pehal inusit., Pael נַוֵּל talm. *inquinavit, foedavit.* Hinc oriuntur:

נְוָלוּ f. (per apoc. נְוָלוּ) *coenum, sterquilinium* Esr. 6, 11. et

נְוָלִי f. *id.* (per apoc. נְוָלִי) Dan. 2, 5. 3, 29.

נוּם *dormitare* leviore somno (*schlummern*) atque adeo *segnem, inertem esse* (نام *dormivit*) Nah. 3, 18. Jes. 5, 27. 56, 10. Ps. 76, 6. 121, 3. 4.

נוּמָה f. *dormitatio, levis somnus* Prov. 23, 21.

תְּנוּמָה f. *dormitatio*, hinc *segnities, inertia* Ps. 132, 4. Prov. 6, 4., plur. תְּנוּמוֹת Prov. 6, 10. 24, 33. Job. 33, 15.

נון *sobolescere* Ps. 72, 17. יִנּוֹן שְׁמוֹ *sobolescet nomen ejus* h. e. propagabitur memoria ejus (Ctib יָנִין in Hiph.) v. Rosenmueller. ad h. l. Cf. sub nom. נִין.

נון m. (chald. et syr. *piscis,* quippe prole abundans cf. Targ. Gen. 1, 26. Jon. 2, 1.) nom. propr. patris *Josuae* Exod. 33, 11. Num. 11, 28. Lxx. *Ναυῆ.*

נִין m. *proles, soboles (filius?)* Job. 18, 19. Jes. 14, 22. Gen. 21, 23.

מָנוֹן m. *soboles* Prov. 29, 21: *delicate si habes* (tractas) *servum tuum a pueritia* בְּאַחֲרִיתוֹ יִהְיֶה מָנוֹן *posthac erit* (esse volet) *soboles, filius familias.* Alii aliter, v. Schultens. et Umbreit. ad h. l.

נוּס 1) *fugere (aufugere)* Gen. 14, 10. 19, 20. etc., aliquem vel aliquid, sq. מִן Jes. 24, 18. *(vor jem.),* sq. מִפְּנֵי Exod. 4, 3. 14, 25. Jos. 10, 11. Jud. 6, 11., sq. לִפְנֵי Deut. 28, 7. 25. Jos. 7, 4. 8, 5. 6., *ad* aliquem (auxilii causa) sq. עַל Jes. 10, 3.; נָסוּ לְקֹלָם *fugerunt ad vocem, clamorem eorum* h. e. audito clamore Num. 16, 34.; וְנָסוּ מְנֻסַת חֶרֶב *fugient ut fugere solent gladium* Levit. 26, 36. (Vulg. *fugient quasi gladium*). Passim res inanimatae dicuntur *fugere* ap. poetas Ps. 104, 7. Cant. 2, 17. 4, 6. Deut. 34, 7. — 2) *celeriter currere, celeri cursu* (in hostes) *invehi, ruere* Jes. 30, 16. (v. חפז et בהל).

Pol. נוֹסֵס *fugavit, propulit* Jes. 59, 19., ubi v. Gesen. (Sed הִתְנוֹסֵס v. sub rad. נסס). — Hiph. הֵנִיס 1) *fugavit, in fugam conjecit* Deut. 32, 30. 2) *in tutum deduxit, detulit* aliquid (nostrates: *flüchten*) Exod. 9, 20.

נִיס m. *fugiens, fugâ elapsus* (ad formam בָּרִיחַ) sec. Cthib Jer. 48, 44., ubi Kri habet נָס particip. Kal.

מָנוֹס m. 1) *fuga* Jer. 46, 5., cum affixo מְנוּסִי (v. Gesen. L. p. 161.) 2 Sam. 22, 3. Jer. 16, 19. 2) *locus* ad quem *fugitur* sive *confugitur, perfugium* Ps. 59, 17. 142, 5. Job. 12, 2. Jer. 25, 35. etc.

מְנוּסָה f. *fuga* Jes. 52, 12., in regim. מְנֻסַת Levit. 26, 36.

נוּעַ gener. *moveri, commoveri, agitari* (نَوَّعَ in Conj. II. *commovit* et *concussit* ventus ramum, in Conj. V. *commotus fuit ramus*), רַק שְׂפָתֶיהָ נָעוֹת *tantum labia ejus* (precantis) *movebantur, agitabantur* 1 Sam. 1, 13.; hinc spec. 1) *tremuit, contremuit* et proprie Jes. 6, 4. et translate Jes. 7, 2. וַיָּנַע לְבָבוֹ *contremuit* (micuit) *ejus cor* i. e. timore correptus est, Exod. 20, 15. 2) *vacillavit, titubavit* Jes. 29, 9. 24, 20. Ps. 107, 27 (de ebriis). 3) *vagatus est, erravit* Prov. 5, 6. Am. 4, 8. 8, 12. Thren. 4, 14. Ps. 59, 16 (ubi in Kri est Hiph.), 109, 10. Jer. 14, 10. 4) *libratus est, pependit* (coll. نوع *pependit* arbor), sq. עַל *impendit* alicui Jud. 9, 9. 11, 13. Huc revocat Rosenmueller. etiam Job. 28, 4. *penduli haerent* (metallici), *librantur.* — Niph. *commotus, agitatus, quassatus est* Am. 9, 9. Nah. 3, 12. — Hiph. 1) *movit, commovit* 2 Reg. 23, 18., *agitavit, quassavit* Am. 9, 9 (cribrum), 2 Reg. 19, 21. Ps. 22, 8. 109, 25. Thren. 2, 15 (caput), Zeph. 2, 15 (manum). *Caput* autem et *manum quassare, agitare* fuit irridentis et de alicujus infortunio gestientis cf. *κινεῖν τὴν κεφαλήν* Mt. 27, 39. Eod. sensu Job. 16, 4. הֵנִיעַ בְּמוֹ רֹאשׁ. 2) *vagari, errare fecit* Num. 32, 13. 2 Sam. 15, 20., hinc *fugavit, in exilium egit* Ps. 59, 12. 3) *vacillare fecit* Dan. 10, 10. *angelus attigit me* וַתְּנִיעֵנִי עַל־בִּרְכַּי *et vacillare me fecit super genubus* h. e. elevavit me in genua. [הֵנַע 2 Reg. 19, 13. Jes. 37, 13. v. sub הנע].

מְנַעַנְעַ m., plur. מְנַעַנְעִים *sistra* 2 Sam. 6, 5., sic dicta, quod *movebantur* et *quassabantur*, ex Pil. inusit. נַעֲנַע *movit, agitavit*. Sim. graec. σεῖστρον dicitur a σείω *moveo, quatio.*

נוּף *sursum et deorsum, huc illuc motitare, agitare* aliquid (arab. ناف *longa* et *elata fuit res, eminuit, exstitit*, in Conj. IV. أناف *huc illuc agitavit, prominere fecit*), hinc elata manu *spargere, conspergere* Prov. 7, 17. sq. dupl. acc. (conveniunt cognata chald. נפה *agitavit, ventilavit*, aethiop. ነፈየ *cribravit*, arab. نفى *disjecit, dissipavit* etc.) v. infra נָפָה. — Hiph. הֵנִיף 1) *huc illuc agitavit, motitavit* serram Jes. 10, 15., cribrum Jes. 30, 28 (trop.), inpr. manum Jes. 13, 2. (quod est ejus, qui nutu aliquem arcessit), sq. עַל pers. *contra aliq.*, quod est minantis Jes. 11, 15. 19, 16. Zach. 2, 13. Spec. dicuntur *agitari* *) quaedam sacrificia, quae offerri solebant (sec. Judaeos) *jactatione* sive *agitatione huc illuc facta (Webe)* (versus quatuor mundi partes), oppon. תְּרוּמָה *elevationi* (v. tamen Jahn. Archaeol. III, p. 383.) Levit. 7, 30. 8, 27. 9, 21. 10, 15. Num. 5, 25. 6, 20. al. *Levitae* etiam, qui munere initiantur, dicuntur *agitari* Num. 8, 11 sqq. h. e. (ut suspicari licet) circumduci, huc illuc duci. Aliam explicationem proposuit Jahn. l. c. — 2) sq. עַל vel אֶל *admovit* manum vel instrumentum aliquod alicui rei Exod. 20, 22 (25) כִּי חַרְבְּךָ הֵנַפְתָּ עָלֶיהָ *cum ferramentum admoves illi* (arae), Jos. 8, 31. coll. Deut. 23, 25.; 2 Reg. 5, 11. הֵנִיף יָדוֹ אֶל־הַמָּקוֹם *admovebat manum in locum*; Job. 31, 21. הֲנִיפוֹתִי עַל־יָתוֹם יָדִי *admovi, intuli pupillo manum*. 3) *sparsit* Ps. 68, 10. Infin. chald. Jes. 30, 28. הֲנָפָה coll. Dan. 5, 20. — Hoph. הוּנַף *agitatum est* (sacrificium) Exod. 29, 27. — Pil. נוֹפֵף *agitavit* (manum) Jes. 10, 32.

נוֹף m. *eminentia, elevatio* (v. rad. arab.) Ps. 48, 3. de monte v. Schultens. in *Notis* ad Haririum p. 2.

נֹף *Memphis* v. sub מֹף.

נָפָה f. 1) *eminentia, locus editus*, unde נָפַת דּוֹר Jos. 12, 23. 1 Reg. 4, 11., plur. נָפוֹת דּוֹר *excelsa Dorae* (urbis) Jos. 11, 2. — 2) *cribrum*, quo frumentum *agitatur* et ventilatur, in regim. נָפַת Jes. 30, 28.

נֶפֶת f. *regio edita, montosa* Jos. 17, 11.

נֹפֶת f. *destillatio* (q. *sparsio* v. rad.) נֹפֶת צוּפִים *destillatio favorum* Ps. 19, 11. i. e. mel dulcissimum (v. Rosenmueller. *Morgenl.* IV, p. 30.); omisso צוּפִים *id.* Prov. 5, 3. 24, 13. Cant. 4, 11.

תְּנוּפָה f. 1) *agitatio* (manus) Jes. 19, 16., spec. sacrificiorum, quae huc illuc (versus omnes mundi partes) fiebat Levit. 7, 30., hinc metonym. pro ipsa *oblatione*, quae agitatur Exod. 29, 27. 35, 22. Num. 18, 11., עֹמֶר הַתְּנוּפָה *manipulus agitationis (Webegarbe)* Levit. 23, 15., חֲזֵה הַתְּנוּפָה *pectus agitationis (Webebrust)* Levit. 10, 14. etc. 2) *tumultus* (q. d. agitatio pugnantium), hinc Jes. 30, 32. מִלְחֲמוֹת תְּנוּפָה *bella, proelia tumultuosa* h. e. maxime atrocia.

---

*) Non puto, huic v. *elevandi* notionem inesse, quam expressit Gesenius. Certe cum arab. significet: *eminere, prominere, exstare*, recte inde dici potuit agitatio, quae fit huc illuc, *wodurch etwas v o r- (und wieder zurück-) geschoben wird.*

נוץ 1) *emicare* (ناص *id.*) v. נצץ et Hiph.; 2) *in cursum et fugam se conjicere* Thren. 4, 15. (ut adhibentur verba *emicandi* de motu agili et tremulo, cf. ناص). — Hiph. הֵנֵץ *floruit* (pr. emicare fecit flores) Cant. 6, 11. 7, 13. [Sed יָנֵאץ v. sub rad. נאץ].

נֵץ, נִצָּה et נִצָּן v. sub rad. נצץ.

נִיצוֹץ m. *scintilla*, a *micando* dicta (tertia radicali geminata v. supra נִיחֹחַ sub rad נוח) Jes. 1, 31.

נוֹצָה *pluma* v. sub rad. נצה.

נוק i q. ינק *sugere*, unde Hiph. *sugere fecit, lactavit* Exod. 2, 9.

יְנִיקָה v. sub rad. ינק.

נור, arab. نور et نير, *luxit, splenduit* (cogn. נהר). Inde sunt

נֵר m. *lucerna* Exod. 27, 20. Levit. 24, 2. Ps. 119, 105. Jer. 25, 10. etc. (arab. نار *ignis*, syr. ܢܘܗܪܐ *lucerna*); totum *candelabrum variis lucernis instructum* Exod. 27, 20. 1 Sam. 3, 3., metaphor. a) de vita et *felicitate* Ps. 18, 29., hinc *lucerna mea exstinguitur* i. e. pereo Job. 21, 17. Prov. 13, 9. 20, 20; concret. *lucerna Israelis* 2 Sam. 21, 17. appellatur Davides tanquam civitatis Isr. σωτήρ; b) *lucerna Dei* pro favore Job. 29, 3. Alio sensu Prov. 20, 27. *lucerna Dei* (a Deo q. accensa) *est anima* (animus) v. Umbreit. ad h. l. Cum affixo נֵרִי et נִירִי 2 Sam. 22, 29., plur. נֵרוֹת Exod. 30, 7. 8. Levit. 24, 4. etc.

נִיר m. *lumen* (نور *id.*), metaphor. 1 Reg. 11, 36. 15, 4. 2 Reg. 8, 19. 2 Chron. 21, 7. de prole regia, qua cavetur, ne regia domus exstinguatur. — Aliud v. sub rad. ניר.

נוּר f. chald. *ignis* Dan. 3, 27. 7, 9. 10., emphat. נוּרָא Dan. 3, 6. 11. 15. 17. 20—27.

מָנוֹר v. sub rad. ניר.

מְנוֹרָה f. *lychnuchus, candelabrum* (propr. ut منار et منارة *locus lucis, luminare*) Exod. 25, 31. 32. 33. Levit. 24, 4. Num. 4, 2. 9. 8, 2. 3. 4. Plur. מְנֹרוֹת 1 Reg. 7, 49. Jer. 52, 19.

נוש (ut syr., cf. אנש) *graviter aegrum et infirmum esse (animo)* Ps. 69, 21.

נָזָה pr. (ut arab. نزو) *saliit* v. Hiph., hinc *adspersus est* (q. d. *adsiluit*) Jes. 63, 3. sq. עַל, *conspersus est* aliqua re sq. מִן 2 Reg. 9, 33. Fut. apoc. יֵז, וַיֵּז. — Hiphil הִזָּה 1) *sparsit* Exod. 29, 21. Levit. 5, 9. 14, 7. Num. 8, 7. sq. עַל; Levit. 4, 17. sq. לִפְנֵי (*versus*). 2) *salire* h. e. *exsultare fecit* Jes. 52, 15. ubi v. Gesen. — Fut. apoc. וַיַּז Levit. 8, 11. 30.

נָזִיד v. sub rad. זוד.

נָזַל 1) *fluxit, manavit* (نزل *descendit, defluxit*, unde نزل *pluvia*), propr. de aquis Ps. 147, 18. Num. 24, 7. Jer. 18, 14., metaphor. de *sermone* Deut. 32, 2. Conf. נבע. Part. praes. plur. נוֹזְלִים subst. *fluenta* h. e.

rivi (epithet. poët.) Exod. 15, 8. Ps. 78, 16. Jes. 44, 3. Passim dicitur aliquid *aliqua re fluere, manare*, ut oculi lacrimis Jer. 9, 17., nubes rore Job. 36, 28.; trop. Jes. 45, 8. שְׁחָקִים יִזְּלוּ צֶדֶק *nubes fluent salute.* Cf. supra הָלַךְ et יָרַד. 2) *descendit, devertit, hospitatus fuit, habitatum venit* (arab. نزل *id.*) v. מַזָּלוֹת. — Hiph. הִזִּיל *fluere fecit, fudit* Jes. 48, 21. [נָזְלוּ Jud. 5, 5. v. sub rad. זָלַל et הִזִּילוּהָ Thren. 1, 8. sub rad. זוּל].

מַזָּלוֹת f. plur. 2Reg. 23, 5. *deversoria, habitacula* h. e. duodecim signa zodiaci, in quibus sol deinceps commoratur et habitat (arab. مَنْزِل *hospitium, deversorium*). Ita cum Vulg. Clericus. Hinc Judaei Zodiacum appellant גַּלְגַּל הַמַּזָּלוֹת *orbem habitaculorum* v. Eichhorn. *Biblioth. d. bibl. Lit.* VII, p. 449.

מַזָּרוֹת plur. f. Job. 38, 32. *id.* (permutatis inter se ר et ל literis). Ita Judaei. Sed alii vertunt *corona borealis* (coll. נֵזֶר) v. Michael. Suppl. p. 1497., alii contractum putant ex מַאֲזָרוֹת *cingula*, ut intelligendae sint eae stellae, quas Arabes منطقة الجوزا *cingulum Orionis* appellant.

נֶזֶם m. *annulus* vel *aurium* vel *nasi (Ohren-Nasenring)* Gen. 24, 47. 35, 4. Exod. 32, 2. Prov. 11, 22. Jes. 3, 21. Ezech. 16, 12. Origo voc. non liquet. (Sunt tamen, qui conferant, sed invita forma vocabuli, chald. זמם *capistravit*, formis imperfectis sic alternantibus, unde syr. ܩܕܳܡܳܐ *annulus, qui ornatus causa appenditur naribus*, quales gestare solent Aethiopes, ዘሞመ: Aethiop. *circulus naribus alligatus*). Istum vero morem, in naribus gestandi annulum, nunc quoque in oriente obtinere, testantur Angelus a S. Josepho in *Gazophyl. Pers.* p. 308. Thevenot. in *Itinerar.* P. II. L. 2. c. 11. Petrus della Valle in *Itinerar.* P. I. epist. 17. Niebuhr. in Descr. Arab. p. 66. all.; et sic quoque apud Americanos. Cet. v. Hartmann. Hebräerin II, p. 166. III, p. 205 sqq. Cum affixo נִזְמָהּ Hos. 2, 15., plur. נְזָמִים Gen. 35, 4., in regim. נִזְמֵי Gen. 32, 2. 3.

נְזַק chald. *damno affectus, laesus est* Dan. 6, 3. — Aphel *damno affecit* Esr. 4, 13. 22.; infin. nominasc. הַנְזָקַת *illatio damni* Esr. 4, 22.

נֵזֶק m. hebr. *damnum* Esth. 7, 4. (Mischna IV. 1.).

נָזַר in Kal non occurrit. Niph. נִזַּר 1) *separavit se* (chald. *id.*) Ezech. 14, 7., praegn. Hos. 9, 10. וַיִּנָּזְרוּ לַבֹּשֶׁת *separarunt se* (et consecrarunt) *ignominiae* h. e. Baali. 2) *abstinuit* Zach. 7, 3., sq. מִן Levit. 22, 2. (Syr. Ethpe. *id.*). — Hiph. הִזִּיר 1) transit. a) *fecit, curavit, ut quis se separaret* Levit. 15, 31., quem loc. recte jam cepit Onkel.; b) *separavit* a communi usu atque adeo *consecravit, vovit* Deo sq. לְ Num. 6, 12. (cf. arab. نذر *vovit, devovit*). 2) intrans. a) *abstinuit* Num. 6, 3.; b) *consecravit se* Jovae Num. 6, 2. 5. 6.

נָזִיר m. 1) *Nasiraeus*, qui a certis rebus (ut a vino, a tonsura, a contaminatione) *abstinet* sive *se separavit* et *Deo sacravit* Num. 6, 2. 13. 18. 21., plene נְזִיר אֱלֹהִים Jud. 13, 5. 7. 17.; plur. נְזִירִים Am. 2,

11. 12. cf. Carpzovii Appar. p. 151 sqq. Metaph. נָזִיר appellatur *vitis non culta, non putata,* a cujus cultu possessor per annum jubilaeum *abstinuit* Levit. 25, 5. 11. — 2) *eximius, excellens,* hinc *princeps* (nisi est denomin. a נֵזֶר) Gen. 49, 26. Deut. 33, 16., ad quem poster. loc. v. Hoffmann.

נֵזֶר et נֶזֶר m. 1) *corona, diadema* (quo quis *separatur* a plebe vel a civibus), vel regis 2 Sam. 1, 10. 2 Reg. 11, 12. 2 Chron. 23, 11. vel summi pontificis Exod. 29, 6. 39, 30. Levit. 8, 9. 21, 12. (de quo l. v. Rosenmueller.) etc. 2) *separatio,* conditio ejus, qui Jovae se consecravit, *nasiraeatus* Num. 6, 4. 5. 9. 12. 13. 18. 19. Spec. *coma* Nasiraei Jovae sacrata Num. 6, 19. Semel de *coma promissa mulieris* Jer. 7, 29., ubi tamen נֵזֶר simul ad regiam mulieris dignitatem respicere videtur. — Cum affixis נִזְרוֹ, נִזְרֶךָ Ps. 89, 40.

מִנְּזָר m., plur. מִנְּזָרִים (c. dag. euphon.) *optimates* Nah. 3, 17.

מַזָּרוֹת f. plur. Job. 38, 32. sunt qui huc trahant, sed v. sub rad. נזל.

נָחָה *duxit* Gen. 24, 27. Exod 15, 13. 32, 34. Ps. 77, 21. Ps. 5, 9. נְחֵנִי בְצִדְקָתֶךָ *duc me in probitate tua* h. e. fac, ut probitati, quae tibi placet, studeam. In Kal non occurrit nisi praet. et imper. — Hiph. הִנְחָה 1) *duxit:* legitur de Deo Exod. 13, 21. Neh. 9, 19. Gen. 24, 48. הִנְחַנִי בְּדֶרֶךְ אֱמֶת, Jes. 57, 18. Ps. 31, 4. 61, 3. coll. Ps. 43, 3., vel de sapientia div. Prov. 6, 22. — 2) *reduxit* Job. 12, 23. שֹׁטֵחַ לַגּוֹיִם וַיַּנְחֵם *diffundit gentes et reducit eas* (in pristinos fines, unde excursiones fecerant); it. *deduxit, deportavit* 2 Reg. 18, 11., sed 1 Reg. 10, 26. וַיַּנְחֵם בְּעָרֵי רֶכֶב *et deducendos curavit* (currus et equites) *in oppida curruum* h. e. disposuit in oppidis curr. (*wies ihnen ihr Standquartier an*).

מִנְחָה v. sub rad. מנח.

נָחַל I) i. q. חָלַל v. נְחִילוֹת. — II) *hereditate accepit, possedit* (originem quaerit Schultens. in *cribrando,* coll. arab. نخل *cribravit, selegit meliorem partem;* simil. lat. *cernere hereditatem*) Jud. 11, 2. Jer. 16, 19. שֶׁקֶר נָחֲלוּ אֲבוֹתֵינוּ *mendacium* h. e. falsas religiones *hereditate acceperant,* possederant *patres nostri* ubi v. Rosenmueller., trop. Ps. 119, 111. נָחַלְתִּי עֵדְוֹתֶיךָ *hereditate possideo leges tuas* h. e. carae mihi sunt, ut res a patribus jure hereditario accepta. Frequentius, missa *hereditatis* notione, est: *accepit, possedit* aliquid tanquam sibi *proprium:* a) de hominibus Num. 18, 20. Ps. 82, 8., sq. acc. Num. 18, 23. Deut. 19, 14. Zeph. 2, 9. Prov. 3, 35. 28, 10. Crebro inprimis Israelitae dicuntur נָחַל אֶת־הָאָרֶץ i. e. pacatam et stabilem terrae canan. possessionem tenere Exod. 23, 30. 32, 13. Num. 18, 20. Jes. 57, 13., sim. singulae tribus נָחַל אֶת־נַחֲלָתוֹ Jos. 19, 9., add. Num. 32, 19. לֹא נִנְחַל אִתָּם מֵעֵבֶר לַיַּרְדֵּן *nolumus cum iis accipere* (portionem, fundos) *trans Jordanem;* b) de Jova, qui dicitur Israelitas possidere tanquam sibi proprios atque adeo tueri et defendere Zach. 2, 16. coll. Exod. 34, 9. 2) *possidendum dedit, partitus est* (terram) Num. 34, 17. Jos. 19, 49. — Infin. נְחֹל Num. 19, 49., fut. יִנְחַל Prov. 11, 29. etc.

Pih. נִחַל *possidendum dedit, partitus est possessionem* Jos. 13, 32., sq. acc. pers. Num. 34, 29. Jos. 14, 1., sq. dat. pers. Jos. 19, 51.

Hiph. הִנְחִיל 1) *heredem fecit, reliquit* aliquem Prov. 13, 22., *heredem scripsit, constituit* aliq. alicujus rei sq. dupl acc. Deut. 21, 16, it. *hereditate transmisit* aliquid alicui sq. acc. rei et לְ pers. 1 Chron. 28, 8. — 2) *possidere fecit* sq. acc. pers. Deut 32, 8., *possidendum dedit* sq. acc. rei Jes 49, 8., sq. acc. pers. et rei Prov. 8, 21. Crebro Jova dic. Israelitis אֶת־הָאָרֶץ הִנְחִיל Deut. 12, 10. 31, 7. Jer. 3, 18. 12, 14. Sed Jos. 1, 6. הַנְחִיל אֶת־הָעָם הַזֶּה אֶת־הָאָרֶץ est: *immittere populum in possessionem (in Besitz setzen).* — Hoph הָנְחַל *possidere* sive *possidens factus est* Job. 7, 3.

Hithpah. הִתְנַחֵל se ipsum possidere fecit h. e. *possessionem occupavit, invasit* Num 32, 18., hinc *possedit, tenuit* Jes. 14, 2. Eadem verbi significatio obtinere videtur Num. 33, 54. 34, 13. Ezech. 47, 13. *hi sunt fines* אֲשֶׁר תִּתְנַחֲלוּ אֶת־הָאָרֶץ לִשְׁנֵי עָשָׂר שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *intra quos occupabitis terram duodecim tribubus (für die 12 Stämme).* Nec Levit. 25, 46. opus est *transitive* interpretari ex veterum auctoritate: hi enim sensum, non singula verba express sse videntur, v. Rosenmueller.

נַחֲלָה f. 1) *hereditas* h. e. id quod quis hereditate accepit 1 Reg. 21, 3. 4. Prov. 19, 14. נַחֲלַת אָבוֹת *hereditas a patribus transmissa* filiis. Trop. Ps. 127, 3. נַחֲלַת יְהוָה i. e. *beneficium, donum a Jova datum.* — 2) *possessio* i. e. id quod quis possidet, *dominium* Num. 18, 23. 36, 8. Gen. 31, 14. Mich. 7, 14. Spec. נַחֲלָה dic. terra Palaest. quae Israelitis in possessionem cessit Deut. 19, 10. 24, 4. Jos. 13, 7. Jud. 20, 6. Ps. 79, 1. vel *ager* quem quaeque tribus sortita est Deut. 10, 9. 14, 29 18, 2. Num. 32, 18.; נַחֲלַת יְהוָה est *populus israel.* ipse Deut. 4, 20. 9, 26. 1 Sam. 26, 19. Jes. 19, 25. Ps. 28, 9. 33, 12. — 3) *sors* Job. 20, 29. נַחֲלַת אִמְרוֹ מֵאֵל *sors a Deo ipsi assignata,* 27, 13. 31, 2. i. q. חֵלֶק, גּוֹרָל.

נַחֲלָת f. *hereditas* Ps. 16, 6. v. Gesen. L. p. 467.

נְחִילָה f., plur. נְחִילוֹת Ps. 5, 1., sec. plurimos: instrumentum musicum, *tibia,* a *perforando* v. rad. n. 1., nisi est pro נְחִלּוֹת a חלל. Alii conferunt chald. et talm. נְחִיל *examen apum* (arab. نَحْل), ut נְחִילָה sit instrumentum bombum, ut apes, edens. Illud probabilius.

נַחַל m. 1) *locus depressus, per quem aquae fluunt, vallis* (ناك v. Niebuhr. *Beschreib. Arab.* p. 2.) Gen. 26, 17. 19. — נַחַל־אֶשְׁכּוֹל *vallis botri* Num. 12, 23 sqq. (vicina urbi Hebron v. Rosenmueller. *Alterthumsk.* II, 1, p. 157.), נַחַל קִדְרוֹן v. sub lit. ק, נ׳ שִׁטִּים Joel. 3, 23 (4, 15). — 2) *rivus,* max. *torrens* Gen. 32, 23. Deut. 2, 36. Am. 5, 24. Ps. 74, 15. 2 Chron. 20, 16. (Sim. veterum Germanorum *Au* et *aquam* et *pratum aquis irriguum* denotat). Memorantur inprimis נַחַל הַבְּשׂוֹר, נ׳ קְדוּמִים, נ׳ קָנָה, נ׳ קִדְרוֹן, נ׳ הָעֲרָבִים, נ׳ כְּרִית (de quibus omnibus v. suis locis), denique נַחַל מִצְרַיִם Num. 34, 5. Jos. 15, 4. 1 Reg. 8, 65. 2 Reg. 24, 7. al. i. e. sec. LXX torrens prope *Rhinocolura* (Ῥινοκόρουρα), nunc *Elarisch* العريش, in confiniis Aegypti et Palaestinae v. Rosenmueller. l. c. p. 78. 88 sq. Ceterum cum *torrentes,* quippe fontibus destituti, facile evanescant, aestivo inprimis tempore, verba Job. 6, 15. *perfidi sunt amici mei sicut torrens,* quid sibi velint, sponte

patet. Uno in loco Job. 28, 4., ubi de metallicis agitur, plurimi interpretes non *rivum* sed *alveum*, *canalem*, *venam metallicam (Gang)* intelligi volunt, praeter necessitatem; נַחַל videtur *torrentem subterraneum (aufgehende Wasser)* significare v. Reimarus ad Hoffmanni Version. germ. libri Jobi p. 771. et Umbreit. ad h. l. — Cum ה locali נַחְלָה *ad rivum* Num. 34, 5. Dual. נַחֲלַיִם Ezech. 47, 9., plur. נְחָלִים Num. 24, 6. Levit. 11, 9. 10., in regim. נַחֲלֵי Deut. 8, 7. Jes. 7, 19., cum affixo נְחָלֶיהָ Jes. 34, 9.

נַחְלָה i. q. נַחַל c. he paragog. (quod accentu caret) Ps. 124, 14.

נָחַם propr. (coll. نَحَم *spiritum duxit cum nisu, suspiravit*) significare videtur: *ingemuit*. Hinc Niph. נִחַם (nam Kal non est in usu) 1) *misertus est* alicujus (q. d. ingemuit de aliquo) sq. עַל Ps. 90, 13., sq. אֶל Jud. 21, 6., sq. לְ Jud. 21, 15., sq. מִן Jud. 2, 18. — 2) *poenituit eum* Ps. 110, 14. 1 Sam. 15, 29. Exod. 13, 17., sq. עַל rei, cujus aliquem poenitet Exod. 32, 14. Jer. 18, 8. 10. Joel. 2, 13. Jon. 3, 10. 4, 2. al., sq. אֶל Jer. 26, 3. 42, 10., sq. integra sententia, cui praemissum est כִּי Gen. 6, 6. 7. 1 Sam. 15, 11. (vern. etiam utraque ista notio in uno verbo *sichs leid sein lassen, es thut mir leid* copulata est). — 3) reflex. ex Pih. a) *se consolatus est* Ps. 77, 3., sq. עַל 2 Sam. 13, 39. Jer. 31, 15., sq. אַחֲרֵי Gen. 24, 67. *(de morte alicujus)*; b) *ultus est, ultionem sumsit* Jes. 1, 24. אִנָּחֵם מִצָּרַי *ultionem sumam ab hostibus meis*, ubi vid. Gesen. Ultio enim ab adversario sumta videbatur egregiam *consolationem* injuriae illatae afferre.

Pih. נִחַם *consolatus est* (q. d. misericordiam suam declaravit) sq. acc. pers. Gen. 37, 35. 50, 21. Ruth. 2, 13., de aliqua re sq. עַל Job. 42, 11. Jes. 22, 4. Ezech. 14, 22., sq. מִן Gen. 5, 29. Crebro dicitur *Jova populum* vel *aliquem consolari* Ps. 71, 21. 86, 17. 119, 82. Jes. 12, 1. 49, 13. Jer. 31, 13. Zach. 1, 17. quando eum denuo favore amplectitur, ei opem fert. Ceterum adde Ps. 23, 4. *baculus tuus et scipio tuus consolantur me* i. e. cura, quam in me defendendo ponis, animum mihi addit; Job. 7, 13. *consolabitur me lectus meus* i. e. somnus sollicitudinem meam levabit. — Puh. נֻחַם *solatio affectus, mulsus est, consolationem invenit* Jes. 66, 13, לֹא נֻחָמָה *solatio destituta, solatii inops* Jes. 54, 11. — Hithpah. הִתְנַחֵם (semel Ezech. 5, 13. הִנֶּחָם, unde 1. p. הִנֶּחָמְתִּי): 1) *misertus est* alicujus Deut. 32, 36. Ps. 135, 14. 2) *poenituit* eum Num. 23, 19. 3) *se consolatus est* Gen. 27, 25. Ps. 119, 52. 4) *ultionem sumsit* Ezech. 5, 13., sq. לְ pers. Gen. 27, 42.

נֹחַם m. *poenitentia* Hos. 13, 14.

נִחוּם m. (formae dagessandae), plur. נִחֻמִים 1) *misericordia* (σπλάγχνα) Hos. 11, 8. — 2) *consolationes* Jes. 57, 18. Zach. 1, 13., in quo posteriore tamen loco vulgo legitur נִחֻמִים; sed sine dagesch in plerisque codicibus se reperisse testatur idque emendatius putat Mercerus ad Pagnini *Thesaurum* sub h. n.

נַחוּם (form. dagess.) nom. propr. prophetae Nah. 1, 1.

נְחֶמְיָה *(misertus est Jova)* nom. propr. *Nehemiae* Esr. 2, 2. Neh. 1, 1. al.

נֶחָמָה f. *consolatio, solatium* Ps. 119, 50. Job. 6, 10.

מְנַחֵם (*consolans*) nom. propr. regis Israel. 2 Reg. 15, 17 sqq.

תַּנְחוּם m., plur. תַּנְחוּמִים 1) *misericordia* Ps. 94, 19. 2) *consolationes* Jer. 16, 7. Jes. 66, 11.

תַּנְחוּמָה f., plur. תַּנְחוּמוֹת *consolationes* Job. 15, 11. 21, 2.

נַחְנוּ v. sub אֲנִי.

נחץ *ursit, institit,* ut arab. نحص v. Schultens. in *Clav.* p. 279., cogn. לחץ. Part. Pahul נָחוּץ *ursus, ad festinandum impulsus, festinus* 1 Sam. 21, 8. conf. דָּחוּף Esth. 3, 15. 8, 14. et מְבֹהָל Esth. 8, 14.

נחר radix Hebr. inusit., chald. syr. ܢܚܪ et arab. نخر *ronchum edidit, ronchissavit, fremuit, flavit cum strepitu.*

נְחִיר m., dual. נְחִירַיִם *nares* (نُخْرَة et نَخَرَة *foramen nasi*) Job. 41, 12.

נָחוֹר nom. propr. fratris Abrahami Gen. 11, 26. 27. et alius cujusdam Gen. 11, 22. Lxx. *Ναχώρ*.

נַחַר m. *ronchus, fremitus* (ܢܚܪܐ *id.*), cum affixo נַחְרוֹ Job. 39, 20. Alii aliter exponunt vid. Bochart. *Hieroz.* P. I, p. 123 sq.

נַחֲרָה vel נַחֲרָה f. *id.*, unde in regim. נַחֲרַת Jer. 8, 16.

נָחָשׁ m. 1) *serpens* (chald. et samar. *id.*; origo voc. non liquet) Gen. 3, 1. 2. 4. 13. 14. Exod. 4, 3. Deut. 8, 15. Num. 21, 10. 2 Reg. 18, 4. Mich. 7, 17. De *serpente* בָּרִחַ Job. 26, 13. Jes. 27, 1. vid. supra sub rad. ברח. Plur. נְחָשִׁים Num. 21, 7. — 2) nom. propr. virorum 1 Sam. 11, 1. 2 Sam. 10, 2.; 2 Sam. 17, 25. 27.

נָחַשׁ in Kal inusit., Pih. נִחֵשׁ (denomin. a נָחָשׁ) propr. ex serpentibus *omina captavit, auguratus est* (multa ὀφιομαντείας exempla ap. vett. occurrunt v. Bochart. Hieroz. Tom. I, p. 21. et Selden de diis Syr. 2, 17.) Levit. 19, 26. Deut. 18, 10. 2 Reg. 17, 17. 21, 6. 2 Chron. 33, 6. (syr. *id.*, arab. نَحَسَ *praestigiis, veneficiis usus est*); — deinde transfertur etiam ad alia divinandi genera, ut Gen. 44, 5. coll. 15. *nonne est is (calix), ex quo dominus meus bibit? et ipse augurando auguratur eo* sc. calice. Cyathis enim in divinando varie usi sunt cf. Rosenmueller. *Morgenl.* I, p. 211 sq. — denique gener. est *divinavit, auguratus est, praesagivit* Gen. 30, 27., quem locum conjecturis vexarunt Michaelis et Aurivillius. Eandem *augurandi* significationem accommodant nonnulli loco 1 Reg. 20, 33. vertentes: *hi autem viri augurabantur* (sentiebant, quae esset illius, Ahabi, mens) *et festinabant.* Sed praestat Vulgatum sequi: *acceperunt viri* (Achabi verba) *pro omine.*

נַחַשׁ m. *augurium* Num. 23, 23., plur. Num. 24, 1. לֹא הָלַךְ לִקְרַאת נְחָשִׁים *non ivit* (Bileamus) *obviam auguriis* h. e. non discessit ad auguria captanda.

נחשׁ rad. inusitat.

נְחָשׁ m. chald. *aes* Dan. 2, 32. 4, 20. 7, 19., emphat. נְחָשָׁא Dan. 2, 45. 5, 4. 23.

נְחֹשֶׁת com. hebr. *aes* i. e. *cuprum, aes cyprium* Gen. 4, 22. Exod. 25, 3. 35, 5. 38, 2. Num. 31, 22. Jos. 22, 8. 2 Sam. 21, 16. al. Meton. a) *compedes, vincula* Thren. 3, 7., dual. נְחֻשְׁתַּיִם *compes gemina* in utraque manu vel utroque pede Jud. 26, 21. 2 Sam. 3, 34.; b) *pecunia* Ezech. 16, 36. c. affixo נְחֻשְׁתֵּךְ.

נְחֻשְׁתָּן m. *serpens aeneus*, quo nomine quasi proprio serpens aeneus, a Mose in deserto erectus, jussu autem Hiskiae fractus, vocabatur 2 Reg. 18, 4.

נָחוּשׁ *aeneus* Job. 6, 12., ubi caro vocatur *aenea* h. e. durissima coll. σάρξ σιδαρείη ap. Theocrit. 21, 47.

נְחוּשָׁה et נְחֻשָׁה f. *aes* Levit. 26, 19. 2 Sam. 22, 35. Ps. 18, 35. Job. 28, 2. 40, 18. 41, 19. Jes. 45, 2. 48, 4. Mich. 4, 13.

נָחַת *descendit* i. q. ירד, sed poetis tantum usitat. (chald. samar. syr. *id.*); fut. יֵחַת Jer. 21, 13., plur. יֵחַתּוּ (c. dag. euphon.) Job. 21, 13., sed Prov. 17, 10. tert. foem. תֵּחַת *penacut.* (propter seq. Schwa mob. v. Gesen. L. p. 176.) in his verbis: תֵּחַת גְּעָרָה בְמֵבִין *descendit* altius in animum *sapientis castigatio* (Vulg. *plus proficit ap. prudentem*), et regul. Ps. 38, 3. תִּנְחַת, ubi *manus Jovae descendisse* h. e. plaga a Jova inflicta esse dicitur. — Niph. נִחַת *descendere factus, demissus est* Ps. 38, 3. חִצֶּיךָ נִחֲתוּ בִי *demissae in me, infixae mihi sunt sagittae tuae.* — Pih. נִחַת *depressit* Ps. 65, 11 (sulcos sc. copiosis pluviis), 18, 35 (arcum, v. דָּרַךְ), in quo loco est enallage numeri, de qua v. Gesen. L. p. 714. 720. — Hiph. imper. הַנְחַת *descendere fac, dejice, deturba* Joël. 4, 11.

נְחַת chald. *id.* Dan. 4, 10. 20. — Aphel *detulit* Esr. 5, 15 (אֲחֵת imper.), it. *deposuit* Esr. 6, 1 (part. מְהַחֲתִין) et v. 5 (fut. תַּחֵת). Hoph. (ex hebr.) הָנְחַת *demissus, dejectus est* Dan. 5, 20.

נַחַת m. *descensus, demissio* Jes. 30, 30., metonym. *id quod descendit sive demittitur* Job. 36, 16. נַחַת שֻׁלְחָן *cibi in mensam demissi.* [Aliud vid. sub rad. נוּחַ].

נָחֵת m. part. praes. aram. (ut Dan. 4, 10. 20.) *descendens*, unde plur. נְחִתִּים (c. dag. euphon.) 2 Reg. 6, 9., ubi sermo est de *Aramaeis* sive *Syris.*

נָטָה 1) a) tetendit *(ausstrecken, ausspannen)*, ut manum Exod. 8, 13. 14, 26. Jos. 8, 19. (quod passim hostili sensu dicitur Job. 15, 25. max. de Jova plagas hominibus inflicturo Exod. 7, 5. Jer. 6, 12. Ezech. 6, 14. 14, 9. 25, 7. Zeph. 2, 13.) al., hastam Jos. 8, 18. 26., decempedam Jes. 44, 13. Thren. 2, 8. Job. 38, 5., tentorium *(figere)* Gen. 12, 8. 33, 19. (trop. de coelo, quod tentorio assimilatur Jes. 44, 24. 45, 12. Ps. 104, 2. Job. 9, 8.), insidias Ps. 21, 12.; b) *extendit, protendit (ausdehnen,* tendendo longius vel latius reddidit) Ps. 102, 12. צֵל נָטוּי *umbra protensa* h. e. longior facta, quod fit inclinante vespera: talis umbra in eo est, ut prorsus evanescat, unde vitae brevitas apte cum ea comparatur l. c. cf. Ps. 109, 23.; Jes. 3, 16. foeminae superbientes dicuntur incedere נְטוּיוֹת גָּרוֹן *extensae* h. e. *erectae gutture* (collo); intrans. *se extendit* Job. 15, 29. non *extendetur,* latius diffundetur *ejus possessio*; c) *exposuit, proposuit (ausbreiten)* 1 Chron. 21, 10. שָׁלֹשׁ אֲנִי נֹטֶה עָלֶיךָ *tria* (mala) *ego tibi proponam*, elige tibi unum.—

2) a) **inclinavit, flexit** Ps. 62, 4., *inclinat* Deus *coelos* h. e. demittit nubes Ps. 18, 10., trop. נָטָה לִבּוֹ לְ *inclinavit animum ad* aliquid Ps. 119, 112., נ׳ חֶסֶד אֶל פ׳ *gratiam in al. flexit* h. e. alieni conciliavit Gen. 39, 21., נוֹטֶה אֵלֶיהָ כְּנָהָר שָׁלוֹם *inclinabo* h. e. derivabo *in eam sicut flumen pacem* h. e. largam ei prosperitatem obtingere faciam Jes. 66, 12., *humeros suos inclinavit, demisit ad ferendum* onus i. e. bajulus factus est Gen. 49, 15., *oculos intendunt ad inclinandos* h. e. dejiciendos, perdendos *nos* Ps. 17, 11.; b) *inclinavit se* Jud. 16, 30., de die Jud. 19, 8., de umbra 2 Reg. 20, 10.; c) *declinavit, deflexit* (se) Jer. 14, 8. 2 Sam. 2, 19. 21. Num. 20, 17. 22. 33., trop. Ps. 119, 51. *a lege tua non deflexi*, 1 Reg. 11, 9. *animus ejus deflexit a Jova*, Prov. 4, 27. Job. 31, 7.; praegn. sq. אֶל Gen. 38, 16. *se applicuit ad eam* (mulierem), sq. אַחֲרֵי Exod. 23, 2. Jud. 9, 3. 1 Sam. 8, 3. 1 Reg. 2, 28. *declinavit ad al.* h. e. *sectatus est* al., *addixit se alieni* (vel pers. vel rei); hinc *abiit* 1 Sam. 14, 7. — Infin. constr. נְטוֹת, cum affixis נְטֹתִי Exod. 7, 5. נְטוֹתוֹ Ps. 109, 23. Fut. יִטֶּה Job. 15, 29., per apocop. יֵט Zeph. 2, 13. Ps. 44, 19. etc.

Niph. נִטָּה *tensus, extensus est* Zach. 1, 16 (funis mensorius), *protensus est* Jer. 6, 4., it. *extendit, diffundit se* (rivus) Num. 24, 16., ubi praet. plur. נִטָּיוּ, mutata tertia rad. ה in Jod.

Hiph. הִטָּה 1) **tetendit** manum Jes. 31, 3. Jer. 6, 12 (de Jova, v. supra), tentorium 2 Sam. 16, 22., aulaeum Jes. 54, 2. etc. — 2) a) **inclinavit, flexit** Gen. 24, 10. הַטִּי כַדֵּךְ *inclina* h. e. demitte *cadum tuum*. Crebro occurrunt hae formulae: α) *aures suas inclinare* i. e. attendere Ps. 17, 6. 31, 3. 45, 11. 49, 5. 86, 1. Prov. 4, 20., obtemperare Ps. 116, 2. Jer. 25, 4. 35, 15.; β) *animum suum inclinare*, convertere sive ad Deum Jos. 24, 23 sive ad sapientiam Prov. 2, 2.; γ) *animum alic. inclinare, flectere* 2 Sam. 19, 15., ad pietatem Ps. 119, 36., ad pravitatem Ps. 141, 4. 1 Reg. 11, 2., hinc simpl. corrumpere, in nequitiam inducere Prov. 7, 21. 1 Reg. 11, 3. Jes. 44, 20., sq. אַחֲרֵי אֱלֹהִים אֲחֵרִים *ad idolorum cultum* 1 Reg 11, 4.; δ) *gratiam, favorem inclinare* in aliq. h. e. conciliare alicui Esr. 7, 28. 9, 9.; ε) *jus flectere* (Cic. Caecin 26.) 1 Sam. 8, 3., *jus alicujus flectere*, pervertere Deut. 27, 19. Thren. 3, 35.; alibi eodem sensu: *flectere, pervertere aliquem*, sed v. sub b. — Intransit. *inclinavit, reclinavit se* Am. 2, 8. — b) *declinavit*, transit., h. e. deflectere fecit Jer. 5, 25. *scelera vestra declinarunt haec bona* h. e. effecerunt, ut vobis non contingerent; hinc *abduxit, seduxit* (*beiseits führen*) 2 Sam. 3, 27., *detrusit* Job. 24, 4., *reduxit, retraxit* Num. 22, 23 (in viam), *repulit, repudiavit* Ps. 27, 9.; ה׳ מִדִּין פ׳ *depellere aliquem de jure suo* i. e. caussam ej. corrumpere Jes. 10, 2., sic etiam simpl. ה׳ פ׳ Am. 5, 12. Jes. 29, 21. Mal. 3, 5. Intransit. *declinavit* (se), *deflexit* de via Jes. 30, 11. Job. 23, 11., praegn. Ps. 125, 5. Praet. cum affixo הִטָּהוּ Jes. 44, 20., foem. cum affixo הִטַּתּוּ Prov. 7, 21. Inf. cum affixo הַטֹּתָהּ Num. 22, 23., imp. הַטֵּה, per apocop. הַט Ps. 17, 6. Fut. יַטֶּה, cum Vau convers. וַיֵּט 2 Sam. 19, 15. etc. — Hoph. part. מֻטֶּה 1) Jes. 8, 8. מֻטּוֹת כְּנָפָיו מְלֹא רֹחַב אַרְצְךָ *extensa* h. e. *expansiones alarum ejus* (exercitus) implent terram tuam, quam late patet. 2) Ezech. 9, 9. עִיר מָלְאָה מֻטֶּה *urbs repleta est inclinatione*, perversione juris.

מַטֶּה com. (foem. Mich. 6, 9.) 1) *ramus, virga* (*extensa, protensa*) Ezech. 19, 11. 12. 14. — 2) *baculus*, qui ex *ramo* sive *virga* ar-

beris fieri solet (coll. Ezech. 19, 11.) Gen. 38, 25. Exod. 4, 2. 17. Num. 17, 17. 18. 21., spec. *baculus regius, sceptrum* Ps. 110, 2., *hasta* militis (Arabibus etiam *baculi* nomen pro *hasta* frequentatur) 1 Sam. 14, 27. (Hab. 3, 14.). Metaphorice pro *sustentaculo* sumitur, ubi de *pane* sermo est, qui quasi *fulcit* artus (conf. rad. סעד Ps. 104, 15.), hinc *frangere baculum panis* Levit. 26, 26. Ps. 105, 16. Ezech. 5, 16. 14, 13. — 3) *tribus* (q. d. *ramus gentis*) Num. 1, 4. 2, 5. 7. Jos. 20, 9. etc. — 4) *inclinatio, depressio* v. מַטָּה. — In regim. מַטֵּה Num. 1, 49. Ezech. 19, 12., cum affixo מַטֶּךָ Exod. 7, 10., plur. מַטּוֹת Num. 1, 16. Jos. 14, 1. 2. 4. etc., semel c. affixo מַטָּיו Habac. 3, 14.

מַטָּה (penacut. i. e. מַטָּה c. he loc.) propr. *in locum depressum* quasi *inclinatum* h. e. *deorsum* Deut. 28, 43. Prov. 15, 24. — Cum praefixo: לְמַטָּה *deorsum* Deut. 28, 13. 2 Reg. 19, 30. Ezech. 1, 27. Eccles. 3, 21.; it. *infra* 1 Chron. 27, 23. לְמִבֶּן עֶשְׂרִים שָׁנָה וּלְמַטָּה *a nato viginti annos et infra*, sq. מִן Esr. 9, 13. חָשַׂכְתָּ לְמַטָּה מֵעֲוֹנֵנוּ *cohibuisti* (iram tuam) *infra peccata nostra* h. e. minus, quam peccata nostra merebantur, punivisti nos; מִלְּמַטָּה *deorsum* Exod. 27, 5. 28, 27. 36, 29. 39, 20.

מִטָּה f. 1) *lectus* (cf. rad. Am. 2, 8.), (ita graec. κλίνη est a κλίνω) a) in quo dormientes vel aegrotantes cubant Gen. 47, 31. 48, 2. Exod. 8, 3. 1 Sam. 19, 13 sqq. 2 Reg. 4, 10. 21. 2 Chron. 24, 25.; b) in quo ad mensam accumbunt Esth. 1, 6. Ezech. 23, 41. vel quietem capiunt (*Sopha, Divan*) Am. 3, 12. 6, 4.; c) in quo mortui efferuntur, *feretrum* 2 Sam. 3, 31. 2) *lectica, sella gestatoria* Cant. 3, 7. Plur. מִטּוֹת 2 Reg. 11, 2.

נָטַל 1) *sustulit* Jes. 40, 15. 2) *imposuit* (portandum) sq. עַל Thren. 3, 26. 2 Sam. 24, 12. (syr. ܢܛܠ *gravis fuit*). — Pih. *sustulit, levavit* Jes. 63, 9. (sq. נשׂא *portare*).

נְטַל chald. *sustulit* Dan. 4, 31.; praet. ex Pehil formatum נְטִילַת *sublata est* Dan. 7, 4.

נֵטֶל m. *gravitas*, βάρος Prov. 27, 3.

נָטִיל m. *oneratus, onustus* Zeph. 1, 11. נְטִילֵי כֶסֶף *onusti argento* hyperbol. pro *divitibus*.

נָטַע 1) gener. *fixit, infixit*, ut clavum (paxillum) Eccles. 12, 11., tentorium Dan. 11, 45., hinc coelos (*fundavit*), qui tentorio assimilantur Jes. 51, 16.; נָטַע אֲשֵׁרָה *figere* h. e. statuere *idoli simulacrum* Deut. 16, 21. 2) spec. *plantavit* plantas, arbores (q. d. terrae infixit) Gen. 21, 33. Levit. 19, 23. Eccles. 2, 5.; it. *consevit* hortum, vineam (*anpflanzen*) Gen. 2, 8. 2 Reg. 19, 29. Prov. 31, 16., sq. dupl. acc. (*conserere vineam vitibus*) Jes. 5, 2. — Trop. a) Ps. 94, 9. *aurem plantare* h. e. creare, fingere; b) *populum plantare* h. e. fixas, stabiles ei sedes assignare Jer. 24, 6. 32, 41. 42, 10. 45, 4. 2 Sam. 7, 10. Am. 9, 15. Exod. 15, 17. תִּטָּעֵמוֹ בְּהַר נַחֲלָתְךָ *plantabis eos in monte hereditario tuo*, Ps. 80, 9. *vitem ex Aegypto transtulisti et plantasti eam*. — Part. praes. נֹטֵעַ et נֹטַע (retracto accentu v. Gesen. L. p. 175.) Ps. 94, 9., infin. נְטוֹעַ Jer. 1, 10 et נְטַעַת Eccles. 3, 12. — Niph. נִטַּע *plantatus est* (trop.) Jes. 40, 24.

נְטִיעַ m. *planta*, plur. נְטִיעִים Ps. 144, 12.

נְטַע m. *plantarium* Jes. 5, 7.

נֶטַע m. 1) *planta, recens plantatum* aliquid, in pausa נָטַע Job. 14, 9. 2) *plantatio*, unde cum affixo נִטְעֵךְ Jes. 17, 11. 3) plur. נְטָעִים *plantaria* 1 Chron. 4, 23., in regim. נִטְעֵי Jes. 17, 10.

מַטָּע m. *locus plantarum* vel *ubi plantatur, plantarium* Ezech. 17, 7. 31, 4. 34, 29. Jes. 61, 3.; plur. in regim. מַטָּעֵי Mich. 1, 6.; נֵצֶר מַטָּעַי *surculus plantariorum meorum* i. e. a me plantatus sec. Kri Jes. 60, 21., sed Cthib habet מַטָּעוֹ vel מַטָּעָו (pro מַטָּעָיו).

נָטַף *stillavit* (نطف) Ps. 68, 9., sq. acc. rei *stillare aliquid* Jud. 5, 4. Cant. 5, 5. Frequentius tropice: Job. 29, 22. עָלֵימוֹ תִּטֹּף מִלָּתִי *in eos stillabat*, defluebat *oratio mea* (grata iis erat tanquam pluvia cf. Deut. 32, 2.); Joel. 3, 23 (4, 18) *montes stillabunt mustum* (hyperb. de summa vini abundantia), Prov. 5, 3. *labia meretricis mel destillant* (verborum dulcedine alliciunt), Cant. 4, 11. — Hiph. הִטִּיף *stillare fecit, stillavit* aliquid Am. 9, 13. *montes stillabunt mustum;* metaph. (sc. מִלִּין) *verba stillare* i. e. loqui, vaticinari Mich. 2, 6. 11. Am. 7, 16. Ezech. 21, 2. 7.

נָטָף m. 1) *gutta* (نَطَفٌ *id.*) Job. 36, 27. 2) *stacte* Exod. 30, 34. (graec. στακτή a στάζω *stillo*) h. e. *myrrha praestantior*, sua sponte ex arbuscula *stillans* v. Celsius in *Hierobot.* T. I, p. 529. Scheuchzeri *Physica sacra* ad l. c. Est enim *myrrha*, teste Theophrasto in *Histor. plant.* L. IX. c. 4., alia στακτή, alia πλαστή coll. Dioscor. I, 74. Sed Judaei. quos Luth. secutus est, *balsamum* intelligunt, contra quos disputantem v. Hillerum in *Hierophyt.* P. I, p. 422 sq. Denique Hartmannus (Hebräerin III, p. 110.) *styracem* (qui Graecis passim στακτός στύραξ appellatur) significari contendit, argumentis usus haud ineptis.

נְטֹפָה oppidum inter Bethlehem et Anathot situm Esr. 2, 22. Neh. 7, 26. Nom. gentil. נְטֹפָתִי *Netophanus* 2 Sam. 23, 28. 29. 2 Reg. 25, 23.

נְטִיפָה f., plur. נְטִיפוֹת Jud. 8, 26. Jes. 3, 19. *inaures* scil. ex *margaritis, stillarum* instar puris et pellucidis; ut graec. σταλάγμιον (Salmas. Exercitatt. Plin. II, p. 1334.) genus *inaurium* dicitur a σταλάζω *stillo*, coll. arab. نطف in Conj. V. *inaures induit, inauribus ornata fuit* (puella), et نُطْفَةٌ *inauris* (propr. *gutta*), it. *margarita pura et pellucida*, quam explicationem pluribus defendit Schroederus de *vestitu mulierum hebr.* c. 4.

נָטַר 1) *custodivit, servavit* Cant. 1, 6. 8, 11. 12. (نطر *custodem* et *observatorem egit*, cogn. נָצַר); spec. de eo dicitur, qui *iram servat* (omisso voc. אַף vel חֵמָה) adeoque *occasionem ulciscendi captat* (sicut φυλάσσειν χόλον dixit Homerus *Iliad.* XVI, 30.) Jer. 3, 5. 12. Ps. 103, 9. Nah. 1, 2. נֹטֵר הוּא לְאֹיְבָיו *iram servans hostibus* h. e. injuriae memor in hostes, Levit. 19, 18. לֹא תִטֹּר אֶת־בְּנֵי־עַמֶּךָ *ne sis memor injuriae a popularibus acceptae*. Fut. יִנְטֹר Jer. 3, 5. 2) i. q. نظر *speculatus est, observavit* v. מַטָּרָה n. 2. (Utramque signif. ab una radice proficisci, manifestum est).

נְטַר chald. *servavit* Dan. 7, 28.

מַטָּרָה f. 1) *carcer,* ubi captivi *custodiuntur* Jer. 32, 2. 8. 12. 33, 1. 37, 21. Neh. 3, 25. 2) *meta, scopus* (v. rad. n. 2., arab. مَطْرَةٌ *scopus;* ita graec. σκόπος est a σκέπτομαι) 1 Sam. 20, 20. Job. 16, 12., semel מַטָּרָא Thren. 3, 12.

נָטַשׁ gener. significat: *misit, missum fecit* aliquem vel aliquid, sed pro locorum varietate varie transferri potest: a) *deseruit, dereliquit* 1 Reg. 8, 57. Deut. 32, 15. Jud. 6, 13. Ps. 94, 4. Jer. 12, 7. 15, 6.; b) *omisit* aliquid *(liegen lassen, aufgeben),* ut agrum Exod. 23, 11. Neh. 10, 32., litem Prov. 17, 14. coll. 1 Sam. 10, 2. *omisit causam* (curam) *asinarum;* hinc *neglexit* Prov. 1, 8. 6, 20 (praeceptum); c) *emisit,* eduxit (gladium e vagina) Jes. 21, 15., it. gravius: *ejecit* Ezech. 29, 5. 32, 4.; d) *dimisit* h. e. *diffudit* in varias partes (ut Seneca dixit *notitiam nominis in populos dimissam*) 1 Sam. 30, 16., intrans. *diffudit se* 1 Sam. 4, 2.; e) *remisit* alicui (pecuniam creditam) Neh. 10, 32.; f) sq. לְ pers. *permisit* Gen. 31, 28.; sq. עַל pers. *commisit* 1 Sam. 17, 20. 22. 28. — Niph. 1) *remissus, relaxatus est* (funis) Jes. 33, 23. 2) *dimissus* h. e. *diffusus est* Jes. 16, 8. Jud. 15, 9. 2 Sam. 5, 18. 3) *demissus, dejectus est* Am. 5, 2. — Pyh. נֻטַּשׁ *desertus est* Jes. 32, 14.

נְטִישׁוֹת f. plur. *palmites* in varias partes *dimissi* et *diffusi* Jes. 18, 5. Jer. 5, 10. 48, 32.

נִי vid. sub rad. נהה.

נִין vid. supra sub rad. נון.

נִינְוֵה metropolis Assyriae, ad Tigrim (e regione urbis Mosul) sita Gen. 10, 11. 12. Jes. 37, 37. Nah. 2, 8. Jon. 1, 2. 3, 3., fortasse propr. *sedes Nini* a נִין *Ninus* et נָוֶה *habitaculum* (uti בָּבֶל *est aula Beli*), Graecis et Rom. appellatur Νῖνος, *Ninus* (Herod. 1, 193. 2, 101. Diod. Sic. 2, 3. Plin. H. N. 6, 13.), quanquam nec istud nomen prorsus ignorabant (Ammian. Marc. 18, 16.). Conf. Bocharti *Phal.* lib. IV. c. 20, p. 280 sqq. Niebuhr. Itiner. II, p. 333. Rosenmueller. *Alterth.* I, 2, p. 95.

נִיסָן m. *mensis primus* Hebraeorum, Martio partim, partim Aprili respondens Neh. 2, 1. Esth. 3, 7. Sunt, qui cum Bernardo ad Josephum p. 221. derivent a نسا vel نشأ *crevit, provenit* unde نَشْءٌ *germen plantae adhuc tenerum*), quod eo tempore *germina plantarum copiose proveniant,* unde idem hic mensis אָבִיב vocetur.

נִיר *novellavit* i. e. novos agros coluit Jer. 4, 3. Hos. 10, 12. Inde est

נִיר m. *novalis* (Varro R. R. 1, 29.), *novale (Brachacker)* Jer. 4, 3. Hos. 10, 12. Prov. 13, 23. — Aliud v. sub rad. נור.

מָנוֹר *jugum* (arab. نِيرٌ, chald. syr. ܢܝܪܐ) propr. aratorium (?), מְנוֹר אֹרְגִים *jugum textorium* 1 Sam. 17, 7. 2 Sam. 21, 19. 1 Chron. 11, 23. 20, 5.

נָכָא, unde repetere solent נִכְּאוּ Job. 30, 8. v. sub rad. כאה. Sed נָכֵא, נָכָא v. sub rad. נכה.

נְכֹאת m. Gen. 37, 25. 45, 11. aromatum genus, sec. AQUIL. (assentiente BOCHARTO in *Hieroz.* Tom. III, p. 548) *storax*, in qua sententia acquiescit etiam CELSIUS in *Hierobot.* P. I, p. 548.; LUD. DE DIEU ad Gen. 37, 25. ex Camuso adnotat, نكيث esse e numero سِوَاك, quo nomine omnia *dentifricia*, Arabibus valde usitata, designantur. GESENIUS conferendum existimat arab. نكأة i. q. نكعة *gummi tragacanthi.* Sed HARTMANNUS (Hebr. III, p. 121.) generale vocab. esse arbitratur.

נֶכֶד m. 1) *proles,* spec. *nepos* Jes. 14, 22. Job. 18, 19 (copul. c. נִין). Cum affixo נֶכְדִּי Gen. 21, 23. Origo voc. obscura est. GESENIUS ad Jes. l. c. conferri jubet aethiop. ነገድ genus, tribus. 2) editt. quaedam Job. 31, 3. legunt נֵכֶר (arab. نكد) *vita misera, calamitas.* Sed praeferenda vulgaris scriptura נֵכֶר *aversatio, odium* Dei, v. rad. נָכַר.

נָכָה gener. habet *tundendi, feriendi, percutiendi* significationem. In Kal non legitur. Niph. נִכָּה *percussus* h. e. *occisus est* 2 Sam. 11, 15. (sed נִכְּאוּ Job. 30, 8. v. sub rad. כאה).

Hiph. הִכָּה multis modis dicitur, ita tamen ut fere graeco πλήσσειν et latino *percutere* respondeat. Significat enim: 1) caedendo, pungendo *feriit,* percussit *(schlagen, stossen, treffen)* Exod. 7, 20. *baculo aquam percussit,* 8, 13. 21, 20. Num. 22, 27. 35, 16. Deut. 19, 4. 2 Reg. 2, 8. (sq. בְּ Exod. 17, 6. הִכָּה בַצּוּר ut nostr. *an den Felsen schlagen*), Exod. 21, 18. *si percussit alium lapide,* Job. 16, 10. הִכּוּ לְחָיַי *percusserunt* (in) *maxillam meam,* 1 Sam. 17, 49. *percussit Philistaeum* lapide *in frontem* (אֶל מִצְחוֹ), 2 Reg. 9, 24. *percussit, feriit regem* (sagittà) *inter scapulas,* 1 Reg. 22, 34., Jon. 4, 7. *vermis percussit, feriit* (pungendo) *ricinum,* Ps. 121, 6. הַשֶּׁמֶשׁ לֹא־יַכֶּכָּה *sol non percutiet, feriet* (punget) *te,* 1 Sam. 24, 6. וַיַּךְ לֵב דָּוִד אֹתוֹ *percussit Davidis cor* (palpitando) *ipsum* h. e. animo percussus, commotus est *(es schlug ihm das Herz)*; *ferire manus* (כַּף) vel *manu* (בְּכַף) est *concutere, complodere manus,* ut solent exultantes 2 Reg. 11, 12. vel indignantes Ezech. 22, 13. vel plangentes Ezech. 6, 11. 21, 19. *Percutere aliquem* est: verberare, plagis afficere, verberando castigare Deut. 25, 2. Neh. 13, 25. Crebro dicitur Jova (vel angelus) *percutere* aliquem (terram aliquam) h. e. plaga, calamitate afficere, plaga inflicta castigare, vel absolute Levit. 26, 24. Jer. 5, 3. Ezech. 7, 9. 2 Sam. 24, 17. Jes. 9, 13. vel sq. ablativo *morbi* aut *mali* Num. 14, 12. 1 Sam. 5, 6. Gen. 19, 11. 2 Reg. 6, 18. Ps. 78, 47. Job. 2, 7.; Ps. 105, 33. *percussit vites eorum* sc. grandine, Exod. 7, 25. *percussit flumen* (Nilum) h. e. effecit, ut aquae fluminis in sanguinem converterentur. Eod. sensu sq. בְּ pers. Num. 11, 33. וַיַּךְ בָּעָם מַכָּה רַבָּה, et paullo aliter Ps. 136, 10. מַכֵּה מִצְרַיִם בִּבְכוֹרֵיהֶם.

2) *transfodit, confodit, percussit* sq. בְּ vel acc. 1 Sam. 18, 11. אַכֶּה בְדָוִד וּבַקִּיר *percutiam* (hastà) Davidem et parietem, 2 Sam. 2, 23. *percussit* (transfodit) *Abnerum hasta,* 1 Sam. 26, 8. אַכֶּנּוּ נָא בַחֲנִית וּבָאָרֶץ

percutiam eum hasta et *terrae* affigam. — 3) *contudit, confregit,* percussit Ps. 3, 8. הִכִּיתָ אֶת־כָּל־אֹיְבַי לֶחִי *percussisti hostium meorum maxillas* h. e. contudisti, fregisti, Am. 3, 15. Exod. 9, 25. וַיַּךְ הַבָּרָד אֵת כָּל־אֲשֶׁר בַּשָּׂדֶה *percussit,* contudit *grando omnia sata,* Exod. 21, 26. הִכָּה עֵין עַבְדּוֹ *contundere, excutere oculum servo.* — 4) *occidit, trucidavit,* percussit vel absol. sq. acc. pers. Gen. 4, 15. Exod. 2, 12., sq. בְּ 1 Sam. 18, 7. 21, 12. (poet.) — vel additis verbis בַּחֶרֶב Jos. 11, 10. aut לְפִי חֶרֶב Deut. 20, 13. 1 Sam. 22, 19. (v. sub חֶרֶב) aut נֶפֶשׁ *quoad vitam* Deut. 19, 6. Levit. 24, 18. Gen. 37, 21. Passim additur הֵמִית 2 Sam. 18, 15. Jer. 52, 27. Etiam *feris* tribuitur, quae aliquem *dilaniant* Jer. 5, 6. 1 Reg. 20, 36. — 5) cecîdit, clade affecit hostes sq. acc. Gen. 14, 15. Deut 4, 46. Jos. 10, 10. 33. 11, 8. 13, 12. Jud. 1, 5. 8, 11. etc., additis verbis מַכָּה גְדֹלָה Jos. 10, 10. *magna, ingenti clade afficere* coll. Jud. 15, 8. (v. sub יָרֵךְ); sq. בְּ 2 Sam. 23, 10. וַיַּךְ בַּפְּלִשְׁתִּים, ut nostrates dicunt: *eine Niederlage anrichten unter d. Feinden* 2 Sam. 24, 17. 2 Chron. 28, 5. 1 Sam. 6, 19. al. Meton. dicuntur etiam *oppida caedi* h. e. expugnari, in deditionem venire, capi Jos. 7, 3. 2 Reg. 3, 19. 1 Chron. 20, 1. Aliud est הִכָּה עִיר לְפִי חֶרֶב i. e. *totam aliquam civitatem* (omnes incolas) *occidere, trucidare* (*über die Klinge springen lassen*) Jud. 20, 36. 2 Sam. 17, 14. — 6) feriendo *intrusit, incussit, immisit* (*hineinstossen*) 1 Sam. 19, 10. וַיַּךְ אֶת־הַחֲנִית בַּקִּיר *incussit hastam parieti,* 1 Sam. 2, 14. הִכָּה בַכִּיּוֹר *intrusit, immisit* fuscinam *in cacabum.* Huc pertinet etiam formula הִכָּה שָׁרָשִׁים *radices agere* (pr. rad. in terram incutere, immittere), quam nostrates imitantur: *Wurzel schlagen,* Hos. 14, 6. (al. שִׁלַּח שׁ׳ Jer. 17, 8). — Infin. absol. הַכֵּה 1 Reg. 20, 37. Deut. 13, 15. Imper. c. affixo הַכֵּינִי (pro הַכֵּנִי) 1 Reg. 20, 35. Fut. 3. m. c. he paragog. יַכֶּכָּה Deut. 28, 22 27 sq.

Hoph. הֻכָּה (הוּכָּה Ps. 102, 5.) 1) *percussus est* Zach. 13, 6., *verberibus mulctatus est, vapulavit* Exod. 5, 16, a Jova *plaga,* calamitate *affectus est* Hos. 9, 16. Jes. 1, 5. 53, 4. 2) *occisus est* Num. 25, 14. Jer. 18, 21. 3) de oppido: *expugnatum, captum est* Ezech. 33, 21. 40, 1. — Pyh. נֻכָּה *percussus, contusus est* (grandine) Exod. 9, 31. 32.

נָכֶה m. *percussus, contusus;* hinc נְכֵה רַגְלַיִם *percussus pedibus* i. e. *claudus* 2 Sam. 4, 4. 9, 3., נְכֵה רוּחַ *animo percussus, fractus* Jes. 66, 2.

נָכֵא m. *id.,* unde foem. רוּחַ נְכֵאָה Prov. 15, 13. 17, 22. 18, 14. *animus fractus, afflictus* (opp. לֵב שָׂמֵחַ).

נָכָא, plur. נְכָאִים *percussi* sc. animo, *contriti, afflicti* Jes. 16, 7. v. Gesen. ad h. l.

נֵכֶה, plur. נֵכִים Ps. 35, 15. *percutientes* sc. linguâ h. e. *convicientes* coll. Jer. 18, 18. Job. 5, 21. v. Rosenmueller. ad h. l.

מַכָּה f. 1) *percussio, contusio,* hinc חִטִּים מַכּוֹת (pro חִטֵּי) *triticum contusionis* h. e. triticum excussum, extritum (sed in loco parall. 1 Reg. 5, 11. al. 25. legitur מַכֹּלֶת); it. *flagellatio* Deut. 25, 3. 2) *plaga* Prov. 20, 30., inpr. quae a Deo infligitur Deut. 28, 59. 61. 29, 22. Jer. 10, 19. 49, 17. Mich. 1, 9.; הִכָּה פ׳ בְּמַכָּה 1 Sam. 4, 8. *plagâ aliquem afficere.* 3) *vulnus* 1 Reg. 22, 35. Jes. 1, 6. 4) *strages, caedes* Num. 11, 33. Jos. 10, 10. 20. 1 Sam. 6, 19. etc. Plur. מַכּוֹת, rarius מַכִּים 2 Reg. 8, 29. 9, 15.

נְכֹה et נְכֹה 2 Reg. 23, 29. 33. Jer. 46, 2. 2 Chron. 35, 20. 36, 4. rex Aegypti, filius Psammetichi (657 sqq. a. Christ.), Herod. 2, 158. 159, 4. Νεκώς, Νεκώ, Lxx. et Joseph. Νεχαώς, Νεχαώ. Vulgo interpretantur: *claudus* a rad. נכה (cf. *Tamurlan, Timur lenk* i. e. claudus) v. Simon. Onom. p. 598.; sed est voc. aegypt., quod tamen, quid sibi velit, certo non potest definiri.

נֹכַח m. *rectum* (opp. obliquo), Prov. 4, 25. עֵינֶיךָ לְנֹכַח יַבִּיטוּ *oculi tui in rectum spectent (gerade aus,* Luth. *stracks).* Hinc in praeverbium abit significans, recte oppositum, objectum esse aliquid alicui, vertique potest: *e regione* Exod. 26, 35. *candelabrum* נֹכַח הַשֻּׁלְחָן *e regione mensae (gerade vor),* Esth. 5, 1. Jos. 15, 7. 1 Reg. 20, 29. Deinde est *ante, coram* (i. q. לִפְנֵי) Prov. 5, 21. Jud. 18, 6. Jer. 17, 16. *dicta mea sunt* נֹכַח פָּנֶיךָ *coram oculis tuis* h. e. probe ea nosti, Ezech. 14, 7. מִכְשׁוֹל עֲוֹנוֹ יָשִׂים נֹכַח פָּנָיו *perniciosum crimen suum ponit coram oculis suis* h. e. prae se fert, delectatur eo. Cum praefixis: 1) אֶל־נֹכַח *versus* (ἀντικρύ) Num. 19, 4., אֶל־נֹכַח פְּנֵי אֹהֶל מוֹעֵד *versus tentorium sanctum.* 2) לְנֹכַח a) *ante* (ita ut sit *e regione)* Gen. 30, 38.; b) *pro* post verb. *supplicandi* Gen. 25, 21. *precatus est Isaacus* לְנֹכַח אִשְׁתּוֹ *pro uxore sua,* propr.: ita ut Deum inter et uxorem intercederet, *sich vor s. Frau stellend* (quemadm. *vor* et *für* unum voc. est, cf. etiam ἀντί). 3) עַד־נֹכַח *usque ad* (de loco), *bis gegenüber* Jud. 19, 10. Ezech. 47, 20.

נֶכַח m. 1) *e regione, gerade vor,* cum affixo נִכְחוֹ Exod. 14, 2. 2) Ezech. 46, 9. *non revertetur per eam portam, per quam accessit,* כִּי נִכְחוֹ יֵצֵא *sed* per eam portam, quae *sibi ex adverso* jacet, *exibit.*

נָכֹחַ m. *rectus* (opp. *pravo)* Prov. 8, 9. 24, 26.; alibi f. נְכֹחָה et plur. נְכֹחוֹת subst. *rectum* Jes. 26, 10. 30, 10. 59, 14. Am. 3, 10. Huc refert Gesenius etiam Jes. 57, 2. הֹלֵךְ נִכֹחוֹ *incedens in recta sua* (via); all. *rectâ ante se* (Luth. *richtig vor sich).*

נָכַל *machinatus est, fraudulenter egit* (syr. chald. sam. *id.*) Malach. 1, 14. — Pih. *id.* sq. לְ pers. Num. 25, 18. — Hithpah. הִתְנַכֵּל *id.* sq. אֵת pers. Gen. 37, 18., sq. בְּ pers. *(an jem.).*

נֵכֶל m. *astutia, machinatio* Num. 25, 18.

כִּילַי (pro נְכִילַי) *fraudulentus, astutus* (syr. ܢܟܠܐ *id.*) Jes. 32, 5.; al. sec. Judaeos: *avarus* (tanq. a כול *metiri,* q. d. qui omnia metitur, ponderat), sed v. Gesen. ad h. l.

כֵּלַי Jes. 32, 7. *id.*

נכס, rad. inusit., i. q. כָּנַס *recondidit, collegit.*

נֶכֶס m., plur. נְכָסִים *opes, facultates* Jos. 22, 8. Eccles. 5, 18. 6, 2. 2 Chron. 1, 11. 12. Sic a نكز *recondidit, collegit, congessit* fit كنز *divitiae.*

נְכַס m. chald. *id.*, plur. נִכְסִין Esr. 6, 8. 26.

כִּיס m. (pro נְכִיס) 1) *marsupium, loculus, crumena,* in qua pecunia *reconditur* et *colligitur* Prov. 1, 14. Jes. 46, 6. In eadem mercatores gestabant *pondera* Deut. 25, 13. Mich. 6, 11. Prov. 16, 11.

נָכַר in Kal inusit., videtur proprie significasse: *peregrinus, alienus fuit* (v. נֵכָר et נָכְרִי), hinc Pih. נִכַּר 1) *alienum fecit, reddidit, alienavit* Jer. 19, 4. וַיְנַכְּרוּ אֶת־הַמָּקוֹם הַזֶּה *alienarunt hunc locum* i. e. alienis Diis consecrarunt (ita Lxx. et Vulg.), Deut. 32, 27. פֶּן יְנַכְּרוּ צָרֵימוֹ *ne alienarent* h. e. alieno auctori tribuerent, ubi v. Jarchius; praegn. 1 Sam. 23, 7. 2) privative: fecit, ut aliquid peregrinum, alienum esse desineret h. e. *agnovit* Job. 21, 29. 34, 19. לֹא נִכַּר שׁוֹעַ לִפְנֵי דָל *non agnoscit divitem prae tenui* h. e. non praefert illum, non magis favet illi.

Niph. נִכַּר 1) *alienum, peregrinum se gessit* Prov. 26, 24. 2) *agnitus est* Thren. 4, 8. v. Pih. n. 2 — Hiphil הִכִּיר 1) *agnovit* Gen. 27, 23. 33. 38, 25 sq. Jes. 61, 9. Jud. 18, 3. Job. 4, 16. 1 Sam. 26, 17. Ruth. 3, 14. Gen. 31, 32. הַכֶּר־לְךָ מָה עִמָּדִי *agnosce tibi quid sit apud me* de rebus tuis. Hinc הִ׳ פְּנֵי פ׳ *agnoscere alic. personam* h. e. (temere) alicui studere, favere, alterum alteri praeferre (i. q. נָשָׂא פָנִים) Deut. 1, 17. 16, 19 Prov. 24, 23. 28, 21. al. 2) *cognovit* Neh. 6, 12., hinc ap. poet. *novit* sq. acc. Job. 24, 13. 17. 34, 25. Jes. 63, 16., et ap. recentiores in pedestri oratione *scivit* Neh. 13, 24. אֵינָם מַכִּירִים לְדַבֵּר יְהוּדִית *non sciebant judaice loqui,* Esr. 3, 13. אֵין מַכִּירִים קוֹל תְּרוּעַת הַשִּׂמְחָה לְקוֹל בְּכִי הָעָם *non sciebant laetum clamorem* discernere *a voce plorantis populi.* Passim, ut יָדַע, transfertur ad *curae* et *studii* significationem Ruth. 2, 10. Ps. 142, 5. — Hithpah. 1) *alienum se gessit, simulavit* Gen. 42, 7. 1 Reg. 14, 5. 6. 2) *agnitus est* Prov. 20, 11.

Propriam voc. vim eam esse, quam supra diximus, patere videtur cum e derivatis nominibus, quae a forma Kal proficiscuntur, omnibus, tum e lingua arab. Etenim نكر est: *inficias ivit, abnegavit, ignoravit,* hinc *repudiavit,* in Conjug. II. *ignota specie induit aliquid, immutavit habitum, alium se simulavit.* Ita certe aliqua ex parte intelligitur, quomodo in hoc verbo copulari potuerint duae significationes paene contrariae; paene contrarias dico, quod *agnoscendi* significatio non tantum distat a *peregrini* notione, quantum *ignoratio* remota est a *scientia.* Ceterum non magni momenti sunt, quae Kannius in libello de vocabulor. enantiosemia (Erlang. 1819. 8.) disputavit, nec omnino quidquam efficitur collectis aliquot verbis arabicis, quae et ipsa contrarias res significare videntur; tum demum docemus, cum causas rerum aperimus vel aperire studemus.

נֵכָר m. *peregrinitas.* Hinc בֶּן־נֵכָר *filius* peregrinitatis h. e. *peregrinus* Gen. 17, 12. 27. Exod. 12, 43. Levit. 22, 25. etc., plur. 2 Sam. 22, 45. 46. Neh. 9, 2. Ps. 18, 45. 46.; אֱלֹהֵי נֵכָר *Deus peregrinus, externus* Deut. 32, 12. Ps. 81, 10., plur. *Dii peregrini, externi* Gen. 35, 2. Jos. 24, 20. 23. Jer. 5, 19., qui הַבְלֵי נֵכָר vocantur Jer. 8, 19.; אַדְמַת נֵכָר *terra peregrina, extera* Ps. 137, 4. — Metonymice sumitur pro ipsa *re ignota et peregrina,* special. pro *deo peregrino* Neh. 13, 30. 2 Chron. 14, 2. — In regim. נֵכַר Deut. 31, 16.

נָכְרִי m., נָכְרִיָּה foem. 1) *alienigena, peregrinus* et a) substant. Deut. 15, 3. 17, 15. 1 Reg. 8, 43. Gen. 23, 4.; f. נָכְרִיָּה *peregrina* mulier i. e. *meretrix* Prov. 5, 20. 6, 23. 7, 5. 23, 27. (fortasse quod antiquitus plurima scorta adventicia erant cf. Frisch de muliere peregrina ap. Ebr. minus honeste habita Lips. 1744. 4.), all. *aliena* opp. uxori

(v. זרה); et b) adject. Exod. 2, 22. 18, 3. Jud. 19, 12. Esr. 10, 2. Zeph. 1, 8., ad quem loc. v. Rosenmueller. 2) *alienus:* גֶּפֶן נָכְרִיָּה *vitis aliena* (opp. ei, quae plantata fuerat) et, quemadm. e contextu patet, deterior. — Plur. נָכְרִים Jes. 2, 6., f. נָכְרִיּוֹת Gen. 31, 15. Neh. 13, 27. 1 Reg. 11, 1.

מַכָּר m. *notus, familiaris* 2 Reg. 12, 6.; plur. cum affixo מַכָּרֵיכֶם 2 Reg. 12, 8.

נֵכֶר m. Job. 31, 3. *infortunium, poena atrox,* arab. نكر (v. Michael. Supplem. p. 1642.) coll. verbo نكر med. dhamm. *difficilis, durus fuit,* med. kesre *infelix fuit,* quanquam haec utraque significatio cum illa, quam supra (v. rad) proposuimus, haud dubie cohaeret.

נֹכֶר m. *id.* Obad. 12.

הַכָּרָה (form. inf. Hiphil. v. Gesen. L. p. 499.) f. *agnitio,* hinc Jes. 3, 9. הַכָּרַת פְּנֵיהֶם *agnitio vultus eorum* i. e. quod cognosci, agnosci potest ex eorum vultu v. Rosenmueller. ad h. l.

נכת, unde בֵּית נְכֹתֹה Jes. 39, 2. 2 Reg. 20, 13., vulg. *domus s. cella aromatum,* sed magis placet Chaldaei interpretatio בֵּית גִּנְזוֹהִי *domus gazophylacii, thesauri.* Origo voc. non satis liquet. Sed, Lorsbachio auctore, conferas pers. نكاهيدن *depositum.*

נָלָה i. q. نال (med. Je) *assecutus, consecutus est, perfecit, consummavit* (conf. Schultens. in *Animadverss. philol.* ad Jes. 33, 1. et ad Job. 15, 29.). In Kal non occurrit, Hiph. infin. c. praefixo et affixo כַּנְּלֹתְךָ (pro כְּהַנְלֹתְךָ c. dag. euphon.) *cum perfeceris, consummaveris* Jes. 33, 1.

מִנְלֶה m. *opes, divitiae* (arab. نيل et منال), in quibus *consequendis* et acquirendis homo occupatur vel occupatus est; unde cum affixo מִנְלָם Job. 15, 29. v. Schultens. ad h. l.

נִמְבְזָה v. sub rad. בזה.

נִמַּךְ, יִמַּךְ, הֻמְּכוּ v. rad. מכך.

נָמַל I) i. q. מוּל, sed intransit. a) *abscissus, succisus est* Job. 24, 24.; b) *circumcisus est* Gen. 17, 11. — II) i. q. נָבֵל vel אֻמְלַל *elanguit, marcuit.* Fut. יִמַּל Job. 14, 2. 18, 16., plur. יִמָּלוּ Ps. 37, 2. Sed alii tamen repetunt hos declinatus a rad. מלל v. Bleek in Rosenmuell. exeget. Repertor. I, p. 80 sqq., nec id inepte.

נְמָלָה f. *formica* Prov. 6, 6., نمل. Sic dicta videtur, quod spicarum summitates *abscindit,* ut grana exinde eximat v. Bocharti *Hieroz.* P. 2. lib. 4. c. 20. p. 585. Plur. נְמָלִים Prov. 30, 25.

נמר rad. inusit., arab. نمر med. kesre *variegatus, maculosus fuit* (talm. מְנַמֵּר *variegans*) v. nom. נָמֵר. Sed נָמַר Jer. 48, 11. et תַּמֵּר Exod. 23, 21. v. sub rad. מוּר et מָרַר.

נָמֵר m. *pardus* (arab. نمر, syr. ܢܡܪܐ) Jes. 11, 6. Jer. 5, 6. Hos. 13, 7., a *maculis* (نمرة *macula*), de quibus Jer. 13, 23.; plur. נְמֵרִים

Habac. 1, 8. Cant. 4, 8. conf. Bocharti *Hieroz.* P. I. L. III. c. 7. et Ludolfi *Commentar.* ad *Histor. aethiop.* p. 151 sq.

נְמַר m. chald. *id.* Dan. 7, 6.

נִמְרָה oppidum Gaditarum Num. 32, 3. Jos. 13, 27., unde נִמְרִים Jes. 15, 6. v. Reland. in *Palaest.* p. 910.

נִמְרֹד v. sub rad. מרד.

נֵס *vexillum* vid. infra sub rad. נסס.

נָסַג *recessit, retrocessit* i. q. סוג Jes. 59, 13., fut. יִסַּג Mich. 2, 6. — Hiph. הִסִּיג *amovit, removit* Mich. 6, 14. תַּסֵּג וְלֹא תַפְלִיט *amovebis, amovere, e periculo eximere studebis (tua), sed non servabis.* Alibi dic. de *movendis*, transferendis *terminis* Deut. 19, 14. 27, 17. Hos. 5, 10. Eodem sensu Job. 24, 2. legitur יַשִּׂיגוּ. — Hoph. הֻסַּג *remotus est, recessit* Jes. 59, 14.

נָסָה (propr. *odoratus est,* unde *aurâ naribus tracta odoreve percepto* aliquid *tentavit, probavit,* ut ex arab. نشا observat Schultens. in *Commentar.* ad Job. 4, 2., in *Clave dialect.* p. 264. et ad Haririum p. 162.): *tentavit,* in Kal inusit. (nam נִסָּה Ps. 4, 7. v. sub נָשָׂא); Pih. נִסָּה *tentavit* h. e. a) conatus est *(versuchen, den Versuch machen)* Eccles. 7, 23. 1 Sam. 17, 39., sq. infin. Deut. 4, 34. הֲנִסָּה אֱלֹהִים לָקַחַת לוֹ גוֹי *num tentavit Deus sumere sibi gentem* (aliam)? 28, 56. Huc revocant nonnulli etiam loc. Job. 4, 2. הֲנִסָּה דָבָר אֵלֶיךָ תִּלְאֶה *num, si tentabitur verbum ad te, aegre feres?* Ita nuper Umbreitius, sed v. Rosenmueller. ad h. l.; — b) exploravit, probavit alicujus vires, indolem *(auf die Probe stellen)* Eccles. 2, 1. Dan. 1, 12. נַס נָא אֶת־עֲבָדֶיךָ *tenta quaeso servos tuos,* periculum fac in nobis, v. 14., 1 Reg. 10, 1. 2 Chron. 9, 1. *venit* לְנַסּוֹת אֶת־שְׁלֹמֹה *ad tentandum Salomonem* h. e. ad explorandam ejus sapientiam. Alibi semper vel Deus dicitur *tentare homines* vel homo *tentare Deum* (πειράζειν in N. T.): *α*) Gen. 22, 1. יְהוָֹה נִסָּה אֶת־אַבְרָהָם *Jova tentavit Abrahamum* i. e. fidem ejus exploravit, Exod. 15, 25. 20, 17. Deut. 13, 3. 2 Chron. 32, 31. Jud. 2, 22. לְמַעַן נַסּוֹת בָּם אֶת־יִשְׂרָאֵל *(um die Isr. an ihnen zu versuchen)* h. e. ut ii (gentiles) sibi opportunitatem praeberent, Israelitas tentandi, Ps. 62, 2.; *β*) Exod. 17, 2. מַה־תְּנַסּוּן אֶת־יְהוָֹה *quid tentatis Jovam* h. e. quid experiri audetis Jovae potentiam et curam, quid dubitatis et desperatis de Jovae pot. et cura? Deut. 6, 16. Ps. 78, 18. 41. 95, 9. 106, 14. Jes. 7, 12. coll. Act. 18, 10.

מַסָּה (pro מִנְסָה) f. 1) *tentatio* Ps. 95, 8., ubi tamen quibusdam nomen *propr.* est, ut Exod. 17, 7. Deut. 6, 16. 9, 22. 33, 8. 2) *id quo Jova aliquem tentat* h. e. vel mirabiliter facta, admiranda facinora Deut. 4, 34. 7, 19. 29, 2. vel morbus Job. 9, 23.

נָסַח *evellit, avellit, amovit, abstulit* (arab. نسخ) Ps. 52, 7. Prov. 2, 22. נָסַח מֵאֶרֶץ *e terra* (patria) *evellere* i. e. in exilium agere, Prov. 15, 25. נָסַח בַּיִת *domum evellere* h. e. funditus evertere. — Niph. *evulsus* (e terra) h. e. in exilium actus *est* Deut. 28, 63.

נְסַח chald. *id.*, unde Ithpehel fut. יִתְנְסַח *avelletur* Esr. 6, 11.

מַסָּח m. *amotio, depulsio* 2 Reg. 11, 6. שְׁמַרְתֶּם מִשְׁמֶרֶת הַבַּיִת מַסָּח

agite custodiam templi depellendo, arcendo (i. q. בִּרְכָּה) i. e. arcente detrimenta quaevis, Theodot. ἀπὸ διαφθορᾶς.

נָסַךְ I) *fudit, effudit* Jes. 29, 10 נָסַךְ עֲלֵיכֶם יְהוָה רוּחַ תַּרְדֵּמָה *effudit super vos Jova spiritum soporis*; spec. a) *fudit ex metallo* Jes 40, 19. 44, 10.; b) *fudit* ad libandum, *libavit* ut vinum Hos. 9, 4. Exod. 30, 9. (hinc نسك et ܢܟܣ *mactavit victimam* gener.); נָסַךְ מַסֵּכָה *foedus iniit*, propr. *libamen effudit*, quia in foederibus pangendis libationibus usi sunt antiqui (unde Graecis est σπένδεσθαι σπονδάς vel simpl. σπένδεσθαι *foedus facere*) Jes. 30, 1.; c) *perfudit oleo, unxit* Ps. 2, 6. — Infin. נְסֹךְ Jes. 30, 1., fut. plur. יִסְּכוּ Hos. 9, 4. — Niph. נִסַּךְ *unctus est* Prov. 8, 23. — Pih. נִסֵּךְ *libavit* 1 Chron. 11, 18. — Hiph. הִסִּיךְ *libavit* Jer. 7, 18. 19, 13. 32, 29. Num. 28, 7. Ps. 16, 4. Gen. 35, 14. 2 Sam. 23, 16. Hoph. *libari* Exod. 25, 28. 37, 16.

II) i. q. arab. نسج *texuit*, unde מַסֵּכָה.

III) *texit, intexit, obduxit*, petita significatione a סָכַךְ, Jes. 25, 7. v. מַסֵּכָה n. 2.

נְסַךְ chald. *effudit, libavit*; Pahel infin. נַסָּכָה Dan. 2, 46.

נָסִיךְ m. 1) *simulacrum fusum* Dan. 11, 8. 2) *libatio* Deut. 32, 38. 3) *princeps*, propr. *unctus* Jos. 13, 21. Ezech. 32, 30. Ps. 83, 12.

נֶסֶךְ et נֵסֶךְ m. 1) *simulacrum fusum* Jes. 41, 29. 48, 5. Jer. 10, 14. 51, 17. 2) *libamen*, quod *effunditur* et *libatur* Gen. 35, 14. Exod. 29, 40. Num. 4, 7. Ezech. 45, 17. etc. Cum affixo נִסְכּוֹ Num. 6, 17. 2 Reg. 16, 13. et pro eo נִסְכָּה Levit. 23, 13.; plur. נְסָכִים Levit. 23, 37. Jer. 6, 18. Num. 29, 31. Levit. 23, 18. Ps. 16, 4.

נְסַךְ m. chald. *libamen* Esr. 7, 17.

מַסֵּכָה f. 1) a) *fusio, fusura*; unde עֵגֶל מַסֵּכָה *vitulus fusurae* i. e. *fusus* Exod. 32, 4. 8. Neh. 9, 18., אֱלֹהֵי מַסֵּכָה *dii fusi* i. e. *idola deorum fusa* Exod. 34, 17. Levit. 19, 4.; b) *fusile, simulacrum fusum* Deut. 9, 13. 18. Jud. 17, 3. 4. 2 Reg. 17, 16. Hos. 13, 2. etc. In regim. מַסֵּכַת Jes. 30, 32., plur. מַסֵּכוֹת 1 Reg. 14, 9. 2 Chron. 28, 2., cum affixo מַסֵּכֹתָם Num. 33, 52.; c) *libatio*, hinc *foedus* Jes. 30, 1. לִנְסֹךְ מַסֵּכָה *ad ineunda foedera*: ita post Cappellum nuper Gesenius. 2) *tegumentum, velamen* Jes. 25, 7. 28, 20. v. rad. n. 3.

מַסֶּכֶת f. *stamen, tela* (v. rad. n. 2.) Jud. 16, 13. 14.

נסס I) *contabescere, aegritudine affectum esse* (coll. ܢܣܝܣ *aegrotavit*, ܢܣܝܣܐ *aegrotus*) Jes. 10, 18. כִּמְסֹס נֹסֵס *ut contabescit aeger*. Sic Schellingius (in animadvv. ad loca Jes. p. 18 sqq.), cum quo faciunt Rosenmueller. et Gesenius. — II) i. q. نصّ *extulit, elevavit* (v. Schultens. Origg. p. 67.). In Kal inusit., Hithpo. Zach. 9, 16. מִתְנוֹסְסוֹת *elevantes sese*, in altum sublati v. Rosenmueller. ad h. l., Ps. 60, 6. נָתַתָּה לִּירֵאֶיךָ נֵּס לְהִתְנוֹסֵס *da cultoribus tuis vexillum ad elevandum* h. e. quod elevari possit; in quo tamen posteriore loco alii vertunt *ad confugiendum* v. נוס.

נֵס m. gener. *id quod elevatur* sive *erigitur*, ut omnibus conspicuum sit, spec. 1) *columna* vel *pertica alta*, ex qua pendebat serpens aeneus Num. 21, 8. 9. 2) *vexillum* in monte erectum, quo populus

convocatur Jes. 5, 26. 13, 2. Jer. 4, 6. 21. 50, 2., hinc trop. *signum, exemplum,* quo quis admonetur Num. 26, 10. 3) *velum,* quod in navibus loco *vexilli* est, Jes. 33, 23. Ezech. 27, 7. — Cum affixo נִסִּי Exod. 17, 15. Jes. 49, 22.

נָסַע 1) *vulsit, evellit* Jud. 16, 3. 14. Jes. 33, 20. (arab. نشع *id.*, nec non نزع, quod spec. frequentatur de textoriis *evulsis* v. Schultens. in *Clave dial.* p. 262.). — 2) *castra movit, discessit, abiit* (ab *evellendis* tentorii paxillis) Gen. 35, 16. 37, 17. Num. 1, 51. 2, 17. 14, 25. Deut. 1, 7. 40. Jos. 3, 14. Esr. 8, 31. al., trop. Num. 11, 31. רוּחַ נָסַע מֵאֵת יְהוָֹה *ventus exortus est a Jova;* hinc *profectus est, iter fecit* Gen. 11, 2. 12, 9. 33, 17., etiam de reb., quae portantur: Num. 10, 33. *arca foederis* נֹסֵעַ לִפְנֵיהֶם *praecessit eos.* Inf. נְסֹעַ Jos. 3, 14., imp. plur. סְעוּ Num. 14, 25. etc. — Niph. נִסַּע *evulsus est* Jes. 38, 12., *abreptus est* Job. 4, 21. — Hiph. 1) causat. a) *castra movere aliquem jussit* Exod. 15, 22. Ps. 78, 26.; b) *proficisci fecit* h. e. *duxit* Ps. 78, 52. 2) *evellit* Ps. 80, 9. Job. 19, 10. 1 Reg. 5, 17 (31). Eccles. 10, 9., hinc *abstulit* 2 Reg. 4, 4.

מַסָּע m. 1) *evulsio, excisio* 1 Reg. 6, 7. אֶבֶן שְׁלֵמָה מַסָּע *lapides integri excisionis* h. e. quales excisi erant. Alii aliter: Vulg. *lapides dolati,* Syr. (cui assentiuntur Dathius et Rosenmueller. ad Job. 41, 18.) *lapides advecti,* sed נסע nusquam significat: *advehere.* 2) *profectio* Deut. 10, 2. 11. Exod. 40, 38. Num. 10, 2., plur. מַסָּעִים *itinera* Exod. 17, 1. Num. 10, 12. 28., it. *stationes* agminis Num. 33, 2.

מַסָּע m. *telum, sagitta* Job. 41, 18., arab مِنْزَعٌ, coll. نزع *traxit, adduxit nervum arcus.*

נָסַק *ascendit* Ps. 139, 5.

נְסַק chald. *id.;* Aphel הַסִּיק *ascendere fecit, adduxit* Dan. 3, 22. it. *extraxit* Dan. 6, 24. (ubi infin. הַנְסָקָה). Hoph. הֻסַּק *eductus, extractus est* Dan. 6, 24.

נִסְרֹךְ idolum Ninivitarum 2 Reg. 19, 37. Jes. 37, 38. Nomen significare videtur (quae est Görresii conjectura v. praefat. ad Schach-Nameh p. 97.) *aquilam magnam, praegrandem,* a نَسْرٌ, נֶשֶׁר *aquila,* additâ syllabâ اك, quae persicis vocc. *magnitudinis* notionem tribuit v. Gesen. ad Jes. l. c. Aliorum opiniones magnam partem ineptas recensuit Ikenius in Diss. de Nisrocho. Brem. 1747. 4.

נָסַת v. rad. סוּת.

נָעַל gener. *(clausit) munivit,* spec. a) *pessulo* et *sera: obseravit* Jud. 3, 23. 2 Sam. 13, 18. Cant. 4, 12.; b) *solea: calceavit* (arab. نعل *munivit solea* vel *calceo pedem*), sq. dupl. acc. et pers. et calcei. Fut. cum Vau convers. et affixo וָאֶנְעָלֵךְ Ezech. 16, 10. pro אֶנְעָלֵךְ. — Hiph. *calceavit* 2 Chron. 28, 15.

נַעַל f. *calceus, solea,* qua pes *munitur* (arab. نَعْلٌ) Gen. 14, 23. Deut. 25, 10., cum affixis נַעֲלִי Ps. 60, 10 (de quo l. v. sub שָׁלַךְ), 108, 10.,

נַעַלְךָ Jos. 5, 15. Dual. נַעֲלַיִם *duo calcei, par calceorum* Am. 2, 6. 8, 6, plur. נְעָלִים Jes. 11, 15. Cant. 7, 2. Exod. 3, 5. 12, 11. Ezech. 24, 17. et נְעָלוֹת Jos. 9, 5.

מַנְעוּל m. *sera, pessulus, quo* janua vel porta *clauditur* et *munitur* Cant. 5, 5. Neh 3, 3. 6. 13. 14. 15.

מִנְעָל m. *id.* Deut. 33, 25. בַּרְזֶל וּנְחֹשֶׁת מִנְעָלֶךָ *ferrum et aes,* ferreus et aeneus *pessulus tuus* (portarum tuarum) erit. Ita Onkel. Alii minus apte *calceum* interpretantur, secuti Lxx. ὑπόδημα v. Rosenmueller. ad h. l.

נָעֵם *amoenus fuit* Gen. 49, 15., *suavis fuit* 2 Sam. 1, 26. Cant. 7, 6. Ps. 141, 6. Prov. 9, 17., impers. Prov. 24, 25. לַמּוֹכִיחִים יִנְעָם *castigantibus suave, bene erit.* Ita Ben. Michaelis; aliter Schultensius. Arab. نَعِمَ et نَعُمَ *id.*

נָעִים m. 1) *suavis, jucundus* Ps. 81, 3. 133, 1. 135, 3 (ubi v. Rosenmueller.), Prov. 22, 18. Cant. 1, 16. 2 Sam. 23, 1.; plur. נְעִימִים substant. a) *amoena* sc. loca Ps. 16, 6. *funes ceciderunt mihi in amoenis* h. e. amoenas regiones sortitus sum: ita bene Abenesra; b) *suavia* i. e. *gaudia* Job. 36, 11., plur. f. נְעִימוֹת *id.* Ps. 16, 11.

נֹעַם m. 1) *suavitas* Prov. 3, 17. 15, 26. 16, 24. Ps. 27, 4. נֹעַם יְהוָה *suavitas Jovae* h. e. sacra Jovae, quibus pius quisque delectatur. Sed alii vertunt: *decor Jovae.* 2) *gratia, benignitas, favor* Ps. 90, 17. Zach. 11, 7.

נָעֳמִי nom. propr. mulieris, socrus Ruthae, Ruth. 1, 2. 20. 21. Lxx. Νωεμί.

נַעֲמָה 1) oppid. trib. Jud. Jos. 15, 21. 41. Aliud in Idumaeae finibus memoratur Job. 2, 11., de quo nihil certi constat. 2) nom. propr. foeminae a) filiae Lamechi Gen. 4, 22.; b) matris Rehabeami 1 Reg. 14, 21.

נַעֲמָן m. 1) *amoenitas,* unde *plantae amoenitatum* i. e. *amoenae* Jes. 17, 10. 2) nom. propr. unius ex filiis Benjam. Gen. 46, 21., nec non ducis cujusdam milit. Syr. 2 Reg. 5, 1. etc.

מַנְעַם m., plur. מַנְעַמִּים *deliciae, cupediae* Ps. 141, 4.

נָעַץ rad. inusit., chald. נְעַץ *fixit, infixit.* Inde est:

נַעֲצוּץ m. *vepretum, senticetum* Jes. 7, 19. 55, 13. Cf. نَعْضٌ, nomen *arboris spinosae,* cujus cortice coria depsuntur, *sidra* Arabum *silvestris* (ut Celsius in Hierobot. II, p. 191. monet), et rad. عضّ *pupugit, mordicus adhaesit.*

נָעַר I) *rugiit* leo catulus Jer. 51, 38. Rabbinis etiam *rudit* asinus. Ceterum conferunt نعر *sonum bombumve emisit per nares.* — II) *excussit* Jes. 33, 15. Neh. 5, 13. חָצְנִי נָעַרְתִּי *sinum meum excussi* sc. detestationis caussa; cf. de simili actione symbol. Mt. 10, 14. Liv. 21, 18. Huc pertinet etiam Jes. 33, 9. נֹעֵר בָּשָׁן וְכַרְמֶל, quod jam Kimchius recte interpretatur: *Basan et Carmelus excutiunt* fructus, folia sua. — Niph. 1) *excussus, exactus* est Ps. 109, 23. Job. 38, 13., in quo posteriore

loco *impii* dicuntur *excuti a terra* (tanquam veste expansa) h. e. in latibula cogi. 2) *se excussit* (vinculis) Jud. 16, 20. Lxx. ἐκτιναχθήσομαι. — Pih. נִעֵר *excussit* Neh. 5, 13. *excutiat Deus omnes - - e domo sua et labore suo* h. e. privet domo et laboris fructu; Ps. 136, 15. נִעֵר פַּרְעֹה וְחֵילוֹ בְיַם סוּף *excussit*, dejecit Deus *Pharaonem ejusque exercitum in mare rubrum.* — Hithpah. Jes. 52, 2. *se excussit* aliqua re sq. מִן.

נֹעַר m. *excussum, exactum* h. e. *dispersum* Zach. 11, 16., ubi ovis vagans, palans, huc illuc oberrans intelligitur. Aliud v. statim.

נְעֹרֶת f. *stupa,* ex lino *excussa* Jud. 16, 9. Jes. 1, 31.

נַעַר m. (voc. primit.) puer a) proprie et quidem, ut apud Latinos, inde a natalibus 1 Sam. 1, 24. 4, 21. Gen. 21, 16. Exod. 2, 6. Jud. 13, 5. 7. usque ad vigesimum circiter annum Gen. 37, 2. 41, 12. 1 Reg. 3, 7. Jud. 17, 7. 1 Sam. 25, 5. 9. 25. 2 Sam. 4, 12. Ps. 119, 9. etc.; quin imo *adolescens* passim adeo נַעַר קָטֹן vel קָטָן 1 Reg. 3, 7. 11, 17. dicitur (cf. tamen 2 Reg. 2, 23.); trop. Hos. 11, 1. de populo israel. coll. 7, 9. et infra נְעוּרִים. — b) *servus* Gen. 14, 24. 37, 12. Exod. 33, 12. Jud. 7, 10. 2 Sam. 9, 19. 2 Reg. 5, 20. 8, 4. al. Ita graec. παῖς et germ. *Knappe* i. e. *Knabe.* — Antiquitus נַעַר generis *epicoeni* fuisse videtur, certe in Pentateucho in Cthib pro *puella* semper (Gen. 24, 14. 16. 28. 57. 14, 55. 34, 3. 12. Deut. 22, 15. 16, 20. 21. 24. 25. 26. 27. 29.) occurrit נַעַר, pro quo postea dictum est נַעֲרָה, conf. Kennicoti Dissert. *super ratione textus hebr. V. T.* p. 398 sq. vers. lat. Buxtorfii *Tiberias* p. 124. Hilleri *Arcanum Kri et Cthib* p. 275. et Ewald. Grammat. p. 310. Simili ratione graec. παῖς tam pro *puero*, quam pro *puella* sumi, res nota, v. Barthius *Adversar.* L. XXVII. c. 9. — Cum affixis נַעַרְךָ Jud. 7, 10., נַעֲרוֹ Jud. 7, 11. 1 Sam. 9, 22., plur. נְעָרִים Gen. 14, 24. Jos. 6, 23., in regim. נַעֲרֵי Exod. 24, 5. 1 Sam. 25, 9. etc. Inde per motionem fit

נַעֲרָה f. 1) *puella, virgo* Gen. 24, 16. 34, 12. 22, 16. Jud. 19, 4., jam desponsata Deut. 22, 25., imo etiam nupta Ruth. 2, 6. 2) *serva, ancilla* Prov. 9, 3. 31, 15. Ruth. 2, 8. 23. Esth. 4, 4. 16. — Plur. נְעָרוֹת 1 Sam. 9, 11., cum affixo נַעֲרוֹתֶיךָ Prov. 27, 27. Job. 40, 29. 3) nom. propr. oppidi in tribu Ephraim. Jos. 16, 7., quod 1 Chron. 7, 28. נַעֲרָן appellatur.

נֹעַר m. *pueritia, juventus* Prov. 29, 20. Job. 33, 25. 36, 14. Ps. 88, 16. In duobus posterioribus locis sunt, qui vertant: *excussio* vel *concussio;* praeter necessitatem v. Rosenmueller. ad h. ll.

נְעוּרִים m. plur. *pueritia* Gen. 46, 34., it. *adolescentia, juventus* Ps. 71, 5. 127, 4. Jes. 54, 6.; etiam de populo israel. Jer. 2, 2. 3, 4. Ezech. 16, 22. 60. v. supra נֹעַר. — Cum affixo more chaldaico נְעוּרָיְכִי Ps. 103, 5.

נְעֻרוֹת foem. plur. *id.* Jer. 32, 30.

נעשׁ rad. inusit., vid. עָשׁ suo loco.

נֹף v. מֹף.

נפג rad. Hebr. non usitat., arab. نفج *prodiit* (نافجة *filia*) coll. נפק. Inde oritur

נֶפֶג nom. propr. unius ex Davidis filiis 2 Sam. 5, 15. 1 Chron. 3, 7. 14, 6. et alius cujusd. Exod. 6, 21.

נָפָה vid. sub rad. נוּף.

נָפַח *flavit, spiravit* (verbum onomatop. a naturali flantis sono, quem Arabes adhuc exhibent sub rad. نَفَّ *spiravit,* unde نفخ et نفح *flavit, spiravit,* quam significationem sub eadem rad. habent Syr. Chald. Aeth.), spec. a) *inspiravit (einblasen)* sq. בְּ Gen. 2, 7.; b) *afflavit* aliquem sq. בְּ Ezech. 37, 9., *sufflavit* ignem sq. בְּ Ezech. 22, 20. 21., carbones sq. acc. Jes. 54, 16., hinc דוּד נָפוּחַ *olla,* sub qua ignis *sufflatus est* h. e. *olla aestuans* Jer. 1, 13. Job. 41, 12.; c) *efflavit, exspiravit* animam Jer. 15, 9.; d) *flando dispersit, dissipavit, disjecit (wegblasen)* sq. בְּ Hagg. 1, 9. — Pyh. נֻפַּח *sufflatus est* (ignis) Job. 20, 26. — Hiph. 1) *efflare fecit* animam h. e. trop. afflixit, summo moerore affecit Job. 31, 39. 2) *contemsit, despexit* (q. *flocci fecit*) Malach. 1, 13. coll. نفخ *subsannavit.*

נֹפַח nom. propr. oppidi in Moabitide Num. 21, 30., fortasse ejusd., quod alibi נֹבַח nominatur.

מַפֻּחַ m. *follis,* quo ignis *sufflatur* Jer. 6, 29., arab. منفخ *fabri ferrarii follis* (cf. talm. נַפָּחִין fabri *ferrarii* Mischn. VI, 75.).

מַפָּח m., unde מַפַּח נֶפֶשׁ Job. 11, 20. *exspiratio animae* scil. prae moerore vel anxio desiderio, coll. verbo Jer. 15, 9. Job. 31, 39.

תַּפּוּחַ m. (pro תַּנְפּוּחַ) 1) *malus* arbor, et ejus fructus, *malum, ab exspiratione odoris,* qui laudatur Cant. 7, 9., quod praesertim in *malos cydoneas, citrias, aureas* etc. cadit, unde μῆλον ἡδύπνουν *Epigram.* L. VI., *mala redolentia* apud Ovid. In sing. semper pro *arbore* usurpatur Joël. 1, 12. Cant. 2, 3. 8, 5., in plur. תַּפּוּחִים semper pro *malis* Cant. 2, 5. 7, 9. Prov. 25, 11. Arab. نفخ *diffudit odorem suum, fragravit aroma.* 2) oppidum in tribu Judae Jos. 12, 17. 15, 34.; aliud in confinio tribuum Ephraim. et Manass. Jos. 16, 8.

נֹפֶךְ m. *lapidis* vel *gemmae* species incerta Exod. 28, 18. 39, 11. Ezech. 27, 16. 28, 13., sec. LXX. ἄνθραξ, *carbunculus* v. Bellermann. Urim et Th. p. 43 sq.

נָפַל (cf. Schultens. Origg. II, p. 143 sqq.) gener. *delapsus est, demisit se* i. e. 1) cecidit, πίπτειν (quod fit *temere* et *fortuito*) a) 2 Sam. 4, 4. 2 Reg. 1, 2. Ps. 7, 16. Jes. 24, 18. Levit. 11, 32. 37. 38. 2 Sam. 14, 11. 1 Reg. 20, 30. 2 Reg. 6, 5. Eccles. 11, 3. Nah. 3, 12., spec. α) de muris vel aedificiis: *concidit, corruit* Am. 9, 11. Ezech. 13, 12. Jes. 30, 25.; sed Jes. 30, 13. פֶּרֶץ נֹפֵל est: *fissura* muri *ruinam minans; β)* de hominibus, qui in proelio vel acie *cadunt,* trucidantur (ita graec. πίπτειν et nostr. *fallen*), sive addito בַּחֶרֶב Num. 14, 33. 2 Sam. 1, 12. 3, 29. Ps. 78, 64. Jes. 3, 25., sive omisso 2 Sam. 1, 4. Jud. 20, 44. 46. 1 Sam. 4, 10. 1 Chron 6, 22. al., alibi נָפַל בְּיַד פ׳ *cadere per manum* alic. h. e. trucidari ab aliquo 2 Sam. 21, 21. 1 Chron. 5, 10. 20, 8.; נֹפֵל *iacens, prostratus* Jud. 3, 25. 1 Sam. 5, 3. al. — hinc נָפַל generatim est: *periit, occubuit* Ezech. 6, 11. Jer. 50, 32. al.; γ) נָפַל לְמִשְׁכָּב *in lectum cecidit, aegrotans decumbit* Exod. 21, 18.; δ) de sorte Ps. 16, 6. 1 Chron.

26, 14. Ezech. 24, 6.; sed dicuntur etiam ea, quae sorte alicui obtingunt, *cadere* ipsi Num. 34, 2. Jud. 18, 1. coll. graec. *πίπτειν τινί*; ε) de fetu, qui partu editur Jes. 26, 18. cf. Schultens. Origg. p. 274. Ita arab. سقط, graec. *πίπτειν (μετὰ ποσσὶ γυναικός)* Sap. 7, 3. Iliad. 19, 110., lat. *cadere* Stat. Sylv. 1, 2. 109. 5, 5. 69 sq. v. Gesen. ad h. l.; ζ) de regnis et civitatibus Jer. 51, 8. נָפְלָה בָּבֶל *cecidit Babylonia* i. e. eversa, sublata est, 2 Reg. 14, 10. Am. 5, 2.; de loco Prov. 24, 16. v. infra sub b.; η) de membris, quae flaccida fiunt *(einfallen)* Num. 5, 21.: *concidit, lapsus est.* — *Translate* his modis dicitur: α) ut sit i. q. *irritum esse* Num. 6, 12., maxime de promissis Jos. 21, 45. 23, 14.; passim addito אַרְצָה 2 Reg. 10, 10. (ita Propert. *vota cadunt* Liv. 2, 31. *irrita caduni promissa,* add. Plat. Eutyphr. *ὥστε οὐ χαμαὶ πεσεῖται ὅ, τι ἂν εἴποις*; β) i. q. *accidere, evenire* Ruth. 3, 18. אֵיךְ יִפֹּל הַדָּבָר *quomodo res cadat* (ita Cic. Brut. 40); sim. graec. *πίπτειν*; γ) נָפַל מִמֹּעֲצוֹת *consiliis excidere* Ps. 5, 11. Jud. 2, 19.; δ) נָפַל לֵב בְּ *animus al. cadit* 1 Sam. 17, 32.; ε) *cadere prae aliquo* (מִן) est: inferiorem esse aliquo, vinci, superari ab al. Job. 12, 3. 13, 2., sim. sq. לִפְנֵי Esth. 6, 13. — b) sq עַל pers. *incidit* in aliquem, ut Ezech. 11, 5. וַתִּפֹּל עָלַי רוּחַ יְהוָה *incidit in me spiritus Jovae,* Ezech. 8, 1. וַתִּפֹּל עָלַי יַד יְהוָה *incidit in me manus Jovae* (eodem sensu); saepius dicitur in aliq. incidere terror (h. e. *incessere, opprimere* aliq.) Gen. 15, 12. Exod. 15, 16. Jos. 2, 9. 1 Sam. 11, 7. 26, 12. Ps. 55, 5. Job. 13, 11. Esth. 8, 17. vel calamitas (h. e. invadere, accidere) Jes. 47, 11., quanquam etiam vicissim legitur: נָפַל בְּרָעָה *in malum, calamitatem incidere* Prov. 28, 14. (sed Prov. 24, 16. נָפַל simpl. est *miseriis opprimi,* opp. קוּם *surgere* h. e. pristinae felicitati restitui coll. Cic. Att. 4, 16.). — c) i. q. *decidit, delapsus est* Jes. 9, 7. דָּבָר יְהוָה נָפַל בְּיִשְׂרָאֵל *verbum Jovae,* oraculum *delapsum est* coelitus *in Israel.* Sim. נפל in libris Sabaeorum et نزل *descendere* v. Gesen. ad h. l.

2) dic. etiam de iis, qui (quae) *consilio* in aliquem locum vel ex aliquo loco delabuntur, ruunt (ut passim graec. *πίπτειν,* nostr. *fallen*). Hinc pro sententiarum varietate varie transferri potest: a) *desiliit* Gen. 24, 64. וַתִּפֹּל מֵעַל הַגָּמָל Rebecca *desiliit de camelo,* 2 Reg. 5, 21.; b) נָפַל אַרְצָה 2 Sam. 1, 2. Job. 1, 20. vel עַל־פָּנָיו Gen. 17, 3. 50, 1. Levit. 9, 24. Num. 16, 22. 1 Sam. 25, 23. al.: *in humum se abjecit, prostravit, humi procubuit* (reverentiae caussa); utrumque copulatum est Jud. 13, 20. Semel occurrit נָפַל לִפְנֵי רַגְלֵי פּ׳ *genibus alic. accidere* Esth. 8, 3.; c) נָפַל עַל הַחֶרֶב *in gladium, gladio incubuit* (ita Cic.) 1 Sam. 31, 4. 1 Chron. 10, 4.; d) נָפַל עַל צַוַּאר פּ׳ *ruit in amplexum alicujus* Gen. 33, 4. 45, 14. 46, 29. *(um den Hals fallen)*; e) נָפַל עַל פּ׳ *defecit ad aliquem* (vern. *abfallen zu jem.*) 2 Reg. 25, 11. 2 Chron. 15, 9. Jer. 37, 14. 39, 9., it. sq. אֶל 2 Reg. 7, 4. Jer. 37, 13. 52, 15.; f) *invasit, irruit* in aliquem vel in terram aliquam *(einfallen)* Job. 1, 15., sq. בְּ Jos. 11, 7.; g) *recubuit, consedit, castra posuit (sich lagern)* Jud. 7, 12. Huc refert Schultens. etiam Gen. 25, 18. עַל־פְּנֵי כָל־אֶחָיו נָפַל *in conspectu omnium fratrum* (h. e. iis ab oriente) *consedit,* habitat coll. 16, 12.; h) נָפְלָה תְחִנָּה לִפְנֵי פּ׳ *preces coram aliquo funduntur* h. e. supplicibus verbis oratur aliquis Jer. 36, 7. vel exorari se patitur Jer. 37, 20. 42.

Infin. constr. נְפֹל Num. 14, 3., c. affixo נָפְלוֹ 2 Sam. 1, 10. et נִפְלוֹ 1 Sam. 29, 3., imp. plur. נִפְלוּ Hos. 10, 8., fut. יִפֹּל Levit. 11, 32. etc.

Hiph. הִפִּיל 1) cadere, labi fecit h. e. a) *projecit, dejecit, conjecit* sive aliquid Num. 35, 17. Job. 1, 19. Jer. 22, 7. Jud. 7, 12. Ezech. 39, 3., sive aliquem Deut. 25, 2. Ps. 73, 18.; spec. *α*) proelio aliquem *cadere fecit* Jer. 19, 7. (Prov. 7, 26), hinc perire fecit, *perdidit* Dan. 11, 12. Ps. 37, 14.; *β*) 2 Sam. 20, 15. ה׳ חוֹמָה *murum corruere fecit, dejecit*; *γ*) ה׳ גּוֹרָל *sortem jecit* 2 Chron. 24, 31. 25, 8. Ps. 22, 19., etiam omisso גּוֹרָל 1 Sam. 14, 42., deinde הִפִּיל אֶרֶץ בְּנַחֲלָה *sortes terrae jecit* (*verlosen*) Ezech. 45, 1. 47, 22. Jos. 13, 6. coll. 23, 4.; *δ*) הִפִּיל עֵץ *arborem cecidit* 2 Reg. 3, 19. 25. 6, 5.; *ε*) i. q. *partu emisit, peperit* (ut nostrates: *werfen*), trop. Jes. 26, 19.; *ζ*) הִפִּיל פָּנִים *demittere vultum suum*, sq. בְּ pers. *in al.* h. e. irasci alicui Jer. 3, 12., nam vultus demissus est tristis et iratus; Job. 29, 24. אוֹר פָּנַי לֹא יַפִּילוּן lucem vultus mei non cadere faciebant h. e. serenum vultum meum non poterant in tristem convertere, v. Umbreit. ad h. l.; *η*) i. q. contabescere fecit (*einfallen lassen*) Num. 5, 21 (femur); *ϑ*) i. q. *irritum fecit* (*reddidit*), eventu destituit 1 Sam. 3, 19. Esth. 6, 10.; *ι*) ה׳ תְּחִנָּה לִפְנֵי פ׳ *preces coram al. fundere* Jer. 38, 26. 42, 9. Dan. 9, 18.; *κ*) sq. עַל *incidere fecit, immisit* alicui Gen. 2, 21 (somnum). — 2) *cadere sivit, passus est*, sq. מִן aliquid *de al. re* h. e. *remisit, destitit ab al.* (*nachlassen von etw.*) Jud. 2, 19. לֹא הִפִּילוּ מִמַּעַלְלֵיהֶם *non* (nihil) *remiserunt a pravis suis moribus*.

Hithpah. 1) *se projecit, prostravit* Deut. 9, 25. Esr. 10, 1. — 2) *irruit* in al. Gen. 43, 18.

נְפַל chald. 1) *cecidit*, spec. a) *decidit* Dan. 7, 20., *delapsus est* Dan. 4, 28.; b) *accidit* Esr. 7, 20. 2) a) *projecit, prostravit se, procidit*, vel addito עַל־אַנְפּוֹהִי Dan. 2, 46. vel omisso Dan. 3, 6. 7. 10. 11. 4, 28.; b) *demissus, dejectus, detrusus est* Dan. 3, 23. — Fut. יִפֵּל.

נֵפֶל et נֵפֶל m. *abortus* (v. rad. 1. a. *ε*) Ps. 58, 9. Job. 3, 16. Eccles. 6, 3.; arab. سِقْط a rad. سقط *cadere*. [נְפִלְתָּם Jer. 49, 21. est infin. c. affixo v. sub. rad.].

נְפִיל m., plur. נְפִלִים *gigantes* Gen. 6, 4. Num. 13, 33. Formam haberi volunt a נפל, sed significationem ab inusit. פּוּל, arab. فال *incremento auctus est, obesus fuit* vel *evasit*, unde פִּיל chald. syr. arab. et pers. *elephas*, bestiarum *maxima*. Sed rectius נְפִלִים *irruentes* exponas (v. rad. n. 2. f.). Alii *apostatas* (v. rad. n. 2. e.) coll. syr. ܢܦܠܐ interpretantur v. Rosenmueller. ad Gen. l. c.; gigantibus enim antiqua fama *insolentiam* tribuit.

נִפְלַל m. Ezech. 28, 22. videtur esse Pilel verbi נפל: *cecidit, concidit*. Lxx. πεσοῦνται, Vulg. *corruent*. In loc. parall. 30, 4. 32, 20. legitur נפל.

מַפָּל m. 1) *prociduum, locus* vel *pars* corporis *laxa* et *pendens* (quo modo etiam Latini *cadere* dicunt, quod *pendet* vid. Gronovius ad Statii *Sylv*. c. 38.): hinc מַפְּלֵי בָשָׂר *partes molliores* et *laxiores carnis* Job. 41, 15. 2) *deciduum, id quod decidit*, unde מַפַּל בַּר Am. 8, 6. *deciduum frumenti*.

מַפֵּלָה f. *ruina* Jes. 17, 1. Syr. ܡܦܘܠܬܐ *id*.

מַפֶּלֶת f. *id.* Jes. 23, 13. 25, 2.

מַפֶּלֶת f. 1) *casus, ruina* vel hominis vel civitatis, cum affixis מַפַּלְתֵּךְ Ezech. 26, 15. 18. 27., מַפַּלְתּוֹ Ezech. 31, 16. 2) *id quod corruit:* de *frondibus* et *ramis arboris dejectae* Ezech. 31, 13. 3) *cadaver* Jud. 14, 8.; sic graec. πτῶμα et lat. *cadaver* a *cadendo* dic.

נָפַץ 1) *excussit,* ut dissiliret, *collidendo fregit, confregit* Jud. 7, 19. Jer. 22, 28. — 2) *dispersit* (syr. ܢܦܨ coll. פּוּץ) Jes. 11, 12 (gregem), it. *dispersit se, dispersus, dissipatus est* 1 Sam. 13, 11. Jes. 33, 3. Gen. 9, 19. coll. 10, 5. — Pih. 1) *collidendo, allidendo fregit* Jer. 48, 12. Ps. 2, 9. 137, 9., ad quem l. cf. Rosenmueller. *Morgenl.* IV, p. 121 sq. 2) *dispersit, dissipavit* (populum) Jer. 13, 14. 51, 20. 23. Dan. 12, 7. כְּכַלּוֹת נַפֵּץ יַד עַם־קֹדֶשׁ *cum completa,* finita *fuerit dispersio manus* h. e. partis *populi sancti;* נַפֵּץ est infin. nomin. — Pyh. part. plur. foem. מְנֻפָּצוֹת *disjectae* Jes. 27, 9.

נֶפֶץ m. *dissipatio* Jes. 30, 30 Ita vett. interpretes; recentiorum plurimi *ventum procellosum, dissipantem* intelligunt (סוּפָה). Sed alii *imbrem* vertunt coll. chald. נְפַל *effundere* et arab. فاض med. Je *abundare, redundare* v. Gesen. ad h. l.

מַפֵּץ m. *malleus,* quo allidendo res *franguntur* Jer. 51, 20.

מַפָּץ m. *allisio, destructio,* unde כְּלִי מַפָּצוֹ *instrumentum allisionis* sive *destructionis suae* Ezech. 9, 2.

נְפַק chald. *egressus est* Dan. 2, 14. 3, 6. 26. 5, 5. 7, 10.; דָּתָא נֶפְקַת (ex syriasmo pro נָפְקַת) *exiit lex* (v. יצא) Dan. 2, 13. — Aphel הַנְפֵּק *extulit* Dan. 5, 2. 3. Esr. 5, 14. 6, 5.

נִפְקָא f. *sumtus, impensa,* german. *was drauf gehet;* emphat. נִפְקְתָא Esr. 6, 4. 8., cf. יָצָא 2 Reg. 12, 13.

נָפַשׁ in Kal inusit., arab. نفس propr. *flavit, spiravit, respiravit* (alias נשׁם et נשׁף) adeoque *vivus, animatus fuit,* quia *vita spirando* se prodit. — Niph. *respiravit, animam recepit* i. e. *recreatus est* Exod. 23, 12. 31, 17. 2 Sam. 16, 14.

נֶפֶשׁ com., sed saepius foem. (arab. نَفْس, syr. ܢܦܫܐ): 1) *spiratio, flatus, halitus* Job. 41, 13. Gen. 1, 30. (35, 18), graec. ψυχή, hinc *odor,* qui exhalatur Jes. 3, 20. (v. sub בַּיִת). — 2) *anima (Seele),* qua efficitur, ut animantes vivant, cujusque indicium est halitus et spiratio (hinc *vita*) 2 Sam. 1, 9. Ps. 56, 7. קִוּוּ נַפְשִׁי *exspectant animam meam* h. e. id agunt, ut vitam mihi eripiant, Ps. 69, 2: בָּאוּ מַיִם עַד־נָפֶשׁ *attingunt aquae animam meam* (h. e. prope eripiunt anim.), 1 Reg. 17, 21. Gen. 9, 5. Exod. 21, 23. Jos. 9, 24. Prov. 19, 18. 22, 5. 29, 24. Adde has locutiones: a) בִּקֵּשׁ אֶת־נֶפֶשׁ פ׳ 1 Sam. 20, 1. 23, 15. al. v. sub בקשׁ, לָקַח נֶפֶשׁ 1 Reg. 19, 10. 14. Prov. 1, 19. *eripere animam, vitam;* b) עָמַד עַל נַפְשׁוֹ *stare pro vita sua* h. e. vitam suam defendere Esth. 8, 11. 9, 16.; c) חָטָא נַפְשׁוֹ *peccare in animam suam* h. e. peccare cum vitae periculo Prov. 20, 2. cf. Jer. 44, 7.; d) הֶעֱרָה נַפְשׁוֹ *effundere animam, vitam* h. e. vitae periculis se objicere, vitam profundere Jes 53, 12., ubi v. Gesen.; הִשְׁתַּפֵּךְ נֶפֶשׁ *exspirare animam* (vitam) Thren.

2, 12., הַשְׁלִיךְ נֶפֶשׁ Jud. 9, 17. *id.*; e) שִׂים נַפְשׁוֹ בְּכַפּוֹ *animam in manu sua ponere* h. e. in praesentissimo vitae discrimine versari Jud. 12, 3. Ps. 119, 109. 1 Sam. 28. 21.; f) הִכָּה נֶפֶשׁ v. sub נכה; g) *facere aliquid* בְּנֶפֶשׁ i. e. *cum vitae periculo* 2 Sam. 23, 17. 1 Reg. 2, 23. Thren. 5, 9.; h) *facere aliquid* אֶל־נֶפֶשׁ *contra vitam suam* i. e. in suam perniciem Jer. 44, 7.; sed *ire, fugere* אֶל־נַפְשׁוֹ est *ad prospiciendum vitae suae* 1 Reg. 19, 3. 2 Reg. 7, 7., περὶ ψυχῆς; i) חֵי נַפְשִׁי jurisjur. formula: *per vitam animae meae* 1 Sam. 1, 26. 17, 55. 20, 3. 25, 26. al. Ita etiam de Jova Jer. 51, 14. נִשְׁבַּע בְּנַפְשׁוֹ *juravit per vitam suam*; k) הֵשִׁיב נֶפֶשׁ *animam reducere* h. e. recreare Thren. 1, 19. Ceterum quod Gen. 9, 4. 5. Levit. 17, 11. Deut. 12, 23. *anima* inesse dicitur in *sanguine* (cf. Joseph. Antiqq. I, 3. 8.), id neminem morabitur; profuso enim sanguine profusa etiam vita est cf. Virg. Aen. I, 116 sqq. Ovid. Fast. V, 469. Iliad. 14, 517. Odyss. 2, 37.

3) *animus,* quo sentiunt et appetunt homines (*Herz*) Gen. 27, 4. 44, 30. Levit. 26, 15. Deut. 11, 18. 2 Sam. 5, 8. Job. 6, 7. 7, 15. Ps. 13, 3. 19, 8. 42, 7. Jon. 2, 8., צָרַת נֶפֶשׁ *aegritudo animi* Gen. 42, 21., בְּכָל־נֶפֶשׁ *toto animo* Deut. 4, 29. 26, 16. 30, 12. 1 Reg. 2, 4. (ἐκ τῆς ψυχῆς), בַּאֲשֶׁר בְּנַפְשִׁי *prouti lubet animo* 1 Sam. 2, 35., בְּנֶפֶשׁ חֲפֵצָה *lubenti animo* 1 Chron. 28, 9., נַפְשִׁי נִבְהֲלָה *animus meus angitur* Ps. 6, 4., נַפְשֵׁנוּ חִכְּתָה לַיהוָה *animus noster exspectat Jovam* (Jovae auxilium) Ps. 33, 20., שָׂבְעָה בְרָעוֹת נַפְשִׁי *satiatus est animus meus malis* Ps. 88, 4., נֶפֶשׁ רָשָׁע אִוְּתָה רָע *maligni animus concupiscit* (molitur) *mala* Prov. 21, 10., תָּגֵל נַפְשִׁי בֵּאלֹהַי *laetatur animus meus de Deo meo* Jes. 61, 10., וָאֶשְׁפֹּךְ אֶת־נַפְשִׁי לִפְנֵי יְהוָה *effudi,* aperui *animum* (sensus et desideria mea) *coram Deo* 1 Sam. 1, 15., אִם יֵשׁ אֶת־נַפְשְׁכֶם *si vobis in animo est* Gen. 23, 8. 2 Reg. 9, 15., אָסַר אִסָּר עַל־נַפְשׁוֹ *animum suum obstringere* Num. 30, 3. 7. — Sed ejusmodi formulas si latine vertas, saepe omittendum pro linguae ingenio vocabulum *animi* est, ita ut נַפְשִׁי, נַפְשְׁךָ etc. non sit nisi *ego, tu:* Ps. 11, 1. אֵיךְ תֹּאמְרוּ לְנַפְשִׁי *quomodo dicitis* (dicere potestis) *mihi,* Job. 30, 25. עָגְמָה נַפְשִׁי *misericordia tactus sum,* Ps. 57, 2. בְּךָ חָסָיָה נַפְשִׁי *in te fiduciam pono,* Jes. 51, 23. etc. Alibi נַפְשִׁי est: *ego ipse* Job. 9, 21. Hos. 9, 4. Jes. 46, 2. — Passim נֶפֶשׁ angustiore sensu dicitur: a) de *patientia,* ut in hac form. הֶאֱרִיךְ נַפְשׁוֹ Job. 6, 11. et קָצְרָה נֶפֶשׁ Num. 21, 4. Jud. 16, 16.; b) de *concupiscentia, libidine* Exod. 15, 9. תִּמְלָאֵמוֹ נַפְשִׁי *explebitur in iis* (hostibus) *libido mea* (Cic. dixit: *animum explere,* nostrates: *seinen Muth kühlen an jem.*), Deut. 23, 25. *comedes uvas* כְּנַפְשְׁךָ *ad libidinem,* Ezech. 25, 15., Ps. 27, 11. *ne tradas me* בְּנֶפֶשׁ צָרָי *hostium meorum libidini,* 41, 3. Ezech. 16, 27. Prov. 28, 25.; c) adeo de *appetitu,* qui hominum et animalium communis est (*Thiertrieb*), ut edendi, hinc de *fame* Prov. 6, 30. (ita passim ψυχή) 10, 3. 13, 25. coll. 25, 25. 27, 7., hinc בַּעַל נֶפֶשׁ Prov. 23, 2. Jes. 56, 11. homo *edax;* meton. *cibus,* qui appetitur, desideratur Jes. 58, 10. — De *mente* videtur dici Ps. 139, 14.

4) *animans* Jos. 10, 28. 30. 32. al. (plene נֶפֶשׁ חַיָּה Gen. 1, 20. 2, 7.), hinc *homo* Deut. 24, 7. גֹּנֵב נֶפֶשׁ *furatus hominem* (*Seelenverkäufer*), Prov. 11, 25. נֶפֶשׁ בְּרָכָה *homo beneficus,* נֶפֶשׁ מֵת *mortuus* Levit. 21, 11. Num. 6, 6 (omisso מֵת, eod. sensu Levit. 22, 4. Num.

5, 2. Hagg. 2, 13.). Crebro sic occurrit a) ubi numerus hominum initur Gen. 46, 18. שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה נָפֶשׁ *sedecim homines* (nostrates etiam 16 *Seelen,* Lat. *capita*), 46, 27. Exod. 1, 5. Deut. 10, 22. Exod. 16, 16. (ita ψυχαὶ, Eurip. Hel. 52. Phoen. 1578. cf. 1 Petr. 3, 20.), it. נֶפֶשׁ אָדָם (ubi praecedit animalium computatio) Num. 31, 40. 46.; — angustiore sensu de *mancipiis* dic. Gen. 12, 5. 36, 6. Ezech. 27, 13. Levit. 27, 11.; — b) in legibus, ubi כָּל־נֶפֶשׁ *quicunque* (*Jedes Individuum*) Levit. 2, 1. 4, 27. 5, 4. 15. 17, 12. 15. 20, 6. 22, 6. Num. 15, 30.; adde form. וְנִכְרְתָה הַנֶּפֶשׁ הַהִוא מִיִּשְׂרָאֵל *talis homo exstirpabitur ex Israele* Exod. 12, 15. 31, 14. Levit. 7, 25. etc.

Cum affixis נַפְשִׁי, נַפְשׁוֹ etc., plur. נְפָשׁוֹת Exod. 12, 4. Levit. 27, 2., in regim. נַפְשׁוֹת Gen. 36, 6. Ps. 72, 13., semel נְפָשִׁים Ezech. 13, 20. Cet. v. Carus *Psychol. d. Hebr.* p. 38 sqq.

נֹפֶת et נֶפֶת v. sub rad. נוּף.

נַפְתֻּחִים Gen. 10, 13. 1 Chron. 1, 11. Copticum *nephthos*, Νέφθυς (Plutarch. de Iside c. 38.) h. e. *extrema* ac *limitanea* Aegypti, quae mari alluuntur, in ipsa *Bilbeidis regione* v. Michaelis *Spicil. geogr. hebr.* P. I, p. 267. Jablonsk. Panth. aeg. 5, 3.

נָצָא *volavit, avolavit* Jer. 48, 9. Conf. נָצַץ.

נָצַב *posuit, statuit,* in Kal inusit., arab. نصب *perstitit firmus fixusque,* intransit. *erectus stetit,* transit. *erectum constituit,* adeoque *plantavit,* syr. ܢܨܒ *plantavit* et نصاب *radix, stemma;* affines etiam sunt radd. وصب et وظب, v. sub rad. יָצַב. — Niph. נִצַּב 1) *positus, collocatus est,* sq. עַל *praepositus, praefectus est* 1 Sam. 22, 9. Ruth. 2, 5., part. נִצָּב subst. *praefectus* 1 Reg. 4, 7. 5. 2 Chron. 8, 10. (graec. ἐφιστάμενος, ἐπιστάτης), שָׂרֵי הַנִּצָּבִים *principes praefectorum* 1 Reg 5, 30. 2) *stitit se, praesto fuit* Exod. 7, 15. 17, 9., sq. לְ pers. *alicui* Exod. 34, 2. 3) *stetit* Ps. 45, 10. Prov. 8, 2. Exod. 15, 8. 33, 21. Jes. 3, 13. 1 Sam. 1, 26.; *firmiter stetit* Ps. 119, 89. 39, 6. Zach. 11, 16. הַנִּצָּבָה לֹא יְכַלְכֵּל *non sustentat* (alimentis) *id quod stat* h. e. *valet* (opp. jacenti et ex morbo decumbenti). Sic Vulg. et Bochart. Sed Ben. Michaelis collato arab. نَصِبَ *lassus fuit, laboravit,* interpretatur: *non portat id, quod restitat* prae lassitudine ac loco movere se nequit. In easdem partes concessit nuper Rosenmueller. Verum prior explicatio praestat, utpote ab hebraica vocabuli significatione profluens. — Hiph. הִצִּיב *statuit, collocavit* Gen. 21, 29. 33, 20. Jer. 5, 26. Jos. 6, 26.; it. *erexit* 1 Sam. 15, 12. 1 Chron. 18, 3. Jer. 31, 21. 2 Sam. 18, 17. Ps. 78, 13. 2) *constituit, definivit* Deut. 32, 8. Ps. 74, 17. Prov. 15, 25. 3) 1 Sam. 13, 21. הַצִּיב הַדָּרְבָן *statuere stimulum* h. e. facere, ut stimulus denuo se quasi erigat i. e. acuere. Vulg. *stimulum corrigere.* — Hoph. הֻצַּב *positus, collocatus fuit, stetit* Gen. 28, 12., it. *plantatus est* Jud. 9, 6. De loco Nah. 2, 8. הֻצַּב גֻּלְּתָה הֹעֲלָתָה mirifice dissentiunt interpretes. Michaelis, cui Rosenmueller assentitur, ita vertit: licet *constitutus* sit, qui defendat urbem (licet magna vis militum adsit): tamen *captiva abducetur.* Sed haec ellipsis paullo durior nobis videtur; itaque cum

Lud. de Dieu explicabis: *constitutum, decretum est, captiva abducetur.* — Hithpah. v. sub rad. יצב.

נְצִיב m. gener. *positus, constitutus* s. *positum, constitutum* quid, hinc 1) *praesidium militum* alicubi *positum* sive *constitutum* 1 Sam. 10, 5. 13, 3. 4. 2 Sam. 8, 6. 14. 1 Chron. 11, 16. (نصيبون *praesidia militaria*). 2) *statua* Gen. 19, 26. (نَصْبَة *columna erecta*, نَصِيبَة *res erecta*, pec. *signum*). 3) *praefectus* 1 Reg. 4, 19.

נִצָּב m. *capulus* gladii Jud. 3, 22., ab *infigendo* dict., arab. نِصَاب *id.*

נִצְבָּא f. chald. *firmitas, durities* (ferri) Dan. 2, 41.

מַצָּב m., in regim. מַצַּב (et semel sic extra regimen 1 Sam. 14, 15.) *locus*, ubi *constituitur* vel *consistit* aliquid, vulgo *statio* Jos. 4, 3. 9., spec. a) *statio militum* 1 Sam. 14, 1. 4. 6. 11. 2 Sam. 23, 14., metonym. *praesidium* 1 Sam. 14, 15.; b) trop. *munus (locus)* alicujus, *Stelle* Jes. 22, 19.

מַצָּבָה f. *statio* militum 1 Sam. 14, 12.

מִצָּבָה f. *id.* Zach. 9, 8.

מַצֵּבָה f. *quidquid erectum stat, cippus* Gen. 28, 18. 22. Exod. 24, 4, *statua, simulacrum* (Dei) Mich. 5, 13. 1 Reg. 14, 23. Jer. 43, 13. Levit. 26, 1. Deut. 16, 22. In regim. מַצֶּבֶת 2 Reg. 3, 2., plur. מַצֵּבוֹת 2 Reg. 17, 10., in regim. מַצְּבוֹת 2 Reg. 10, 26. etc.

מַצֶּבֶת f. 1) *cippus* Gen. 35, 14. 20., *statua, monumentum* 2 Sam. 18, 18. 2) *stirps* Jes. 6, 13. a *plantando* dicta, نصاب *radix, stemma.*

צִיבָא (pro נְצִיבָה *planta?*) nom. propr. viri 2 Sam. 9, 2. 16, 1. cf. aeth. ተክል: *planta* v. Simonis Onom. p. 69.

נצג in Kal inusit., Hiph. הִצִּיג 1) *posuit, collocavit, statuit* Jer. 51, 34. Deut. 28, 56. Jud. 6, 37. 1 Sam. 5, 2. 2 Sam. 6, 17., *stitit* aliquem Hos. 2, 2 (5); trop. Am. 5, 15. הַצִּיגוּ בַשַּׁעַר מִשְׁפָּט *statuite in porta* (foro) *jus.* 2) in loco positum *reliquit* (*stehen lassen*) Gen. 33, 15. — Hoph. הֻצַּג *relinqui* Exod. 10, 24.

נָצָה. Tres radices distinguendae sunt: I) *rixatus, altercatus est* (arab. نصا *comam frontis prehendit*, et نصا *apprehendit aliquem comâ frontis*, in Conj. III. *prehendit capillos* al. *anticos* et ita *certavit* v. Schroeder. observatt. p. 180., chald. et syr. נְצָא *altercari*), in Kal inusit., Niph. נִצָּה *invicem rixari*, max. ita ut verbis verbera addantur Exod. 2, 13. 21, 22. 2 Sam. 14, 6., addito insuper יַחְדָּו Deut. 25, 11. Hiph. הִצָּה *rixatus, altercatus est, disceptavit* Num. 26, 9.; it. *certavit, pugnavit* Ps. 60, 2. — II) *vastatus, desolatus est* (conf. arab. نضا *exuit* vestem, *strinxit* gladium, *deleta fuit* tinctura etc. v. Michael.) Jer. 4, 7., ad quem loc. v. Rosenmueller. Niph. נִצָּה *id.* Jes. 37, 26. 2 Reg. 19, 25. — III) i. q. נָצָא *volavit*, v. נֹצָה.

נוֹצָה f. *penna avium* Ezech. 17, 3. 7. Job. 39, 13 (16). Aliud v. sub rad. יצא.

צִי *navis* v. sub rad. צוה.

מַצָּה f. *rixa, jurgium* Jes. 58, 4. Prov. 13, 10. 17, 19. Aliud vid. sub rad. מצץ.

מַצּוּת f. *id.*; אַנְשֵׁי מַצֻּתֶךָ i. e. *rixantes tecum* Jes. 41, 12.

נָצַח I) i. q. arab. نصح *pura, sincera fuit res*, aethiop. *purus, mundus fuit* (v. נֵצַח), syr. ܢܨܚ *pellucidus splendidus, illustris fuit, vicit, superavit* (eadem notionum copulatio passim occurrit: cf. זָכָה *purus fuit*, זכא *vicit*; טהר *purus fuit*, ظهر *vicit*); hinc Pih. נִצַּח *praefuit* 1 Chron. 23, 4. 2 Chron. 34, 12. Esr. 3, 8. 9.; part. מְנַצֵּחַ subst. *praefectus* 2 Chron. 2, 1. 17. 34, 13. Spec. *praeesse* dicuntur 1 Chron. 15, 21., qui reliquis cantum praeeunt, *praecinunt*. Hinc לַמְנַצֵּחַ, quod in 53 psalmorum titulis (Ps. 4. 5. 6. 8. etc.) et Habac. 3, 19. legitur, explicant: *praecentori*, all. *cantorum magistro*, v. Rosenmueller. Scholl. in Psalm. Proleg. p. 56 sqq. Certe Masorethae etiam pro participio habuerunt; nam si (ut nunc multi statuunt) infin. syr. iis visus fuisset (cf. Gesen. L. p. 315.), scripsissent haud dubie: לְמַנַּצֵּחַ. [נִצַּח Jer. 8, 5. v. infra].

II) i. q. arab. نضح et نصح *sparsit, conspersit*, aethiop. נזח *id.* Hinc oritur נֵצַח n. 2.

נְצַח chald. *vicit, superavit* v. hebr., Ithpahal part. מִתְנַצַּח *vincens, superans* sq. עַל pers. Dan. 6, 4.

נֵצַח et נֶצַח m. 1) a) *splendor* (puritas), *decor* 1 Chron. 29, 11. (syr. ܢܨܝܚܐ *illustris*); b) *sinceritas* (v. rad. arab.), *veritas* Hab. 1, 4. לָנֶצַח *veritati convenienter*; huc revocat Schultensius, consentiente Syro, etiam Prov. 21, 28. שֹׁמֵעַ לָנֶצַח (haec enim copulanda) *veritati aures praebens*; c) *fides, fiducia* Thren. 3, 18., hinc 1 Sam. 15, 29. Jova vocatur נֵצַח יִשְׂרָאֵל *fiducia Israelitarum*; d) *perpetuitas, aeternitas* (a *fido* ad perpetuum facilis transitus est), לָנֶצַח *in aeternum, in perpetuum* 2 Sam. 2, 26. Ps. 9, 7. 19. Job. 4, 20. Jes. 13, 20. Jer. 3, 5. 39., לְנֵצַח *id.* Jes. 34, 10., עַד נ׳ *usque in perpetuum* Job. 34, 36. Ps. 49, 20., etiam sine praefixo נֶצַח *perpetuo* Ps. 13, 2. 16, 11. Jer. 15, 18. Am. 1, 11.; plur. נְצָחִים *perpetuitates, aeternitates* Jes. 34, 10.; e) *perfectio, absolutio* (ut german. *lauter*), hinc לָנֶצַח *prorsus, omnino* Ps. 79, 5. 89, 47. et נֶצַח Ps. 13, 2.; unde מַשֻּׁאוֹת נֶצַח sunt *destructiones absolutissimae* Ps. 74, 3. — 2) *succus, humor, liquor*, qui *spargitur* Jes. 63, 3. 6.

נִצָּח, foem. נִצַּחַת *absolutus, perfectus* Jer. 8, 5. v. נֵצַח 1, e.

נָצַל *extraxit* (ut نصل; cognatum est نشل *extraxit* v. c. fuscina, et نثل *extraxit* cum tinnitu, v. c. sagittam ex pharetra), in Kal inusit., Niph. נִצַּל *ereptus, liberatus est, eripuit se, evasit* (e periculo) 2 Reg. 19, 11. Jes. 37, 10. Jer. 7, 10., sq. מִן Hab. 2, 9. Ps. 69, 15., sq. מִפְּנֵי pers. Jes. 20, 6. — Pih. נִצֵּל 1) *eripuit, liberavit* Ezech. 14, 14. 2) *rapuit, abstulit* 2 Chron. 20, 25., it. *diripuit, spoliavit* aliquem sq. acc. pers. Exod. 3, 22. 12, 36. — Hiph. הִצִּיל *eripuit* h. e. a) *liberavit* (e periculo) sq. מִן pers. Mich. 5, 5., sq. מִן rei Exod. 6, 6. 1 Sam. 17, 35. Ps. 22, 21., sq. מִיַּד Ezech. 13, 21. 23. Deut. 32, 39. Jud. 8, 34. Gen. 37, 22. Zach. 11, 6., sq. מִכַּף Jer. 38, 6.; absolute: *servavit* Ps. 7, 3. 50, 22. 1 Sam.

So. 8. Prov. 24, 11. Exod. 5, 23.; b) *ademit, abstulit* Gen. 31, 9., sq. מִן Gen. 31, 16. Ps. 119, 43. אַל תַּצֵּל מִפִּי דְבַר אֱמֶת *ne eripias, eximas ex ore meo verbum veritatis,* ne permittas, ut mihi unquam desit argumentum, quo me defendam, 2 Sam. 20, 6. וְהִצִּיל עֵינֵנוּ *et eripiat oculum nostrum* h. e. a conspectu nostro abeat. Ita Vulg. Sed LXX. καὶ σκιάσει τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡμῶν, tanq. a צָלַל. — Hoph. part. מֻצָּל *extractus, ereptus* Am. 4, 11. Zach. 3, 2. — Hithpah. *eripuit sibi, spoliavit se* Exod. 33, 6.

נְצַל chald. *id.;* Aphel *eripuit* Dan. 3, 29. 6, 15. 28.

הַצָּלָה f. (verbale hiphil.) *ereptio, liberatio* Esth. 4, 14.

נָצַע v. יָצַע.

נָצַץ 1) *micuit, splenduit* (نضّ *id.*) Ezech. 1, 7. 2) *floruit* (cf. זהח) v. deriv. 3) *volavit* (cf. פרח *floruit,* chald. et syr. *volavit*); cogn. arab. نضّ. Inde est

נֵץ m. 1) *flos* Gen. 40, 10. (al. *gemma* vitis). 2) *accipiter* Levit. 11, 16. Deut. 14, 15. Job. 39, 26. sic dictus, quod *celerrime* fertur suo volatu (unde Homero ὤκιστος et ἐλαφρότατος πετεηνῶν, Hesiodo ὠκυπέτης vocatur). Arabs Job. l. c. نصص, Samaritanus in locis Pentat. נצצה et Jonathan בר נצצה.

נִצָּה f. *flos* Job. 15, 33. Jes. 18, 5.

נִצָּנִים m. *flores* Cant. 2, 12.

נִיצוֹץ v. sub rad. נוץ.

נָצַק v. יָצַק.

נָצַר I) complectitur duarum radicum arabb. نصر et نظر significationes, naturali vinculo inter se nexas, quae in verborum *observandi, tuendi, custodiendi* unoquoque paene omnes insunt (cf. supra נָטַר), itaque 1) *observavit, tuitus est, custodivit* oculis, speculandi caussa (*beobachten,* arab. نظر) Prov. 24, 14. נֹצֵר נַפְשְׁךָ *observans animum tuum;* in malam partem Job. 7, 20. נֹצֵר הָאָדָם *hominum observator,* speculator (*Belauerer*). Alibi: hostiliter *urbem* observare i. e. *obsessam tenere* Jes. 1, 8. Jer. 4, 16., sq. אֶל 2 Sam. 11, 16. (*hinsehen nach*). — 2) *custodivit, tuitus est* atque ita defendit (*bewachen, behüten,* arab. نصر) Job. 27, 28. Nah. 2, 2., hinc נֹצְרִים *custodes* 2 Reg. 17, 19., sq. מִן *custodire, defendere ab al.* Ps. 64, 2. 32, 7. 34, 14. 140, 2. Hinc a) summa cura alicui prospexit Deut. 32, 10. Jes. 42, 6. 49, 8. Ps. 31, 24. 22, 12 (de Jova homines tuente); b) incolumem, salvum praestitit aliquem Prov. 13, 6. 20, 28. coll. Jes. 49, 6. Ezech. 6, 12.; c) tenuit, retinuit, servavit aliquid Exod. 34, 7 (benignitatem), Prov. 3, 21. 4, 13.; d) cum, quae custodiuntur, ea saepe abscondita, occulta sunt: *abscondidit, occultavit* Jes. 48, 6., נְצוּרִים *loca abscondita,* speluncae Jes. 65, 4., ubi v. Gesen., אִשָּׁה נְצֻרַת לֵב *mulier tecta* animo h. e. astuta Prov. 7, 10. — 3) *observavit, custodivit* praecepta (*regulam custodire* dixit Quintil.) Deut. 33, 9. Ps. 105, 45. 119, 34. 115. 129. etc. Ps. 25, 10. Jes. 26, 2. — Infin. absol. נָצוֹר Nah. 2, 2., infin. constr. נְצֹר Prov. 2, 8. Imper. נִצְרָה Prov. 3, 21., cum ה parag. et dag. f. euphon. נִצְּרָה Ps. 141, 3.,

cum affixo et dagesch forti euphon. נְצֻרָהּ Prov. 4, 13., fut. אֶצֹּר Ps. 119, 69., cum affixis אֶצָּרְךָ Jes. 42, 6. אֶצְּרֶנָּה Jes. 27, 3., תִּצֹּר Jes. 26, 2. et תִּנְצֹר, cum affixo תִּנְצְרֵנִי Ps. 140, 2. 5., יִצֹּר cum affixo et Nun epenthet. יִצְּרֶנְהוּ Deut. 32, 10., foem. cum affixo et Nun epenthet. per dagesch forte inserto תִּצְּרֶךָּ Prov. 4, 6. et cum ה paragog. תִּנְצְרֶכָּה Prov. 2, 11., plur. יִצְּרוּ et יִנְצְרוּ, in pausa יִנְצֹרוּ Ps. 78, 7. Prov. 5, 2., cum affixo יִנְצְרֻהוּ Ps. 61, 8.

II) i. q. arab. نضر *nitore fulsit, pulcher fuit, viruit* (arbor). Inde est נֵצֶר, quod statim sequitur.

נֵצֶר m. *surculus* Jes. 14, 19. 60, 21., trop. Jes. 11, 1. Dan. 11, 7. Cf. צֶמַח.

נָצִיר m, plur. נְצִירִים *servati*, in regim. נְצִירֵי sec. Cthib Jes. 49, 6., sed Kri habet נְצוּרֵי part. Pahul.

נָצַת vid. יצת.

נָקִיא hebr. et נְקֵא chald. vid. infra sub rad. נקה.

נָקַב 1) *foravit, terebravit* 2 Reg. 12, 10. (foramen); sq. acc. *perforavit, perfodit* (arab. نقب syr. chald. *id.*) 2 Reg. 18, 21. Jes. 36, 6. Job. 40, 26. Hab. 3, 15. 2) metaph. *decrevit, definivit* (quemadmodum *secandi caedendique* verba eodem modo transferuntur) Gen. 30, 28; it. *discrevit, distinxit,* distincte *pronunciavit* Jes. 62, 2.; hinc נְקֻבִים Am. 6, 1. *distincti* vel *nominati* (v. Niph.) h. e. *proceres, nobiles* (arab. نقيب *dux, princeps*). 3) *maledixit* (conviciis *proscidit, carpsit*) Num. 23, 8. 25. Job. 3, 8. 5, 3. Prov. 11, 26. Huc spectat etiam Levit. 24, 16. נֹקֵב שֵׁם־יְהוָה מוֹת יוּמָת *maledicens nomini Jovae moriendo morietur.* Sed Judaei cum נקב *pronunciandi* sensu (v. Jes. 62, 2.) caperent, factum est, ut antiqua religione a pronunciando nomine יְהוָה prorsus sese abstinerent. Ceterum cf. קבב. Infin. c. affixo נָקְבוֹ Levit. 24, 16., imp. cum ה paragog. נָקְבָה Gen. 30, 28., fut. f. c. affixo תִּקָּבֶנּוּ Num. 23, 25. — Niph. נִקַּב, *distinctus,* expresse *nominatus est* Num. 1, 17. 1 Chron. 12, 31. Esr. 8, 20. Vid. Kallius ad *Proverbia Arab.* p. 49.

נֶקֶב m. 1) Ezech. 28, 13. Vulgo *fistula,* a *perforando,* ut synonymum חָלִיל, quia et intus *perforata* est, et plura insuper in latere habet *foramina.* Sed hoc est Rabbinorum commentum. Praestat cum Hieronymo *alam* gemmarum h. e. *cavitatem,* in qua infixae sunt gemmae, interpretari, id quod contextui longe accommodatius est v. Rosenmueller. 2) הַנֶּקֶב nom. urbis Naphthaliticae Jos. 19, 33.

נְקֵבָה f. *foemina* (propr. *perforata,* a *membro genitali* distinctionis causa sic dicta, conf. זָכָר) sive hominis Gen. 1, 27. 5, 2. Num. 5, 3. Deut. 4, 16. etc. sive bruti Gen. 6, 19. Levit. 3, 1. 6. 4, 28. 32. etc.

קֵבָה, unde c. affixo קֳבָתָהּ Num. 25, 8., f. (pro נְקֵבָה) *vulva, foramen genitale.* Lxx. μήτρα Vulg. *loca genitalia.* Al. *anus* (ut talm. נְקוּבָה). Conferunt nonnulli قُبّ *quod inter duas coxas, duas nates est* et قُبّ *coccyx, extremitas et prominentia inter duas nates,* v. Rosenmueller. ad h. l.

מַקֶּבֶת f. *malleus*, plur. מַקָּבוֹת 1 Reg. 6, 7. Jes. 44, 12. Jer. 10, 4.

מַקֶּבֶת f. 1) *id.* Jud. 4, 21. 2) *locus perfossus, foramen, caverna* Jes. 51, 1.

נָקַד 1) *punctis signavit*, apud Talmud. *pupugit* (vicin. نقط *punctis insignivit rem*) v. נָקֹד, נְקֻדָּה, נִקֻּדִים; 2) arab. نقد *selegit*, unde (v. Bochartus in *Hieroz.* P. I, p. 441 sq.) نَقَد *ovis* aut *caprae genus deforme* et *brevipes*, sed pilis aut lanis mollibus, quae magni aestimantur; v. infra נֹקֵד.

נָקֹד m., נְקֻדָּה f. *punctatus* Gen. 30, 32. 33. 35., plur. נְקֻדִּים Gen. 30, 39. 31, 5. 10. 12.

נְקֻדָּה f. *punctum, stigma*, quo scil. quid ornatus causa *distinctum est* Cant. 1, 11.

נִקֻּד m. 1) Jos. 9, 5. 12. *panis mucidus* s. mucore, tanquam punctis variis, notatus et distinctus. Ita Lxx. et Theodot. Vulg. *in frusta comminutus.* 2) species placentarum 1 Reg. 14, 3. Hillero in *Hierophyt.* P. II, p. 175. *panis maculis notatus*, quas praebuerint inspersa sesami, papaveris vel melanthii semina; variis enim seminibus sparsos olim panes memorat Plinius L. V. c. 25. et 30. et hodienum spargi apud orientales testatur Angelus a S. Josepho in *Gazophylac. Pers.* p. 250.

נֹקֵד m. propr. *ovium pastor* (arab. نقاد) v. rad. n. 2., deinde gener. *pastor* Am. 1, 1.; sed 2 Reg. 3, 4. *pecuarius, dominus pecorum*, ut recte interpretatur Chald.

מַקֵּדָה (*locus pecuariorum?*) nom. propr. oppidi in agris Jud. Jos. 10, 10. 12, 16. 15, 41., *Μακέδ* 1 Macc. 5, 26. 36.

נָקָה gener. *purus fuit* (arab. نقا et نقى *id.*), in Kal non occurrit, nisi infin. absol. נָקֹה Jer. 49, 12. v. sub Niph. — Niph. נִקָּה 1) *purus* h. e. trop. *insons, culpa vacuus* (sceleris purus) *fuit* Num. 5, 28., sq. מִן rei Ps. 19, 14. נִקֵּיתִי מִפֶּשַׁע רָב *gravi culpa vacuus ero, vacabo*, Num. 5, 31., sq. מִן pers. Jud. 15, 3. נִקֵּיתִי מִפְּלִשְׁתִּים Vulg. *non erit culpa in me contra Philistaeos* (propr. si res spectatur *a* parte Phil.). 2) *impunitus fuit, poenâ vacavit* Jer. 49, 12. Exod. 21, 19. Num. 5, 19. 11, 21. 3) *vacuus* (nudus) *fuit* (de oppido vastato) Jes. 3, 26.; trop. a) de hominibus, qui *delentur, exstirpantur* Zach. 5, 3., ubi tamen v. Rosenmueller.; b) angustiore sensu: *immunis fuit* ab aliquo officio Gen. 24, 8. 41. — Pih. נִקָּה purum declaravit h. e. a) *insontem declaravit* Job. 9, 28., sq. מִן culpae Ps. 19, 13. Job. 10, 14.; b) *poenâ vacuum declaravit* vel aliquem Exod. 20, 7. Num. 14, 18. Jer. 30, 11. 46, 28. vel aliquod crimen, hinc *condonavit* Exod. 34, 7. Joel. 4, 21. — Infin. absol. נַקֵּה Exod. 34, 7., fut. c. affixo et Nun epenth. אֲנַקֶּךָּ Jer. 30, 11.

נְקָא chald. *purus fuit*, unde part. Pehil נְקֵא *purus* (sensu physico) Dan. 7, 9.

נָקִי (semel נָקִיא Joël. 4, 19. et sec. Ctbib Jon. 1, 14.) 1) *vacuus culpâ, crimine* i. e. *insons* Exod. 21, 28. Deut. 19, 10. 1 Sam. 19, 5.,

sq. מִן 2 Sam. 3, 28. etc. 2) *vacuus officio* i. e. *liber* et *immunis* Gen. 24, 41. Jos. 2, 17. 20. 1 Reg. 15, 22., spec. *immunis a militia* Deut. 24, 5. — Plur. נְקִיִּם Gen. 44, 10. Num. 32, 22. Jos. 2, 17. 19. 20.

נִקָּיוֹן m. 1) *vacuitas, puritas* Am. 4, 6., ubi *puritas dentium* i. e. fames, ut recte explicuit Hieron. — 2) *innocentia* Ps. 26, 6. 73, 13. Hos. 8, 5. — In regim. emisso dagesch forti נִקְיוֹן Gen. 20, 5.

מְנַקִּית f., plur. מְנַקִּיּוֹת (verbale pihel.) Exod. 25, 29. 37, 16. Num. 4, 7. Jer. 52, 19. vulgo *scopulae*, quibus *purgatur*. Sed Exod. 37, 16. a) accensentur vasibus mensae; b) dicitur illis *libari*; c) dicuntur factae esse *ex auro puro*. Rectius igitur alii intelligunt *pateras, libatoria*; nam etiam syr. ܡܢܩܝܬܐ est *patera, libatorium*, et Pahel ܢܰܩܺܝ *sacrificavit, libavit* (q. d. *sacrificio* vel *libamine purificavit* sive *expiavit*).

נָקַח vid. supra לָקַח.

נָקַט *fastidivit, fastidio habuit*, ut chald., alias קוּט Job. 10, 1.

נקל, מַקֵּל vid. sub rad. מקל.

נָקַם 1) *ultus est, vindicavit* (نقم *iratus fuit, objurgavit*, fut. A. *punivit, poenam cepit*, in Conj. VIII. *poenam, vindictam sumsit*, chald. *ultus est*, syr. ܐܬܢܩܡ *id.*) aliquid sq. acc. Deut. 32, 42., sq. עַל Ps. 99, 8., aliquem 1 Sam. 24, 13. נְקָמַנִי יְהוָה מִמֶּךָּ *vindicabit me Jova a te.* — 2) *vindicavit* se vel aliquem *ab aliquo, ultionem petiit, exegit* ab aliquo sq. לְ pers. Nah. 1, 2., sq. מִן 1 Sam. 24, 13., sq. acc. Jos. 10, 13. Passim legitur נָקַם נְקָמָה aut נָקַם נָקָם vel absolute Ezech. 24, 8., vel sq. genit. rei Levit. 26, 25. נֹקֶמֶת נְקַם בְּרִית *ulciscens foedus* (violatum), vel sq. לְ pers. Ezech. 25, 12. aut מֵאֵת pers. Num. 31, 2. נְקֹם נִקְמַת יִשְׂרָאֵל מֵאֵת הַמִּדְיָנִים *vindicare Israelitas a Midianitis.* — Inf. constr. et imp. נְקֹם, fut. יִקֹּם Levit. 19, 18.

Niph. נִקַּם *ultus est se, vindictam sibi sumsit* Exod. 21, 20., sq. מִן pers. 1 Sam. 14, 25. Jer. 16, 15. Jes. 1, 24. Esth. 8, 13., sq. בְּ 1 Sam. 18, 25. Jer. 50, 15., sq. dupl. מִן Jud. 16, 28. אִנָּקְמָה נְקַם־אַחַת מִשְּׁתֵי עֵינַי מִפְּלִשְׁתִּים *ultionem hanc unam sumam a Philistaeis propter ambos oculos meos* sc. effossos. — Pih. נִקֵּם 2 Reg. 9, 7. נִקַּמְתִּי דְּמֵי עֲבָדַי --- מִיַּד אִיזָבֶל *ulciscar caedem ministrorum meorum ab Isabele*, Jer. 51, 36. נִקַּמְתִּי אֶת־נִקְמָתֵךְ *ulciscar te.* — Hoph. הֻקַּם *vindicari* Gen. 4, 15. 24. Exod. 21, 21. — Hithpah. *se studiose ultus est* Jer. 5, 9. 29. 9, 8., partic. מִתְנַקֵּם *vindictae cupidus, studiosus* Ps. 8, 3. (ubi v. de Wettius) 44, 7.

Hiph. הֵסֵב 1) vertit, convertit; הֵסֵב פָּנָיו *faciem suam convertit* h. e. se convertit 1 Reg. 8, 14. 21, 4. 2 Reg. 20, 2. 2 Chron. 6, 3. Jes. 38, 2.; ה׳ עֵינָיו מִן *avertit oculos ab* Cant. 6, 4.; ה׳ אֶת־כְּלֵי הַמִּלְחָמָה *arma vertit* (retro) Jer. 21, 4., ubi v. Rosenmueller. Translate: ה׳ לֵב פ׳ עַל פ׳ *animum alicujus in aliq. convertere* h. e. gratiam, benevolentiam alicui conciliare Esr. 6, 22.; ה׳ כָּל־יִשְׂרָאֵל אֶל פ׳ *conciliavit ei omnes Israelitas* 2 Sam. 3, 12., ה׳ לֵב פ׳ אֲחֹרַנִּית *mentem al. convertere retro* h. e. ad meliorem frugem revocare 1 Reg. 18, 37. A *convertendo:* a) *transtulit (in alium locum* vel *ad aliquem)* 1 Sam. 5, 8. 1 Chron. 13, 3. al., 1 Chron. 10, 14. וַיַּסֵּב אֶת־הַמְּלוּכָה לְדָוִיד *transtulit* Deus *regnum ad Davidem*, sq. אֶל 1 Chron. 12, 23.; b) *mutavit* 2 Reg. 23, 34. 24, 17. — 2) circumire, ambire fecit h. e. circumduxit 2 Chron. 14, 6 (muros), Ezech. 47, 2 (hominem), Exod. 13, 18 (agmen). — 3) a) intransit. vertit se 2 Sam. 5, 23.; b) circumivit Jos. 6, 11., it. cinxit, circumdedit Ps. 140, 10. — Fut. יָסֵב et more chald. יַסֵּב 2 Sam. 20, 12. 1 Reg. 8, 14., plur. יַסֵּבּוּ Jud. 18, 23. al. — Hoph. הוּסַב 1) *se vertit, versavit* Ezech. 41, 24 (de valvis ianuae), Jes. 28, 27 (de rotis tribulorum). 2) *circumdatus, cinctus est* Exod. 39, 13. 28, 11. 3) *mutatus est* Num. 32, 38. — Fut. chald. יוּסַב Jes. l. c.

סָבִיב m. *locus per circuitum circumscriptus, circuitus (Umkreis)* 1 Chron. 11, 8. Am. 3, 11.; מִסָּבִיב לְמִשְׁכַּן קֹרַח *e circuitu tabernaculi Korachi* h. e. undique a tabern. K. Num. 16, 24. 27. Sed saepius in particulam abit, significans *circa, circum*, et geminatum סָבִיב סָבִיב *circumcirca, undique* Gen. 23, 17. Exod. 16, 13. Ezech. 8, 10. 37, 2. 40, 5. 14. 16. 17. 25. 29. etc.; סָבִיב לְ *circum* aliquem locum Exod. 40, 33. Num. 1, 53., מִסָּבִיב *circumcirca, undique* Deut. 12, 10. 1 Chron. 11, 8. — Plur. סְבִיבִים et סְבִיבוֹת a) substant. Jer. 32, 44. סְבִיבֵי יְרוּשָׁלַםִ

loca vicina (circumiacentia) *Hierosol.* (*Umgebungen*). Ps. 97, 2. עָנָן וַעֲרָפֶל סְבִיבָיו *Wolken und Dunkel sind seine Umgebungen*, nubes et caligo circumdant eum, Jer. 48, 17. כָּל־סְבִיבָיו *omnes vicini ejus*, Ps. 76, 12. 89, 8. כָּל־סְבִיבָיו *omnes eum* (Jovam) *cingentes* h. e. ei addicti, Num. 22, 4. יְלַחֲכוּ הַקָּהָל אֶת־כָּל־סְבִיבֹתֵינוּ *depascet haec multitudo quicquid est circa nos*; b) saepe in particulam abit: *circa*, *circum* Exod. 7, 24. Num. 11, 24. 31. 32. Jos. 9, 8. Jud. 7, 18. Ps. 50, 3. etc., סְבִיבֹתַי *circa, circum me* Deut. 17, 14. Ps. 27, 6. etc.

סִבָּה f. pr. *conversio*, *directio* rerum (*Schickung* v. rad. 1. a.), *casus* (arab. سَبَبٌ *id.*) 1 Reg. 12, 15. הָיְתָה סִבָּה מֵעִם יְהוָה *ita res erat a Jova directa, ita divina voluntate accidit*. Vid. rad. Kal 4.

נְסִבָּה f. (verbale niphalic.) *id.* 2 Chron. 10, 15.

מוּסַב m. *circuitus* Ezech. 41, 7.

מֵסַב m. 1) substant. a) *circuitus* Job. 37, 12. וְהוּא מְסִבּוֹת מִתְהַפֵּךְ *et haec* (nubes) *vertitur per circuitus* h. e. *circumcirca*; deinde *id quod circa aliquid est* (*Umgebung*) 2 Reg. 23, 5. מְסִבֵּי יְרוּשָׁלִָם *circuitus Hiersolymor.* h. e. loca urbi Hieros. vicina; b) spec. *lecti in orbem positi* Cant. 1, 12. עַד־שֶׁהַמֶּלֶךְ בִּמְסִבּוֹ *dum rex* erat *in lecto suo* h. e. mensae accumbebat ad coenam capiendam, v. Ewald. ad h. l. Cf. talm. הסיב *accumbere* Mischn. I, 22. et מסובין *accumbentes* IV, 214. — 2) adverb. *circum, circumcirca* 1 Reg. 6, 29.

סָבַךְ *plexuit, implexuit, perplexuit, implicavit*, ut شبك. Part. Pahul plur. סְבֻכִים Nah. 1, 10. — Pyh. סֻבַּךְ *implicatus est* (ut sab. ܐܣܬܒܟ) Job. 8, 17.

סְבַךְ m. *perplexum, dumetum* Gen. 22, 13.

סְבָךְ, unde plur. in regim. סִבְכֵי *perplexa, dumeta* Jes. 9, 17. 10, 34.

סְבֹךְ m. *id.* Ps. 74, 5.

סֹבֶךְ m. *id.*, pro quo etiam scribitur שׂוֹבֶךְ 2 Sam. 18, 9. Cum affixo סֻבְּכוֹ (sec. plurimos codices pro סֻבְּכוֹ) Jer. 4, 7.

שְׂבָכִים et שְׂבָכָה v. sub lit. שׂ.

סַבְּכָא f. chald. *sambuca*, σαμβύκη, instrumentum triangulare chordis instructum Dan. 3, 5. cf. Vitruv. VI, 1. 10. et Pfeiffer. *üb. die Musik d. Hebr.* p. 33 sq. Dubitatur, vocabulum graecum sit, an chaldaicum (a *fidibus perplexis* et *implicatis* repetitum). Ceterum scribitur quoque שַׂבְּכָא Dan. 3, 7. 10. 15.

סָבַל *bajulavit* (ut syr. chald. sam.) Gen. 49, 15. Jes. 46, 4. 7., trop. *peccatum alicujus bajulare* est peccati poenas gravissimas perpeti Jes. 53, 11. Thren. 5, 7., *dolores* tanquam onus *bajulare* i. e. doloribus premi Jes. 53, 4. — Pyh. part. plur. מְסֻבָּלִים Ps. 144, 14. (boves) *onustae* i. e. (auctore Bocharto) *onus uteri gestantes, gravidae* (ut حمل *portavit* frequentatur de *vaccis gravidis*, et *praegnans* mulier dicitur مُثْقَلَة i. e. *onusta*). Aliorum explicationes recensuit Rosenmueller. ad h. l. — Hithpah. הִסְתַּבֵּל *molestum se praebuit, molestus, oneri*

fuit Eccles. 12, 5. Ita post MERCERUM GROTIUS, DOEDERLIN. et WINZERUS (cf. ROSENMUELLER. Commentatt. theol. I, 1, p. 92.), haud inepte. Al., ut LXX. VULG., *pinguis factus est.*

סְבַל chald. *tollere, erigere* (i. q. hebr. נָשָׂא). Pohal partic. plur. מְסוֹבְלִין *erecta,* jacta (fundamenta) Esr. 6, 3.

סֵבֶל m. *onus* 1 Reg. 11, 28. Ps. 81, 7. Neh. 4, 17.

סַבָּל m. *bajulus* 2 Chron. 2, 1. 17. Neh. 4, 10.; נֹשֵׂא סַבָּל 1 Reg. 5, 29. *portans* et *bajulus* per *asyndeton,* vel *portans bajulus* per *appositionem* (ut Gen. 21, 20.); plur. סַבָּלִים 2 Chron. 34, 13.

סֹבֶל m. *onus,* cum affixo סֻבֳּלוֹ (c. dag. f. euphon. v. סֻבֳּךָ) Jes. 9, 3. 10, 27. 14, 25.

סְבָלָה f. *id.,* plur. סְבָלוֹת, in regim. סִבְלוֹת Exod. 6, 6. 7., cum affixo סִבְלֹתָם Exod. 1, 11. 2, 11. 5, 5.

סִבֹּלֶת f. ex dialecto Ephraimitarum pro שִׁבֹּלֶת Jud. 12, 6. vid. שִׁבֹּלֶת.

סְבַר chald. *cogitavit* (syr. ܣܒܰܪ): יִסְבַּר לְהַשְׁנָיָה *cogitat* (parat) *mutare* Dan. 7, 25.

סִבְרַיִם urbs inter Damascum et Hamatham Ezech. 47, 16. fortasse eadem, quae בֵּטַח (סְבַר enim Chaldaeis et Sam. significat etiam: *speravit*) cf. WICHMANSHAUSEN. in Dissert. *de Asere Metallifossore* p. 75. 76.

סַבְתָּה et סַבְתָּא, nom. propr. coloniae Cuschaeorum Gen. 10, 7. 1 Chron. 1, 9. Fluctuant inter *Ceutam* ad fretum Gaditanum (سبتة, unde *Cepta, Ceuta;* nam quae veteres de *septem fratrum montibus* habent, ad nomen *Septa* explicandum, id hujus sententiae patronis ad nugas etymologicas pertinere videtur), inter *Sabatham* seu *Sobotham* Arabiae, solis cultu celebrem (v. PLIN. VI, 28.), quam PTOLEMAEUS exhibet sub gradu long. 77, latit. 16, 10. in regione thurifera, et inter *Sabat,* urbem Africae Troglodyticae ad sinum Arabicum, PTOLEM. sub gradu long. 68, lat. 12, 20. v. MICHAELIS *Suppl.* p. 1713. Sed ista, quam mediam posuimus, *Sobotha,* prae ceteris placet.

סַבְתְּכָא et סַבְתְּכָא Cuschaeorum colonia Gen. 10, 7. 1 Chron. 1, 9., quam BOCHARTUS in Caramania, provincia Persica, ob nomen urbis *Samydaces* ibi sitae, quaerit; illi vero, quibus סַבְתָּה *Ceuta* est, סבתכה non diversum putant a promontorio ei opposito *Calpe* (hodie nom. arab. *Gibraltar*) v. MICHAELIS *Suppl.* p. 1714. — JONATH. exhibet זנגאר *Zingitae; Zingi* autem PTOLEMAEO est urbs extremae Aethiopiae orientalis.

סָגַד *procubuit adorandi causa, adoravit* sq. לְ Jes. 44, 17. 19. 46, 6. Dic. de *idolorum* cultu. Arab. سجد *id.,* مسجد *oratorium,* vulgo *Mosché,* syr. ܣܓܶܕ *adoravit.*

סְגִד chald. *id.* Dan. 2, 46. 3, 5. 6. 10. 11. 12. 14. 18. 28.

סָגַן rad. Hebr. inusit., Chald. *acquisivit.* Inde oritur

סְגֻלָּה f. *peculium* Eccles. 2, 8. 1 Chron. 29, 3.; pop. Israel. passim appellatur סְגֻלַּת יְהוָה (cf. נַחֲלָה) Exod. 19, 5. Deut. 7, 6. Ps. 135, 4. Malach. 3, 17.

סֶגֶן m. vocab. recentius: *magnas, primas, princeps;* plur. סְגָנִים *proceres, principes* Jes. 41, 25. Jer. 51, 23. Ezech. 23, 6. etc.; it. *praefecti* Esr. 9, 2. Neh. 2, 16. 4, 8. 13. 5, 7. etc. Persicum videtur esse vocab., cf. شحنه *praetor, praefectus,* literis ח et ג inter se permutatis.

סְגַן m. chald. *id.*, plur. סִגְנִין *proceres, praefecti provinciarum* Dan. 2, 48., in statu emphat. סִגְנַיָּא Dan. 3, 2. 27. 6, 8.

סָגַר I) *clausit* Jes. 22, 22., sq. acc. Gen. 19, 10. 2 Reg. 4, 4. 2 Chron. 29, 7 (ianuam), Jos. 2, 7 (portam), 1 Reg. 11, 27 (hiatum muri), sq. עַל pers. (v. sub עַל) *conclusit* aliquem Exod. 14, 3. Job. 12, 14.; trop. 1 Sam. 1, 5. סָגַר יְהוָה בְּעַד רַחְמָהּ *clauserat Jova ejus uterum* i. e. sterilem reddiderat, Ps. 17, 10. חֶלְבָּמוֹ סָגְרוּ *pingue cor suum clauserunt* h. e. torpent eorum animi, v. de Wettius ad h. l. — Intrans. Jos. 6, 1. וִירִיחוֹ סֹגֶרֶת מִפְּנֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Jericho clausa erat,* nisi potius est: *clauserat* sc. portas. Part. Pahul סָגוּר *clausus* Ezech. 44, 1. 2. 46, 1. Passim de *auro* dicitur, ut 1 Reg. 6, 2. 21. 49. 7, 49. 50. 10, 21. 2 Chron. 20, 22. 9, 20. Videtur autem זָהָב סָגוּר esse *aurum pretiosum* (pretiosa enim concludi solent) h. e. purum, sincerum. Alii: *aurum rubrum, rutilum* coll. arab. سجر, سرج, cui *rubendi* notionem tribuunt. Sed illud praestat haud dubie et veterum interpretum auctoritate commendatur: Vulg. *aurum purum,* Chald. דַּהֲבָא טָבָא, Syr. ܕܗܒܐ ܡܣܢܢܐ.

Niph. נִסְגַּר *clausus est* Jes. 45, 1. Ezech. 46, 2., *conclusus est* 1 Sam. 23, 7. Num. 12. 14. et reciproce *conclusit se* Ezech. 3, 24. — Pih. סִגֵּר *conclusit,* sq. בְּיַד פ׳ *tradidit aliquem in manum,* potestatem *alicujus* (cf. συγκλείεσθαι in N. T.) 1 Sam. 17, 46. 24, 19. 26, 8., semel omisso בְּיַד 2 Sam. 18, 28. — Pyh. סֻגַּר *clausus est* Jes. 24, 10. Jer. 13, 19. Jos. 6, 1.

Hiph. הִסְגִּיר *clausit* Levit. 14, 38 (domum), *conclusit* (aliquem) Levit. 13, 4. 5. 11., sq. בְּיַד פ׳ 1 Sam. 23, 16. Thren. 2, 7. vel אֶל Deut. 23, 16. Obad. 14. *tradidit in potestatem,* it. sq. לְ Ps. 78, 48. וַיַּסְגֵּר לַבָּרָד בְּעִירָם *tradidit grandini eorum pecora;* simpl. Deut. 32, 30. Am. 1, 6. 9, 8. (tradere hostibus). Huc referunt etiam Job. 11, 10. אִם יַסְגִּיר *si Deus traderet* aliquem sc. miseriis, tanquam hostibus. Sed potest quoque verti: *si concluderet* h. e. in vincula vel carcerem conjiceret; sequitur enim וְיַקְהִיל, quod et ipsum verbum forense est v. Rosenmueller. ad h. l. Part. מַסְגֵּר (cum Zere pro ִי, ad formam מַחְלִם Jer. 29, 8. מֵצֵר 2 Chron. 28, 23. etc. idque ex aramaeismo) subst. *claustrarius, claustra faciens* 2 Reg. 24, 14. 16. Jer. 24, 1. 29, 2. Aliud vid. inter nomina.

II) i. q. arab. سجر *intumuit* pluvia, *aqua implevit, aquam effudit,* v. סַגְרִיר.

III) fortasse i. q. arab. شجر *confodit,* vid. nom. סָגוּר n. 3.

סְגַר (pro סָגַר) chald. *clausit* Dan. 6, 23.

סְגוֹר m. 1) Hos. 13, 8. סְגוֹר לִבָּם q. d. *clausura cordis* h. e. pericardium. — 2) *aurum purum* Job. 28, 15. vid. antea סגור in rad. — 3) Ps. 35, 3. plerisque Hebraeis est *sagaris* (securis genus ap. Persas Herodot. VII, 64. Xenoph. Anab. IV. 4, 16.) vel *hasta* (ita Michaelis et de Wettius, qui conferunt arab. شجار *hasta lignea*, quod voc. an *hoc* praecipue sensu dicatur, dubitari recte potest). Al., ut Rosenmueller., סְגֹר habent pro imper. verbi סָגַר hoc sensu: *occlude obviam persecutoribus meis* h. e. intercipe iis viam.

סוּגַר m. Ezech. 19, 9. *claustrum* vel *cavea* Lxx. κημός, Vulg. *cavea*, Syr. ܢܛܪܐ, Chald. קוֹלָרִין, de quo postremo voc. v. Bochart. Hieroz. Tom. III, p. 74.

סַגְרִיר m. *imber* Prov. 27, 15. v. rad. n. II.; syr. et chald. *id*.

מַסְגֵּר m. *claustrum, carcer* Jes. 24, 22. 42, 7. Ps. 142, 8. Aliud vid. supra in rad.

מִסְגְּרוֹת plur. foem. (a sing. מִסְגֶּרֶת) 1) *claustra* 2 Sam. 22, 46. Ps. 18, 46. Mich. 7, 17. 2) *taeniae (Leisten)* Exod. 25, 25 sq. 37, 12 sqq. 3) ornamenta in basibus lacus aenei, fortasse *scuti* formam referentia (syr. ܣܟܪܐ est *scutum*) 1 Reg. 7, 28 sqq. 2 Reg. 16, 17. Chald. et Syr. habent: גְּדַנְפִין.

סָדַד rad. Hebr. inusit., arab. سدّ *obstruxit obice*. Inde est:

סַד m. *nervus, compes*, quo pedes *constringuntur* et *ligantur* Job. 13, 27. 33, 11. (ܣܕܐ *id.*).

סָדַם rad. Hebr. inusit., arab. سدم *tristis, poenitens fuit*. Inde videtur dici:

סְדֹם *Sodoma* oppidum in valle Siddim, quod haustum a mari mortuo periit Gen. 10, 19. 13, 10. 19, 24. Jes. 1, 9. etc. Lxx. Σόδομα (cf. Strabo XVI. c. 2. p. 379. ed. Lips.) v. Relandi *Palaest.* p. 1019.

סָדַן rad. Hebr. inusit., arab. سدن *laxavit, demisit vestem suam*.

סָדִין m. *tunica lintea: interula, indusium*, in regim. סדין Prov. 31, 24., plur. סְדִינִים Jud. 14, 12. 13. Jes. 3, 23. v. Schroederus de *vest. mulier. hebr.* c. 19. coll. سدين *laxius operimentum*, quod amicitur. ܣܕܘܢܐ *feminalia longa et ampla.* Lxx. plurimis in loc σινδών cf. Matth. 27, 59. Marc. 14, 51., quod quidem voc. alii hebr. סָדִין esse putant, alii e lingua copt. deducunt v. Eichhorn. Repertor. XIII, p. 14.

סָדַר radix Hebr. inusit., chald. *disposuit, ordinavit*. Inde sunt:

סֵדֶר m. *dispositio, ordo*, plur. סְדָרִים Job. 10, 22.

שְׂדֵרָה f. *id.* vid. suo loco.

מִסְדְּרוֹן m. *porticus* a columnarum *ordinibus* Jud. 3, 23. Chald. interpretatur אַכְסַדְרָא ἐξέδρα, Syr. ܦܪܣܛܘܢ ξυστός.

סָחַר Hebr. inusit. sensum *circumeundi* et *rotunditatis* habuisse videtur, ut cognatum כחר, quod Samar. scribitur ࠎࠇࠓ. Inde sunt:

סַהַר m. *rotunditas* Cant. 7, 3.

סֹהַר m. *turris rotunda* (syr. ܣܗܪܐ), בֵּית סֹהַר *arx, castellum*, ubi vincti custodiuntur Gen. 39, 20—23. 40, 3. 5. Aben Esra et Jablonsk. (Opusc. I, p. 321.) *Aegyptiacum* esse volunt, ortum e *sonhi* vincire et *areh* custodire; alii, ut Michaelis, derivant ab arab. سهر et syr. ܣܗܪ *vigilavit*, unde *domus excubiarum, vigiliarum*.

שַׂהֲרֹן vid. sub lit. שׂ.

סוֹא nom. propr. regis Aegypt., qui fuit *Hoseae* regis israel. aequalis (728 sqq. a. Chr.) 2 Reg. 17, 4.; videtur idem esse, qui ap. Maneth. *Sevechus* dicitur; ϪⲰⲒ vero in lingua copt. sign. *principem*, auctore Jablonskio.

סוּג I) *recessit, avertit se* (i. q. נסג) Ps. 53, 4. 80, 19. Prov. 14, 14. — Niph. נָסוֹג (et נָשׂוֹג 2 Sam. 1, 22.) *aversus est, avertit se* Jes. 42, 17. 50, 5. Jer. 38, 22. 46, 5. Zeph. 1, 6. Ps. 35, 4. 40, 15. 44, 19. 78, 57.

II) i. q. שׂוּךְ *sepire* (syr. ܣܝܓ, chald. סְיַג *id.*) Cant. 7, 3.

סִיג m. *scoria*, quae a metallis *recessit*, tam illa, quae ab ipso metallo igne secernitur h. e. partes terrenae et lapideae metallo admixtae Prov. 26, 23., quam illa, in quam ignobilius metallum auro argentoque admixtum conflatur atque ab auro argentoque, puro igne secernitur, Jes. 1, 22. Ezech. 22, 18. (sec. Kri, ubi Ctbib habet סוג aliâ formâ). Plur. סִיגִים Ps. 119, 119. Prov. 25, 4. 26, 23. Jes. 1, 22. et defect. סִגִים Ezech. 22, 18. 19., sed in tribus posterioribus locis quidam codices habent סְגִים, tanquam a rad. סגג, unde cum affixo סִגַיִךְ Jes. 1, 25.

שִׂיג m. v. sub שׂוּג.

סוֹד m. v. sub rad. יָסַד.

סָוָה radix inusit., quae ne in dialectis quidem superest.

מַסְוֶה m. *tegumentum, velum, velamen* Exod. 34, 33. 34. 35. Ita ex vett. interpretum auctoritate. Sunt, qui conferant سوية *tegumentum*, sed v. Rosenmueller. ad Exod. 34, 33.

סוּחַ radix inusit. ejusdem significationis fuisse videtur cum cognat. סחה *expurgavit, everrit.* Cet. v. sub סִיחוֹן.

סוּחָה f. *purgamentum, sordes*, cum כ similit. כַּסּוּחָה Jes. 5, 25. Sunt tamen, qui כ pro lit. radicali habeant conferantque كسح *everrit domum, purgavit limo*, ut כְּסוּחָה idem sit q. كُسَاحَة *purgamentum, quod everrendo ejicitur*, sive *sordes*, aethiop. ኵሳሕ: *stercus*.

סוּט, unde סֵטִים, vid. rad. שׂוּט.

סוּךְ i. q. נָסַךְ *unxit* (differt a מָשַׁח, quod de unctione solenni, quae

inaugurationis caussa fit, dici solet) 2 Chron. 28, 15., sq. acc. pers. et בְּ unguenti Ezech. 16, 9.; intrans. *unxit se* Ruth. 3, 3. 2 Sam. 12, 20. Dan. 10, 3., sq. acc. unguenti Deut. 28, 40. Mich. 6, 15. — Hiph. *unxit se* 2 Sam. 12, 20. Sed סִכְסֵךְ vid. in rad. סכך.

סֹךְ vid. sub rad. סכך.

אָסוּךְ m. *lecythus, vas unguentarium* 2 Reg. 4, 2.

מְסוּכָה vid. sub rad. שׂוּךְ.

סֻלַּת v. sub rad. סלת.

סוּמְפֹּנְיָה f. chald. Dan. 3, 5. 15., et cum א, סוּמְפֹּנְיָא sec. Kri Dan. 3, 10., sed Cthib habet סִיפֹּנְיָא, omisso מ. Est graec. *συμφωνία*, quo voc. posteriore aetate instrumentum musicum appellabatur (v. Serv. ad Aeneid. XI, 27.) duabus tibiis per sacculum transmissis constans. Hodiernum Syris *Sambonja* vel *Sombonja* instrumentum *musicum* dicitur ex arundine confectum, Graecis et Italis *Sampogna* sive *Zampogna*.

סְוֵנֵה Ezech. 29, 10. 30, 6. *Syene*, urbs Aegypti versus Nubiam prope ultima ad Nilum, gradum inter 22 et 23, nunc اسون *Assevan* cum Eliph prosthetico v. Bocharti Phaleg lib. 4. c. 2. Abulfedae *Aegyptus* n. 51. Michaelis *Suppl.* p. 1725. Nomen aegyptium est, et auctore Champollione (l'Egypte sous les Phar. I, p. 164.) derivandum ab *ouen* aperire et *sa*, qui est participiorum exitus, ita ut סונה significet oppidum, quod aditum in Aegyptum aperit, *claustrum Aegypti.*

סוּס m. 1) *equus* (chald. סוּסָא, syr. ܣܘܣܝܐ) Gen. 49, 16. Exod. 14, 9. Deut. 17, 16. Jud. 5, 22. etc., sec. Rabbinos ab *exsultatione* et *hilaritate* (coll. שׂוּשׂ *exsultare prae gaudio, hilarem esse*, sab. ܣܘܣ) v. Bochartus in *Hieroz.* P. I, p. 129 sq. et Bootius in *Animadverss. S.* L. III. c. 8. §. 7 sqq. Eadem de causa arab. *equus* dicitur خيل conf. Schultensii *Animadverss.* in Job. 6, 10. et *hilaritatem* inter generosi *equi* notas refert Columella L. VII. c. 28., unde *ad lituos hilaris* dicitur Statio *Thebaid.* L. XII. Plur. סוּסִים Deut. 17, 16. 1 Reg. 4, 26. et סֻסִים 2 Sam. 15, 1., in regim. סוּסֵי 1 Reg. 22, 4. 2 Reg. 2, 11. — 2) *hirundo* Jes. 38, 14. et sec. Cthib Jer. 8, 7., ubi Kri habet סִיס ad sonum *Sus* indicandum.

סוּסָה f. *equa* Cant. 1, 9.

סוּף *cessavit, desiit* Esth. 9, 28., it. *consumtus est* Jes. 66, 17. Ps. 73, 19. Am. 3, 15. (ubi non opus est, וְסָפוּ a ספה repetere, v. Gesen. L. p. 297.). Syr. chald. samar. *id.* — Hiph. *finem fecit, consumsit* Zeph. 1, 2. 3. Jer. 8, 13.

סוּף chald. *finitus, consummatus, eventu comprobatus est* Dan. 4, 30. — Aphel *consumsit* Dan. 2, 44.

סוֹף m. *finis* (i. q. קֵץ) Eccles. 3, 11. 7, 2. 12, 13. 2 Chron. 12, 13., cum affixo סֹפוֹ *finis, exitus ejus* sc. agminis h. e. *agmen extremum* Joël. 2, 20.

סוֹף m. chald. *id.* Dan. 4, 8. 19., stat. emphat. סוֹפָא Dan. 6, 27. 7, 26. 28.

סוּפָה f. *turbo* q. d. *abreptio, consumtio* pulveris, stipularum, foliorum etc. Prov. 1, 27. Job. 21, 18. Ps. 83, 16. Jes. 5, 28. Jer. 4, 13. etc. Cum ה paragog. סוּפָתָה *turbo vehementissimus* Hos. 8, 7., plur. סוּפוֹת Jes. 21, 1.

סוּף m. 1) *alga* Nili paludumque Aegypti Exod. 2, 3. Jes. 19, 6., Aegyptiorum *Sari*, de qua Plinius H. N. lib. 13. c. 13. „fruticosi est „generis Sari, circa Nilum nascens, duorum fere cubitorum altitudine, „pollicari crassitudine, coma papyri, similique manditur more." Aethiopes adhuc plantam quandam, cui flos croceus est, *Suf* appellant, sed in lingua, ut videtur, Amharica (Lobo *voyage d'Abessinie* p. 53.); an vero eadem sit, quae Aegyptiis *Sari*, non constat. Reliquae linguae Semiticae aut non habent (ut arab.) aut non nisi in nomine proprio maris Erythraei, quod Syri ܝܲܡܳܐ ܕܣܘܦ vocant, ut adeo nomen ipsum exoticum et fortasse, ut planta ipsa est, aegyptium videatur. — 2) *alga marina*, coloris subrufi (*Sargasso*, Gouémon, fucus natans, Germanis *Meergras*), in fundo maris crescens, cujus folia et baccae summo mari innatant, Jon. 2, 6. Hinc יַם־סוּף Ps. 106, 7. 9. 22. 136, 13. proprie *mare Sari*, sed quoad sensum *mare algosum*, seu sinus Arabicus, quem Graeci *mare Erythraeum* dixerunt, quod rubet illis in locis, ubi alga illa marina subrufa crescit, ut auctor est Lobo *voyage d'Abessinie* p. 51. 52. Car. Clusii *libri exoticorum* p. 293. Caeterum de *Suph* conf. Celsii *Hierobot.* T. II, p. 64. Michaelis *Suppl.* p. 1726. — 3) nom. propr. loci, fortasse in Moabitide Deut. 1, 1.

סוּר I) 1) recessit 2 Sam. 2, 23., sq. מֵעַל (de eo, quod *super* aliqua re fuerat) Num. 12, 10., sq. מִן Ps. 6, 9. 139, 19; frequentius trop. *α*) *a Jova recedere* i. e. deficere a cultu Jovae, sq. מֵאַחֲרֵי 2 Chron. 25, 27. 34, 33. 2 Reg. 18, 6., sq. מִן Jer. 17, 5., sq. מֵעַל Ezech. 6, 9.; *β*) *a lege, praecepto recedere* i. e. migrare legem, sq. מִן Deut. 17, 20. 28, 14. Prov. 5, 7. Dan. 9, 5. Ps. 119, 102. Jos. 23, 6., sq. acc. 2 Chron. 8, 15., it. *recedere, discedere a virtute, a pravitate* (ut Lat. etiam dicunt), *a via* recta sq. מֵעַל 2 Chron. 35, 15., sq. מִן Ps. 34, 15. Jes. 30, 11. 59, 15. coll. Job. 1, 1., hinc simpl. *degeneravit, defecit* Deut. 11, 16. Ps. 14, 3. Jer. 5, 23. Dan. 9, 11. Hos. 9, 15.; *γ*) *Jova recessit ab al.* i. e. deseruit, auxilio destituit aliquem, sq. מֵעַל Jud. 16, 20. 1 Sam. 28, 15. coll. Num. 14, 9; *spiritus Jovae recessit*, discessit *ab al.*, sq. מֵעִם 1 Sam. 16, 14.; *δ*) Job. 15, 30. *non recedit a caligine* (calamitate) i. e. non liberatur a cal. Lxx. οὐ μὴ ἐκφύγῃ σκότος. — Absolute positum est *tolli, amoveri* 2 Reg. 12, 14. 14, 4. 15, 4. al. Job. 15, 30. יָסוּר בְּרוּחַ פִּיו *tolletur, auferetur spiritu oris ejus*; 1 Sam. 15, 32. סָר מַר הַמָּוֶת *sublata est*, evanuit *mortis amaritudo*. — 2) devertit (via) ad aliq. (*einkehren*), sq. אֶל Gen. 19, 2. Jud. 4, 18. 15, 19. 18, 3. 19, 11. 2 Reg. 4, 8., hinc *accessit* (deflectens a via sua) Exod. 3, 3. Ruth. 4, 1. 1 Reg. 20, 39., sq. עַל 1 Reg. 22, 32., it. *aditum habuit ad al* sq. אֶל 1 Sam. 22, 14. — Infin. absol. סוֹר Dan. 9, 5., constr. cum affixo שׂוּרִי pro סוּרִי Hos. 9, 12., fut. יָסוּר, cum Vau convers. וַיָּסַר Exod. 8, 27. Ruth. 4, 1.; aliud vid. in Hiph.

Pil. סוֹרֵר *recedere fecit, avertit* (vias meas sc. a recto i. e. pervertit, perplexas reddit cf. v. 9.) Thren. 3, 11., ubi R. Salomo interpretatur *spinis opplevit*, tanq. denom. a סִיר. — Hiph. הֵסִיר 1) *recedere fecit*

i. e. removit sive aliquem 1 Sam. 28, 3. *(expulit)* 2 Sam. 5, 6. 2 Chron. 15, 16. הֵסִירָהּ מִגְּבִירָה i. e. *expulit eam regno,* 2 Reg. 23, 27. ה׳ מֵעַל פָּנָיו removit eum ab oculis suis h. e. *repudiavit,* — sive aliquid 2 Reg. 8, 14. 2 Chron. 30, 14. Gen. 8, 13. Levit. 4, 31. Jes. 1, 25. 3, 1. 5, 5. *(sustulit* e medio). Hinc: *separavit, sejunxit* Gen. 30, 32., sq. מִן *liberavit ab* al. Ps. 81, 7.; spec. *avertit* oculos Prov. 28, 9., *detraxit* annulum Gen. 41, 42., *deposuit* vestem, cidarim etc. Gen. 38, 14. Ezech. 21, 31. Exod. 34, 34., *migravit* praeceptum Ps. 18, 23. Jos. 11, 15. Adde has locutiones: ה׳ דְּבָרָיו *verba sua revocavit, irrita declaravit* Jes. 31, 2., ה׳ רֹאשׁ מֵעַל פּ׳ *caput alicui amputare,* securi aliquem percutere 1 Sam. 17, 46. 2 Sam. 5, 16., ה׳ פּ׳ מֵאַחֲרֵי יְהוָֹה *avertere, avocare al. a Jova* (colendo) Deut. 7, 4. — 2) *devertere, deflectere fecit* sq. אֶל h. e. transtulit *ad* 2 Sam. 6, 10. Fut. c. Vau convers. וַיָּסַר Gen. 8, 13. Exod. 14, 25. — Hoph. הוּסַר *remotus, sublatus est* Levit. 4, 31. 35. Dan. 12, 11. 1 Sam. 21, 7. לֶחֶם הַפָּנִים הַמּוּסָרִים מִלִּפְנֵי יְהוָֹה *panes sacri sublati erant a facie Jovae* i. e. loco sacro, Jes. 17, 1. דַּמֶּשֶׂק מוּסָר מֵעִיר *Damascus sublata erit e numero urbium.*

II) i. q. arab. سار med. Vau: *efferbuit vehementer.* Inde est nomen סִיר *olla,* quod v. infra.

סוּר m., plur. סוּרֵי הַגֶּפֶן Jer. 2, 21. *degeneres* (rami, palmites) *vitis* (v. rad. Kal n. 1. b.). Michaelem, qui *colocynthidem* intelligi voluit (coll. شَرْيَة) bene refutavit Rosenmueller. ad h. l.

סַר vid. sub rad. סרר.

סִיר com. 1) a) *spina* (q. d. *aversio* ab accessu et tactu), plur. סִירִים Jes. 34, 13. Hos. 2, 8. Eccles. 7, 6. Nah. 1, 10. עַד סִירִים סְבֻכִים hostes *perplexi sunt usque ad spinas* h. e. non secus ac spinae, dumeta; b) *uncinus, hamus* (i. q. חַח, plur. סִירוֹת Am. 4, 2. — 2) *olla,* in qua res coctiles *fervefiunt* (coll. rad. n. 2.) Exod. 16, 3. 2 Reg. 4, 38 sqq. etc., סִיר רַחְצִי *olla lotionis meae* i. e. *pelvis mea* Ps. 60, 10. Plur. סִירוֹת Exod. 27, 3. 38, 3. 1 Reg. 7, 45.

סָרָה f. *cessatio, intermissio, finis* (v. rad. Kal 1. a.) Jes. 14, 6. Aliud vid. sub rad. סרר.

סוּת in Kal inusitat., Hiph. הֵסִית et הִסִּית (Jer. 38, 22.) 1) *propulit, expulit* Job. 36, 18. פֶּן יְסִיתְךָ בְשָׂפֶק *ne propellat,* expellat, e medio tollat *te castigando,* 2 Chron. 18, 31. וַיְסִיתֵם אֱלֹהִים מִמֶּנּוּ *et propulit,* avertit *eos* (hostes) *Deus ab eo,* Job. 36, 16. הֲסִיתְךָ מִפִּי צָר *expellet,* removebit *te ex ore calamitatis.* 2) *impulit, incitavit, instigavit ad* aliquid Deut. 13, 7. 2 Reg. 18, 32. 21, 25. 2 Sam. 24, 1., sq. infinit. c. praef. לְ 1 Chron. 21, 1. 2 Chron. 18, 2. Jos. 15, 18. Jud. 1, 14., sq. בְּ pers. *contra aliquem incitavit, inflammavit* Jer. 43, 3. 1 Sam. 26, 19. Job. 2, 3. Praet. foem. הֵסַתָּה (v. Gesen. L. p. 404.) 1 Reg. 21, 25. Part. מֵסִית 2 Chron. 32, 11., fut. יָסִית, c. Vau convers. וַיָּסֶת 2 Sam. 24, 1., alia forma יַסִּית Jes. 36, 18.

סוּת f. Gen. 49, 11. vid. sub rad. כסה.

סָחַב 1) *traxit* per terram, *raptavit* (سحب *id.*) 2 Sam. 17, 13. Jer. 15, 3. 22, 19. 49, 20.

סְחָבָה f. q. d. *tractio (das Ziehen, Zerren)* i. e. *dilaceratio* Jer. 38, 11. 12. בְּלוֹיֵ הַסְּחָבוֹת *panni lacerati.*

סָחָה in Kal inusit., *everrit, averrit*, verrendo sustulit, i. q. سحا (cf. סְחִי). Pih. *id.* Ezech. 26, 4. [sed יִסַּחוּ Prov. 2, 22. v. sub rad. נסח]. Syr. chald. sam. סחא habet *lavandi* notionem.

סְחִי m. *purgamentum, sordes verrendo congestae,* quae scopis auferuntur (chald. סחיתא *stercus,* syr. ܡܣܚܝܬܐ *everricula*) Thren. 3, 45.

סָחַף propr. *abrasit, derasit* (ut سحف) adeoque *destruxit* (ut ܣܚܦ cf. Luc. 19, 44. et sam. v. Gesen. Carm. sam. 5, 10.) cf. gallicum *raser.* In Kal semel occurrit de *pluvia* humum e rupibus in vallem deferente Prov. 28, 3. (cf. سحاف *torrens,* et سحيفة *pluvia vehementior* res obvias auferens). — Niph. נִסְחַף *prostratus est* (sab. ܐܣܬܚܦ *id.*) Jer. 46, 15.

סָחַר *circumivit, obiit* (ita chald. syr. samarit., praeterea Samar. et Syris ܣܚܪ a *circumeundo* spec. *mendicatus est;* arab. سحر, maxime سكر *gyrare, rotare, ambire* v. Ev. Scheidii *Schediasm.* philol. p. 83 sq. et Hartmann. Einl. p. 79.), sq. acc. (terrae) Gen. 34, 10. 21. — spec. *circumiit negotiandi caussa,* adeoque *mercaturam exercuit:* nam olim mercatores ipsi proficiscebantur in terras exteras ad divendendas merces, Jer. 14, 18. Gen. 42, 34. Hinc partic. סֹחֵר subst. *negotiator, mercator* Gen. 23, 16. Prov. 31, 14., plur. סֹחֲרִים Gen. 37, 28. Ezech. 27, 36., in regim. סֹחֲרֵי 1 Reg. 10, 28. 2 Chron. 1, 16., cum affixo סֹחֲרַיִךְ Jes. 47, 15. (ubi significantur harioli, qui artes suas quaestus caussa exercebant, quibusque crebro usa fuerat Babylonia), סֹחֲרֶיהָ Jes. 23, 8.; foem. סֹחֶרֶת *negotiatrix* c. affixo סֹחַרְתֵּךְ Ezech. 27, 12. 16. 18. Inde descendit verbum geminatum

סְחַרְחַר Pilp. *frequenter* sive *continuo circuivit, agitatus est* Ps. 38, 11 (de corde).

סְחַר m. 1) *emporium* Jes. 23, 2. 2) *lucrum* ex mercatura redundans, *opes* mercaturâ partae Jes. 45, 14.

סַחַר m. 1) *lucrum,* pr. quod ex *mercatura* redundat Jes. 23, 18. 2) *acquisitio,* c. affix. סַחְרָהּ Prov. 3, 14. 31, 18.

סְחֹרָה f. *mercatura, negotiatio* Ezech. 27, 15., ubi tamen סְחֹרַת יָדֵךְ (posito abstr. pro concr.) est *negotiatrix tua* (mercium tuarum).

סֹחֵרָה f. *aspis, clypeus,* corpus quasi *ambiens* h. e. tegens Ps. 91, 4. (ܣܚܪܬܐ *turris*).

סֹחֶרֶת f. Esth. 1, 6. vel *marmor nigrum* maculis venisque albis distinctum (coll. ܣܘܚܪܬܐ *lapis niger tinctorius*) — vel auctore Hartmanno (Hebraeerinn III, p. 354.) *testa testudinis* (v. סֹחֵרָה), *Schildpad, Schildkrot.*

מִסְחָר m. *mercatura* 1 Reg. 10, 15.

סָחִישׁ m. 2 Reg. 19, 29. et שָׁחִיס Jes. 37, 30. *id quod anno a sementi tertio sponte provenit* (opp. סָפִיחַ). Conferunt شخيس *res varia* et *discrepans* a شخس *diversus fuit, diversimode se habuit* v. MICHAEL. Suppl. p. 1739 sqq.

סֵט vid. sub rad. שׂוּט.

סִיג vid. sub rad. סוּג.

סִיוָן m. nom. *mensis tertii,* ex parte Majo nostro respondentis Esth. 8, 9. A *laetitia* dictum putant (coll. chald. סְוַח *laetari*), quia omnia tum rident et splendent; quomodo et veteribus Germanis *Majus* dictus est *Wunne-Mond* sive *Wonne-Monat* i. e. *laetitiae mensis.* Ex sententia vero MICHAELIS in *Suppl.* p. 1725. et in *Comment. de mensibus Hebraeorum* respondebat fere, quantum lunares menses solaribus comparari possunt, nostro *Junio* et in maximam ejus partem incidebat. Computabatur a primo Junii novilunio. Syris dicitur ܚܙܝܪܢ, quod mensis nomen *Junius* vertitur ab ASSEMANO in *bibl. orient.* T. I, p. 397.

סִיחוֹן m. nom. propr. 1) regis Amoritarum Num. 21, 21. 32, 33. Ps. 135, 11. 2) alius cujusd. Jud. 11, 19. 20. SIMON. confert syr. ܣܘܚ *voluit, exoptavit.*

סִין nom. propr. urbis aegyptiacae Ezech. 30, 15. 16.; HIERONYMO auctore est *Pelusium,* a *luto* סִין (chald.) dictum, ut Graecis *Pelusium* dicitur ἀπὸ τοῦ πηλοῦ et Arabibus طينة *lutosa* v. GOLIUS ad ALFERGAN. p. 146. adde BOCHARTI *Phaleg* lib. 4. c. 27. BRAUN in *select. sacr.* P. I, p. 110.—מִדְבַּר־סִין Exod. 16, 1. 17, 1. Num. 33, 12. *desertum Sin* pars erat deserti arab. inter Elim et montem Sinai, de quo v. ROSENMUELLER. ad Exod. l. c.

סִינִי 1) *Sinaeus,* nom. populi Libano vicini Gen. 10, 17. 1 Chron. 1, 15., cujus vestigium fortasse superest in *Sinna* (*Σιννᾶ*) STRABONIS (XVI. c. 2. p. 364. ed. Lips.), castello latronum in Libano, quod Pompejus destruxit, vel in *Syn* ad radic. montis Libani, cujus meminit BREIDENBACHIUS. HIERONYMUS: „a Libano haud procul alia civitas fuit nomine *Sini,* quae postea vario eventu subversa bellorum nomen tantummodo loco pristinum reservavit"; v. MICHAELIS *Spicil.* T. II, p. 27. 2) אֶרֶץ סִינִים *terra Sinaeorum* memoratur Jes. 49, 12. BOCHARTUS dici putat *terram Pelusiotarum* (v. סִין); sed *urbs* quidem est Pelusium, *terra* autem ejusdem nominis geographis ignota est; de *Syene* cogitat MICHAELIS in *Spicil.* P. II, p. 32.: hujus tamen nomen est סְוֵנֵה, ut arbitrarias litterarum permutationes taceamus. Praestat *Sinam* (arab. الصين) intelligere, cujus jam tum ad poetam in Babylonia degentem potuit aliqua notitia pervenisse v. post HARTMANNUM (Einl. p. 294.) GESEN. ad Jes. l. c. LXX. γῆ Περσῶν.

סִינַי mons Arabiae duplicis cacuminis; unum, quod venientibus ab occasu est, dictum fuit *Horeb,* alterum longe sublimius *Sinai;* unde idem mons mox *Sinai,* mox *Horeb* nominatur Exod. 3, 15. 19, 11. 20. 24, 16. Levit. 7, 38. 25, 1. Num. 3, 1. 28, 6. Deut. 33, 2. Jud. 5, 5.

Ps. 68, 9. 18. al. Arabibus جبل موسى *mons Mosis* v. Wineri Lexic. bibl. II, p. 614 sq. add. Burckhardt. *Reise* II, p. 900 sqq. — מִדְבַּר סִינַי *desertum Sinai* est pars deserti arab. Exod. 19, 1. Levit. 7, 38. Num. 1, 1. al. — Unde ductum sit nomen hebr., non constat. Simonis. in Onomast. p. 559. derivat a סְנֶה *rubus*.

סִיס vid. supra in סוּס.

סִיסְרָא nom. propr. ducis Canan. Jud. 4, 2. Ps. 83, 10. et alius cujusd. Esr. 2, 53. Neh. 7, 55. coll. ܣܝܣܪܐ *exercitus, acies*.

סִיפְנְיָא vid. supra סוּמְפֹּנְיָה.

סִיר vid. sub rad. סוּר.

סָכַךְ I) 1) *texit, operuit*, sq. עַל ejus rei quae tegitur et בְּ tegumenti Exod. 25, 20. 37, 9. 1 Reg. 8, 7., sq. acc. tegumenti Exod. 40, 3. סַכֹּתָ עַל־הָאָרֹן אֶת־הַפָּרֹכֶת *operies arcam velo* i. e. obtendes velum, quo arca a (sacerdotum) conspectu removeatur, sq. acc. dupl. Job. 40, 22 (17) יְסֻכֻּהוּ צְלָלוֹ *tegent eum umbrâ suâ*; semel intrans. Thren. 3, 44. 2) *protexit* Ps. 140, 8. סַכֹּתָה לְרֹאשִׁי *protexisti, defendisti caput meum*. Hinc סֹכֵךְ pr. *protegens* i. e. subst. *vinea, testudo*, qua in oppugnandis urbibus utebantur, Nah. 2, 6. — Pilp. סִכְסֵךְ armis *texit* h. e. *armavit* sq. acc. pers. Jes 9, 10. 19, 2. Cf. cum Schultensio شكّ *totum se operuit armis*, et شِكّة *arma*. — Hiph. הֵסֵךְ 1) *texit, operuit* 1 Sam. 24, 4. *et intravit Saulus* לְהָסֵךְ אֶת־רַגְלָיו *ut tegeret pedes suos* coll. Jud. 3, 24. Hoc quid sibi velit, ambigunt interpretes. Multi praeeuntibus Syro (ܠܡܫܡܫܘ ܠܡܫܟܒ) et Josepho (Antiq. V, 4, 2.) interpretantur: *ad somnum capiendum* (cf. Hasaeus in Biblioth. Brem. IV, p. 757 sqq. Wolle in Diss. de euphemismo sacro p. 13 sq.), alii: *ut ventrem purgaret*. Ita Vulg. Chald. (לְמֶעְבַּד צוֹרְכֵּהּ *ut necessitati pareret* Cic. Off. I, 35.) Josephus (Antiq. VI, 14.) Clericus rel. Hoc praeferendum. *Dormiendi* enim negotium vix opus fuit verborum aliqua circumscriptione significari. 2) *protexit, defendit* Ps. 5, 12. sq. עַל, Ps. 91, 4. sq. לְ pers. 3) *sepsit, obsepsit* Job. 3, 20. וַיָּסֶךְ אֱלוֹהַּ בַּעֲדוֹ *obsepsit circa eum Deus* i. e. viam, qua ex calamitatibus emergeret, praeclusit, Job. 38, 8.

II) i. q. שׂוּךְ Ps. 139, 13. תְּסֻכֵּנִי בְּבֶטֶן אִמִּי *texuisti* (formasti) *me in utero matris* coll. Job. 10, 11. Alii minus concinne: *protexisti me*.

סָךְ m. *turba, multitudo hominum* (شُكَيْكَة *turba*) Ps. 42, 5. q. d. *tectio terrae* i. e. cujus *copiâ* terrae superficies *tegitur* conf. جُنَان et ضُبْن numerosa *turba hominum* a جن et طبن *tegere*, nec non עַם suo loco. Alii conferri jubent chald. סַךְ *summa*.

סֹךְ m. 1) *tugurium*, ramulis frondibusque consertum, deinde *quodlibet tugurium*. Cum affixo סֻכּוֹ Jer. 25, 38., pro quo legitur סֻכּוֹ Ps. 76, 3. et סֻכֹּה Ps. 27, 5. [sed שֻׂכּוֹ a שׂךְ vid. sub rad. שׂכך]. 2) *lustrum, latibulum* ferarum Jer. 25, 38., c. affixo סֻכֹּה pro סֻכּוֹ Ps. 10, 9.

סֻכָּה f. 1) *tugurium* Jes. 1, 8. 4, 6. Jon. 4, 5., deinde latiore sensu: *tabernaculum, habitaculum* Am. 9, 11. Ps. 18, 6. 31, 21. Job. 27, 18. 36, 29. 2) *sepes, crates* ovium Gen. 33, 17. 3) *lustrum, latibulum* Job. 39, 2 (38, 40). — Plur. סֻכּוֹת a) *tuguria;* hinc חַג הַסֻּכּוֹת *festum tabernaculorum* Levit. 23, 34. Deut. 16, 13. 31, 10. Zach. 14, 16.; סֻכּוֹת בְּנוֹת *tuguria filiarum* Babyloniorum 2 Reg. 17, 30. fuisse videntur *tuguria* in alto luco ex frondibus ramisque arborum contexta, in quibus puellae virginitatem ad templum Veneris Mylittae prostituebant v. SELDENUS *de Diis Syris* II, 7. HERODOT. I, 199. STRABO XVI, p. 1081. (al. 745.); b) nom. propr. stationis Israëlitarum a *mandris* dictae Exod. 12, 37. 13, 20. Num. 33, 5. 6., nec non urbis in tribu Gad Gen. 33, 17. coll. Jos. 13, 27. 1 Reg. 7, 46. Jud. 8, 5.

סִכּוּת f. *tugurium, tabernaculum* Am. 5, 26. נְשָׂאתֶם אֶת־סִכּוּת מַלְכְּכֶם *gestastis* (in deserto) *tabernaculum regis vestri,* idoli sub regis nomine culti. Erat fortasse cista sacra, qua Dei simulacrum concludebant, qualemque DIOD. SIC. XX, 25. σκηνὴν ἱεράν appellat v. MICHAEL. Suppl. p. 1747.

סֻכִּיִּים (*in tuguriis habitantes?*) nom. propr. populi Africani 1 Chron. 12, 3., sunt fortasse *Nomades desertorum orientalium Aegypti* h. e. Arabiae Aegypti, ut STRABO aliique geographi loqui solent v. MICHAELIS *Suppl.* p. 1748.

מָסָךְ m. *tegumentum* 2 Sam. 17, 19., *velum* quo *tegitur, aulaeum* Exod. 26, 36. 37. Num. 3, 31. 1 Sam. 17, 19. Ps. 105, 39., in regim. מְסַךְ Exod. 35, 15. 17. Num. 3, 16. 25. et Jes. 22, 8, quem locum postremum egregie ex Arab. illustravit SCHULTENS. de *defect. ling. hebr.* §. 262 sq. coll. Nah. 3, 5.

מוּסָךְ m. 2 Reg. 16, 18., in regim. מוּסַךְ הַשַּׁבָּת sec. Kri *tectum Sabbathi* h. e. *porticus,* in qua aut ambulabatur aut congregabatur populus (qualis in templo tertio *porticus Salomonis* fuit). Sed Cthib habet מֵיסַךְ, tanquam a יסך.

מְסֻכָּה f. *operimentum* Ezech. 28, 13.

סָכַל *stupidus, stultus fuit,* ut כָּסַל, in Kal inusit. (chald. et syr. *id.*), Niph. נִסְכַּל *stulte egit* 1 Sam. 13, 13. 2 Chron. 16, 19., it. *impie egit* (v. נָבָל) 2 Sam. 24, 10. 1 Chron. 21, 8. — Pih. *stultum* i. e. *irritum reddidit* 2 Sam. 15, 31. Jes. 44, 25. — Hiph. הִסְכִּיל *stulte egit* 1 Sam. 26, 21. (ܐܣܟܠ *id.*); הִסְכִּיל עֲשׂוֹ *id.* Gen. 31, 28.

סָכָל m. *stupidus, stolidus, stultus* Jer. 5, 21. Eccles. 2, 19. 7, 17. 10, 3. 14., plur. סְכָלִים Jer. 4, 22.

סֶכֶל m. *stultitia* i. e. stultus (ita LXX.) Eccles. 10, 6.

סִכְלוּת f. *stultitia* Eccles. 2, 3. 12. 13. 7, 25. 10, 1. 13., pro quo semel scribitur שִׂכְלוּת Eccles. 1, 17. coll. 2, 12. Syr. ܣܟܠܘܬܐ *id.*

סָכַן I) 1) *utilis fuit, profuit* Job. 15, 3., sq. לְ pers. Job. 22, 2. 35, 3, it. *profecit* Job. 34, 9. 2) *familiaris fuit* (سكن *id.*, propr. *habitavit,* ut adeo סכן cum שכן alternasse videatur). Part. סֹכֵן subst. Jes. 22, 15. *familiaris, amicus* sc. regis h. e. *consiliarius* (v. CURT. IV, 1.), foem.

סֹכֶנֶת *amica* (regis) 1 Reg. 1, 2. 4. — Hiph. הִסְכִּין a) sq. infin. c. praefixo לְ *consuevit, solitus est* Num. 22, 30.; b) sq. acc. *familiarem sibi reddidit, familiaritatem contraxit cum* al. Ps. 139, 3. כָּל־דְּרָכַי הִסְכַּנְתָּה i. e. *omnia studia mea et consilia bene, accurate tibi nota sunt,* sq. עִם Job. 22, 21. הַסְכֶּן־נָא עִמּוֹ *familiaritatem contrahe cum eo,* familiarem ei te exhibe v. Rosenmueller. et Umbreit. ad h. l.

II) i. q. arab. سكن *pauper, miser fuit.* Pyh. partic. מְסֻכָּן *pauper redditus, pauper* Jes. 40, 20.

III) i. q. chald. סכן, Ithpa. *in periculo versatus est* (cf. Targ. Ps. 18, 5.). Niph. נִסְכַּן *periclitatus, in periculo versatus est* Eccles. 10, 9., v. de hoc voc. Hartmann. in Wineri *Zeitschrift* 1, p. 45.

IV) i. q. כָּנַס, literis invicem transpositis, v. nomen מִסְכְּנוֹת.

מִסְכֵּן m. *pauper, miser* (مسكين chald. מִסְכֵּן v. Hartmann. l. c. p. 43.) Eccles. 4, 13. 9, 15. 16. v. rad. n. 2. Inde syr. verb. quadril. ܡܣܟܢ *pauperem reddidit.*

מִסְכֵּנוּת et מִסְכֵּנֻת f. *paupertas, penuria* Deut. 8, 9.

מִסְכְּנוֹת f. plur. *loca,* in quae *colligitur* sive in quibus *reponitur*: *penuaria* (per metathesin pro מִכְנְסוֹת) Exod. 1, 11. 1 Reg. 9, 19. 2 Chron. 8, 4. 16, 4. 17, 12. 32, 28.

סָכַר I) *clausit, occlusit, conclusit,* in Kal inusit. (arab. سكر, syr. ܣܟܪ), Niph. *clausus, occlusus est* Ps. 63, 12. Gen. 8, 2. Pih. *tradidit* in potestatem Jes. 19, 4. conf. cognatum סגר. — II) i. q. שׂכר, unde סֹכְרִים Esr. 4, 5. *mercede conducentes.*

סָכַת in Kal inusit., Hiph. הִסְכִּית *siluit* Deut. 27, 9. (سكت *id.*) v. Schroederi *Observv. ad origg. hebr.* p. 101 sqq.

סַל vid. sub rad. סלל.

סָלָא *aestimavit,* in Kal inusit. (شلا pro شلو *tollere in altum* et *elevare,* deinde ad *librationes* et *bilances* traductum q. d. *aestimare*), Pyh. part. plur. מְסֻלָּאִים *aestimati* Thren. 4, 2.

סָלַד in Kal inusit., Pih. סִלֵּד, unde fut. cum ה parag. אֲסַלְּדָה Job. 6, 10. *exsultarem, tripudiarem* a rad. صلد *saltu terram pedibus percussit* (equus). Ita Lxx. et Chald. Alii, ut Rosenmuellerus, conferunt chald. סְלַד *aduri, ardere,* ut sensus sit: licet *aestuem* in dolore.

סָלָה I) *in altum sustulit* (v. סלא), hinc in libra *appendit;* Pyh. *appensus, aestimatus est* Job. 28, 16. — II) *rejecit, respuit, sprevit* (chald. et syr. *id.*) Ps. 119, 118. Pih. *id.* Thren. 1, 15.

סַלּוּא et סַלֻּא nom. propr. viri 1 Chron. 9, 7. Neh. 11, 7., al. סַלּוּ Neh. 12, 7.

סִלּוֹן v. sub rad. סלל.

סֶלָה quod voc. septuagesies semel in Psalmis (ut 3, 3. 4, 3. 9, 17. 21, 3. 44, 9. etc.), ter in Habac. (3, 3. 9. 13.) occurrit, nota musica esse videtur,

quanquam, quae sit ejus vis, multum disceptatur inter viros doctos. Sunt 1) qui סלה compendium scriptionis esse putent, trium vocum literis initialibus in novum voc. conflatis. Frequentantur talia scribendi artificia Judaeis (recentioribus), Syris, Arabibus (ut in illo encomio Mohammedis صلعم i. e. صَلَّى الله عليه وَيَسَلِّم *benedicat ei Deus et det ei pacem*). Sed, quaenam fuerint tres istae voces, mirifice ambigitur. Et Meibomius quidem sic interpretatus est: סֹב לְמַעְלָה הַשָּׁר *redi sursum cantor*, ital. *da capo*. Alius (in Eichhornii Biblioth. V, p. 5:5 sqq.) optionem dedit has inter explicationes: סִימָן לְהַמְנַצֵּחַ *signum praefecto chori musici*, סִימָן לְשַׁנּוֹת הַקּוֹל *signum toni modulandi*, סִימָן לַעֲנוֹת הַמַּקְהֵלוֹת *signum, admonitio, ut alternis choris cantetur*. Sed haec omnia pro arbitrio sumuntur, nec demonstrari omnino potest, veteres Judaeos istum per compendia scribendi morem sectatos esse. Itaque 2) alii סֶלָה pro integro vocabulo habent, quo vel *elevationem vocis* (v. סלה), vel *pausam* (a ܫܠܐ *quievit, siluit*), vel *membrum, caesuram in modis aut in rhythmo* (coll. arab. شِلْوٌ *artus, membrum*) significari existimant. Harum explicationum, si quid in re tam dubia definiendum, prima ceteris praestare videtur, quippe ex ipsa hebr. lingua repetita. In hanc sententiam concesserunt post Kimchium Forkelus (*Gesch. d. Musik* I, p. 144.), Herderus (*Geist d. hebr. Poesie* II, p. 355. ed. tert.), Gesenius et de Wettius. Nuper vero novam hujus voc. explicationem ex ritibus Hebraeorum sacris proposuit Kaiserus, et ipse ab *elevando* eam dictam esse ratus v. *zusammenhäng. histor. Erklär. d. Psalm.* (Nürnb. 1827. 8.) p. 14 sqq. Plura de h. n. dabunt Noldius ad *concordant. particc.* not. 1877. Irhovius de *psalmorum titulis* p. 123 sq. I. C. Biel in *nov. miscell. Lips.* Vol. III, p. 14 sq. Sonntagius de *titulis psalmorum* p. 720 sq. Fourmont in *Mémoires de littérature* T. VI, p. 175 sq. Heumannus in *Poecile* T. III, p. 471 sq. Wahl. Excurs. ad Habac. p. 225 sqq. Rosenmueller. Prolegg. in Psalm. p. 67 sqq.

סָלַח *condonavit* (chald., samarit. et sab. *id.*) Thren. 3, 42. Num. 14, 19. 20. Ps. 103, 3. 2 Reg. 5, 18. Infin. constr. סְלֹחַ 2 Reg. 24, 4. Jes. 55, 7., imper. סְלַח Am. 7, 2., cum ה parag. et in pausa סְלָחָה Dan. 9, 19., fut. יִסְלַח Jer. 5, 1. 7. (ubi Cthib habet יִסְלוֹחַ) 2 Chron. 7, 14. — Niph. נִסְלַח *condonatum est* peccatum Levit. 4, 20. 26. 31. 35. Num. 15, 25.

סַלָּח m. *ad condonandum pronus, condonans* Ps. 86, 5.

סְלִיחָה f. *condonatio* Ps. 130, 4., plur. סְלִיחוֹת Dan. 9, 9. Neh. 9, 17.

סָלַל 1) gener. *extulit, elevavit, exaltavit* (scil. cognatae et inter se permistae videntur radd. סול شال pro شول *elevavit, sustulit*, et סלל, nec non סלא, סלה et סלל) v. Pilp. et Hithpoh., spec. *aggessit, aggeravit*, ut acervos Jer. 50, 26., et viam, unde *viam exaggeravit* pro *complanavit* et *munivit* sc. aggere Prov. 15, 19. (ad q. l. v. Umbreit.) Jer. 18, 15. 50, 26. Jes. 57, 14. 62, 10. Job. 19, 12. 30, 12. et, omisso voc. דֶּרֶךְ, Ps. 68, 5. — Pilp. סַלְסֵל *extulit* Prov. 4, 8. — Hithpoh. הִסְתּוֹלֵל *extulit se, surrexit* (hostiliter) Exod. 9, 17. sq. בְּ pers. *contra* al.

II) i. q. سَلّ, سلسل *connexuit, concatenavit* v. nom. סַל, סַלְסִלּוֹת.

Ab eadem radice oritur arab. سُلَّاءٌ *spinae* palmarum (i. q. سُلَّاءَة); scil. سَلَّ est: *extraxit, evaginavit.* v. hebr. סַלּוֹן et סִלּוֹן.

סַל m. *canistrum, corbis* (سَلَّةٌ *qualus, sporta, canistrum,* quod in capite portatur Gen. 40, 17. Exod. 29, 3. 23. 32. Levit. 8, 2. 26. 32. Num. 6, 15. 17. 19. etc. (v. rad. n. 2.). Plur. סַלִּים Gen. 40, 16. 18.

סִלָּא f. (pro סִלָּה, ad form. רִנָּה) propr. *via aggesta* et *munita,* est nom. propr. loci, fortasse Hierosolymis vicini. Al. dictum putant pro מְסִלָּא 2 Reg. 12, 21.

סַלְסִלּוֹת plur. f. *corbes* Jer. 6, 9.

סֹלְלָה f. *aggestio terrae* i. e. *agger,* maxime *obsidionalis* 2 Sam. 20, 15. 2 Reg. 19, 32. Jes. 36, 33. Jer. 6, 6. etc., plur. סֹלְלוֹת Jer. 32, 24. 33, 4.

סֻלָּם m. *scala* (سُلَّمٌ *id.*) Gen. 28, 12.

מַסְלוּל m. *via* aggesta Jes. 35, 8.

מְסִלָּה f. 1) *via munita* aggere Num. 20, 19. Jud. 21, 19. 1 Sam. 6, 12. Jes. 7, 3. 62, 10. Joel. 2, 8. Trop. adhibetur de *vitae ratione,* ut דֶּרֶךְ, Prov. 16, 17. 2) *gradus* ad ascendendum (ut סֻלָּם) 2 Chron. 9, 11. Plur. מְסִלּוֹת Jud. 20, 31 sqq. Ps. 84, 6. Jes. 59, 7.

סִלּוֹן *aculeus, cuspis* (سُلَّاءٌ et سُلًّى *aculei adnascentes palmarum ramis*), *spina* major (ut chald. סִלְוָא) Ezech. 28, 24. cf. Celsii Hierobot. II, p. 220 sqq.

סַלּוֹן m. *id.* Ezech. 2, 6. Sed aliis: *renuens, contumax,* coll. chald. אסלי i. q. hebr. מאס et מאן.

סֶלַע m. 1) *petra* Jud. 15, 8. 11. 1 Sam. 23, 25. Ps. 40, 3. Jes. 32, 2. etc. Metaph. Jova appellatur סֶלַע Deut. 32, 4. 15. 2 Sam. 22, 12. Ps. 18, 3. 42, 10. Cum affixo סַלְעוֹ Jes. 31, 9., plur. סְלָעִים 1 Reg. 19, 11. 2) nom. propr. *Petrae,* urbis Arabiae, a quo Arabia Petraea nomen accepit, aliquando etiam cum ה articuli antonomastico הַסֶּלַע Jud. 1, 36. 2 Reg. 14, 7. Jes. 16, 1. 42, 11., quae nonnunquam Palaestinae accensa est (v. Relandi *Palaest.* p. 926.), hodie *Wady Musa* (وادي موسى) v. Burckhardt. *Reis.* II, p. 703 sqq. Gesen. Commentar. in Jes. I, p. 536 sqq.

סלעם rad. quadril. inusit., Chald. *absumsit.* Inde dicta est

סָלְעָם m. species *locustae voracissimae* Levit. 11, 22. v. Bocharti *Hieroz.* P. 2. lib. 4. c. 1, p. 446.

סָלַף, Pih. סִלֵּף *pervertit* Exod. 23, 8. Deut. 16, 19 (justitiam), Prov. 19, 3 (viam), it. *evertit* Prov. 13, 6. 21, 12. Job. 12, 19.

סֶלֶף m. *perversitas* Prov. 11, 3., sed 15, 4. סֶלֶף בְּלָשׁוֹן est (eversio) *exasperatio* animorum, quae *linguâ,* sermone efficitur, opp. מַרְפֵּא לָשׁוֹן. v. Umbreit. ad h. l.

סָלַק et סְלֵק chald. *ascendit* (syr., sam. *id.*) Dan. 7, 3.; praet. foem. סִלְקַת

Dan. 7, 20., et cum kamez סָלְקַת Dan. 7, 8., plur. סָלְקָה Dan. 2, 29. Esr. 4, 12.

סָלַת rad. Hebr. inusit., Arab. سلت *abstersit, mundavit, decorticavit.*

סֹלֶת com. (m. Exod. 29, 40) pr. *decorticatio,* hinc *grana decorticata* i. e. *simila, farina purissima* (differt igitur a קֶמַח) Gen. 18. 6. Exod. 29, 2. 40. Levit. 2, 1. 4. 5. 7. Num. 6, 15. etc., chald. סוּלְתָא *id.,* arab. سلت *ἄλφιτα.* Cum affixo סָלְתָּהּ Levit. 2, 2. (Alii hoc voc. derivant a سال med. Je *segregavit,* ut nuper etiam Ewaldus in Gr. p. 409.; non satis probabiliter). Cet. cf. Mischn. I, 241. II, 191. VI, 80.

סַמְגַּר־נְבוֹ nom. propr. principis Babyl. Jer. 39, 3. sec. Bohlen. pers. شمشر نبو *gladius Nebonis.* Aliam derivationem e linguis semit. proposuit Simon. in Onom. p. 674.

סְמָדַר m. *uva florens* vel *flos vitis odoratus* (syr. et sab. ܣܡܕܪ) Cant. 2, 13. 15. 7, 13. Derivant a سمد *altus fuit, eminuit* et مدر *magno distentoque ventre fuit* (?).

סָמַךְ propr. 1) *imposuit* rei scil. consistenti et firmae, ut ei *incumberet* et *inniteretur,* v. c. manum capiti victimae vel hominis Exod. 29, 10. 15. 19. Levit. 1, 4. 3. 2 Num. 27, 23. etc., intrans. *impositus fuit, incubuit* Ps. 88, 8. עָלַי סָמְכָה חֲמָתֶךָ *incumbit mihi* (graviter premit me) *ira tua* (cf. Ps. 32, 4. 38, 3.), hinc 2) *fulsit, sustentavit* aliquem labantem, miserum, sq. acc. Jes. 63, 5. Ps. 37, 17. 54, 6. 119, 116. Ezech. 30, 6., sq. לְ pers. Ps. 145, 14. Partic. Pahul סָמוּךְ *suffultus* i. e. *firmus* Ps. 111, 8. 112, 8. Seq. dupl. acc. est alicui aliquid *suppeditare,* i. e. dare, quo quasi innitatur Gen. 27, 37. Ps. 51, 14. רוּחַ נְדִיבָה תִסְמְכֵנִי *spiritum* (animum) *promtum mihi largiaris* (ubi tamen alii תִּסְמְכֵנִי pro tert. p. foem. habent hoc sensu: *animus promtus me sustentet*). 3) *appropinquavit* (ut chald.) sq. אֶל Ezech. 24, 2. — Niph. נִסְמַךְ *fultus, innixus est* Jud. 16, 29.; transl. *fiduciam posuit* Ps. 71, 6. Jes. 48, 2. sq. עַל pers. 2 Chron. 32, 8. וַיִּסָּמְכוּ הָעָם עַל־דִּבְרֵי יְחִזְקִיָּהוּ *confisus est populus verbis Hiskiae,* coll. 2 Reg. 18, 21. Jes. 36, 6. — Pih. imper. plur. cum affixo סַמְּכוּנִי *fulcite me* i. e. *recreate me* Cant. 2, 5., coll. synonym. סעד Gen. 18, 5. Ps. 104, 15.

סֶמֶל et סֵמֶל m. *simulacrum, imago* Deut. 4, 16. Ezech. 8, 3. 5. 2 Chron. 33, 7. 15. Origo voc. ignoratur. Quidam conferunt משׁל *assimilavit.*

סָמַם, rad. inusit., arab. شمّ *olfecit.*

סַם m., plur. סַמִּים *aromata* Exod. 25, 6. Levit. 4, 7. Num. 4, 16.

סָמַן, Niph. partic. נִסְמָן Jes. 28, 25., quod sunt qui vertant: *pinguis,* coll. arab. سمن *pinguis fuit.* Sed hoc voc. arab. hebraice exprimitur שָׁמֵן v. infra. Itaque praestat cum Chaldaeo et Kimchio ex chald. סמן *signare, interpretari: signatum* h. e. designatum, definitum, circumscriptum v. Rosenmueller. ad h. l. Quod enim vulgo putant סָמַן a Graecis ad Chaldaeos translatum esse, id effici nequit, imo credibile, graec. σημαίνειν repetitum ex oriente esse, ut plura alia vocabula.

סָמַר I) *horruit* (سمر) Ps. 119, 120. Pih. *id.* (de comis) Job 4, 15. — II) aliud v. sub מַסְמֵר, nisi utrumque voc. ex uno fonte provenit: *clavi* enim *horrent*, et parietes *horrent clavis*.

סָמָר m. Jer. 51, 27. epitheton locustae יֶלֶק, Bocharto ὀρθόθριξ *horripilans, horridus* v. ej. *Hieroz.* P. II. lib. 4. c. 2.

מַסְמֵר m., plur. מַסְמְרִים *clavi*, quibus res *configuntur* et *firmantur* 1 Chron. 22, 3., a סְמַר chald. et arab. *firmavit*, propr. *clavis* (unde مِسْمَار *clavus*), aethiop. *fixit, confixit*, alias צמר.

מַסְמֵר m. *id.*, plur. מַסְמְרִים *clavi* Jes. 41, 7.

מַסְמְרוֹת et מַסְמְרוֹת plur. f. *id.* Jer. 10, 4. 2 Chron. 3, 9.

מַשְׂמְרוֹת plur. f. *id.* (cum שׂ pro ס) Eccles. 12, 11.

סָנָא rad. Hebr. inusit., chald. et syr. i. q. שְׂנָא *odisse*.

סְנָאָה nom. propr. oppidi jud. Esr. 2, 53. Neh. 3, 3. 7, 38.

סַנְבַלַּט nom. propr. Persae, Samariae praefecti Neh. 2, 10. 4, 1. 6, 1 sqq. coll. pers. سان *dignitas* et بليط *elatus, excelsus*.

סְנֶה m. *dumus, vepres* Lxx. βάτος, syr. ܣܢܝܐ (all. *rubus*) Exod. 3, 2. 3. 4. Deut. 33, 16. v. Celsii *Hierob.* P. II, p. 58 sqq. De singulari sententia G. Verestoi, סְנֶה esse *palmam* (ut صِنْو, plur. صِنْوَان vel سَنَا et in dual. سَنَوَان et سَنَيَان, conf. infra סַנְסַן) vid. *Museum Bremens.* Vol. II, p. 99 sq.; refutavit eam Wesselius in Diss. *de rubo Mosis* §. 10 sq. et Th. Hasaeus in *Sylloge dissert.* num. 5.

סַנְוֵר m., plur. סַנְוֵרִים *caecitas* Gen. 19, 11. 2 Reg. 16, 18., chald. סַנְוֵר *excoecavit*, quod quomodo ab עור oriatur, nuper ostendit Ewald. Gr. p. 520.

סַנְחֵרִיב *Sanheribus*, rex Assyriae (714—696. a. Chr.) 2 Reg. 18, 13. 19, 16 sqq. Jes. 36, 1., Σαναχάριβος Herod. 2, 141. v. Winer. *bibl. Realw.* II, 603. Bohlenius confert pers. سانچرب *celebritas victoriae*. Gesenium, qui conflatum putat e سن *sanctus* et خريب *sacerdos*, refutavit Olshausen. (Conjectur. p. 47.).

סַנְסַן vel סַנְסֵן m., unde plur. סַנְסִנִּים Cant. 7, 9. *cacumina palmae in plures ramos divisa*, vel potius *spathae, spathulae*, quae Levit. 23, 40. vocantur כַּפּוֹת תְּמָרִים, ubi Lxx. verterunt κάλλυντρα i. e. *scopae* (a καλλύνω *verro*), quod *palmarum spathulae* pro *scopis* adhibebantur vid. Horat. *Satyr.* II, 4, 83. Martialis XIV, 82., sicut hodienum *palma* Arabibus, et *palma sylvestris* Siculis ac Senensibus eundem usum praestat conf. Celsii *Hierobotan.* II, p. 509. Hasselquisti *Itinerar.* p. 540. vers. germ. et Pauli a S. Trinit. *Itinerar.* L. VII. c. 8. Poteris igitur סַנְסִנִּים derivare a chald. סנן *perpurgavit, emundavit.*

סַנְסַנָּה urbs in regione australi tribus Judae Jos. 15, 31., conf. Relandi *Palaest.* p. 983.

מַעְגָּל m. 1) *orbita*, locus in quo plaustri rotae volvuntur Ps. 65, 12., hinc *via* ipsa Ps. 140, 6., trop. *agendi ratio* Jes. 26, 7. 59, 8. Ps. 23, 3., מַעְגַּל טוֹב *bona, honesta agendi ratio* Prov. 2, 9., מַעְגְּלוֹת יְהוָה *agendi ratio, quae Deo placet* Ps. 17, 5. 2) *locus, in quo sunt plaustra, carrago* 1 Sam. 26, 5. 7.

מַעְגָּלָה f. *carrago* (v. מַעְגָּל n. 2.) 1 Sam. 17, 20.

עָגַם *tristis, anxius fuit* Job. 30, 25.

עָגַן *detinuit, occlusit, retardavit,* in Kal inusit., Niph. Ruth. 1, 13. הֲלָהֵן תֵּעָגֵנָה (pro תֵּעָגַנָּה, cf. תֵּאָמַנָה Jes. 60, 4.) *an propterea vos continebitis* h. e. a nubendo abstinebitis? Sic ex linguae chald. (Jes. 24, 22. 49, 9.) et talmudicae auctoritate.

עַד vid. sub rad. עדה.

עֵד *testis* vid. sub rad. עוד, sed plur. עֵדִים sub sq. rad. עדד.

עָדַד i. q. arab. عَدَّ *numeravit, computavit,* in Conj. IV. *praeparavit, destinavit* (tempus), in Conj. VIII. *in* (tempore suo statuto h. e.) *statu menstruorum versata est mulier,* unde عِدَّة *status* ille *menstruorum,* qui certo tempore redit.

עִדִּים *menstrua*, unde *vestis menstruorum* i. e. *menstruis inquinata* adeoque *impura* Jes. 64, 5.

עִדָּן m. chald. *tempus* propr. *definitum*, hinc *annus* Dan. 4, 13. 20. 22. 29. 7, 25., deinde gener. *tempus* (arab. عِدَّان, syr. ܥܶܕܳܢ *id.*). Emphat. עִדָּנָא Dan. 2, 8. 9. 3, 5. 15., plur. emphat. עִדָּנַיָּא Dan. 2, 21.

עֵדָה f. vid. sub radd. עוד et יעד.

עָדָה 1) *transiit, praeteriit, processit* (arab. عدو, aethiop. et chald. *id.*) Job. 28, 8.; v. עַד, עֲדֵי n. 2. — 2) *irruit, invasit hostiliter* (arab. عدو; unde عَدُوّ *hostis,* cf. חלק), deinde *spoliavit, praedatus est* (ita chald. et syr. ܐܰܥܕܺܝ *eripuit*) v. עַד n. 1. — 3) *induit* ornatum sq. acc., *ornavit se* aliqua re (arab. عدى *paravit se, accinxit se ornatu*) Ezech. 23, 40. Job. 40, 5. Jer. 4, 30. 31, 4. Jes. 61, 10. Hos. 2, 13. — Hiph.

1) *transire fecit* h. e. *removit, abstulit, detraxit* (vestem) Prov. 25, 20. 2) *ornavit* aliquem aliqua re sq. gem. acc. Ezech. 16, 11.

עֲדָה vel עֲדָא chald. *transiit, praeteriit* a) hinc *sublatus est* Dan. 6, 8. 12. 7, 14. sq. מִן *ablatus est* Dan. 4, 28.; b) sq. בְּ transire aliquem h. e. *leviter tangere* Dan. 3, 27. Aphel *abstulit* Dan. 7, 26. sq. מִן pers. Dan. 5, 20., it. *removit, abrogavit* Dan. 2, 21. Fut. plur. יְהַעְדּוֹן, partic. מְהַעְדֵּה.

עַד m. 1) *praeda* Gen. 49, 27 Jes. 33, 23. Zeph. 3, 8. v. rad. n. 2.— 2) *aeternitas, diuturnitas* (q. d. tempus procedens cf. rad. n. 1.) Jes. 9, 5. Gen. 49, 26. Hab. 3, 6., לָעַד *in aeternum* Mich. 7, 18. Prov. 12, 19. Ps. 9, 19. 19, 10., עֲדֵי עַד *id.* Ps. 83, 18., עַד־עוֹלְמֵי־עַד *id.* Jes. 45, 17. Ubi cum praefixo vau in pausa et cum voce עוֹלָם copulatur, patach suum in segol mutat: וָעֶד Exod. 15, 18. Ps. 9, 6. 10, 16. etc. — Saepius in particulam abit, significans a) cum nominibus et pronominibus, *α*) *usque ad* (*μέχρι*) sive de tempore Levit. 15, 5. 1 Reg. 18, 26., sive de loco Deut. 1, 7. עַד הַנָּהָר הַגָּדוֹל *usque ad fluvium magnum*, Ps. 46, 10. 1 Sam. 17, 52., עַד רַגְלָיו *usque ad pedes* Levit. 13, 12. Jes. 1, 6. Exod. 28, 42., passim etiam de gradu Nah. 1, 10. *perplexi* עַד סִירִים *usque ad spinas* i. e. ita, ut spinarum speciem referant, 2 Sam. 23, 19. עַד הַשְּׁלֹשָׁה לֹא בָא *non pervenit usque ad tres* illos h. e. non aequavit eos, 1 Chron. 4, 27., ac de numero: *non evasit* עַד־אֶחָד *usque ad unum* h. e. ne unus quidem, *nemo* Jud. 4, 16. 2 Sam. 17, 22.; עַד-עַד *tam-quam, et-et* Gen. 7, 23. Num. 8, 4. עַד־לְ *usque ad* de loco Esr. 3, 13., de tempore 9, 4., עַד לִפְנֵי *bis vor* Esth. 4, 2. — Construitur quoque cum adverbiis (quae tamen magna ex parte nomina sunt), ut עַד מְהֵרָה *celeriter* q. d. *ad celeritatem usque* Ps. 147, 15., עַד בְּלִי *usque ad defectum* h. e. *usque dum non* Ps. 72, 7. Malach. 3, 10., עַד בִּלְתִּי *id.* Num. 21, 35. Deut. 3, 3. Job. 14, 12., עַד אֶפֶס Jes. 5, 8. et עַד־לְאֵין *id.* 2 Chron. 36, 16. (sed עַד אֵין *absque* Ps. 40, 13. Job. 9, 10.), עַד אָנָה *quo usque, quamdiu* Exod. 16, 28. Num. 14, 11., עַד־הֵנָּה *huc usque, huc* Gen. 15, 16. 1 Sam. 1, 16. 2 Sam. 20, 16., pro quo contracte occurrit עֲדֶנָה vel, ut aliquot codices rectius habent, עֲדֶנָּה Eccles. 4, 2. (sed עֲדֶן vel sec. all. codd. עֲדֶן coaluit ex עַד הֵן Eccles. 4, 3.), עַד כֹּה *huc usque, usque illuc* Gen. 22, 5. Exod. 7, 16. Jos. 17, 14., עַד כֵּן *id.* Neh. 2, 16. עַד־עַתָּה *id.* Gen. 32, 5., עַד לְמַעְלָה *ad summum usque* 2 Chron. 16, 12. 17, 12., עַד מָה *quamdiu?* Ps. 74, 9. 79, 5., עַד מָתַי *id.* 1 Sam. 16, 1. Ps. 74, 10. etc. — *β*) *ad* Gen. 50, 10. Exod. 22, 8. Thren. 3, 40. Jud. 9, 52. 1 Sam. 9, 9. 2 Sam. 15, 32. Huc spectat etiam Job. 32, 12. הִתְבּוֹנֵן עַד פ׳ *attendere aliquem* Job. 32, 12.; *γ*) *inter* de tempore (cf. graec. ἕως *dum*) 2 Reg. 9, 22. עַד־זְנוּנֵי אִיזֶבֶל *inter scortationes Isab.* h. e. *dum durant scortationes Isabelis* etc. — b) cum verbis *α*) *donec, usque dum* Jos. 2, 22. 1 Sam. 2, 5. 2 Chron. 36, 21. (sq. praeter.), Gen. 38, 11. Hos. 10, 12. (sq. fut.); *β*) *dum* 1 Sam. 14, 19. (sq. praeter.), Esr. 5, 5. (sq. fut.); ita resolvendum etiam, ubi c. infin. copulatur Jud. 3, 26. 1 Chron. 4, 31.; *γ*) *usque adeo ut* Jes. 47, 7., ubi v. Gesen.

Formatur quoque in plur., unde in regim. עֲדֵי Num. 24, 20. 24. Ps. 83, 18. 104, 23. Job. 7, 4. etc., hinc cum affixis עָדַי *ad me* Num. 23, 18. Joël. 2, 12., עָדֶיךָ *ad te* Ps. 65, 3. Job. 4, 5., עָדָיו Jes. 45, 24., עָדֶיהָ Job. 6, 20., עֲדֵיכֶם (manente kamez praeter morem) Job. 32, 12.

Copulatur cum aliis conjunctionibus: 1) עַד־אִם *usque dum* Gen. 24, 19. Ruth. 2, 21. 2) עַד־אֲשֶׁר *usque dum* Deut. 2, 14. Jud. 4, 24. 1 Reg. 10, 7. (sq. praeter.), Num. 11, 20. Hos. 5, 15. Levit. 22, 4. (sq. fut.). 3) עַד־אֲשֶׁר אִם *donec* Num. 32, 17. Jes. 6, 11. 4) עַד אֲשֶׁר לֹא *antequam* Eccles. 12, 1. 2. 5) עַד־כִּי *usque dum* Gen. 26, 13. 2 Sam. 23, 10. 6) עַד־שֶׁ *donec* Cant. 3, 4. Jud. 5, 7.

Ex בַּל et עֲדֵי conflatum est בִּלְעֲדֵי et בִּלְעָדֵי i. e. a) *non, nihil ad* Gen. 41, 16. בִּלְעָדָי אֱלֹהִים יַעֲנֶה *nihil ad me, Deus respondebit*, hinc b) *sine* Gen. 41, 44.; c) *praeter* Job. 34, 32. Cum praefixo מִבַּלְעֲדֵי a) *praeter* Num. 5, 20. Jos. 22, 19. 2 Sam. 22, 32., מִבַּלְעָדַי *praeter me* Jes. 43, 11. 44, 6. 8.; b) *sine* Jes. 36, 10.

Ceterum, quod docent (Glass. Philol. sacr. ed. Dath. p. 382 sqq. Gesen. L. p. 847. de Wettius ad Ps. 110, 1.), עַד et עַד־אֲשֶׁר passim, ubi de re futura agatur, ita collocatum esse, ut non certum temporis terminum, sed tempus etiam, quod excurrat, significet, id errore niti existimamus cum Fritzschio (Comment. in Matth. p. 53 sq.). Primum secernendi sunt tales loci: Deut. 7, 21. *nemo coram te salvus erit, usque dum eum perdideris,* Jes. 22, 14. *vestra iniquitas non expiabitur, donec moriamini:* in his enim, cum ipse vitae exitus termini instar ponatur, ne cogitari quidem potest de tempore, quod ulterius excurrat: nam *post mortem* nemo salvus esse aut expiari (ex vett. certe Hebraeorum sententia) potest. Atque in hunc eundem censum venire videtur Ps. 123, 2. *oculi nostri ad Jovam conversi erunt, donec misereatur nostri;* nam in formula ista: *oculi conversi ad Jov. sunt,* non inest omnis omnino pietatis in Deum notio, sed eorum tantummodo, qui a Jova auxilium petunt et exspectant, religionem designat; jam vero ubi Deus praestitit *auxilium* (misertus est tui), non est, quod auxilium petas. Adde Gen. 28, 1. Jes. 42, 4. Deinde vero ne ille quidem locus, qui unus aliquam speciem habet, Ps. 110, 1. *conside ad dextram, donec hostes tibi tuos subjecero,* ad commendandam istam regulam facit. Scilicet hic verborum sensus esse videtur: regnabis, donec omnes omnino hostes manus dederint, non exues regiam dignitatem, priusquam de hostibus tuis omnibus triumphum egeris. Ulterius h. e. profligatis hostibus te regnaturum esse, sponte sequitur. Denique de loco Jer. 1, 3. v. Ewald. Grammat. p. 604.

עַד chald. a) c. nominib. *ad, usque ad* Dan. 2, 20. 7, 12. 13. 18. 25. 27. Esr. 4, 24. 6, 15. 7, 22., עַד יוֹמִין תְּלָתִין *usque ad triginta dies* h. e. priusquam 30 dies consumti fuerint, *intra 30 dies;* b) cum verbis *donec, usque dum* Esr. 4, 21. 5, 5.; c) cum particulis עַד דִּי *usque dum, donec* Dan. 2, 9. 34. 4, 20. 22 sqq., עַד כָּה *huc usque* Dan. 7, 28., עַד כְּעַן *huc usque* Esr. 5, 16. etc.

עָדָה (*ornamentum*) nom. propr. uxoris a) Lamechi Gen. 4, 19.; b) Esavi Gen. 36, 2. 4., sed v. tamen בָּשְׂמַת.

עֲדָעָדָה urbs in australi parte tribus Judae Jos. 15, 22.

עֵדָה vid. sub rad. יעד, et aliud sub rad. עוד.

עֲדִי m. 1) *ornatus, ornamentum* 2 Sam. 1, 24. Jes. 49, 18. Jer. 4, 30. Ezech. 16, 7., in pausa עֶדִי Ezech. 16, 11. 23, 4., cum affixis עֶדְיְךָ Exod. 33, 5. עֶדְיוֹ Ps. 32, 9; plur. עֲדָיִים Ezech. 16, 7., ubi tantum non omnes codices vitiose habent עֲדָיִים, cum tono in penultima.

2) *aetas* (v. rad. 1.) i. e. senectus Ps. 103, 5. Ita post Chald. Gesenius et de Wettius. Sed alii hoc etiam loco *ornamentum* vertunt, intelligentes vel *animam*, quae alibi ap. poetas כָּבוֹד appellatur, vel, ut Kimchius, *genas, malas, maxillas*, quemadmodum לְחִי est a rad. aethiop. ለሐየ: *venustus, formosus fuit*, in Conjug. VIII. *exornavit se*.

עֲדִיאֵל 1 Chron. 4, 36. 9, 12., et עֲדָיָה 2 Reg. 22, 1. Neh. 11, 22. Esr. 10, 29. 39. etc. nomina pr. virorum.

עֲדִיתַיִם (*ornamentum duplex*) nom. propr. oppidi in tribu Jud. Jos. 15, 36.

עֵדוּת v. sub rad. עוּד.

עדל rad. inusit., coll. arab. عدل *justum, aequum se praestitit*. Inde oriri videntur:

עַדְלַי nom. propr. 1 Chron. 27, 29.

עֲדֻלָּם nom. speluncae 1 Sam. 22, 1. 2 Sam. 23, 13. et oppidi in tribu Jud. Jos. 12, 15. 15, 35. Mich. 1, 15. Neh. 11, 30. ad orientem Eleutheropoleos, decem inde miliaribus v. Guil. Tyrius *de bello s.* lib. 15. c. 6. Relandi Palaest. p. 480.

עדן in Kal inusit. Tres radices distinguendae videntur: 1) عدن *firmus fuit, fixus mansit, instrumento mucronato percussit*, v. עֲדִין n. 2. — 2) غدن *flexilis, mollis, tener* (graec. ἁδινὸς) *fuit*, غَدَن *mollities, laxitas*, syr. ܥܽܘܕܢܳܐ *deliciae*; unde Hithpah. hebr. הִתְעַדֵּן *vitae molli et delicatae se dedit, oblectavit se, bene ei fuit* Neh. 9, 25., ut lat. *mollis* et graec. μαλακὸς etiam pro *delicato* sive *voluptuoso* dicuntur. — 3) i. q. עָנַד, literis transpositis, cf. מַעֲדַנּוֹת.

עָדִין 1) adject., unde foem. עֲדִינָה *mollis, tenera, delicata* Jes. 47, 8. 2) subst. *percussio*, cum affixo עֲדִינוֹ sec. Cthib 2 Sam. 23, 8., cujus loci (si modo sanus est) sensum ita expedias: *ad ipsum quod attinet, percussio ejus hastâ suâ* (fuit) *in octingentos* etc. conf. 1 Sam. 19, 10. 26, 8.; in loco parallelo 1 Chron. 11, 11. legitur: *ipse vibravit hastam suam* etc.

עִדָּן chald. *tempus* vid. supra sub rad. עדד.

עֵדֶן m. 1) *voluptas*. Plur. עֲדָנִים 2 Sam. 1, 24., c. affixo עֲדָנֶיךָ Ps. 36, 9. 2) nom. propr. tractus illius, in quo generis humani conditores vixisse perhibentur Gen. 2, 8. (q. d. *regio amoena*) v. Rosenmueller *Alterth.* I, 1, p. 173 sq.

עֶדֶן nom. propr. a) בֵּית עֶדֶן Am. 1, 5. loci Damasco vicini, fortasse illius pagi, quem Burckhardtus (*Reise* I, p. 100.) in Antilibano, ubi se orientem versus demittit, reperit, arab. بيت الجنة v. Rosenmueller. *Alterthumsk.* I, 2, p. 291. Aliorum conjecturas v. ap. La Roque *voyage de Syrie et du mont Liban* p. 195. et Michael. Suppl. p. 1838 sq.; b) Jes. 37, 12. 2 Reg. 19, 12. Ezech. 27, 23. regionis *Mesopotamiae* versus Tigrim in Diarbekir, quae sub nomine ܥܶܕܶܢ memoratur ap. Assemanum in *bibl. orient.* T. II. *ind. geogr.* Alii urbem celeberrimam ad Oceanum indicum, arab. عَدَن dictam intelligunt.

עֶדְנָה f. *voluptas* Gen. 18, 12.

מַעֲדָן m., plur. מַעֲדַנִּים, et sine dagesch f. מַעֲדַנִים (Jer. 51, 34.), מַעֲדַנּוֹת (1 Sam. 15, 32.): 1) *deliciae, oblectamenta* Prov. 29, 17., spec. *cibi delicati, cupedia* Thren. 4, 5. Jer. 51, 34. 2) *voluptas, delectatio;* adv. *lubenti, hilari animo* (nostrat. *mit Vergnügen*) 1 Sam. 15, 32. Gen. 49, 20. 2) *vincula* i. q. מַעֲנַדּוֹת, Job. 38, 31. מַעֲדַנּוֹת כִּימָה *vincula Plejadum* i. e. stellae, quae inter se colligatae Plejadum sidus efficiunt v. Rosenmueller. ad h. l. Alii, priorem voc. significationem tuentes, vertunt: *deliciae Plejadum* h. e. sidus Plej. amoenissimum.

עָדַף 1) *redundavit, superfluus fuit* (arab. غدف *liberalis fuit*) Exod. 16, 23. Levit. 25, 27., sq. עַל (*über*) *numerum superavit, excessit* Num. 3, 46. 48. 49. עֹדְפִים עַל־הַלְוִיִּם *qui superant Levitarum numerum.* 2) *dependere, pendulum esse (überhängen),* quod efficitur panni quadam *abundantia*, Exod. 26, 12. 13. (coll. arab. غدف in Conj. IV. *laxavit, demisit in faciem velum*). Hiph. הֶעְדִּיף *superfluum collegit* sive *accepit, habuit* Exod. 16, 18.

עָדַר I) *reliquit, deseruit* (arab. غدر *perfide egit, fefellit, prodidit* atque adeo *deseruit*, it. *retromansit a grege*), in Kal inusit., Niph. נֶעְדַּר 1) *relictus est, remansit* 2 Sam. 17, 22. 2) *desideratus est* 1 Sam. 30, 19. Jes. 40, 26. 59, 15., hinc officio *defuit* Zeph. 3, 5. Pih. עִדֵּר *deesse passus est* aliquid 1 Reg. 4, 27. (5, 7). — II) a) *ordinavit, disposuit* aciem (מַעֲרָכָה) 1 Chron. 12, 38. coll. v. 33. Lxx. παρατάσσεσθαι παράταξιν. — b) i. q. talm. עָדַר *sarrivit, pastinavit* (in qua re species *ordinandi* inest). Ita Jes. 5, 6. 7, 25. ex vett. interpretum consensu v. Tingstadii Suppl. p. 40. Cf. عَزْق *vomer.*

עֵדֶר m. *grex* q. d. *ordinatio pecudis* Gen. 29, 2. 30, 40. 32, 16. 1 Sam. 17, 34. etc., עֵדֶר יְהוָה *grex Jovae* sunt Israelitae Jes. 40, 11. Jer. 13, 17. (coll. Ps. 78, 52. (77, 21.) etc. Cum affixo עֶדְרוֹ Jer. 31, 23., plur. עֲדָרִים Gen. 29, 2. 3. 8. Jud. 5, 16., in regim. עֶדְרֵי Gen. 29, 2. Cant. 1, 7., cum affixo עֶדְרֵיהֶם Jer. 6, 3.

מַעְדֵּר m. *sarculum,* quo *sarritur* Jes. 7, 25.

עָדָשׁ vel עֲדָשׁ m., plur. עֲדָשִׁים *lentes* (عَدَس *id.*) Gen. 25, 34. 2 Sam. 17, 28. 23, 11. Ezech. 4, 9. Dictas putant a *pascendo* coll. arab. عدس *pavit;* fuerunt enim *lentes* consuetum pauperiorum *pabulum* conf. Celsii *Hierobotan.* P. II, p. 104.

עַוָּא 2 Reg. 17, 24. et עִוָּה 2 Reg. 18, 34. 19, 13. Jes. 37, 13. nom. propr. urbis Mesopotamiae Berytum inter et Tripolim sitae ad *Nahr Calb* (نهر كلب *fluvium canis*), quae non procul aberat ab Hena (הֵנַע q. v. suo loco), conf. Iken. in diss. *de Nibchas idolo Avvaeorum* §. 7. 8. Superest *Avatha,* urbs Phoenices, et *Abeje,* sedes principis Drusorum, ap. Paul. Lucam in itiner. c. 43. — עַוִּים *Avvaei* sunt 1) incolae urbis modo memoratae; 2) populus nomadicus in terra Philistaeorum, qui ad Gazam usque incolebat Deut. 2, 23. Jos. 13, 3.

עוּב *tegi, occultari, latere,* ut arab. غاب *latuit* (media *Je*), syr. ܐܬܥܝܒ

obscuravit, alias fere עוּף, in Kal inusit., Hiph. *obnubilavit, obscuravit* Threu. 2, 1.

עָב com. 1) *nubes* (sab. ܥܒܐ) q. d. *tectio, occultatio, obscuratio* solis et coeli (sicut Lat. *nubes* dicitur a *nubendo* i. e. *tegendo* conf. infra עָנָן) 1 Reg. 18, 44. Prov. 16, 15. Job. 20, 6. Jes. 14, 14. etc.; עַב הֶעָנָן Exod. 19, 9. ut עָבֵי שְׁחָקִים Ps. 18, 12. *nubes nubium* h. e. *nubes densissimae*, nisi utroque loco interpretari malis: *obscuritas, caligo nubium* i. e. nubes obscurae. Plur. a) עָבִים Jud. 5, 4. 1 Reg. 18, 45., in regim. עָבֵי 2 Sam. 22, 12., cum affixo עָבָיו Ps. 18, 13. Job. 26, 8.; b) עָבוֹת 2 Sam. 23, 4. Ps. 77, 18. — 2) עָבִים *latibula, latebrae* Jer. 4, 29. Aliud vid. sub rad. עבת.

עוֹבָל nom. propr. gentis arabicae, de cujus sede certo non constat Gen. 10, 28. (1 Chron. 1, 22. עֵיבָל). Ex sententia Bocharti *Phal.* lib. 2. c. 23. p. 139 sqq. Obal aliquis migravit in Arabiam troglodyticam et nomen fecit emporio ac sinui Abaliti vel Avaliti, Plin. 6, 29. Ptol. 4, 7. sed v. Michael. in *Spicil.* T. II, p. 177. Alii dici putant *Gobalitidem* in Arabia, cujus mentionem facit Joseph. in Antiqq. II, 1, 2. III, 2, 1.

עוּג *coquere* et quidem *panem subcinericium*. Fut. c. affixo תְּעֻגֶנָּה Ezech. 4, 12.

עֻגָה (pro עֻוגָה) et עֻגַּת f. *placenta sub cinere cocta* (Vulg. *subcinericia*), graec. ἐγκρυφίας Gen. 18, 6. Exod. 12, 39. Num. 11, 8. 1 Reg. 17, 13. 19, 6. Hos. 7, 8. (arab. عُجَّة *laganum ex ovis in sartagine coctis*) v. La Roque *voyage de Palestine* p. 234. Thevenot. Itiner. orient. II, 32. Rosenmueller. *Morgenl.* I, p. 69.

מָעוֹג m. *placenta* 1 Reg. 17, 12. Ps. 35, 16. (v. לָעַג).

עוּד propr. *verti*, arab. عَادَ *redire, reverti*, et transit. *reducere*; hinc *iterare* et *continuo repetere* (v. nom. עוֹד), *iterum iterumque aliquid dicere, pronunciare*, adeoque *asseverare*, denique *testari*, it. *contestari*.

In Kal non occurrit, nisi in Cthib Thren. 2, 13. מָה־אֲעוּדֵךְ *quid contestabor te*, ubi tamen Masorethae legendum praecipiunt אֲעִידֵךְ ex Hiph. — Pih. עִוֵּד *circumdedit* (cf. aethiop. ዐወደ *circumire, circumdare*) Ps. 119, 61. — Hiph. הֵעִיד 1) caussat. a) *testari fecit, testes adhibuit* Jes. 8, 2. Jer. 32, 10. 25. 44.; b) *contestatus est* terram et coelos sq. בְּ *contra* al. Deut. 4, 26. 30, 19. 31, 28. 2) a) *testatus est, testimonium dedit, perhibuit*, idque vel *pro* aliquo Job. 29, 11. vel *contra* aliquem 1 Reg. 21, 10. 13. (sq. acc. suff.); Mal. 2, 14. יְהוָה הֵעִיד בֵּינְךָ וּבֵין אֵשֶׁת וגו׳ *Jova testis fuit inter te et int. uxor. tuam sc.* matrimonii contracti; b) *obsecravit, obtestatus est* aliquem sq. בְּ pers. Gen. 43, 3. Exod. 19, 21. 23. Deut. 8, 19. 1 Reg. 2, 42., it. obsecrando i. e. *graviter hortatus est, adhortatus est* sq. בְּ pers. 2 Reg. 17, 13. Jer. 11, 7. Ps. 50, 7. 81, 9., sq. עַל pers. Jer. 6, 10., hinc *castigavit, corripuit* Neh. 13, 15. 21.; c) palam *professus est, declaravit* aliquid Am. 3, 13. 2 Reg. 17, 15. אֶת־עֵדְוֹתָיו אֲשֶׁר הֵעִיד בָּם *praecepta, quae iis palam declaravit, dedit*, 1 Sam. 8, 9. Neh. 9, 34. Ita μαρτυρεῖν passim in N. T. — Praet. הַעִידֹתָה Neh. 9, 34. et הַעֵדֹתָה Exod. 19, 23. הַעִידֹתִי Deut. 4, 26.

Fut. c. vau convers. וַיָּעַד 2 Reg. 17, 13. Zach. 3, 6. — Hoph. הוּעַד *declaratum, indicatum est* alicui sq. בְּ pers. Exod. 21, 29.

Pil. עוֹדֵד (quod alii a rad. עדד, quae nulla est, derivant) *restituit* vel potius *statuit, confirmavit* Ps. 146, 9. 147, 6. — Hithpol. הִתְעוֹדֵד *se statuit* i. e. *erectum se sustinuit* Ps. 20, 9.

עֵד m. 1) *testis* Gen. 31, 50. Exod. 23, 1. Levit. 5, 1. Deut. 17, 6. 1 Sam. 12, 8., etiam de rebus *inanimatis* dicitur Gen. 31, 48. 52. Deut. 31, 19. 21. Jos. 22, 28. 34.; עָנָה עֵד *testimonium perhibuit* (testis respondit) Exod. 20, 13. Deut. 5, 17. 2) *monitor, doctor* (v. rad. 2. b.) vel *princeps* (v. rad. c.) Jes. 55, 4. — Cum affixo עֵדִי Job. 17, 19., plur. עֵדִים Num. 35, 30., in regim. עֵדֵי Ps. 35, 11., et cum Jod עֵידֵי Ps. 27, 12., cum affixo עֵדֵיהֶם Jes. 43, 9. 44, 9.

עֵדָה f. 1) *testis* mulier Gen. 31, 52. (Jos. 24, 27.). 2) *testimonium* Gen. 21, 30. Deut. 4, 45. (Jos. 24, 27.). 3) *declaratio, praeceptum* Deut. 6, 20. Ps. 119, 22. 24. 59. 79. 138. etc. Aliud vid. sub rad. יעד.

עֵדוּת, passim עֵדֻת f. 1) *declaratio*, plur. עֵדוֹת (c. ו mob.) *decreta, praecepta* Dei Neh. 9, 34. Jer. 44, 23. 1 Chron. 29, 19. Ps. 119, 14. 36. 99. 2) *lex* divina literis consignata, tabulae legis Exod. 25, 21. 31, 7., quae plenius לֻחֹת הָעֵדוּת dicuntur Exod. 31, 18. 32, 15.; אֲרוֹן עֵדוּת Exod. 25, 22. *arca legis* i. e. in qua legis tabulae repositae erant, hinc לִפְנֵי עֵדוּת *ante arcam legis* Exod. 16, 34. coll. Levit. 16, 13., אֹהֶל הָעֵדוּת *tabernaculum legis* Num. 9, 15. 17, 23., מִשְׁכַּן הָעֵדוּת *id.* Num. 1, 53. 10, 11. 3) Ps. 60, 1. שׁוּשַׁן עֵדוּת et Ps. 80, 1. עֵדוּת (שֹׁשַׁנִּים) videtur ad rem musicam pertinere. Nonnullis est *cantio*, quae fit *cithara* vel *psalterio*, ab inusit. עֵד, arab. عُودٌ, quod in versione V. T. arab. passim occurrit pro hebr. כִּנּוֹר. Est autem عُودٌ *testudo*, عَوَّادٌ *qui testudinem pulsat*.

עוֹד, passim עֹד (Jer. 13, 27. Gen. 8, 22. al.) propr. infin. absol. verbi עוּד (v. Gesen. L. p. 627.) *redeundo, revertendo, iterando*; hinc in particulam abit: 1) *iterum, denuo* Gen. 24, 20. Jud. 13, 8. 1 Sam. 10, 22. 23, 4. Hos. 1, 6. 2) *continuo, sine intermissione* Gen. 46, 29. Ps. 84, 5., *amplius* Jer. 2, 9. Ruth. 1, 14. Joel. 2, 19. (לֹא - - עוֹד *non amplius* Jes. 30, 20. Gen. 8, 21. Exod. 10, 29.), *porro, praeterea* Eccles. 3, 16. Jud. 20, 25. 2 Reg. 4, 6. Jes. 5, 4. 3) *adhuc* Gen. 29, 7. Num. 11, 33. Esth. 6, 14. 2 Reg. 14, 4. al. לְיָמִים עוֹד שִׁבְעָה *post dies*, qui *adhuc* reliqui sunt *septem* h. e. exactis abhinc septem diebus Gen. 7, 4. 8, 10., עוֹד שְׁלֹשֶׁת יָמִים *adhuc* reliqui sunt *tres dies* h. e. post tres dies 2 Chron. 10, 5. Jon. 3, 4. Ita c. affixis עוֹדֶנִּי *adhuc ego* (sum, eram etc.) Jos. 14, 11. 1 Sam. 20, 14., עוֹדְךָ *adhuc tu* Gen. 46, 30., עוֹדֶנּוּ *adhuc ille* Gen. 18, 22. 43, 27. 28., עוֹדָם *adhuc illi* Exod. 4, 18. etc. In plur. עוֹדֵינוּ i. e. *dum adhuc eramus* sec. Kri Thren. 4, 17., sed Cthib habet עוֹדֵינָה *dum adhuc illa* scil. erant vel fiebant (cum affixo 3. pers. foem. ad formam קְרֵבְנָה Gen. 41, 21. et Jod otioso ut Exod. 25, 31.).

Cum praefixis: 1) בְּעוֹד בְּעֹד (Jer. 15, 9.) *dum adhuc, quamdiu* a) 2 Sam. 12, 22. בְּעוֹד הַיֶּלֶד חַי *dum vivat puer*, בְּעֹד יוֹמָם *dum interdiu* i. e. dum dies est Jer. 15, 9., c. suffix. בְּעוֹדִי *dum vivam* Ps. 104, 33., בְּעוֹדֶנּוּ חַי *id.* Deut. 31, 27.; b) בְּעוֹד שְׁלֹשֶׁת יָמִים *dum adhuc* reliqui sunt

tres dies h. e. *exacto triduo* Gen. 40, 13. Jer. 28, 2. Jos. 1, 11. — 2) מֵעוֹד, c. suffixis מֵעוֹדִי *ex quo ego* sum Gen. 48, 15., מֵעוֹדְךָ *ex quo tu es* Num. 22, 30.

עוֹד chald. *adhuc* Dan. 4, 28.

תְּעוּדָה f. *praeceptum, lex* Dei Jes. 8, 16. 20., it. *mos, consuetudo* Ruth. 4, 7.

עָוָה propr. *inflexus, curvus, tortuosus fuit* (coll. arab. عوى *torsit, distorsit, inflexit*, in Conjug. VII. *inflexus, curvatus fuit*), hinc trop. *perverse, prave egit* (arab. غوى *depravatus fuit*) Dan. 9, 5., sq. עַל graviter *offendit* aliquem Esth. 1, 16. — Niph. *incurvatus est,* quemadmodum ii solent, qui doloribus cruciantur Jes. 21, 3., aut calamitatibus premuntur Ps. 38, 7.; trop. *perversus fuit* Prov. 12, 8. 1 Sam. 20, 30. — Pih. עִוָּה *contorsit, contortum fecit* Thren. 3, 9. נְתִיבֹתַי עִוָּה *contortos fecit tramites meos* h. e. duxit me in tortuosis viis, ut non possim exitum invenire; deinde *pervertit* Jes. 24, 1. [Sed עִוָּה Jes. 37, 13. 2 Reg. 18, 34. 19, 13. est nom. propr. v. supra עַוָּא]. — Hiph. הֶעֱוָה *curvum, pravum, perversum fecit, pervertit* jus Job. 33, 27., viam suam h. e. perverse egit Jer. 3, 21., hinc simpl. *perverse, prave egit* Jer. 9, 5. 2 Sam. 7, 14. 19, 20. 24, 17.

עַוָּה f. *perversio, eversio* Ezech. 21, 32.

עֲוָיָא vel עֲוָיָה f. (mutata tertia radicali in Jod) chald. *perversitas, iniquitas,* plur. cum affixo עֲוָיָתָךְ Dan. 4, 24.

עָוֹן, עָוֺן m. (*perversitas* animi) *culpa* peccando contracta Ps. 31, 11. 32, 5. Prov. 5, 22., it. *peccatum, crimen* ipsum Exod. 28, 43. Num. 5, 15. Deut. 19, 16. Job. 31, 11. Ezech. 21, 30. עֲוֹן קֵץ *peccatum* quod *finem* h. e. exitium affert; metonym. *poena peccati* Gen. 19, 15. Jes. 5, 18. 2 Sam. 16, 12. De formula נָשָׂא עָוֹן v. sub rad. נשׂא. In regim. עֲוֹן Gen. 15, 16. Exod. 20, 5., cum affixis עֲוֹנֵךְ Jer. 2, 22. Thren. 2, 14., et cum affixo chald. עֲוֹנֵכִי Ps. 103, 3., עֲוֹנָה Levit. 7, 18. Num. 5, 31. et emisso Mappik עֲוֹנָה Num. 15, 31. Plur. a) עֲוֹנִים, cum affixis עֲוֹנֵינוּ Jes. 64, 6. et sine Jod עֲוֹנֵנוּ Jes. 64, 5., עֲוֹנֶיךָ Ezech. 28, 18.; b) עֲוֹנוֹת Levit. 16, 21. Ps. 65, 4. Jes. 59, 2. etc.

עֲוִית Gen. 36, 35. nom. propr. oppidi edomit.; עֲיוּת 1 Chron. 1, 46.

עִי m. *acervus ruderum* Mich. 3, 12. Ps. 79, 1. coll. Mich. 1, 6. Videtur dici pro עִוִּי (quanquam alii derivant ab arab. غبى *erexit*). De loco Job. 30, 24. v. sub בְּעִי. Plur. chald. עִיִּין Mich. 3, 12. — Sed עִיִּים est nom. propr. oppidi in tribu Jud. Jos. 15, 29., et partis montis Abarim Num. 33, 45. quae plene עִיֵּי הָעֲבָרִים vocatur Num. 33, 44. 21, 11.

עַי urbs prope Bethaven in finibus trib. Beniamin. Jos. 7, 2. 8, 9. Gen. 12, 8. v. Relandi *Palaest.* p. 552. 566. Vocatur etiam fem. עַיָּה 1 Chron. 7, 28., עַיָּא Neh. 11, 31. et עַיַּת Jes. 10, 28.

עִיּוֹן nom. propr. oppidi muniti Naphtalitarum 1 Reg. 15, 20. 2 Chron. 16, 4.

מְעִי m. *acervus, ruderum* Jos. 17, 1.

עִוְעִים m. plur. *summa perversitas* (Vulg. *vertigo*) Jes. 19, 14.,

geminatis radicalibus pro עֹוֲעִים vel עֹוְרִים, tanquam a sing. עִוְעָר, altero ו omisso, ut alterum ר in שַׁרְשָׁה *catena,* pro שַׁרְשֶׁרֶת etc.

עוז *fugere, confugere,* arab. عاذ med. Vau (v. Rosenmueller ad Jes. 10, 31.). Sed in Kal non occurrit, Hiph. הֵעִיז 1) transit. *fugere fecit* h. e. *in locum tutum contulit* aliquid Exod. 9, 19. 2) *fugit* Jer. 4, 6. 6, 1. Jes. 10, 31., quanquam in hoc postremo loco possis etiam transit. explicare, cum intrans. hujus conjug. usus ap. antiquiores scriptores vix obtineat.

מָעוֹז v. sub rad. עזז.

עוט i. q. arab. غوط *fodere.* Inde oritur:

עֵט m. *stylus* ferreus Jer. 17, 1. Job. 19, 24. Ps. 45, 2., it. *calamus* Jer. 8, 8. coll. 36, 23.

עַיִט v. sub rad. עיט.

עַוִּים v. sub. עַוָּא.

עול *lactare* i. e. lac praebere (arab. عول *sustentare familiam* et غول *lactare,* syr. ܥܳܠܽܘܠܳܐ *lactans*). Part. f. plur. עָלוֹת *lactantes* (oves, vaccae) Gen. 33, 13. 1 Sam. 6, 7. 10. Ps. 78, 71. Jes. 40, 11.

עוּל m. *infans,* propr. *qui adhuc lactatur* Jes. 49, 15. 65, 20.

עֵלִי *(alumnus meus)* nom. propr. pontificis maximi, qui Samueli aequalis fuit, 1 Sam. 1, 3 sqq.

עוֹלָל vid. sub rad. עלל.

עֲוִיל m. *parvulus, puer* (arab. عيال). Plur. עֲוִילִים Job. 19, 18. (v. tamen sub rad. עָוַל), 21, 11.

עָוַל in Kal inusit., arab. عال *declinavit* spec. *a justo* et *recto* cf. sab. ܥܰܘܠ. Pih. עִוֵּל *injuste, impie egit* (syr. ܐܰܥܘܶܠ *id.*) Ps. 71, 4. Jes. 26, 10.

עֲוִיל m. *injustus, iniquus* (syr. ܥܰܘܳܠܳܐ) Job. 16, 11. et sec. quosdam 19, 18.

עַוָּל m. *injuste agens, impius* Job. 18, 21. 27, 7. 29, 17. 31, 3. Zephan. 3, 5.

עֶוֶל m. *iniquitas, improbitas, malitia* (sab. ܥܰܘܠܳܐ) Levit. 19, 15. 35. Ps. 7, 4. Job. 34, 32. Ezech. 18, 8. etc.

עָוֶל m. *id.* Ezech. 28, 18., cum affixo עַוְלוֹ Ezech. 18, 26. 33, 13.

עַוְלָה f. *id.* 2 Sam. 3, 34. Ps. 37, 1. Job. 6, 29. 30. Jes. 59, 3. etc. (pro quo per metathesin legitur עַלְוָה Hos. 10, 9.) abstr. pro concr. *impius* (i. q. אִישׁ עַוְלָה) Ps. 107, 42. Cum ה paragog. עַוְלָתָה Ps. 125, 3. Ezech. 28, 15. Hos. 10, 13. sic sec. Kri Ps. 92, 16., ubi Cthib habet עֹלָתָה ex seq. forma.

עוֹלָה f. *id.,* cum ה paragog. עֹלָתָה Job. 5, 16., sic sec. Cthib Ps. 92, 16.; plur. עוֹלוֹת Ps. 58, 3. 64, 7. [Aliud vid. sub rad. עלה].

עִין vid. infra עין.

עון radix inusit., *habitare*, arab. alia forma غنى *commoratus est*, it. *uxorem duxit*, quocum convenit عان *marito juncta est*, et syr. ܥܢܐ *consortium habuit*, nam verba med. rad. Vau et 3. quiesc. saepe alternant.

עוֹנָה f. *cohabitatio*, propr. *maritalis*, *debitum conjugale* (quod etiam a سكن *habitando* Arabibus dicitur) Exod. 21, 10.

עַיִן vid. infra suo loco.

מָעוֹן m. 1) a) *habitaculum* Dei h. e. vel tabernaculum foederis aut templum 1 Sam. 2, 29. 31. Ps. 26, 8., vel coelum Deut. 26, 15. Ps. 68, 6.; b) *lustrum* ferarum Jer. 9, 10. 10, 22. Nah. 2, 12.; c) *refugium* Ps. 90, 1. 71, 3. — 2) nom. propr. a) oppidi in tribu Jud. Jos. 15, 55. 1 Sam. 25, 2. coll. 23, 24 sq.; b) gentis exterae, fortasse arab. Jud. 10, 12., plur. מְעוּנִים Esr. 2, 50. Neh. 7, 52. 1 Chron. 4, 41. (2 Chron. 26, 7.); Michaeli his locis dici videntur *Μιναῖοι*, gens arab. haud procul a mari rubro incolens (cf. Lxx. 1 Chron. l. c.). Alii conferri jubent *Maân*, urbem munitam Arabiae petraeae v. Gesen. ad Burckhardt. Itiner. II, p. 1069.

מְעוֹנָה f. 1) *habitaculum* vel hominis Jer. 21, 13. vel Dei Ps. 76, 3. (i. e. templum). 2) *lustrum* ferarum Am. 3, 4. Ps. 104, 22. Cant. 4, 8. Job. 38, 40.

עוֹנֵן vid. infra sub עין.

עִוְעִים plur. vid. supra sub rad. עוה.

עוף Duplex rad. I) coll. عيف *volavit* Prov. 26, 2., *avolavit* Nah. 3, 16. Passim agmina hostium, cum avibus comparata dicuntur *advolare* Hab. 1, 8. Jes. 60, 8., *involare* Jes. 11, 14.; deinde vero *avolare* est pro: *evanescere* Job. 20, 8. Ps. 90, 10. — Pil. עוֹפֵף 1) volare fecit i. e. *celeriter movit, vibravit* ensem Ezech. 32, 10. 2) *volitavit* Gen. 1, 20. Jes. 6, 2., שָׂרָף מְעוֹפֵף *cerastes volans* Jes. 14, 29. 30, 6. — Hiph. *volare fecit* oculos in aliq. h. e. conjecit Prov. 23, 5. (sed Cthib habet fut. Kal). — Hithpol. הִתְעוֹפֵף *avolare, celeriter auferri* Hos. 9, 11.

II) *obtenebrescere, caligine tegi, involvi* (syr. ܥܛܦ *involvit*) Job. 11, 17. תָּעֻפָה כַּבֹּקֶר תִּהְיֶה *caligine tectus* (h. e. summis calamitatibus oppressus) *eris sicut mane* h. e. ad novam felicitatem pervenies (v. tamen infra תְּעֻפָה). Sed Jud. 4, 21. 1 Sam. 14, 28., aliâ translatione factâ, est: *deliquium animi pati*: solent enim eorum, qui animo linquuntur, oculis tenebrae offundi coll. syr. ܥܛܦ *defecit viribus*, Ethpa. *animi deliquium passus est*.

עוֹף m. collective *aves* Gen. 1, 29. 30. Levit. 17, 13. Deut. 14, 20. Ps. 50, 11. etc.

עוֹף m. chald. *id.* Dan. 2, 38. 7, 6.

עֵיפָה f. 1) *obscuritas, caligo* Am. 4, 13., cum ה paragog. עֵפָתָה Job. 10, 22. sine Jod. — 2) nom. propr. a) filii Midian. Gen. 25, 4. 1 Chron. 1, 33. et gentis midianit. ab eo oriundae Jes. 60, 6., arab.

غَفَّ; fortasse huc referend. Ἴλπος mons et pagus paullo infra Modionem situs ap. Ptolem.; b) alius cujusd. 1 Chron. 2, 47.

עַפְעַף m., unde dual. עַפְעַפַּיִם *palpebrae utriusque oculi, a continuo motu, gyratione* et *vibratione* Prov. 4, 25. 6, 4., metaphorice *aurorae* tribuuntur Job. 3, 9. 41, 10., quam *noctis palpebram* dixit Euripid. in *Phoeniss.* v. 546.; *diei palpebram* Sophocles in *Antig.* v. 100.; Arabes quoque soli *palpebras* tribuunt.

מְעוּף m. *obscuritas, caligo* Jes. 8, 22.

מוּעָף m. *id.* Jes. 8, 23.

תְּעֻפָה (all. תָּעֻפָה) f. *caligo* Job. 11, 17. sec. Chald. et Syr.; aliis est fut. Kal c. he paragog. v. sub rad.

עוּץ *consulere, consilium dare* (ut יָעַץ) Jud. 19, 30. Jes. 8, 10.

עוּץ regio in Arabia deserta, Idumaeae, ut videtur, pars (Jer. 25, 20. Thren. 4, 21.) sed ad Mesopotamiae usque fines porrecta (Job. 1, 17.), *Αὐσῖτις* Ptolemaei. De origine gentis diversa narrantur Gen. 10, 23. 22, 21. 36, 28. Cf. Rosenmueller. ad Job. Prolegg. p. 26 sqq. Wineri Lexic. bibl. II, p. 723 sq.

עוּק Syr. et Chald. *premi, arctari*, ut hebr. צוּק, mutato צ in ע, ut alibi saepius. — Hiph הֵעִיק *pressit* Am. 2, 13. אָנֹכִי מֵעִיק תַּחְתֵּיכֶם כַּאֲשֶׁר תָּעִיק הָעֲגָלָה הַמְלֵאָה וגו׳ *ich will euch niederdrücken* (h. e. trop. aerumnis et plagis afficiam) *wie der volle Wagen niederdrückt.*

עָקָה f. *pressio*, trop. *vexatio, injuria*, quae infertur Ps. 55, 4.

מוּעָקָה *onus* premens Ps. 66, 11.

עוּר I) a) *expergisci, expergefieri*, translato sensu Ps. 57, 9. עוּרָה עוּרָה כְבוֹדִי *expergiscere, expergiscere* (surge ad laudes Dei canendas), *gloria mea* h. e. anima mea, Ps. 44, 24. *expergiscere Jova* i. e. adsis nobis auxilio, Ps. 59, 5. 7, 7., hinc עוּרָה, עוּרִי *age, agedum* Jud. 5, 12.; b) *vigilavit* Cant. 5, 2., Mal. 2, 12. עֵר וְעֹנֶה (forma partic., ut מֵת) *vigilans et respondens* proverbialis locutio, petita, ut docuit Michaelis in Suppl. p. 1873., a custodibus, qui noctu acclamare sibi et respondere solent (Jes. 62, 6). Itaque *adimam tibi vigilantem et respondentem* est: omnes omnino adimam tibi, ita ut nemo superstes sit. De loco Job. 41, 1 (2). v. sub Hiph. — Niphal נֵעוֹר *excitatus est* pr. ex somno Zach. 4, 1. Job. 14, 12.; deinde in univ. dicitur de his, qui surgunt vel irruunt Jer. 25, 32. Joel. 3, 17. Jer. 6, 22. Zach. 2, 17. De loco Hab. 3, 9. v. sub II. — Pil. עוֹרֵר 1) *expergefecit* Cant. 2, 7. 3, 5. 8, 4. 2) *excitavit, suscitavit* Job. 3, 8. עֹרֵר לִוְיָתָן *suscitans* h. e. e latibulis evocans *dracones*, trop. Prov. 10, 12. שִׂנְאָה תְּעוֹרֵר מְדָנִים *odium excitat* (parit) *jurgia*, Ps. 80, 3. *excita potentiam tuam*, quae nunc segnis est et quasi feriatur. 3) *elevavit, sustulit, vibravit* hastam 2 Sam. 23, 18., flagellum Jes. 10, 26. — Hiph. הֵעִיר 1) *expergefecit* e somno Cant. 2, 7. 8, 4. Zach. 4, 1., hinc *excitavit* Job. 41, 1. (draconem), trop. Jer. 51, 11. (animum alicujus); *aliquem excitare* spec. est surgere facere sive hostem Jer. 50, 9. Dan. 11, 2. sive patronum Jes. 41, 2.; *alicujus spiritum excitare* Hagg. 1, 14. 1 Chron. 5, 26.

2 Chron. 21, 16. est aliq. promtum, alacrem reddere ad aliquid. In interpretando loco Deut. 32, 11. כְּנֶשֶׁר יָעִיר קִנּוֹ variant vv. dd. Sunt, qui ex arab. rad. غار significatione vertant: *aquila fervere facit, fovet nidum suum* h. e. pullos suos fervente complectitur amore. Ita nuper etiam ROSENMUELLER. At non opus est, ut ad arab. linguam confugiamus; vertas cum VATERO: *excitat nidum, pullos suos* sc. ad volandum (ut bene addidit HIERON.). — 2) *evigilavit* (excitavit vires suas, animum suum), *surrexit*, trop. i. e. auxilio adfuit Ps. 35, 23., *alicui* sq. עַל Job. 8, 6. — Praet. 1. p. הַעִירוֹתִי Jes. 41, 25., fut. c. vau convers. וַיָּעַר 1 Chron. 5, 26. — Hithp. הִתְעוֹרֵר *se excitavit* h. e. surrexit, trop. Jes. 51, 17. 64, 6., sq. עַל pers. Job. 17, 8.; spec. ad gaudium se excitavit h. e. *exsultavit* Job. 31, 29.

II) i. q. arab. غار *depressus, demersus, profundus fuit*, cf. nom. מְעָרָה.

III) i. q. עָרָה *nudavit* (v. מְעוֹרִים). Niph. נֵעוֹר Hab. 3, 9. עֶרְיָה תֵעוֹר קַשְׁתֶּךָ *nudando nudatus est arcus tuus* i. e. expeditus cf. Jes. 22, 6.

עוֹר m. 1) *cutis* hominis Job. 7, 5. 30, 30. Exod. 34, 30. Levit. 13, 2. 5, 6. etc.; גָּזַל עוֹר פ׳ *cutem alicujus detrahere* i. e. spoliare, emungere aliquem Mich. 3, 2. 3., אַחַר עוֹרִי *post cutem meam* sc. consumtam, corrosam Job. 19, 26. (ubi v. ROSENMUELL. et UMBREIT.), עוֹר שִׁנָּים *cutis dentium, gingiva* Job. 19, 26.; meton. עוֹר בְּעַד עוֹר *cutis pro cute* h. e. vita pro vita Job. 2, 4., יֹאכַל בַּדֵּי עוֹרוֹ *comedet membra cutis ejus* h. e. corporis ejus Job. 18, 13. 2) *pellis animalium* Gen. 3, 21., etiam arte alutaria praeparata: *corium* Levit. 4, 11. 13, 48. etc. Plur. עוֹרוֹת Gen. 27, 16. Exod. 26, 14. — Unde proficiscatur haec utraque vocis significatio, incertum est; possis tamen a rad. n. 3. repetere.

עִיר m. chald. *vigil*, nomen *angelorum* quippe animos hominum custodientium Dan. 4, 10., unde ἐγρήγοροι i. e. *vigiles* veteribus Patribus graecis *angeli* vocantur. Cf. ܥܝܪܐ ap. NORBERG. Lexid. p. 173. Plur. עִירִין Dan. 4, 14.

מְעָרָה f. *caverna, spelunca* (v. rad. n. 2.) Gen. 19, 30. Jos. 13, 4. 1 Sam. 24, 3. 8. 1 Reg. 19, 9. 13. etc., arab. غَارٌ, مَغَارٌ et مَغَارَةٌ. In regim. מְעָרַת Gen. 23, 9. 1 Sam. 22, 1., plur. מְעָרוֹת Jud. 6, 2. Jes. 32, 14.

מָעוֹר m., plur. מְעוֹרִים *loca* vel *partes* (corporis) *pudendae* Hab. 2, 15., coll. arab. عَوْرَةٌ *pudenda* muliebria et virilia et rad. עוּר n. 3.

עָוַר in Kal inusit. *caecus fuit* (aethiop. *id.*, arab. عار, عَوِرَ *luscus, monoculus fuit*), Pih. עִוֵּר *caecavit, occaecavit* (syr. ܥܘܪ *id.*) Jer. 39, 7. 2 Reg. 25, 7., trop. intelligentia privavit, corrupit (judicem) Exod. 23, 8. Deut. 16, 19.

עוּר m. chald. *gluma*, sic dicta quod in oculos illata aliquamdiu occaecat hominem (arab. عُوَرٌ *festuca*) Dan. 2, 35.

עִוֵּר m., עִוְרָה (Jes. 42, 7.) f. *excaecatus, caecus* (arab. أَعْوَرُ) Exod.

4, 11. Levit. 19, 14. Deut. 15, 21. Jer. 31, 8. Zeph. 1, 17. etc., trop. de his, qui inscitiâ laborant Jes. 42, 7. 43, 8., de *miseris, afflictis* (*caligo* enim miseriae imago est poetis) Ps. 146, 8. Plur. עִוְרִים 2 Sam. 5, 6.

עִוָּרוֹן m. *caecitas* Deut. 28, 18. Zach. 12, 4.

עַוֶּרֶת f. *id.* Levit. 22, 22.

עוּשׁ *congregare se, convenire* Joël. 4, 11. Sic verterunt Lxx., Syr., Chald. Vicin. غاس et غسّ *properare, concursare.*

עֵישׁ v. infra suo loco.

עות i. q. arab. غاث (غوث) IV. *opem tulit, succurrit* Jes. 50, 4. sq. acc. dupl. Aliorum explicationes v. ap. Rosenm. et Gesen. ad h. l.

עָוַת *curvus, inflexus, inversus, perversus fuit* (fere ut עוה), in Kal inusit. (syr. et chald. ܥܘܬܐ *fraus* cf. عبث, ܥܒܬ *plectere*), Pih. עִוֵּת *curvum fecit, incurvavit, flexit, invertit, pervertit* Eccles. 7, 13. מִי יוּכַל לְתַקֵּן אֵת אֲשֶׁר עִוְּתוֹ *quis potest rectum facere, quod ille* (Deus) *curvum fecit, incurvavit* h. e. nemo potest, quae Deus in mundo esse voluit, mala et incommoda tollere; Ps. 146, 9. עִוֵּת דֶּרֶךְ פּ׳ *invertere, pervertere alicujus viam* h. e. in errores et perniciem inducere, Job. 8, 3. עִוֵּת צֶדֶק *jus* (justam caussam) *flectere, pervertere* coll. 34, 12. Hoc idem concisius sic dicitur: *pervertere aliquem* Thren. 3, 36. Job. 19, 6. Ps. 119, 78. Pyh. part. מְעֻוָּת *curvatum, pravum* Eccles. 1, 15. — Hithpah. *incurvavit se* Eccles. 12, 3. הִתְעַוְּתוּ אַנְשֵׁי הֶחָיִל quando *incurvant se* h. e. torquentur formidine *viri fortes.*

עַוָּתָה f. *incurvatio,* trop. *injuria* qua quis opprimitur Thren. 3, 59.

עֵז f. *capra* Gen. 15, 9. Levit. 3, 12. 17, 3. Num. 15, 27. etc. (arab. عنز, quod derivant a rad. عنز *declinavit, deflexit,* coll. Virg. in Cul. *capra vaga*). Plur. עִזִּים Gen. 27, 9., שֵׂה עִזִּים *pecus caprinum* Deut. 14, 4., יְרִיעוֹת עִזִּים *cortinae caprarum* h. e. e pilis caprarum confectae Exod. 26, 7. 36, 14., כְּבִיר עִזִּים *stragulum e pilis caprinis confectum* 1 Sam. 19, 13.

עֵז f. chald. *id.*, plur. עִזִּין Esr. 6, 17.

עַז, עֹז etc. vid. infra sub rad. עזז.

עֲזָאזֵל Levit. 16, 8. 10. 26. vocab. perobscurum, in quo interpretando mirifice fluctuant viri docti. Multi conflatum putant (v. Heinii Dissertatt. sacr. p. 181 sqq.) ex עֵז et אָזַל, ut significetur *hircus abiens:* Lxx. ἀποπομπαῖος, Vulg. *emissarius,* Symmach. ἀπερχόμενος, ἀπολελυμένος. Sic verba v. 10. לְשַׁלַּח אֹתוֹ לַעֲזָאזֵל ita interpretaberis *dimittere eum tanquam hircum emissarium.* Nec id asperius dictum existimaverim (cf. form. יָצָא לַחָפְשִׁי). Sed עֵז constat *capram,* non *hircum* denotare. — Aliis est: *locus remotus, desertus,* ab عزل *removere* (v. Bocharti Hieroz. I, p. 650. Hackmanni Praecidan. ss. 1, p. 232 sqq. coll. Gesen. L. p. 536.). At vero sic in verbis v. 10. לַעֲזָאזֵל הַמִּדְבָּרָה frigida inesset

tautologia. — Praestat igitur pro nomine *daemonis* habere, vel propterea, quod v. 8. לַיהוָה opponitur voci לַעֲזָאזֵל; posterioribus certe Judaeis daemonem significabat. In fragmento enim libri Enochi (ap. Fabric. in Cod. Pseudepigr. I, p. 179) *Ἀζαλὴλ*, *Ἀζαὴλ* inter lapsorum angelorum principes numeratur, in Commentario cabbal. ad Gen. c. 2. (quem ex libro Sohar excerpsit L. Cappellus) comparet *Asael* inter angelos e coelo dejectos, ap. Originem denique (contra Cels. VI.) *diabolus* appellatur, cf. Spencer. de legg. ritual. p. 1040 sqq. ed. Tub. Carpzov. Appar. p. 438 sqq. adde Rosenm. ad Lev. l. c. Wineri Lex. bibl. II, p. 728.

עָזַב 1) *reliquit* Jes. 10, 3. 17, 9. (cf. arab. عزب *evagatus est* v. Hartmann. Einl. p. 309.), *deseruit* (h. e. reliquit id, quod tueri debebat) Gen. 2, 24. Jos. 22, 3. 1 Sam. 30, 13.; Ps. 40, 13. לִבִּי עֲזָבָנִי *animus me deseruit*, destituit, Ps. 38, 11. Freq. *Jova* dicitur homines *deserere* h. e. auxilio destituere Ps. 9, 11. 22, 2. 37, 25. 38, 22. 71, 11. al.; *homines* autem dicuntur deserere *Jovam* (h. e. deficere ab eo) Jud. 2, 12. 10, 6. 10. 1 Sam. 12, 20. 2 Chron. 7, 22. 24, 24. Jes. 1, 28. 65, 11., vel *legem* divinam Prov. 28, 4. Ps. 119, 53. 89, 31. vel *praecepta* Dei Esr. 9, 10.; coll. עָזַב אֶת־עֵצָה *deserere, negligere consilium* 1 Reg. 12, 13. 2 Chron. 10, 8. — 2) *misit, dimisit* Ps. 37, 8. עֲזֹב חֵמָה *mitte iram*, Job. 10, 1. עָזַב שִׂיחַ *mittere* (non coërcere) *querelam*, עָזוּב *missus*, manumissus v. infra; it. *remisit* Exod. 23, 5. מֵעֲזֹב לוֹ *ut non remittas ei* (asino) h. e. vincula solvas, onere eum liberes; it. *omisit, intermisit* aliquid facere sq. infin. c. praef. לְ Hos. 4, 10. — 3) *commisit, permisit* alicui aliquid, sq. לְ pers. Ps. 49, 11., sq. אֶל Job. 39, 11., intrans. sq. עַל Ps. 10, 14. *tibi se committit*, caussam suam commendat *afflictus*. — 4) *cessare fecit* Ruth. 2, 20. לֹא עָזַב חַסְדּוֹ אֶת־הַחַיִּים *non cessare fecit favorem suum, quo amplexus erat viventes*; sq. מֵעִם *subtraxit alicui aliquid* Gen. 24, 27. — De verbis Deut. 32, 36. עָצוּר וְעָזוּב (cf. 1 Reg. 14, 10. 21, 21. 2 Reg. 9, 8. 14, 26.) magnum est interpretum dissidium. Omnium facillime ita vertes: *clausus* i. e. mancipia et *missus* i. e. liberi h. e. ad unum omnes. All. auctore L. de Dieu intelligunt *connubio junctos* (أَعْصَرُ *paterfamilias*) et *caelibes* (أَعْزَبُ). Part. praes. cum Jod paragog. עֹזְבִי Zach. 11, 17., foem. עֹזֶבֶת Prov. 2, 17. Infin. absol. עָזוֹב Exod. 23, 5. Jer. 14, 8., constr. עֲזֹב Jos. 24, 16. Imper. עֲזֹב, cum ה paragog. עָזְבָה Jer. 49, 11., fut. יַעֲזֹב Ps. 10, 14., foem. תַּעַזְבִי Ruth. 2, 11., 1. pers. cum ה paragog. אֶעֶזְבָה Job. 9, 27., cum affixo et in pausa אֶעֶזְבֶךָּ 2 Reg. 2, 2., plur. יַעַזְבוּ Ps. 89, 31.

Niph. נֶעֱזַב 1) *desertus, derelictus est* Neh. 13, 11., max. de terra quae ab incolis deseritur Levit. 26, 43. Ezech. 36, 4. Jes. 27, 10. 62, 12., Job. 18, 4. הַעֵזָב אֶרֶץ (retracto accentu v. Gesen. L. p. 175.) הַלְמַעַנְךָ *num tua causa* h. e. si tu perieris, *deseretur*, incolis privabitur *terra?* 2) sq. לְ *commissus, traditus est* Jes. 18, 6. — Pyh. praet. עֻזַּב *desertus, derelictus est* Jes. 32, 14. Jer. 49, 25.

עֲזוּבָה f. *derelictio, desolatio* Jes. 6, 12.

עִזָּבוֹן m. *venditio mercium, mercatura, nundinatio*, qua merces venditoribus *committuntur* sive *traduntur* (v. rad. n. 3.), quemadmodum מָכַר *tradere* est et *vendere*. Plur. עִזְבוֹנִים emisso dagesch forti a) *merces* Ezech. 27, 27. 33.; b) *nundinae* Ezech. 27, 12. 14. 19. 22.

עָזַז rad. Hebr. inusit., Arab. عزى *consolatus est.* Inde oriuntur nomm. propr. עֲזִיאֵל 1 Chron. 15, 18. et מַעֲזִיָה 24, 18. Neh. 10, 9.

עָזַז 1) *firmus, robustus, validus fuit, valuit* (arab. عز *id.*) Ps. 89, 14 (de manu), Prov. 8, 28. בַּעֲזוֹז עִינוֹת תְּהוֹם *cum valerent* (h. e. magna cum vi prorumperent) *fontes maris;* it. *robustum, fortem, potentem se praestitit* Ps. 68, 29., *robustum, validum se putavit* Ps. 52, 9. 2) *validus factus est, invaluit* Jes. 30, 2. Ps. 9, 20. Jud. 3, 10. וַתָּעָז יָדוֹ עַל כּוּשַׁן *manus ejus validior facta est Cuschano* i. e. vicit Cuschanum, 6, 2., ellipt. Dan. 11, 12. 3) sq. לְ pers. *robur addidit, confirmavit* Eccles. 7, 18 (19.) *sapientia robur addit sapienti,* confirmat sap. Ita jam Ben. Michaelis, cf. arab. عز fut. O. *corroboravit.* — Hiph. הֵעֵז *durum, firmum fecit, induravit, obfirmavit,* hinc ה׳ פָּנָיו *obfirmavit faciem* h. e. *pertinax fuit* Prov. 7, 13. (ubi praet. foem. הֵעֵזָה pro הֵעֵזָּה). Eod. sensu ה׳ בְּפָנָיו Prov. 21, 29.

עַז, in pausa עָז, m. 1) subst. *robur* Gen. 49, 3. 2) adject. a) *durus, asper, saevus* Jes. 19, 4.; עַז־פָּנִים *pertinax* Deut. 28, 50. Dan 8, 23; b) *firmus, munitus* Num. 21, 24.; c) *robustus, fortis, validus* Num. 13, 28. Jud. 14, 18., it. *vehemens, gravis* Exod. 14, 21. Jes. 43, 16. Gen. 49, 7. — Plur. עַזִּים Ezech. 7, 24. Ps. 59, 4., foem. עַזָּה Prov. 21, 14. Cant. 8, 6., plur. עַזּוֹת pro neutro *dura, aspera* Prov. 18, 23.

עַזָּה *(valida, munita,* q. d. *Valentia),* Lxx. *Γάζα,* nom. propr. urbis a Philistaeis habitatae (erat enim una ex quinque urbibus Philistaeorum) Jos. 15, 45. 1 Sam. 6, 15. ad fines terrae israëliticae australes Gen. 10, 19.; hinc tribui Judae forte adsignata fuit conf. Relandi *Palaest.* p. 787 sqq. Wineri Lexic. bibl. I, p. 234 sq. — Gentil. עַזָּתִי Jud. 16, 2.

עֹז m. et עוֹז Prov. 24, 5. 31, 17. 25., sequente makkeph עָז־ Jes. 21, 1. 1) a) *robur, potentia* Exod. 15, 13. Ps. 138, 3. Job. 26, 2. (arab. عِز); adv. *potenter, vehementer* Jud. 5, 21. 2 Sam. 6, 14.; b) *firmitas* Jud. 9, 51. Ps. 30, 8., it. *praesidium* יְהוָֹה עֻזִּי *Jova est praesidium meum* Ps. 28, 7. 42, 6. 62, 8. Jer. 16, 19. Jes. 49, 5.; c) sq. פָּנִים *pertinacia* Eccles. 8, 1. — 2) a) *majestas* Dei Hab. 3, 4., hinc אֲרוֹן עֻז יְהוָֹה Ps. 132, 8. *arca majestatis tuae,* in qua majestas tua quasi residet, i. e. arca foederis; eadem simpl. dicitur עֹז Ps. 78, 61. coll. 2 Chron. 6, 41.; b) *gloria* Ps. 8, 3. *laus,* hinc יָהַב עֹז לְ *laudes alicui canere* Ps. 29, 1. 68, 35., hinc Exod. 15, 2. Jes. 12, 2. עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ *laus mea et carmen est Jova,* hinc denique 2 Chron. 30, 21. כְּלֵי עֹז *instrumenta laudis* h. e. musica, quibus in celebrando Deo utuntur. (Arab. عِز et عِزَّة *id.*). — Cum affixis עֻזִּי Ps. 118, 14. et עָזִּי Ps. 28, 7. 59, 18., עֻזְּךָ Exod. 15, 13. Ps. 21, 2. et עֻזֶּךָ Ps. 66, 3. 86, 16. etc., עֻזּוֹ Prov. 10, 15. et עֻזֹּה Habac. 3, 3., עוּזֵּנוּ (pro עֻזֵּנוּ) Ps. 81, 2., עֻזֵּמוֹ Ps. 89, 18. etc.

עָזַר nom. propr. virorum satis frequens 1 Chron. 5, 31. 6, 36. 7, 2. 9, 8. Esr. 7, 4. Neh. 11, 22. etc.

עֻזִּיָּהוּ s. עֻזִּיָּה nom. propr. regis Judaeorum, qui in locum Amasiae

patris successit (811 — 759. a. Chr.) 2 Reg. 15, 30 sqq. Jes. 1, 1. 6, 1 7, 1. Hos. 1, 1. Am. 1, 1. nec non aliorum 1 Chron. 27, 25. 6, 9. Neh 11, 4. Cf. עֻזִּיָּה. Lxx. Ὀζίας.

עֻזִּיאֵל nom. propr. virorum satis frequens Exod. 6, 18. Levit. 10, 4 1 Chron. 4, 42. 7, 7. 25, 4. 2 Chron. 29, 14.; Ὀζιήλ Judith 8, 1.

עֱזוּז m. *robur* Ps. 78, 4. 145, 6., it. *vehementia, gravitas* Jes. 42, 25

עִזּוּז m. *robustus, fortis* Ps. 24, 8., collect. Jes. 43, 17.

מָעוֹז m. (vi formae) *locus firmus, munimentum* Dan. 11, 7. 10. 19 Jud. 6, 26. Jes. 17, 9. Zach. 9, 3., מָעוֹז יָם *munimentum maris* i. e Tyrus urbs munitissima in mari sita Jes. 23, 4., אֱלֹהֵי מָעֻזִּים *Deus munimentorum* i. e. rei bellicae Dan. 11, 38., ubi v. Bertholdt. Trop a) Ps. 60, 9. אֶפְרַיִם מָעוֹז רֹאשִׁי *Ephraim est munimentum capitis me* h. e. galea quasi mea; b) Prov. 10, 29. מָעוֹז לַתֹּם דֶּרֶךְ יְהוָה *munimentum arx munita* h. e. asylum *homini integro* est religio, *pietas*. Persaep Jova appellatur מָעוֹז i. e. *refugium, asylum, praesidium* piorum et af flictorum hominum Jes. 25, 4. Ps. 31, 51. 37, 39. Jer. 16, 19. — Cum affixis מָעֻזִּי Ps. 43, 2., מָעוּזִּי Ps. 31, 5. et sine dagesch 2 Sam. 22, 33. מָעֻזִּי Jes. 17, 9., מָעוּזּוֹ Ps. 52, 9. et מָעֻזֹּה Dan. 11, 10. Plur. מָעֻזִּים Dan. 11, 38. 39. et מָעוּזִּים, unde in regim. מָעוּזֵּי Dan. 11, 19 Sed d eo, quod Jes. 23, 11. legitur, מָעֻזְנֶיהָ cf. Gesen. ad h. l. Videtur scribendum מָעֻזֶּיהָ (ex chald. pro מָעֻזֶּיהָ).

עָזְנִיָּה aquilae species Levit. 11, 13. Deut. 14, 12. (arab. غزن); vulg *haliaëtus* intelligitur, ex diverso *aquilarum* coitu natus, teste Plini L. X. c. 3.; Bocharto in *Hieroz.* P. 2. lib. 2. c. 6, p. 188. est *Valeria* aquila nigra minor.

עָזַק *fodit,* ut syr. et arab. عزق *fodit* spec. terram lapidosam. In Kal inu sit., Pih. עִזֵּק *fodit* solum Jes. 5, 2.

עִזְקָא f. chald. *annulus signatorius* vel ipsum *sigillum* annulo *in fossum* sive *insculptum* Dan. 6, 18.

עֲזֵקָה urbs tribus Judae, sita in parte ejus campestri (הַשְּׁפֵלָה) adeo que in regione occidentali inter littus maris magni et montana Juda Jos. 10, 10. 15, 35. 1 Sam. 17, 1. v. Relandi *Pal.* p. 603.

עָזַר I) *adiuvit, auxiliatus est* (syr. ܥܕܰܪ et arab. عزر *id.*; de origine significationis conjecturam v. ap. Schultens. in *Clav.* p. 208. et ad Hariri *Cons.* II, p. 110. adde Lette ad *cantic. Deborae* p. 144.) Jes. 30, 7 Zach. 1, 15. עָזְרוּ לְרָעָה *juverunt ad malum,* in malo perpetrando soci fuerunt. *Aliquem juvare, adjuvare* constr. c. acc. Ps. 118, 13. Jes. 41 6. 10. Ps. 79, 9. 37, 40., vel, in recentioribus maxime libris, cum 2 Chron. 19, 2. 2 Sam. 8, 5. 21, 17. Job. 26, 2., semel c. עִם 1 Chron 12, 21., et praegnanter cum אַחֲרֵי 1 Reg. 1, 7. וַיַּעְזְרוּ אַחֲרֵי אֲדֹנִיָּה *adiuverunt Adoniam ejus partes secuti.* Partic. עֹזֵר subst. *adiutor, patronus* Ps. 10, 17., *socius* in bello gerendo 1 Reg. 20, 16.; עֹזְרֵי רָהַב *adiutores elationis* h. e. elati, fastuosi, qui suo robore et potentia confidun Job. 9, 13. — Infin. עֲזוֹר Jos. 10, 33., cum praefixo לַעְזֹר Jos. 10, 33 et לַעְזֹר 2 Sam. 8, 5. 2 Chron. 14, 10. Imper. cum affixo עָזְרֵנִי Ps. 109 26., sed plur. cum affixo עִזְרֻנִי Jos. 10, 4., fut. יַעְזֹר Jes. 50, 7. 9. sed cum affixis יַעְזְרֶךָּ (cum schwa simplici), ut Gen. 49, 25. Jes. 44, 2.

plur. וַיַּעְזְרוּ 1 Reg. 1, 7. — Niph. נֶעֱזַר *adiutus est* Dan. 11, 34. Ps. 28, 7., max. *a Deo* 2 Chron. 26, 15., sq. עַל *adiuvari* a Deo *contra aliquem* i. e. *vincere* 1 Chron. 5, 20. (Sic arab. انتصر *adiutus est* a Deo pro *vicit* Coran. 3, 107. 54, 44.). — Hiph. part. מַעְזֵר (ex chaldaismo pro מַעְזִיר); plur. מַעְזְרִים *adiuvantes, auxiliantes* 2 Chron. 28, 23.

II) i. q. עָצַר *clausit*, v. עֲזָרָה.

עֵזֶר m. *auxilium* Exod. 18, 4. Deut. 33, 26. 29., alibi pro concr.: *adiutor* Ps. 33, 20. 70, 6. 115, 9., *adiutrix* Gen. 2, 18. 20. (ubi alii satis jejune vertunt: *virgo nubilis* coll. arab. عذرى). Cum affixo עֶזְרוֹ Ps. 146, 5. et עֶזְרֹה Ezech. 12, 14.

עֶזְרָה f. *id.* Ps. 27, 9. 46, 2. Jes. 10, 3. Jer. 37, 7. 2 Chron. 28, 21., in regim. עֶזְרַת Jud. 5, 23.; cum ה paragog. עֶזְרָתָה Ps. 44, 27. 63, 8. 94, 17.

עֶזְרַת f. *id.* Ps. 60, 13. 108, 13.

עֶזְרָא nom. propr. *Esrae* Esr. 7, 1. 11. 12. 12, 1. 13., Ἔσδρας.

עֲזַרְיָה, עֲזַרְיָהוּ nom. propr. a) regis Jud., qui alibi *Usias*, 2 Reg. 14, 21. 15, 1. 23. etc., fortasse per librariorum incuriam ortum ex עזיה; — b) aliorum Jer. 43, 2. Dan. 1, 6. Neh. 3, 23. etc.

עֲזָרָה f. q. d. *clausura, cinctura* (v. rad. n. 2.), hinc 1) *exterius templi atrium,* quo interius et templum ipsum *cingebatur* et *includebatur* 2 Chron. 4, 9. 6, 13. 2) *crepido (Terrasse)* — atria enim templi crepidinum formam referebant — Ezech. 43, 14. 17. 20. 45, 19.

יַעְזֵר, יַעֲזֵיר, יַעְזֵר (*opem ferat* Deus) nom. propr. oppidi trans Jordan. in tribu Gad. Num. 32, 1. Jos. 13, 25. 2 Sam. 24, 5. 1 Chron. 26, 31., sed Levitis concessi Jos. 21, 39. Prius Amoritarum fuit Num. 21, 32., post exil. tempora Ammonitarum Jer. 48, 32. coll. 1 Macc. 5, 8. Supersunt reliquiae, quas Seetzenius in itinere offendit. De loco vero Jer. 48, 32., ubi יָם יַעְזֵר memoratur, v. Gesen. ad Jes. I, p. 549 sq.

עֵט vid. sub rad. עוט.

עֵט chald. vid. sub rad. יעט.

עָטָה Duplex radix fuit: I) *prehendit, manu cepit* (عطى) sq. acc. Jes. 22, 17., sq. אֶל *manus injicere* in aliquid, *invadere* aliquid 1 Sam. 15, 19. 14, 32 (in Keri). Contra Rosenm., qui utroque loco verti jussit: *involare in al.*, v. Gesen. ad Jes. l. c.

II) 1) *texit, operuit* (غطى) sq. עַל Levit. 13, 45. Mich. 3, 7. Ezech. 24, 17. 22. — 2) intrans. a) *operuit se;* עֹטְיָה part. praes. foem. *cooperta* Cant. 1, 7. i. e. *lugens,* sed alii aliter v. H. Michaelis ad h. l., et Ben. Michaelis in Pottii Sylloge P. II, p. 89; b) *induit (se), indutus est,* sq. acc. 1 Sam. 28, 14. עֹטֶה מְעִיל *pallio indutus, amictus,* alibi translate Ps. 104, 2. *Deus induit lucem sicut togam,* Ps. 109, 19. 29., Jes. 59, 17. *induit, sicut pallium, zelum,* Jer. 43, 12. *induit sibi Aegyptum, sicut pastor induit vestem suam* i. e. totam occupabit facili negotio remque Aeg. prorsus evertet. Fut. c. vau convers. וַיַּעַט Jes. 59, 17. etc. — Hiph. הֶעֱטָה *operuit, texit,* sq. dupl. acc. Ps. 84, 7., sq.

acc. rei et עַל pers. Ps. 89, 46. ubi 2 pers. c. ה paragog. הֶעֱטִיתָה [מַעֲטֶה, quod nonnulli pro particip. Pyh. habent, v. sub rad. מטה].

מַעֲטֶה m. *amictus* Jes. 61, 3.

עֲטַלֵּף m. *vespertilio* Levit. 11, 19. Deut. 14, 18., propr. *noctivola*, a rad. غطل *caliginosa fuit nox* et עף *volitans*. Aliis est compos. ex synonymis עטה et עלף *texit se*, quia interdiu *sese abscondit* vid. SIMON *Arcan. Form.* p. 660. Plur. עֲטַלֵּפִים Jes. 2, 20.

עָטַן rad. inusit., arab. عطن *a potu in genua procubuit* camelus, *cubuit circa aquam*, مَعْطِن *locus circa aquam ubi cameli procumbunt in genua* Inde oritur:

עֲטִין m., plur. עֲטִינִים Job. 21, 24. *loca ubi pecudes procumbunt, stationes pecoris*. Ita post R. JONAM et ABENESRAM SCHULTENSIUS. Sed BOCHARTO (Hieroz. I, p. 505.) placuit SYR. et LXX. auctoritatem sequi ἔγκατα vertentium coll. syr. ܥܛܡܐ, chald. עֲטִימָא *latus*.

עָטַף 1) *obtexit, operuit* Job. 23, 9. (ubi v. ROSENM. et UMBREIT.), hinc *ornavit*, trop. Ps. 73, 6. יַעֲטָף־שִׁית חָמָס לָמוֹ *tegit, ornat eos mundus violentiae*, injuriae (arab. عطف *amicire, induere*, syr. ܥܛܦ *indutus est*, Aph. *induit*), it. *induit* aliquid, *indutus est*, trop. Ps. 65, 14. עֲמָקִים יַעַטְפוּ בָר *valles induunt frumentum, vestiuntur, amiciuntur frumento*. — 2) metaphorice *elanguit, viribus defecit* (pr. *animo linqui*, quod ubi fit, animus quasi *tegitur* et altis tenebris involvitur, cf. غشى *tegere*, غَشْيَة عَلَيْهِ *deliquium animi passus est*, adde SCHULTENS. *Cant.* p. 264. *Opp. min.* p 241. SCHROEDER. de *vest. mul.* c 15.) Ps. 61, 3. 102, 1. Jes. 57, 16. (ubi v. ROSENM.); part. Pahul עָטוּף *viribus destitutus, languens* Thren. 2, 19., hinc *imbecillis, debilis* naturâ Gen. 30, 42., ubi de *ovibus serotinis* legitur, quae *viribus* sunt *debiliores*. — Niph. *languescere* Thren. 2, 11., ubi infin. c. praefixo בֵּעָטֵף pro בְּהֵעָטֵף — Hiph. הֶעֱטִיף *languit, viribus defecit*, nisi potius vertendum: *debilem fecit* coitum Gen. 30, 42. — Hithpah. הִתְעַטֵּף *languit*. Dicitur vel *anima* languere Jon. 2, 7. Ps. 107, 5. vel *spiritus* alicujus Ps. 142, 4. בְּהִתְעַטֵּף עָלַי רוּחִי *quando spiritus, animus in me deficit* h. e. quando animus meus frangitur Ps. 77, 4. 143, 4.

מַעֲטָפָה f., plur. מַעֲטָפוֹת *amicula, tunicae* superiores Jes. 3, 22. v. SCHROEDERUS de *vest. mulier. hebr.* c. 15. coll. arab. غطاف et لفاف *pallium* vel potius *exterior vestis*.

עָטַר *cinxit, circumdedit* (sic chald.) Ps. 5, 13. כַּצִּנָּה רָצוֹן תַּעְטְרֶנּוּ *velut scuto circumdas eum benevolentiâ* h. e. defendis, tueris eum. Non cum ROSENM. תַּעְטְרֶנּוּ pro fut. Hiph. habere. Alibi *hostili* animo *circumvenit, cinxit* 1 Sam. 23, 26. — Pih. עִטֵּר *cinxit coronâ, coronavit* Cant. 3, 11. sq. לְ pers., alibi trop. Ps. 103, 4. *benignitate et favore aliquem coronare* i. e. ornare, Ps. 65, 12. *annum bonitate coronas* i. e. fertilem reddere (all. *implere* coll. στέφειν pro πληροῦν v. OPPIAN. Halieut. 2, 33.), Ps. 8, 6. *gloria et decore aliquem coronas*

ornare. In his locis omnibus constr. c. dupl. acc. — Hiph. part. f. מַעֲטִירָה *coronam dans* Jes. 23, 8. Ita vocatur Tyrus, quod in multarum coloniarum principes regiam dignitatem conferre solebat v. Gesen. ad h. l.

עֲטָרָה f. *corona* a) regia Esth. 8, 15. Ps. 21, 4. Cant. 3, 11. Ezech. 21, 26. Zach. 6, 11. Hinc *coronam de capite* al. *auferre* i. e. regia dignitate aliquem exuere 2 Sam. 12, 30. 1 Chron. 20, 2.; b) convivalis Jes. 28, 1. Translate dic.: *α*) pro ipsa potentia et dignitate, qua quis floret Job. 19, 9. Jer. 13, 18.; *β*) pro summo decore et ornamento Prov. 12, 4. *mulier -- est mariti corona*, ornamentum, Prov. 14, 24. 16, 31. — In regimine עֲטֶרֶת Ps. 21, 40. Prov. 4, 9. al., plur. עֲטָרוֹת Zach. 6, 11. al. — Idem voc. passim abiit in nomen proprium. Memorantur enim quatuor oppida: 1) עֲטָרוֹת in tribu Gad Num. 32, 3. 34. 2) עַטְרוֹת אַדָּר in finibus tribus Ephraim Jos. 16, 5. 18, 13., alibi simpliciter עֲטָרוֹת Jos. 16, 2. 7. 3) עַטְרוֹת בֵּית יוֹאָב in tribu Juda 1 Chron. 2, 54. 4) עַטְרוֹת שׁוֹפָן in agro Gaditarum Num. 32, 35.

עטשׁ rad. inusit., arab. عطس *sternutavit*.

עֲטִישָׁה f. *sternutatio* (poet. de fervore per nasum se exserente) Job. 41, 10.

עיט *iratus, indignatus est* (arab. غاظ med. Je *id.*, syr. ܐܬܥܝܛ), sq. בְּ pers. *indignabundus invectus est in aliq.*, *graviter increpuit* 1 Sam. 25, 14. Inde oritur:

עַיִט m. *fera, bestia rapax* Jer. 12, 9., ad quem l. v. Bocharti Hieroz. II, p. 176., spec. et trop. *avis rapax* Jes. 46, 11. collect. Gen. 15, 11. Jes. 18, 6., in regim. עֵיט Ezech. 39, 4.

עֵיטָם nom. propr. oppidi 1 Chron. 4, 3. 32. 2 Chron. 11, 6. et rupis Jud. 15, 8. 11. in tribu Jud.

עֵילָם *Elymais*, regio ad maris Persici sinum Babyloniam inter et Persidem Gen. 10, 22. 14, 1. Jes. 11, 11. 22, 6. Jer. 25, 25. 49, 34 sqq. Ezech. 32, 24. Dan. 8, 2. v. Michaelis Spicil. II, p. 68. Rosenm. *Alterthumskunde* I, p. 300 sqq.

עֵלְמָי chald., plur. עֵלְמָיֵא *Elamitae* Esr. 4, 9.

עַיָם m. vulgo *aestus, ardor* Jes. 11, 15. a rad. arab. عام (media *Je*) *sitivit*, et per Gain: *sitivit, siticulosus fuit*. Vid. Simon. *Arcan. Form.* p. 179. Sed cum veteres interpretes paene omnes *vehementiae* et *gravitatis* notionem exprimant, vide an praeeunte Abulwalido conferendum sit אָיֹם, literis א et ע inter se permutatis.

עַיִן f. (excepto loco Cant. 4, 9. v. infra): 1) a) oculus (arab. عَيْن, chald. עֵין, syr. ܥܰܝܢܳܐ) Gen. 27, 1. 30, 41. Exod. 21, 24. Levit. 21, 20. Deut. 19, 21. Jud. 16, 21. al., יְפֵה עֵינַיִם *pulcher oculis*, pulchros oculos habens Gen. 29, 17. 1 Sam. 16, 12., בֵּין עֵינַיִם *inter utrumque oculum* h. e. in fronte Exod. 13, 9. Deut. 6, 8. 14, 1. al., לְעֵינֵי פ׳ *ante oculos al.* h. e. inspectante aliquo, coram aliquo Gen. 42, 25. Exod. 4, 30. Jes. 13, 16. Ps. 118, 23. al., בְּעֵינֵי eod. sensu 1 Sam. 12, 17. 2 Sam. 3, 36., נָשָׂא עֵינָיו, הֵסֵב עֵינָיו, פָּקַח עֵינֵי פ׳ etc. v. sub his vv.; Zach. 9, 1. לַיהוָה עֵין אָדָם *Jovae est oculus hominum* (*ein Auge für die Menschen*),

in homines conversus. De בַּת עַיִן v. sub voc. בַּת. Celerum huc pertinet etiam עַיִן בְּעַיִן Num. 14, 14. Jes. 52, 8. *oculo ad oculum* converso, oculis sibi invicem oppositis i. e. *de facie.* — Metaphorice *oculus vini* i. e. *bullula vini* Prov. 23, 31. Meton. dicitur pro *vultu* Job. 16, 9. Cant. 4, 9. (v. Gesen. L. p. 470.), saepius pro *mente* et *animo,* qui *oculis et vultu* se prodit. Huc spectant solennes aliquot formulae, ut עֵינַיִם רָמוֹת *oculi superbi* Ps. 18, 28. Prov. 6, 17., רַע עַיִן *malus oculis* i. e. *invidus* (cf. Bohlen. Symb. p. 42.) Prov. 23, 6., טְהוֹר עֵינַיִם *mundus oculis,* mente pura, casta Hab. 1, 13., טוֹב עַיִן *bonus oculo* i. e. benignus Prov. 22, 9., שִׂים עֵינוֹ *oculos suos convertere* in aliq. v. sub שׂוּם; עֵינֵי תָחֹס עַל v. sub חוּס, הֵאִיר עֵינַיִם sub אוֹר; בְּעֵינֵי פ׳ *judice aliquo* Job. 11, 4. 1 Sam. 26, 24. Deut. 31, 29. Gen. 19, 14. al., מֵעֵינֵי פ׳ *inscio aliquo* Num. 15, 14. — Hinc qui aliis prospicit eosque ducit, appellatur *eorum oculus* Num. 10, 31. Job. 29, 15. — b) id, quod in oculos incurrit, cernitur, *adspectus, species* al. rei (lat. etiam *facies* dicitur) Num. 11, 7. עֵינוֹ כְּעֵין הַבְּדֹלַח *adspectus, species ejus* (mannae) fuit *ut species bdellii* Levit. 13, 5. (ubi v. Rosenm.), Dan. 10, 6. Ezech. 1, 4 sqq. Spec. *superficies* (id, quod oculis obvertitur) Exod. 10, 5. Num. 22, 5. 11. Lxx. ὄψις. — In regim. עֵין Exod. 21, 26., c. affixis עֵינוֹ Deut. 28, 54., dual. עֵינַיִם, in regim. עֵינֵי rel.

2) *fons* (arab. عَيْن, syr. ܥܶܝܢܳܐ) Gen. 16, 7. Num. 34, 11. 1 Sam. 29, 1. Neh. 2, 14. etc. Cum nomm. propriis: עֵין חֲרֹד fons prope oppid. *Charod* non longe a Jesreele et monte Gilboa Jud. 7, 1. coll. 23., עֵין רֹגֵל fons in confiniis trib. Jud. et Beniam., non procul ab Hieros. Jos. 15, 7. 18, 16. 2 Sam. 17, 17. 1 Reg. 1, 9. cf. Joseph. Antt. 7, 11., עֵין הַתַּנִּין fons Hierosol. Neh. 2, 13. Cum he paragog. הָעַיְנָה *ad fontem* Gen. 24, 16. Plur. עֲיָנוֹת Deut. 8, 7. 2 Chron. 32, 3., in regim. עֵינוֹת Exod. 15, 27. Num. 33, 9. — Magna apud orientales populos fontium gratia (B. Michaelis *de oecon. patriarch.* §. 15.), unde pagi ad fontes condebantur et fontes pagis et villis saepissime nomen dederunt (v. etiam Servius ad *Virgil. Georg.* II, 382. Festus in voce *Pagi.* Simonis *Onomast.* p. 226.). Occurrit 1) עֵין גֶּדִי vicus in tribu Jud. ad australe maris mortui litus Jos. 15, 62. 1 Sam. 24, 1. Cant. 1, 14. etc., alibi חַצְצוֹן תָּמָר. 2) עֵין גַּנִּים urbs a) in planitie tribus Judae Jos. 15, 34. et b) in tribu Issachar Jos. 19, 21. 21, 29. v. Relandi *Palaest.* p. 762. 3) עֵין דּוֹר urbs Manassitarum, sed extra regionem tribui eorum attributam; Eusebio ad montem Tabor, 4 milliar. inde distans. Jos. 17, 11. Relandi *Palaest.* p. 762. 4) עֵין חַדָּה urbs in tribu Issachar Jos. 19, 21. Relandi *Palaest.* p. 761. 5) עֵין חָצוֹר urbs in tribu Naphthali Jos. 19, 37. Reland. p. 762. 6) עֵין מִשְׁפָּט, alio nomine קָדֵשׁ (quod vide) Num. 20, 12. 27, 14. Reland. p. 764. 7) עֵין עֶגְלַיִם oppidum Moabit. in septentrionali maris mortui litore Ezech. 47, 10. 8) עֵין רִמּוֹן urbs in australi parte tribus Judae Jos. 15, 32. Num. 34, 11. Reland. p. 554. coll. p. 764. 9) עֵין שֶׁמֶשׁ urbs in finibus Judae v. Reland. p. 764. 10) עֵין תַּפּוּחַ urbs in finibus Manassis Jos. 17, 7. — Adde a) עַיִן α) oppid. in Palaestina meridion., Judaeis Jos. 15, 32., deinde Simeonitis Jos. 19, 7. assignatum, posthac Levitis concessum Jos. 21, 16.; β) in Palaest. septentr. Num. 34, 11. v. Wineri Lexic. bibl. I, 28.; b) עֵינַיִם, עֵינָם oppidum in tribu Jud. haud procul ab Hebrone Gen. 38, 14. Jos. 15, 34. v. Reland. p. 716.

Si hujus voc. significationum altera ex altera nata est (cf. pers. چشم *oculus* et چشمه *fons*), nobis quidem princeps videtur *fontis* notio, *oculi* vero translata (cf. *πηγή*).

עַיִן com. chald. *oculus*, in regim. עֵין Esr. 5, 5., plur. עַיְנִין Dan. 7, 8. 20., in regim. עַיְנֵי Dan. 7, 8., cum affixo עַיְנַי Dan. 4, 31.

עֹיֵן m. *obliquis*, torvis *oculis adspiciens, invidiose observans* 1 Sam. 18, 9. in Kri (Cthib habet עָוֹן). Arab. عَايِن *id.*

מַעְיָן m. propr. *locus ubi aqua fontis profluit, scaturigo* Ps. 84, 7., *fons* ipse (syr. ܡܥܝܢܐ *id.*) Levit. 11, 36. Ps. 74, 15. Prov. 25, 26. Cant. 4, 12. Joël. 4, 18. In regim. מַעְיַן Jos. 15, 9. 2 Reg. 3, 25., unde cum ו paragog. מַעְיְנוֹ Ps. 114, 8. (v. Ewald. Gram. p. 376 sq.), sed cum affixo מַעְיָנוֹ Hos. 13, 15. Plur. a) מַעְיָנִים Ps. 104, 10., in regim. מַעְיְנֵי 1 Reg. 18, 5. Jes. 12, 3.; b) מַעְיָנוֹת Prov. 8, 24. Jes. 41, 18. 2 Chron. 32, 4., in regim. מַעְיְנוֹת Gen. 7, 11. 8, 2.

עָיֵף *languit, viribus defecit, defatigatus est* (i. q. יָעֵף) Jer. 4, 31. [Sed וַיָּעַף Jud. 4, 21. 1 Sam. 14, 28. v. sub rad. עוף].

עָיֵף m., עֲיֵפָה f. *languens, viribus deficiens, fatiscens, fessus* (sab. ܥܝܘܦܐ) Gen. 25, 29. 30. Deut. 25, 18. 2 Sam. 17, 29. Jes. 5, 27., metaph. *de terra arida* Ps. 63, 2. 143, 6. Jes. 32, 2. Sic *fatiscere* de tellure et area prae ariditate rimas agente dixit Virgil. Georg. I, 180. II, 249.

עֵיפָה f. vid. supra sub rad. עוף.

עִיר I) i. q. arab. عير *abiit, effugit, huc illuc vagatus est*, v. nom. עַיִר. — II) i. q. arab. غار med. Vau *ferbuit, aestuavit, zelotypia laboravit*, v. nom עָר et עִיר.

עַיִר m. propr. *asellus* (ita tamen adultus, ut jam onera portare vel aratrum trahere possit Jes. 30, 6. 24.) Zach. 9, 9., עַיִר פֶּרֶא *pullus asini sylvestris, lalisio* Job. 12, 12.; — deinde *asinus* quivis, max. nobilior Jud. 10, 4. 12, 14. Jos. 30, 24., arab. عَيْر et غَيْر *asinus domesticus* et *sylvester*. Sic dictus primus videtur *asinus sylvester* a *velocissimo* et *fervidissimo cursu*. Cum affixo עִירֹה Gen. 49, 11., plur. עֲיָרִים Gen. 32, 15., semel עֲיָרִים (tanquam ab עֵיר) sec. Cthib Jes. 30, 6., ubi tamen Kri habet עֲיָרִים.

עָר m. *inimicus, hostis* (ab עִיר n. 2., quanquam possit etiam chald. more pro צַר dictum esse). Cum affixo in pausa עָרֶךָ 1 Sam. 28, 16., plur. עָרִים Ps. 139, 20.

עָר m. chald. *id.* Dan. 4, 16.

עִיר m. *aestus animi* h. e. *pavor* (cf. nostr. *Angstschweiss*) Jer. 15, 8., ubi copulatur cum בֶּהָלוֹת; Lxx. *τρόμος*. Ita post Schroederum (Observatt. p. 34.) nuper etiam Rosenm. Sed in loco Hos. 11, 9. אָבוֹא בְעִיר non est, quod a trita voc. עִיר significatione recedas: verborum sensus hic esse videtur: *non venio, venire soleo in urbes* h. e. non sum ex oppidanorum numero, non sum homo v. Rosenm. ad h. l.

עִיר f. *urbs, civitas* Gen. 4, 17. Levit. 25, 29. Num. 20, 16. etc. [Unde *urbis* notio fluxerit, non constat. Alii a *fervore* (v. rad. עִיר 2.) repetunt, quoniam Latinis etiam *fervere* dicuntur loca, quae magna hominum frequentia celebrantur. Sic etiam Arab. غير *fervorem* dicunt pro *turba hominum fervido motu* concitata; alii, ut VRIEMOET in Annot. ad *Specim. Arab.* p. 182. et ad *Dicta class. V. T.* P. II, p. 45, ac MICHAELIS ad *Paraphras. poët. Ecclesiastae* 10, 15. derivant a rad. arab. عير *catervatim iter fecit per varias terras,* unde עיר *hominum sic iter facientium cohors* (*Caravanam* vulgo vocant), alii denique a *caverna,* quoniam homines in speluncis primitus habitabant. Sed satius est ab his talibus argutiis abstinere, etiamsi non credibile sit, nomen עיר ex primitivorum numero esse]. *Urbs alicujus* est vel *patria* (urbs) ejus Gen. 24, 10. Jud. 8, 27. 1 Sam. 20, 6. 2 Sam. 17, 23. vel in qua quis habitat Deut. 19, 12. Jos. 20, 6.; urbs regis est *regia* (*Residenz*) Gen. 36, 35. 39.; spec. עִיר דָּוִד est *Sion* 2 Sam. 5, 7. v. sub voc. דָּוִד; עִיר אֱלֹהִים Ps. 46, 5. 48, 2. 87, 3., עִיר הַקֹּדֶשׁ Jes. 52, 1. Neh 11, 1. Dan. 9, 24. *Hierosolyma,* templi et sacrorum Israel. sedes; eadem appellatur עִיר יְהוּדָה *urbs* (τὸ ἄστυ) *Judaeae* 2 Chron. 25, 28. — אַנְשֵׁי הָעִיר *oppidani* Gen. 19, 4., יֹשְׁבֵי הָעִיר *id.* Gen. 19, 25. Zach. 8, 21. — Cum ה *locali* עִירָה *in urbem* Gen. 44, 13. Jos. 6, 20.; plur. עֲיָרִים Jud. 10, 4. (ubi paronomasiae causa cum עֲיָרִים *pulli asinini* componitur), alibi semper עָרִים, quod vid. in seq. עָר.

Cum עִיר junguntur varia nomina appellat. ad formanda urbium nomina: 1) עִיר הַמֶּלַח (*urbs salis*) oppidum in deserto Judae Jos. 15, 62. 2) עִיר נָחָשׁ (*urbs serpentum*) in tribu Juda 1 Chron. 4, 12. 3) עִיר שֶׁמֶשׁ (*urbs solis*) in tribu Dan Jos. 19, 41. 4) עִיר הַתְּמָרִים *urbs palmarum,* alibi Jericho, a palmarum copia, Deut. 34, 3. Jud. 1, 16. 2 Chron. 28, 15. v. RELANDI *Palaest.* et SIMONIS *Onomast.* — De עִיר הַהֶרֶס Jes. 19, 18. v. sub n. הֶרֶס.

עָר i. q. עִיר *urbs,* sed sing. non occurrit, nisi in nom. propr. עָר מוֹאָב *urbs Moabitarum* i. e. *Areopolis* ad fl. Arnonem Num. 21, 28. Jes. 15, 1., pro quo tamen bis simpl. עָר Num. 21, 15. Deut. 2, 9. — Plur. עָרִים *urbes* Num. 35, 2. Deut. 1, 28., in regim. עָרֵי Gen. 19, 20. Exod. 1, 11., c. affixo עָרֵיהֶם Levit. 25, 34. 1 Chron. 19, 7.; עָרֵי seq. nom. urbis passim significat oppida urbi alicui vicina Jos. 13, 7. Jes. 17, 2. v. GESEN. L. p. 676.

עַיִשׁ vid. sub עָשׁ, infra suo loco.

עַכָּבִישׁ m. *aranea* (عنكبوت, chald. עַכּוּבִיתָא) Job. 8, 14. Jes. 59, 5., compos. ex arab. عكب *agilis fuit, celeriter egit,* et عكش *telam texuit araneus,* q. d. *agilis textor.* Sic SCHULTENS. in *Clave dialect.* p. 323. et in *Commentar.* ad Job. l. c. Aliam derivationem, minus probabilem, suasit BOCHARTUS in Hieroz. P. 2. lib. 4. c. 23. p. 603.

עַכְבָּר m. *mus* agrestis Levit. 11, 29. Plur. עַכְבָּרִים, in regim. עַכְבְּרֵי 1 Sam. 6, 4. 11. 7, 18. In loco Jes. 66, 17., ubi homines *mures* comedisse dicuntur, plurimi intelligunt *murem jaculum* (*Jerbua*), quae

Arabib. عكبر vocatur v. Bocharti Hieroz. I, p. 1017. et Oedmann. Samml. II, 3.

עַכּוֹ urbs in finibus tribus Asser. ad mare mediterraneum, sed a Phoenicibus habitata, cum portu celeberrimo Jud. 1, 31. (Mich. 1, 13.?), Graecis Ἄκη, frequentius *Ptolemais*. Conferunt arab. عكّة *fervor caloris, arena fervens solis aestu.*

עֶכֶס m. *compes* (arab. عكاس *funis,* qui a collo cameli religatur ad anteriorem pedem, ab rad. عكس *invertit, torsit*) Prov. 7, 22. (ubi כְּעֶכֶס noli vertere: *sicut in compedibus*) v. Umbreit. ad h. l.; plur. עֲכָסִים Jes. 3, 18., spec. *periscelides feminarum* h. e. annuli aurei vel argentei vel eburnei, quibus mulieres in oriente pedum talos ornant (graec. περισφύρια) v. Majus in *Observatt. S.* L. II, p. 109 sq. B. Michaelis in Pottii Sylloge II, p. 90. Schroederus de *Vestitu mulierum hebr.* c. 1. Hartmann. Hebr. III, p. 218. Inde oritur verbum denominativum:

עִכֵּס Jes. 3, 16. *ornavit se istiusmodi compedibus,* vel, ut Gesenius ostendit ad h. l., *tinnivit* inter eundum *istis compedibus.* Ea enim re magnopere delectantur mulieres orientales.

עָכַר *turbavit, perturbavit* (arab. عكر intrans. *turbulentus, foeculentus fuit*), hinc translate *moerore affecit* Jud. 11, 35. et paullo gravius: *calamitatem, cladem intulit* alicui Jos. 7, 25. Gen. 34, 3. 1 Reg. 18, 17. 1 Chron. 2, 7. Jud. 11, 35. Prov. 11, 17. עֹכֵר שְׁאֵרוֹ אַכְזָרִי *conturbat carnem suam* (sibimet ipsi nocet) *crudelis* (qui est erga alios crudelis) v. Ben. Michaelis ad h. l., v. 29. עוֹכֵר בֵּיתוֹ יִנְחַל רוּחַ *conturbans domum suam* (h. e. injuriam inferens familiae suae) *hereditabit ventum* h. e. felici rerum suarum successu carebit. Fut. יַעְכֹּר, unde cum affixo יַעְכָּרְךָ Jos. 7, 25. — Niph. נֶעְכַּר *commotus, excitatus est* (dolor) Ps. 39, 3., it. *perturbatus est, periit* Prov. 15, 6. בִּתְבוּאַת רָשָׁע נֶעְכָּרֶת *in proventu impii conturbatum* (perturbatio) est h. e. natura sua et indole ita comparatae sunt opes male partae, ut facile dissipentur.

עָכוֹר m. (pr. *conturbans* v. Gesen. L. p. 487.) nom. propr. vallis haud procul ab Hierichunte Jos. 7, 24. 26. coll. v. 25. et 6, 18.

עַכְשׁוּב m. *aspis* Ps. 140, 4., a rad. عكس *retorquere per circulos et gyros,* ut cum capite ad caudam obverso serpens in spiram se colligit; littera ב in fine adscita, ut in כרכוב et aliis (v. Gesen. L. p. 865.) cf. Bocharti *Hieroz.* P. II, p. 379.

עַל vid. sub rad. עָלָה.

עַל vid. sub rad. עָלַל.

עֵלָּא chald. vid. post עַל.

עִלֵּג m. *balbus, balbutiens,* a rad. inusit. עָלַג *balbus fuit,* unde Syri fecerunt ܥܠܓܐ *balbus,* Arabes علك *balbus fuit, balbutivit,* nisi ma-

lis conferre عِلْج *barbarus*, qui dum impedite loquitur quasi balbutit.

Plur. עִלְּגִים Jes. 32, 4.

עָלָה ascendit (arab. علا *sublimis, excelsus, elatus fuit, ascendit*) 1) propr. (in montem, tectum etc.) Exod. 19, 3. 24. 24, 9. 1 Sam. 14, 10., sq. עַל loci Jos. 2, 8. Jes. 14, 14., sq. לְ Jes. 22, 1., sq. בְּ Cant. 7, 9., sq. acc. Gen. 49, 4. Jud. 9, 48. Prov. 21, 22. 30, 4. Longe frequentius latiore sensu dicitur, de iis, qui ex depressiore loco in sublimiorem regionem pergunt et quidem a) in regionem natura editam Deut. 1, 41.; hinc est, quod *ascendere* dicuntur, qui in terram Cananiticam sive ex Philistaea 1 Sam. 14, 46., sive ex Arabia Num. 13, 18, sive ex Syria 1 Reg. 15, 19., sive ex Aegypto Exod. 1, 10. Gen. 44, 24. 45, 25., sive ex Babylonia Esr. 2, 1. Neh. 7, 6., seu denique ex Assyria Jes. 36, 1. 10. proficiscuntur, qui ex terra Amorit. regionem Basan. petunt Num. 21, 33., qui urbem aliquam intrant (v. ירד) Jud. 8, 8. 20, 19. 1 Sam. 9, 11., qui in desertum abeunt Job. 6, 18. (deserta enim in mediis terris procul a mari et fluminibus esse solent); b) in locum *dignitate* sua sublimiorem Prov. 25, 7. (cf. vern. *auf die Universit. gehen, auf die Schule bringen*); hinc *ascendere* dicuntur, qui in portam i. e. forum urbis procedunt Num. 16, 12. Deut. 17, 8. Ruth. 4, 1. Jud. 4, 5., qui ad principem Num. 16, 12. 14. vel judicem Joël. 4, 12. Jud. 20, 3. coll. 1. tendunt, qui ad tabernaculum sacr. pergunt Exod. 34, 23. 1 Sam. 10, 3., qui Hierosolyma proficiscuntur 1 Reg. 12, 27. 28. Esr. 7, 6. 7. Zach. 14, 16., quanquam haec urbs et ipsa in loco edito posita fuit et ab Hebraeis reliquo terrarum orbe excelsior censebatur (Ezech. 5, 5. v. Rosenm. *Alterthumsk.* I, p. 150 sq.); ita *ἀναβαίνειν* Mt. 20, 18. Act. 18, 22. Denique *res* etiam *inanimatae* ascendere dicuntur, ut fumus Gen. 19, 28. Exod. 19, 18., vapor Gen. 2, 6., aurora Gen. 19, 15. Jos. 6, 14. 1 Sam. 9, 26., ira (fumi instar) Ps. 18, 9. coll. Eccles. 10, 4., it. sors, quae ex urceo exit Levit. 16, 9. Jos. 18, 11. (v. יָצָא), nec non via sursum tendens Jud. 20, 31. 21, 19. 1 Chron. 26, 16., regio assurgens, attollens se Jos. 16, 18., max. planta progerminans et crescens (graec. *ἀναβαίνειν*) Am. 7, 1. Gen. 40, 10. 41, 22. Hos. 10, 8. Jes. 53, 2. al. (hinc עֹלֶה *id quod* e terra provenit. *proventus*). Paullo audaciora haec sunt: Levit. 19, 19. *vestis* לֹא יַעֲלֶה עָלֶיךָ *non ascendat in te* (fere, ut nos: *an den Leib kommen*) i. e. ne induas vestem. Jud. 16, 17. מוֹרָה לֹא עָלָה עַל־רֹאשִׁי *novacula in caput meum non adscendit* i. e. non admota est capiti meo. Jer. 48, 15. עִירֶהָ עָלָה *ascendet* sc. igne h. e. comburetur, incendio haurietur *urbs ejus* cf. Jud. 20, 40. (sim. nostrates: *in Feuer aufgehen*), 1 Reg. 18, 36. בַּעֲלוֹת הַמִּנְחָה cum *ascenderet* in altare, cum offerretur *sacrificium.* — Per hypallagen עָלָה transfertur ad ea, in quibus aliquid adscendit (cf. הָלַךְ, et *fluere aliqua re*) ut Prov. 24, 31. עָלָה כֻלּוֹ קִמְּשֹׂנִים *totus ille spinis ascendit*, horret, opertus est. Jes. 5, 6. עָלָה שָׁמִיר *abundat vepribus*, Jes. 34, 13. Am. 8, 8. וְעָלְתָה כָאֹר כֻּלָּהּ i. e. *inundabitur tota* terra *velut Nilo*, ubi v. Rosenm.

2) trop. a) i. q. *invaluit, incrementum cepit, auctus est* Ps. 74, 23. 1 Reg. 22, 35. וַתַּעַל הַמִּלְחָמָה *invaluit proelium* h. e. acrius pugnari coeptum est; sq. עַל Deut. 28, 43. יַעֲלֶה עָלֶיךָ *superabit te* (opulentia). Huc referunt nonnulli etiam Gen. 49, 9., ubi tamen עָלָה de *victore*

e certaminis campo discedente (coll. 1 Sam. 14, 46.) dictum est; b) עָלָה עַל לֵב *in mentem venire* Jes. 65, 17. Jer. 3, 16. 7, 31. 19, 5. al. cf. ἀναβαίνειν εἰς τ. καρδίαν Act. 7, 23. 1 Cor. 2, 9.; c) i. q. *evanuit, ablatus est* Job. 5, 26. 36, 22 [20]: d) 1 Chron. 27, 24. לֹא עָלָה הַמִּסְפָּר *non relatus est* in tabulas *numerus* v. infra Hiph. — Fut. יַעֲלֶה, apoc. יַעַל Gen. 44, 33. Jes. 7, 3.

Niph. נַעֲלָה 1) *elevatus, exaltatus est* Ps. 47, 10. 97, 9 (de Deo), it. *sublatus est, in sublime latus est,* ascendit Exod. 40, 36 Num. 9, 21. 2) in sublimiorem regionem *adductus est* Esr. 1, 11 (e Babylonia in Judaeam). 3) *sublatus discessit* Ezech. 9, 3., et gener. *discessit, abiit* 2 Sam. 2, 27., it. *discedere, abire coactus, jussus est* Num. 16, 24. 27. Jer. 37, 11. [De loco Ezech. 36, 3. v. sub שָׂפָה].

Hiph. הֶעֱלָה (semel הַעֲלָה Hab. 1, 15.) *adscendere fecit* Jos. 2, 6 (in tectum), Gen. 37, 28 (e fovea), hinc *eduxit* e regione depressiore in altiorem 2 Sam. 2, 3., spec. ex Aegypto in Palaestinam Jud. 6, 8. Mich. 6, 4. 2 Reg. 17, 36. 1 Sam. 8, 8.; *adduxit* Ezech. 26, 3. וְהַעֲלֵיתִי עָלַיִךְ גּוֹיִם רַבִּים כְּהַעֲלוֹת הַיָּם לְגַלָּיו (*ascendere, surgere faciam*) *adducam adversus te multas gentes, ut mare ascendere facit fluctus suos,* vel, *ut mare ascendere facit* aquas suas *in fluctus;* de rebus inanimatis: *attulit* (in locum editum) 1 Sam. 2, 19. 6, 21. 2 Sam. 6, 15., *imposuit* lucernas candelabro Exod. 25, 37. 27, 2. 40, 4., *obtulit* sacrificium Jes. 57, 6., max. holocaustum Levit. 14, 20. Jud. 6, 26. 11, 31. 1 Sam. 6, 14., *induit (anlegen)* vestem alicui Am. 8, 10. וְהַעֲלֵיתִי עַל־כָּל־מָתְנַיִם שָׂק *induam cilicium omnium lumbis.* — Trop. a) Ezech. 14, 3. הֶעֱלוּ גִלּוּלֵיהֶם עַל לִבָּם *ascendere fecerunt idola sua in animum suum* h. e. nihil cogitant, nisi idola, toto animo ea colunt; b) i. q. *abstulit* Ps. 102, 25.; c) i. q. *detulit* in tabulas 1 Reg. 9, 21. — Praet. cum affixo הֶעֶלְךָ Neh. 9, 18., foem. c. affixo הֶעֱלָתַם Jos. 2, 6., 2. p. הֶעֱלִיתָ et הַעֲלִיתָ, cum vau convers. וְהַעֲלִיתָ Exod. 40, 4. et וְהַעֲלִיתָ Deut. 27, 6., 2. plur. cum affixo fit הֶעֱלִיתֻנוּ Num. 20, 5. 21, 5. Part. מַעֲלֶה, cum affixo הַמַּעֲלֵם Jes. 63, 11. pro מַעֲלָם, infin. absol. הַעֲלֵה Ezech. 23, 46. constr. הַעֲלוֹת Jos. 22, 23. Imper. הַעֲלֵה, per apocopen הַעַל Exod. 8, 1. 33, 12. Fut. יַעֲלֶה Levit. 17, 8. 1 Sam. 2, 14., cum vau convers. וַיַּעַל Gen. 8, 20. Exod. 40, 28. 29. — Hoph. הֹעֲלָה (pro הָעֳלָה) *oblatus est* Jud. 6, 28. it. *inscriptus, relatus est* 2 Chron. 20, 34., *abductus est* Nah. 2, 8. — Hithp. fut. per apocop. יִתְעַל (pro יִתְעַלֶּה) *extollit, effert se* Jer. 51, 3.

עַל m. *superus, supremus* Hos. 11, 7. אֶל־עַל יִקְרָאֻהוּ *ad supremum* (h. e. ad res divinas) *revocant eum* (populum). Hinc est pro adv. *sursum* Hos. 7, 16., *supra* 2 Sam. 23, 1. De מֵעַל v. sub seq. voc.

עַל. Primaria hujus vocis, quae graeco et ὑπέρ et ἐπί respondet, significatio in eo posita est, ut aliquid super aliqua re esse vel super aliquam rem aut in ejus superficiem ferri declaret, vertique potest 1) super *(über, darüber hin), avis volat super terra* Gen. 1, 20., *sol oritur super terram* Gen. 19, 23., *salire super montes (über die Berge hin)* Cant. 2, 8., *concremaverunt munimenta super eos (ihnen über d. Kopfe)* Jud. 9, 49., add. Num. 9, 15. Ps. 29, 3. Job. 18, 6. Levit. 16, 21. Ita dicitur etiam de his, quae, cum *juxta* aliquid sint, tamen paullulum *eminent,* ut *stare super fonte* vel *fluvio* Gen. 16, 7. Cant. 5, 12. Dan. 8, 2. Exod. 14, 2. Jud. 5, 19. (ut graec. ἐπὶ ποταμοῖ,

solum enim, in quo consistimus, altius est ipso fonte et fluvio). Sim. Liv. dixit: *super flumen instruit aciem.* Atque huc revocabis eos locos, ubi *ante* significare videtur; scilicet quod *ante* aliquid est, hoc informabant sibi Hebraei tanquam *superius, als oberhalb des andern sich befindend,* Gen. 18, 2. 1 Sam. 1, 9. 25, 24. Deinde vero עַל passim non est, nisi *prope, ad* Gen. 24, 40., *apud* Job. 30, 2. Ps. 7, 11. 62, 8. coll. Esth. 3, 9., ubi per dativ. reddi potest. — 2) *auf, an, in,* et cum ablat. 2 Sam. 2, 4. *cubare* עַל־מִטָּתוֹ *in lecto suo (auf s. Bette),* 2 Reg. 18, 21. *niti in scipione,* Gen. 24, 30. *ornatus in manibus (an d. Händen),* Ezech. 9, 4. *in fronte* add. Gen. 6, 12. Jon. 4, 2. Prov. 20, 8. 22, 18. Jes. 57, 2. 58, 14. Job. 17, 16. Cant. 8, 5., et cum acc. 1 Reg. 20, 33. *tollere in currum,* Gen. 27, 21. *inclinare se in lectum,* Jud. 7, 6. *provolvere in genua,* Gen. 41, 40. *osculari in genas,* Deut. 17, 18. *scribere* עַל־סֵפֶר, Gen. 40, 11. *dare in manum (auf die Hand),* Jud. 11, 29. *spiritus delapsus est in aliq.* Jer. 5, 12. etc. Ita passim de *conversione* in locum celsiorem dicitur, ut 1 Reg. 1, 20. *oculi Isr. ad te* (Jovam) *sunt conversi,* Exod. 9, 22. Ps. 18, 42. Jer. 24, 6. Atque huc pertinent omnes fere loci, ubi עַל pro אֶל collocatum putant; etenim significatur motus aut conversio in locum vel natura excelsiorem vel quem sibi homines sublimiorem (dignitate) fingunt Gen. 38, 12. 2 Sam. 15, 4. 2 Reg. 25, 20. Neh. 6, 3. Am. 3, 9. Mich. 4, 1. Jes. 22, 15. etc., nec obstat, quod passim in consimilibus formulis mox אֶל mox עַל legitur (Ps. 42, 2. coll. Joel. 1, 20., Ps. 18, 42. coll. 42, 2.); ibi enim עַל propriam sedem habet, אֶל vero, tanquam generalius voc., pro angustiore recte poni potest. Sed in recentioribus tamen libris, max. ap. Jerem., non negamus עַל pro אֶל passim positum reperiri cf. Jer. 19, 15. 25, 2. 26, 15. 27, 19. 28, 8. etc. — Ceterum, quo modo עַל cum verbis *tegendi tuendique* copuletur (v. כסה, סכך, עטה), id facile est ad indicandum, et nostrates quoque dicunt: *decken auf, über.*

Translatae hujus praeverbii significationes ad duo genera redeunt: 1) longe plurimae proficiscuntur ab ista τοῦ εἶναι ὑπέρ (ἐπί) τινός vel φέρεσθαι ἐπί τι notione. Etenim עַל indicat a) *officium,* quod alicui incumbit, ut עָלַי לָתֵת *meum est dare* 2 Sam. 18, 11. 1 Reg. 4, 7. Neh. 13, 13. 1 Chron. 9, 27. Ps. 56, 13. cf. arab. عَلَى in Abulf. Annall. I, p. 216. Cor. 13, 40., הַרְבּוּ עָלַי מְאֹד מֹהַר *imponite mihi* h. e. imperate mihi *plurimas dotes* (poscite a me plur. d.) Gen. 34, 12. Jam vero, cum officium tanquam onus cogitetur, factum est, ut עַל dicatur etiam de his, quae alicui taedium, molestiam afferunt Jes. 1, 14. cf. כבד, קלל; b) *potestatem,* quae in aliq. exercetur, ut מָלַךְ עַל Ps. 47, 9., שִׂית עַל (*setzen über,* lat. *ponere super* rationes ap. Quintil.) Gen. 41, 33. 1 Sam. 15, 17., כָּתַב עַל (*vorschreiben*) 2 Reg. 22, 13. Ps. 40, 8., צִוָּה עַל Gen. 2, 16.; c) *materiem,* unde vivitur Deut. 8, 3. Gen. 27, 40. coll. Jes. 38, 16., ut graec. ζῆν ἐπί τ. Nam alimenta *sustentant* vitam, sunt vitae quasi fundamentum; d) *caussam* et *rationem,* propter quam aliquid fit 1 Sam. 4, 13. *timebat propter arcam foederis,* Ps. 44, 23. *propter te occidimur,* Ruth. 1, 19. *commovebatur civitas super ea* (adventante muliere), Levit. 4, 3. *victimam offerre propter peccata* h. e. ad expianda peccata, Gen. 26, 7., עַל־מָה *cur* Job. 13, 14. Jer. 9, 11. Hinc sexcenties copulatur cum verbis *gaudendi, lugendi* (ubi *de* verti potest) Am. 6, 6. 2 Chron. 7, 10. Job. 27, 10. 14, 22. Nec multum abhorrent formulae: *mori pro filiis* (propter fil.) Deut. 24, 16.,

precari pro Job. 42, 8., *pugnare pro* 2 Reg. 10, 3., quanquam hae possunt etiam ad *tuendi* notionem revocari, v. supra, cf. graec. ὑπέρ, ut θύειν ὑπὲρ τινός, θάνατος ὁ ὑπὲρ Ἑλλάδος etc.; e) id, *de* quo audimus vel dicimus Gen. 41, 15. שָׁמַעְתִּי עָלֶיךָ *audivi de te,* Jes. 37, 9. Jud. 9, 3. Esr. 5, 17. 2 Chron. 24, 6. Lat. etiam dicunt: *loqui super aliqua re*, nam id, de quo loquimur, est quasi fundamentum, in quo oratio nititur. Paullo aliter nostrates: *reden über eine Sache* h. e. *darüber hin, sprechend sich gl. darüber hin bewegend*; f) animi mentisque conversionem ad vel in aliq. Prov. 17, 4. Dan. 11, 37., hinc est *erga* Gen. 19, 16. 1 Sam. 20, 8. 1 Reg. 3, 26. Esr. 6, 22. et *contra* Jer. 11, 19. Ezech. 5, 6. 29, 2. Zach. 10, 3. Mal. 3, 13. etc.; g) *normam*, ad quam aliquid exigitur Exod. 17, 1. Ps. 110, 4. *sacerdos* עַל־דִּבְרָתִי מַלְכִּי־צֶדֶק *tu, secundum ordinem Melch.*, hinc *vocari ad al. nomen* (ex nom.) Jer. 34, 15. Esth. 9, 26. (καλεῖσθαι ἐπί τινός), hinc de instrumento vel modo mus. *(nach)* Ps. 8, 45. 53, 60. 56, 1. (ut syr. ܥܠ); h) *accessionem ad aliq.* (ut ἐπί c. dat.), ut שֶׁבֶר עַל שֶׁבֶר *calamitas super calamitatem (Drangsal auf Drangsal)* Jer. 4, 20. Ezech. 7, 26. Ps. 69, 28. Prov. 30, 6. etc., *pascha comedere* עַל־מַצּוֹת *ad panes* i. e. cum panibus Num. 9, 11. Hinc passim societatem vel communionem significat Exod. 35, 22. אֲנָשִׁים עַל־הַנָּשִׁים *viri cum feminis* Gen. 32, 12. Hos. 10, 14. Am. 3, 15. — 2) aliae nexae sunt a notione τοῦ εἶναι vel φέρεσθαι ὑπὲρ (παρά) τι, ita ut עַל dicatur de his, quae aliquem terminum vel modum excedunt (ut ὑπέρ et παρά c. acc.). Hinc oriuntur significationes: a) *supra*, magis quam Gen. 48, 22. *partem tibi dedi supra fratres tuos* h. e. majorem, quam fratribus, Deut. 28, 1. Eccles. 1, 16. Job. 23, 2.; b) *ultra* (de tempore) Levit. 15, 25.; c) *praeter* Gen. 31, 50. Deut. 19, 9. coll. Ps. 16, 2.

Ubi c. infin. jungitur, plerumque ex linguae lat. ingenio resolvendum est in conjunctionem c. verbo fin.: a) עַל־אָמְרֵךְ propterea, *quod dicis* Jer. 2, 35., עַל־דּוּשָׁם *quod triturarunt* Am. 1, 3. Exod. 17, 7. etc.; b) עַל־דַּעְתְּךָ *quamvis nosti* (pr. *in, cum tua scientia, bei deiner Kenntniss, da Kenntniss bei dir statt findet*) Job. 10, 7. (ita arab. على). Isto sensu passim cum verbo fin. copulatur, ut sit pro עַל אֲשֶׁר Ps. 119, 136. עַל לֹא שָׁמְרוּ *propterea quod non custodiverunt*, Esr. 8, 11., et omisso verbo substant. Job. 16, 17. עַל לֹא חָמָס בְּכַפָּי *quod* non est *injuria in manibus meis* (ironice dictum). Huc retulit nuper Fritzschius (in Ephem. lit. Lips. 1826. p. 237.) etiam loc. Jes. 53, 9., ubi עַל־לֹא vulgo transfertur: *quamvis non*, cf. عَلَى in vita Timuri II, 148.

Reliquae hujus praepos. potestates, quas crepant interpretes (v. Gesen. ad Jes. I, p. 996. Hartmann. Einleit. p. 355.), vanae sunt ac sua sponte corruunt. Nam a) עָלָה עַל־לֵב Jer. 7, 31. Ezech. 38, 10. non est: *in animo meo*, sed compar. c. vernac. phrasi: *in den Sinn kommen*, Job. 6, 16. עָלֵימוֹ יִתְעַלֶּם־שָׁלֶג praegnanter dicitur: irruens (de montibus) *in eos occultat se* (in iis) *nix*, Hos. 11, 8. נֶהְפַּךְ עָלַי לִבִּי noli interpretari: *vertitur in me cor meum*, sed habent ista verba hunc sensum: *mein Gemüth, mein Gefühl überwältigt mich*, cf. Ps. 42, 5. 142, 4. Quod vero Jes. 38, 20. legitur נְנַגֵּן עַל־בֵּית יְהוָה, hoc vel ita expedias: *canamus ad* (versus) *domum Jovae* (in atriis, quae paullo depressiora erant), vel *domus Dei* dic. pro *monte sacro*, in quo domus

Dei erat, Eccles. 1, 16. כָּל־אֲשֶׁר הָיָה עַל יְרוּשָׁלָ‍ִם non: *quae facta* (*gesta*) *sunt Hierosolymis*, sed: *quae ingruerunt in Hieros., was über Jerus. kam (vom Schicksal)*; b) Exod. 23, 13. verba שֵׁם לֹא יִשָּׁמַע עַל־פִּיךָ si accurate sensum enarrare velis, hanc vim habent: *non audietur nomen* (deor. commentitior.) tanquam quod sit *in ore tuo, als etwas auf deinen Lippen Schwebendes* coll. 2 Sam. 13, 32. Eccles. 5, 1.

Cum affixis semper formam plur. induit: ut עָלַי Gen. 20, 9. 2 Sam. 15, 4., עָלֶיךָ Exod. 15, 26. Deut. 17, 15., עָלַיִךְ Jes. 1, 25. Jer. 6, 23. (et cum affixo chald. עָלָיְכִי Ps. 116, 7.), עָלָיו Gen. 15, 12., עָלֶיהָ Gen. 29, 2. Exod. 34, 12. (cum ה articulo *relativo*, הֶעָלֶיהָ 1 Sam. 9, 24.), עֲלֵיהֶם Exod. 5, 14. Jud. 9, 9., עָלֵימוֹ Ps. 5, 12. Job. 20, 23. etc.

Caeterum cum variis quoque particulis componitur: ut עַל אַחֲרֵי *post, pone (nach hinten)* Ezech. 41. 15., עַל אֲשֶׁר *eo quod, propterea quod* Deut. 29, 24. 2 Sam. 3, 30., *ad quod, quo* 2 Sam. 15, 20. 1 Reg. 18, 22., *supra quod* vel *plus quam* Exod. 16, 5., עַל בֵּין *usque ad medium* Ezech. 19, 11. וַתִּגְבַּהּ קוֹמָתוֹ עַל־בֵּין עֲבֹתִים *alta fuit ejus statura usque inter ramos*, quod 31, 3. accuratius ita dicitur: וַתִּגְבַּהּ קוֹמָתוֹ וּבֵין עֲבֹתִים הָיְתָה צַמַּרְתּוֹ, — עַל בְּלִי *quia non* Gen. 31, 20., עַל כִּי *eo quod, quia* Deut. 31, 17. Jud. 3, 2. Jer. 4, 28. Ps. 139, 14., עַל כָּכָה *sic, juxta hunc modum* Esth. 9, 26., עַל כֵּן *propterea, ideo* v. sub כֵּן.

Cum Praefixo מִן copulatum מֵעַל propr. dicitur de iis, quae auferuntur ab eo loco, super (in) quo fuerant, Exod. 40, 36. *ascendit nubes* מֵעַל הַמִּשְׁכָּן *a tentorio* (quippe fuerat illa *super tentorio* eique quasi incubuerat), 2 Sam. 12, 30., Ezech. 32, 13. *perdam omnia jumenta* מֵעַל מַיִם רַבִּים *ab aquis multis* h. e. ut careant, quibus adhuc fruebantur, aquis copiosis, 2 Sam. 11, 2., מֵעַל מִשְׁכָּב *e lecto* Exod. 3, 5. Deinde vero latius patet, ut sit *ex, a (weg von, aus)* Am. 7, 11. Jer. 36, 11. Deut. 13, 11. Num. 16, 26. Passim praegnanter dic. Jer. 16, 16. *venari eos* מֵעַל כָּל־הַר *ex omnibus montibus* h. e. in omni monte atque adeo deferre ex omni monte, 2 Chron. 13, 4. Deut. 8, 4. Job. 30, 17., Hos. 9, 1. *scortari* מֵעַל יְהוָה *ita, ut recedas a Jova*; rarius est *propter* 2 Sam. 19, 10. vel *super* (magis quam) Ps. 108, 5.; sq. לְ significat: *super* aliqua re, aliquam rem (fere i. q. עַל) Gen. 1, 7. Exod. 25, 22. Esth. 3, 1. Jon. 4, 6., *juxta, prope* al. 2 Chron. 26, 19. — Interdum est pro adverbio *superne, desuper* Gen. 27, 39. 49, 25. Ps. 50, 4. — Cum affixis מֵעָלֶיךָ Exod. 33, 5., מֵעָלָיו Gen. 35, 13., מֵעֲלֵיכֶם 1 Sam. 6, 5. etc.

עַל chald. *id.*, ut *super* Dan. 2, 10. 29. 46. 48. 49. 3, 12. 4, 2. 7. 10, 21. 26. 5, 5. 7. 16. 6, 2. 14. etc., *supra* Dan. 5, 23. 6, 4., *ad* Dan. 2, 24. 34. 7, 16. Esr. 4, 8. 11. 17. etc., *apud, penes* Esr. 5, 15. 7, 18., *contra, adversus* Dan. 3, 29. Esr. 4, 19., *de* Dan. 2, 18. 6, 13. 7, 16. 19. — Cum affixis induit formam nom. plur., ut עֲלַי Dan. 4, 31. 33., עֲלָיִךְ Dan. 3, 12. 4, 22. 29., עֲלוֹהִי Dan. 4, 13. 20. 5, 8. 29. Esr. 4, 11., foem. עֲלַיהּ Dan. 4, 14. 5, 21., עֲלַיְנָא Esr. 4, 12. 18. 5, 17., עֲלֵיהֹם Esr. 7, 24. et עֲלֵיהוֹן Esr. 5, 1. 3. Adde: עַל דִּי *supra quam, plus quam* Dan. 3, 19.; עַל מָה vid. מָה, עַל דִּבְרַת vid. דִּבְרָה.

עֵלָּא chald. sq. מִן *super, oberhalb jemandes*, Dan. 6, 3. עֵלָּא מִנְּהוֹן *super eos* constituit praesides.

עִלִּי m. inusit., foem. עִלִּית *superior* Jud. 1, 15., plur. עִלִּיּוֹת Jos. 15, 19.

עִלָּי m. chald. *excelsus, summus*, semper de *Deo* legitur; in statu emphat. עִלָּיָא sec. Cthib Dan. 3, 26. 32. 4, 14. 21 sqq. 5, 18. 21. 7, 25., sed Kri ubique habet עִלָּאָה, alia forma.

עִלִּית f. chald. *pars domus superior, cubiculum superius*, graec. ὑπερῷον (v. sub עֲלִיָּה), unde cum affixo עִלִּיתֵהּ Dan. 6, 11.

עֲלִיָּה f. 1) *adscensus* i. e. via strata et aggesta, qua in templum ascendebatur 2 Chron. 9, 4. (v. עֹלָה). Huc referunt nonnulli etiam Neh. 3, 31. 32. 2) *cubiculum superius*, ὑπερῷον. Jud. 3, 23 sqq. 1 Reg. 17, 19. 23. 2 Reg. 1, 2. 4, 11. (arab. عِلِّيَّةٌ et عُلِّيَّةٌ) v. Shaw Itiner. p. 188 sqq. Wineri Lexic. bibl. I, p. 274. In regim. עֲלִיַּת Jud. 3, 20. 2 Sam. 19, 1., plur. עֲלִיּוֹת Jer. 22, 14. 2 Chron. 3, 9., cum affixo עֲלִיּוֹתָיו Jer. 22, 13. 1 Chron. 28, 11. Metaphorice de summa *coeli* regione, in qua Deus sedem habere putatur, Ps. 104, 3. 13. [Sim. *coenaculum superius* pro *coelo* dixit Plautus in *Amphitr.* III, 1, 3., *coenacula maxima coeli* Ennius apud Tertull. *adversus Valentin.* VII.]

עָלֶה m. *folium* arboris Levit. 26, 36. Prov. 11, 28. Jes. 34, 4. Jer. 8, 13. a *progerminando, crescendo* (coll. rad.). In regim. עֲלֵה Gen. 3, 7., cum affixo עָלֵהוּ Ps. 1, 3. Jer. 17, 8, plur. עָלִים, in regim. עֲלֵי Job. 30, 4. Neh. 8, 15., c. affixo עָלֶהָ pro עָלֶיהָ Jes. 1, 30.

עֹלָה, עוֹלָה f. 1) *ascensus* Ezech. 40, 26. 2) *holocaustum*, sacrificium *in altare ascendens* totum Gen. 22, 3. 6. Exod. 29, 18. 25. Levit. 1, 3. Num. 8, 12. Ps. 20, 4. Jes. 56, 7. etc. (conf. ad nominis rationem 1 Reg. 18, 29. 36. 2 Reg. 3, 20. Jes. 60, 7. Ps. 51, 21.).

עֲלָה, עֲלָתָא f. chald. *holocaustum*, unde plur. עֲלָוָן (v. Wineri Grammat. chald. p. 80.) Esr. 6, 9.

עֱלִי m. *pistillum, pilum* (ut Vulg. habet) Prov. 27, 22.; dictum volunt inde, quod inter tundendum *ascendit* et *attollitur*.

עֶלְיוֹן m., עֶלְיוֹנָה f. (Jes. 7, 3. 36, 2.) *excelsus, sublimis*, aut si de *duobus* sermo est, *superior* Gen. 40, 17. Deut. 26, 19. Jos. 16, 5., trop. *celeber, nobilis* 1 Reg. 9, 8. etc.; κατ' ἐξοχὴν de *Deo* dicitur Gen. 14, 18. 19. 20. Num. 24, 16. Deut. 32, 8. Ps. 7, 18. etc., arab. عَلْيَانُ; Phoenicibus Ἐλιοῦν, ut patet ex fragmento Sanchuniathonis ap. Eusebium in Praepar. evang. 1, 10.

עֶלְיוֹן m. chald. *id.*, plur. עֶלְיוֹנִין *summi*, summus (de *Deo*), tanq. plur. majest. Dan. 7, 18. 22. 25. 27.

מַעֲלֶה m. 1) *locus elatior* sive *superior*, spec. *suggestus* Neh. 9, 4. 2) *ascensio, ortus* Jud. 8, 13. 3) *locus* per quem *ascenditur* Neh. 12, 37. 2 Sam. 15, 30. Ezech. 40, 31. 34. 37. 4) *locus editus, acclivis* 1 Sam. 9, 11. Jos. 10, 10., hinc *collis* Num. 34, 4. Jos. 15, 3. מַעֲלֵה עַקְרַבִּים (*collis scorpionum*) nom. propr. loci in finibus Palaest. australibus Num. 34, 4. Jos. 15, 3. Jud. 1, 36. (Ἀκραβατίνη 1 Macc. 5, 3.). Contra Burckhardtum, qui hunc collem prope a mari rubro deprehendisse sibi visus est (II, p. 828.), disputavit Gesen. ibid. p. 1075. In regim. מַעֲלֵה Jos. 10, 10. 1 Sam. 9, 11.

מַעַל (pro מַעֲלָה) m. *locus elatior* vel *pars superior*; cum ה *locali*

למעלה *versus vel partem superiorem* h. e. 1) *sursum* 1 Sam. 9, 2. 1 Reg. 7, 31. למעלה למעלה *sursum sursum* i. e. *continuo, magis magisque sursum* Deut. 28, 46. 2) de tempore: *ulterius, deinceps,* german. *drüber* (de tempore *praeterito* et *futuro*) Num. 1, 20. 1 Sam. 16, 13. Esr. 3, 8. 1 Chron. 23, 24. Hagg. 2, 15. 18. — למעלה *sursum, supra* Exod. 25, 20. Deut. 28, 13. Jud. 7, 13. Eccles. 3, 21. Esr. 9, 16., *ulterius, deinceps* 1 Chron. 23, 27. 2 Chron. 31, 17., et de *re: insuper, amplius* 1 Chron. 29, 3. etc. Unde porro cum praefixo מן: מלמעלה q. d. *a parte sursum vergente* i. e. *superne, desuper* (*von oben her*) Gen. 7, 20. Exod. 25, 21. 26, 14. Jos. 3, 13. 16. 1 Reg. 7, 20. 25. etc. — מעל a) *superne* Deut. 5, 8. 1 Reg. 7, 20. Jud. 18, 16.; b) *desuper* Jes. 45, 8.; c) sq. ל *super, supra, oberhalb von etwas,* Gen. 22, 9. Levit. 11, 21. Dan. 12, 6. Jer. 43, 10.; d) i. q. על *juxta, prope* Jes. 6, 2., ubi v. Rosenm.

מעל m. *elatio, elevatio* Neh. 8, 6. per apocop. factum ex מעלה pro מַעֲלָה, ad formam conjugationis Hoph. הָעֳלָה pro הַעֲלָה.

מעלה f. 1) *ascensus* Esr. 7, 9., spec. *ascensus cogitationum, cogitatio in mentem veniens* Ezech. 11, 5. coll. phrasi 2 Reg. 12, 5. Jer. 7, 31. Ezech. 38, 10. 2) *locus* per quem *ascenditur,* unde in plur. מעלות *gradus* Exod. 20, 26. 1 Reg. 10, 19. 20. Ezech. 40, 26. 31. 33. 34.; fortasse *gradus* sensu mathematico (Arabibus درجة dictus) Jes. 38, 8. 2 Reg. 20, 9. 10. 11. v. Gesen. ad istum loc. 3) *locus editus, superior* 1 Chron. 17, 17., spec. *conclave superius* i. q. עליה Am. 9, 6. 4) שיר המעלות, quod in Psalmorum 120—134. titulis legitur, aliis significat *carmen* ab Israelitis *Hierosolyma profectis decantari solitum,* aliis *carmen* in 15 *scalis,* quibus ad atrium Israelitarum ascendebatur, cantatum. Sed videtur potius haec appellatio ad rem metricam pertinere (ut jam suspicatus est Bellermannus hebr. Metrik p. 190 sqq.). Scil. hoc est plurimis istorum carminum proprium, ut antecedentis sententiae vocabulum aliquod in subsequentis principio repetatur et quasi fundamentum sit, cui haec altera sententia superstruatur v. Gesen. in Ephemer. Hal. 1812. n. 205. Hollmann. ad carm. Deborae p. 8 sq.

תעלה f. 1) *canalis, aquaeductus,* in quo aqua *se effert* et *ascendit* 1 Reg. 18, 32. 35. 38. 2 Reg. 20, 20. Job. 38, 25., in regim. תְּעָלַת 2 Reg. 18, 17. Jes. 7, 3. 36, 2., plur. תעלות Ezech. 31, 4. 2) *fascia* (cum emplastro) *vulneri alligata* Jer. 30, 13. 46, 11. conf. verbum עלה Jer. 30, 17.

עלוקה f. Prov. 30, 15. sec. Lxx. *sanguisuga, hirudo* coll. arab. علق et علق *haesit, adhaesit,* ut lat. *hirudo* pro *haeredo* dicitur. Sed cum arab. العلوق in Camuso explicetur الغول, Gesenius in Comment. ad Jes. I, p. 919. suspicatus est, l. c. non animal istud satis notum (quanquam et ipsum insatiabile v. Horat. ars poet. 475.), sed monstrum aliquod superstitionis orient. significari; *Ghule* enim Arabibus est mulier sylvatica, homines et bruta devorans.

עלז (i. q. עלס, עלץ) *exsultavit* prae laetitia (fortasse pr. *commoveri, trepidare* ut arab. علز, cf. גזל, גיל) Ps. 60, 8. 68, 5. Zeph. 3, 14.

2 Sam. 1, 20. Jer. 15, 17., sq. בְּ (de) Hab. 3, 18. Ps. 149, 5.; passim in malam partem *insolenter exsultavit, extulit se* Ps. 94, 3. Jes. 23, 12. Semel metaph. de agris dic Ps. 96, 12. *exsultent agri cum fructibus suis* (cf. אבל). Infin. עֲלוֹז, fut. יַעֲלֹז, 2. foem. תַּעַלְזִי Jer. 50, 11. (sec. Cthib), plur. יַעְלְזוּ Ps. 149, 5.

עָלֵז m. *exsultans, exsultabundus* Jes. 5, 14.

עַלִּיז m. *id.* Jes. 24, 8. 32, 13., max. in malam partem Jes. 22, 2. Zeph. 2, 15.; subst. עַלִּיזֵי גַּאֲוָתִי q. d. *insolentes mei exsultatores* Jes. 13, 3., עַלִּיזֵי גַּאֲוָתֵךְ *insolentes exsultatores tui* Zeph. 3, 11.

עָלַט, rad. inusit., arab. غلط *densus, spissus fuit,* غطل *caliginosus, densis tenebris fuit.* Inde:

עֲלָטָה f. *caligo densa, tenebrae crassae* Gen. 15, 17. Ezech. 12, 6. 7. 12.

עָלַל I) in Kal inusit. i. q. chald. et syr. עֲלַל *intravit, ingressus est.* Hinc Pohel עוֹלֵל *ingredi fecit* h. e. a) *immisit, indidit in,* sq. בְּ Job. 16, 15.; b) *intulit, attulit* alicui aliquid *mali* (sim. vern. *zufügen*, quod propr. generale voc. fuit, usus loquendi in deteriorem signif. inclinavit), sq. לְ pers. Thren. 1, 22. 2, 20. 3, 51. עֵינִי עוֹלְלָה לְנַפְשִׁי *oculus meus dolorem mihi facessit, infert.* Cf. sub עֹל. Pohal Thren. 1, 12. sq. לְ pers. כְּמַכְאֹבִי אֲשֶׁר עוֹלַל לִי *sicut dolor meus, qui mihi illatus, inflictus est.* — Hithpah. הִתְעַלֵּל *intulit, fecit* alicui aliquid *mali* 1 Sam. 6, 6. כַּאֲשֶׁר הִתְעַלֵּל בָּהֶם *sicut* Deus *fecit iis* (Aegyptiis) i. e. punivit, afflixit eos, Exod. 10, 2., 1 Sam. 31, 4. (פֶּן) הִתְעַלְּלוּ בִי *ne mihi male faciant, me male habeant,* Jer. 38, 19. Num. 22, 29. 1 Chron. 10, 4. Jud. 19, 25. Nonnullis in locis cum vett. interpretibus verti potest: *ludibrio habere, illudere* (Lxx. ἐμπαίζειν), sed hoc tamen non cadit in omnes. — Hithpoh. Ps. 141, 4. הִתְעוֹלֵל עֲלִלוֹת *facinora patrare.*

II) *racematus est* Levit. 19, 10., sq. acc. Deut. 24, 21., metaph. Jer. 6, 9. Jud. 20, 45. (cf. Varro R. R. 3, 9, 1.). Arab. عل II. *iterum iterumque bibit, carpsit fructus* etc.

III) i. q. עלה *adscendit,* hinc Ezech. 36, 3. וַתֵּעָלוּ עַל־שְׂפַת לָשׁוֹן *ascendistis in labium linguae* h. e. in ora hominum i. e. fabula hominum facti estis. יַעֲלֶה ad form. יָסֹב v. Ewald. Gramm. p. 471. Aliis est fut. Niph. verbi עלה, sed ita debebat scribi יֵעָלֶה.

עֲלַל chald. *ingressus est* Dan. 2, 16. (conf. syr. ܥܠ), de sole: *occidit* (cf. בּוֹא) Dan. 6, 15. Praet. 3. f. עַלַּת sec. Kri Dan. 5, 10., sed Cthib habet עֲלָלַת, ex forma *perfecta;* part. praes. plur. עָלְלִין sec. Cthib Dan. 4, 4. 5, 8., sed Kri habet עָלִּין forma *defectiva.* — Aphel הַנְעֵל (dagesch forti per nun compensato) *ingredi fecit, introduxit* Dan. 2, 25. 6, 19. Imper. cum affixo הַעֵלְנִי Dan. 2, 24., infin. הַנְעָלָה (pro הַעָלָה) Dan. 5, 7. et הַעָלָלָה Dan. 4, 3. — Hophal ex Hebraismo הֻעַל *adductus, introductus est* Dan. 5, 13. 15.

עֹל (semel עוֹל Jer. 5, 5.) m. *jugum,* et proprie (quod jumentis imponitur) et trop. Num. 19, 2. Deut. 21, 3. 1 Sam. 6, 7. 1 Reg. 12, 11., ab arab. غلّ *indidit,* it. *religavit* manus ad collum. Cum affixo עֻלּוֹ Gen. 27, 40. Jes. 10, 27.

עִלָּה f. chald. *occasio, causa* (cf. syr. ܥܰܠܶܠ *induxit, adduxit,* hinc *effecit, causam praebuit,* arab. عل *id.*) Dan. 6, 5. 6., syr. ܥܶܠܬܳܐ, arab. علة *id.*

עֲלִיל m. Ps. 12, 7. vulgo *tigillum, catinus,* in quo *purgantur* metalla coll. aethiop. ዐለለ: *separavit, segregavit,* sed rectius: *officina* (ab *operando* dict. v. rad. hebr.) v. Rosenm. ad h. l., qui aliorum miras conjecturas perstringit.

עוֹלֵל et עוֹלָל m. *parvulus, puerulus* Jer. 44, 7. 1 Sam. 15, 3. 22, 19. Joël. 2, 16. Differt a יוֹנֵק; isto enim voc. significatur puer jam erecto corpore incedens adeoque in plateis versans Jer. 6, 11. 9, 20. et victum poscens Thren. 4, 4. — Plur. a) עוֹלָלִים Thren. 4, 4., cum affixis עוֹלָלַיִךְ Ps. 137, 9. Thren. 2, 19., עוֹלָלֶיהָ Thren. 1, 5. Mich. 2, 9. Nah. 3, 10.; b) עוֹלְלִים Ps. 8, 3. Job. 3, 15. Thren. 2, 20., cum affixo עוֹלְלֵיהֶם 2 Reg. 8, 12. Ps. 17, 14. Jes. 13, 16. [De origine voc. non satis constat; Michaelis in Suppl. p. 1859. dictum putat ab עלל i. e. عل, quod Dschuhario auctore inter alia significat: *lactavit infantem et crustulis demulsit, ad mammae damnum resarciendum* cf. Schultens. Origg. p. 78 sqq.]

עוֹלֵלוֹת, saepius עֹלֵלוֹת f. plur. *racemationes* (v. עלל n. 2.) Jes. 17, 6. 23, 13. Jer. 49, 9. Obad. 5., in regim. עֹלְלוֹת Jud. 8, 2. Mich. 7, 1.

עֲלִילָה f. *facinus,* et in bonam partem Ps. 66, 5., et in malam Ps. 14, 1. Plur. עֲלִילוֹת *facinora,* in bonam partem Ps. 9, 12. 77, 13., in malam p. Deut. 21, 14. 17. 1 Sam. 2, 3. Zeph. 3, 7. Ps. 14, 1. 141, 4.

עֲלִילִיָּה f. *facinus, praeclare factum* Jer. 32, 19.

מֶעָל m. chald. *ingressus* i. e. *occasus* solis (ut hebr. מָבוֹא). Plur. in regim. מֶעָלֵי Dan. 6, 15.

מַעֲלָל m., plur. מַעֲלָלִים *opera, facinora* sive Dei Ps. 77, 12. 78, 7. sive hominum Jes. 3, 10. Jer. 35, 15. Zach. 1, 6.; in malam part. Deut. 28, 20. Ps. 28, 4. 1 Sam. 25, 3.

מַעֲלִיל m., unde plur. cum affixo מַעֲלִילֵיכֶם *opera vestra,* sec. Cthib in quibusdam codicibus Zach. 1, 4.

תַּעֲלוּל m., plur. תַּעֲלוּלִים 1) *vexationes, mala,* quae alicui *inferuntur* Jes. 66, 4. v. rad. n. 1. 2) *puerilia* i. e. *parvuli, pueruli* (abstr. pro concr.) Jes. 3, 4.

עָלַם 1) *occultavit, abscondidit.* In Kal non occurrit nisi part. Pahul עָלוּם *occultus,* cum affixo עֲלֻמֵנוּ *occultum nostrum* (peccatum) Ps. 90, 8. — Niph. נֶעְלַם *absconditum, occultum est* Eccles. 12, 14. Nah. 3, 11., sq. מִן (1 Reg. 10, 3. Levit. 5, 2. Job. 28, 21.) vel מֵעֵינֵי (Levit. 4, 13. Num. 5, 13.) ejus, *cui* aliquid occultum est (*verborgen vor*), quem aliquid *latet, fugit.* Trop. Ps. 26, 4. נַעֲלָמִים homines *tecti* h. e. astuti. — Hiph. הֶעְלִים 1) *occultavit, abdidit, celavit* 2 Reg. 4, 27., spec. a) *oculos abdere* h. e. avertere (cf. הִסְתִּיר עֵינַיִם) atque adeo vel negligere aliquem Prov. 28, 27. Jes. 1, 15. vel connivere in al. re Ezech. 22, 26. Levit. 20, 4. (sq. מִן), 1 Sam. 12, 3. (sq. בְּ); *omisso*

voc. עִינַיִם Ps. 10, 1. ubi v. SCHNURRER. et ROSENM.; b) *aures abdere*, i. e. obturare Thren. 3, 56. — 2) trop. *obscuravit* aliquid sermone, ita ut intelligi, cognosci non possit (opp. *illustrare, declarare*) Job. 42, 3. — Hithpah. הִתְעַלֵּם *se occultavit, abdidit* Job. 6, 16., sq. מִן *ab* aliquo vel aliqua re *se avertit, neglexit* aliq. Jes. 58, 7. Deut. 22, 1. 3. 4. Ps. 55, 2.

II) i. q. arab. غلم *coëundi cupidus fuit.* Hinc oriuntur voce. עֶלֶם, עַלְמָה, עֲלוּמִים.

עֶצֶם f. 1) *os, Knochen* (arab. عَظْم), a *robore* et *firmitate*, quam corpori praestat, Gen. 2, 23. Exod. 12, 46. Num. 9, 12. Ezech. 37, 7. etc., per synecdoch. totum *corpus* vel *corporis species* Thren. 4, 7. Eo autem sensu transfertur ad res inanimatas et loco pron. *ipse* est Job. 21, 23. בְּעֶצֶם תֻּמּוֹ *in ipsa felicitate* h. e. eo tempore, quo plena sua felicitate (non umbra tantummodo aut memoria ejus) fruebatur: nam *corpus felicitatis* est ipsa felicitas opp. ejus imagini et formae; Gen. 17, 23. בְּעֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה *hoc ipso die*, Exod. 24, 10. Ezech. 24, 2. Deut. 32, 48. Jos. 5, 11. Levit. 23, 14. al. Cum affixo עַצְמִי Gen. 29, 14. 2 Sam. 19, 13. 14., plur. a) עֲצָמִים Ezech. 24, 4. 5. Am. 6, 10.; b) עֲצָמוֹת Ps. 51, 10. Prov. 14, 30., in regim. עַצְמוֹת Exod. 13, 19. Jos. 24, 32. 2) nom. propr. urbis in tribu Jud. Jos. 15, 29., quae postea Simeonitis cessisse videtur 1 Chron. 4, 29. — Inde formatum est verbum in Pih.

עִצֵּם *exossavit* Jer. 50, 17.

עֹצֶם m. *robur* Deut. 8, 17. Job. 30, 21., it. *corpus* Ps. 139, 15.

עָצְמָה f. 1) *robur* Jes. 40, 29. 2) *copia, multitudo* Jes. 47, 9. Nah. 3, 9.

עַצְמוֹן Num. 34, 5. Jos. 15, 4. nom. loci in finibus australibus terrae Canaan. ad ortum fluminis Aegyptii v. Reland. p. 605.

עֲצֻמָה f., plur. עֲצֻמוֹת Jes. 41, 21. *robora, munimenta* i. e. *firma argumenta*, coll. arab. عصمة *defensio*. Simili modo Latini *firmare* dicunt pro *asseverare*, ut Tacitus *Annal.* I, 80. VI, 28.

תַּעֲצֻמוֹת plur. *robora, vires* Ps. 68, 36.

עצן m. *hasta* 2 Sam. 23, 8. i. q. arab. غُصْن *ramus, thyrsus*; ex utraque significatione facile derivari potest notio *hastae*, adeo spec. *hastae aculeatae*, qualis Graecis dicitur λογχωτὸς θύρσος et θυρσόλογχος, conf. Salmas. in *Homonym. Hyles Iatr.* c. 3.

עָצַר 1) *detinuit* (arab. عصر et chald. עֲצַר *pressit*) Jud. 13, 15. 1 Reg. 18, 44. — 2) *continuit, cohibuit*, sq. בְּ (quod *imperandi* verbis jungi solet) Job. 4, 2. 29, 9. (verba), 12, 15 (aquas), sq. לְ pers. et infin. c. praefixo לְ *cohibere, morari aliquem in al. re* 2 Reg. 4, 24., sq. acc. Deut. 11, 17. 2 Chron. 7, 13. *cohibere, continere coelos* h. e. clausos quasi tenere *coelos* (ne pluant), Gen. 16, 2. *cohibere mulierem* (ne pariat) i. e. prole destituere (eod. sensu sq. בְּעַד Gen. 20, 18.) add. Jes. 66, 9. ibique Rosenm. — Deinde עצר spec. est a) *imperio coercere* sq. בְּ i. e. regem, imperatorem esse 1 Sam. 9, 17.; b) *cohibere aliquem carcere* sq. acc. pers. 2 Reg. 17, 4. Jer. 33, 1. 36, 5. 39, 15.; hinc *claudere, includere* Jer. 20, 9. (trop.) Deut. 32, 36. (v. sub rad. עזב); עָצוּר *clausum se tenens, se continens* (domi) Neh. 6, 10. add. 1 Chron. 12, 1. *Davides* עָצוּר מִפְּנֵי שָׁאוּל *continebat se* (delituit in oppido Ziclag) *a Saulo* h. e. ne in Sauli manus incideret. — 3) in recentioribus libris adjecto voc. כֹּחַ *vires retinuit, valuit* 2 Chron. 13, 20. Dan. 10, 8., sq. לְ 2 Chron. 22, 9. *non erat in domo Achasiae* לַעְצֹר כֹּחַ לְמַמְלָכָה *qui valeret ad regnum* capessendum, 1 Chron. 29, 14. כִּי נַעְצֹר כֹּחַ לְהִתְנַדֵּב כָּזֹאת *ut valeamus, ut facultatem habeamus ad haec* tibi *offerenda*, 2 Chron. 2, 5., omisso voc. כֹּחַ 2 Chron. 20, 37. לֹא עָצְרוּ לָלֶכֶת *non habebant facultatem eundi*, non poterant ire, 14, 10. — Fut. יַעְצֹר 2 Chron. 2, 6., c. affix. יַעַצָרְכָה 1 Reg. 18, 44., יַעַצְרֵהוּ 2 Reg. 17, 4. — Niph. נֶעְצַר 1) *cohibitus, coercitus est* Num. 17, 13. וַתֵּעָצַר הַמַּגֵּפָה *coercita est plaga* h. e. cessavit, 2 Sam. 24, 21. 25. Ps. 106, 30.; 1 Reg. 8, 35. *coerciti* h. e. clausi *erant coeli*, 2 Chron. 6, 26. 2) *continuit se* 1 Sam. 21, 8. נֶעְצָר לִפְנֵי יְהוָה *continuit se coram Jova* h. e. in sanctuario.

עֶצֶר m. *imperium* Jud. 18, 7.

עֹצֶר m. 1) *cohibitio, conclusio*, unde *cohibitio* s. *conclusio uteri* i. e. *uterus a pariendo cohibitus, sterilis* Prov. 30, 16. coll. Gen. 16, 2. 20, 18. 2) *angustiae, miseria* Ps. 107, 39. Jes. 53, 8. coll. rad. chald. et arab.

עֲצָרָה et עֲצֶרֶת f. *coetus, caterva* hominum Jes. 9, 1., a *cogendo, congregando* (quae notio *cohibendi* significationi propinqua est), inpr. *concio populi* ad festos dies agendos Am. 5, 21. Joel. 1, 14. Jes. 1, 13. 2 Reg. 10, 20., spec. illa, quae die octavo festi tabernaculorum habebatur Levit. 23, 36. Num. 29, 35. Neh. 8, 18. 2 Chron. 7, 9., semel ea, quae septimo paschatis die cogebatur Deut. 16, 8. Simil., auctore Rosenmuellero, Muhammedani diem Veneris, quo ad sacra facienda conveniunt, appellant يوم الجمعة *diem congregationis.* Ceterum v. Ikenii Dissertatt. I. n. 5.

מַעְצָר m. *cohibitio, coercitio* Prov. 25, 28.

מַעְצוֹר m. *id quo* quis ab agendo *cohibetur* et *detinetur* i. e. *impedimentum* 1 Sam. 14, 6.

עָקַב 1) gener. *pone fuit, a tergo secutus est*, ut arab. عقب, spec. ad insidiandum, hinc 2) *circumvenit, defraudavit* (arab. *id.*, chald. *insidiatus est*, aethiop. *callide et insidiose observavit*; cf. كبر *pone fuit* II *dolose egit*) Jer. 9, 3. Gen. 27, 36. — 3) ab עָקֵב: *calcem tenuit* Hos. 12, 4. ubi v. Rosenm.; respicitur ad loc. Gen. 25, 26. — Pih. *retardavit, remoratus est* (arab. اعقب *distulit*) Job. 37, 4.

עָקֹב m. 1) *clivus, locus editus* Jes. 40, 4. (عقبة *jugum montis, locus aditu difficilis*). 2) *fraudulentus, fallax* Jer. 17, 9. 3) *vestigia* (v. עֲקֵבוֹת) *impressa habens* Hos. 6, 8. עֲקֻבָּה מִדָּם *vestigia impressa habens a sanguine (sanguinis)*. Aliorum explicationes v. ap. Rosenm.

עֵקֶב m. 1) i. q. عقب et عقبى *finis*, q. d. *postremum rei*, hinc adverb. *usque ad finem, perpetuo* Ps. 119, 33. 112.; deinde 2) *postremum laboris* h. e. *praemium* (عقبة *id.*) Ps. 19, 12. Prov. 22, 4. Alibi in particulam abit, exprimens vel praepositionem *ob, propter* (q. d. *in praemium, in compensationem*) Gen. 22, 18. Jes. 5, 23., etiam עַל עֵקֶב *propter* Ps. 40, 16. (ut dicitur יֶתֶר et עַל יֶתֶר Ps. 31, 24. Jes. 56, 12.), vel conjunctionem *quia, propterea, eo quod*, idque vel nude Num. 14, 24. Deut. 8, 20., vel seq. כִּי 2 Sam. 12, 10. Am. 4, 12., aut אֲשֶׁר Gen. 22, 18. 26, 5. 2 Sam. 12, 6.

עָקֵב m. gener. *postremum rei, id quod pone est* vel *sequitur*, spec. 1) *postremum exercitus, agmen extremum* Gen. 49, 19. Jos. 8, 13. 2) *calx* (pars pedis *extrema*), et hominis Gen. 3, 15. Ps. 41, 10. Job. 18, 9. et equi Gen. 49, 17., hinc *ungula* equina Jud. 5, 22. In regim. עֲקֵב Gen. 25, 26., cum affixo עֲקֵבוֹ Jos. 8, 13. Plur. עֲקֵבִים *calces*, sed עִקְּבוֹת (c. dagesch euphon.) *vestigia* Ps. 77, 20. 89, 52., semel etiam עִקְבֵי Cant. 1, 8. 3) *insidians, circumveniens, insidiator*, unde plur. cum affixo עֲקֵבַי Ps. 49, 6. Conf. de h. n. Winckleri *Hypomnemat. philolog.* p. 30 sq.

עָקֵב, עִקְּבוֹת v. sub nom. praeced.

עָקְבָּה f. *insidiae, fraus* 2 Reg. 10, 19. In plerisque tamen codicibus ב sine dagesch leni scriptum legitur.

עַקּוּב nom. propr. viror. 1 Chron. 3, 24. 9, 17. Esr. 2, 42. 45. Neh. 7, 45. etc. Arab. عقوب *successor*.

יַעֲקֹב (v. Gen. 25, 26. 27, 36.) nom. propr. 1) Jacobi, filii Isaaci natu minoris, ejusdem qui *Israel* vocatur Gen. 25—50. Exod. 1, 1. Deut. 9, 27. 1 Sam. 12, 8. etc.; בְּנֵי יַעֲקֹב 1 Reg. 18, 31. 17, 34. (Ps. 105, 6.), בֵּית יַעֲקֹב Exod. 19, 3. Jes. 10, 20. Jer. 2, 4. Am. 9, 8., קְהִלַּת יַעֲקֹב Deut. 33, 4., זֶרַע יַעֲקֹב Jes. 45, 19. Jer. 33, 26. de *populo Israel*. — 2) populi Israel. Num. 23, 7. 24, 5. Ps. 14, 7. 59, 14 99, 4. Jes. 41, 8. Thren. 2, 3. et terrae israel. Gen. 49, 7. — 3) regni Jud. Obad. 18. Nah. 2, 3. 4) regni israel. Hos. 12, 3 sqq. Mich. 1, 5. Jes. 17, 4.

עָקַד *ligavit, circumligavit* (عقد *nodavit*) Gen. 22, 9.

עָקֹד m. *varius, variegatus*, propr. *variis circulis* quasi *circumligatus* Gen. 30, 40. coll. arab. عصم *ligavit*, unde اعصم *variegatis pedibus animal*. Plur. עֲקֻדִּים Gen. 30, 39. 31, 8 sqq.

עָקָה radix Hebr. inusit., arab. عقا *retinuit, detinuit*.

מַעֲקֶה m. *peribolus tecti, quo* a delabendo *detinetur*, q. d. *retinaculum* Deut. 22, 8.

עָקַל *torsit, intorsit* (sab. ܥܩܠ *id.*, arab. عقل *constrinxit, ligavit*), in Kal inusit., Pyh. part. מְעֻקָּל *perversus* (sensu ethico) Habac. 1, 4.

עֲקַלָּתוֹן m. *tortuosus* Jes. 27, 1.

עֲקַלְקַל m. *id.*, plur. foem. עֲקַלְקַלּוֹת *tortuosae viae* Jud. 5, 6. Ps. 125, 5.

עָקַר 1) *eradicavit* plantam Eccles. 3, 2. (syr. et chald. *id.*). 2) *sterilis fuit* mulier, v. infra עָקָר. — Niph. *eradicari* h. e. *everti*, *exscindi* (Syr. *id.*) Zeph. 2, 4. — Pih. עִקֵּר *nervos pedum succīdit*, *enervavit* equum aut taurum, quo fit, ut operi impares evadant nec consistere possint (arab. عقر *nervos incidit*) Jos. 11, 9. Gen. 49, 6. 2 Sam. 8, 4. 1 Chron. 18, 4.

עֲקַר chald. *evellit*, *avellit*, Ithpehel praet. plur. more Syrorum אֶתְעֲקַרוּ sec. Cthib vel אֶתְעֲקַרָה (in foem.) sec. Kri: *avulsi sunt* Dan. 7, 8.

עֵקֶר m. *tradux*, *surculus*, *qui* vel *a radice avulsus* vel *succisus alio traducitur* et *transplantatur*; metaphor. *homo e familia peregrini oriundus* Levit. 25, 47.

עָקָר m. *sterilis* Deut. 7, 14. (syr. ܥܩܪܐ, arab. عاقر *id.*). Radix arab. عقر proprie de *palma* usurpatur, cui cerebellum exemtum et *nervus* veluti *incisus* est, qualis palma (arab. عقيرة) sterilescit et arescit, ut observat Schultens. ad Harir. p. 130. Foem. עֲקָרָה Gen. 11, 30. Exod. 23, 26. Jud. 13, 2. 3. 1 Sam. 2, 5. etc. et עֲקֶרֶת Ps. 113, 9.

עִקַּר m. chald. *truncus* succisae arboris Dan. 4, 12. 20. 23.

עֶקְרוֹן una e quinque urbibus Philistaeorum, primum tribui Jud. Jos. 15, 45., deinde Danitis Jos. 19, 43. attributa, nec tamen ab iis occupata 1 Sam. 6, 17. 1 Reg. 1, 2. v. Relandi *Palaest.* p. 715 sqq. — Inde oritur nomen gentil. עֶקְרֹנִי Jos. 13, 3. 1 Sam. 5, 10.

עַקְרָב m. *scorpio* a) animal, arab. عقرب Deut. 8, 15., plur. עַקְרַבִּים Ezech. 2, 7. Etymologi fluctuant. Hillerus compositum opinatur ex עקר *eradicavit* (arab. *interfecit*) et אָב *pater*; unde et lat. *nepa* dicitur i. e. *necans patrem*, ut vetus glossarium apud Martinium in *Lex. philolog.* sub voc. *Nepa* exponit. *Scorpionem* parentem necare, testantur Plinius L. XI. c. 25. et Aristoteles in *Histor. animal.* L. V. c. 26. Sed simplicius est, conflatum putare ex עקר et עקב *pone fuit* (vel עָקֵב *calx*). — b) *virga* vel *scutica aculeis obsita* (ita lat. *scorpio* v. Isidor.) 2 Reg. 12, 11. 14. 2 Chron. 10, 11. 14. vid. Bochartus in *Hieroz.* P. II, p. 644. — מַעֲלֵה עַקְרַבִּים *ascensus scorpionum* (Ἀκραβιν), locus vel a copia scorpionum (animalculorum) vel spinarum hujus nominis dictus Num. 34, 4. Jos. 15, 3. Jud. 1, 36.

עָקַשׁ *contorsit*, *pervertit* (عقش et عقص *id.*); Niph. part. נֶעְקַשׁ דְּרָכַיִם *perversus studiis suis* Prov. 28, 18. — Pih. *pervertit* Mich. 3, 9. ע׳ הַיְשָׁרָה *pervertere rectum*, Jes. 59, 8. Prov. 10, 9. ע׳ דְּרָכָיו, נְתִיבוֹתָיו *vias suas*, *agendi rationem pervertere* i. e. perverse agere. — Hiph. fut. cum vau convers. et affixo וַיַּעְקְשֵׁנִי *perversum me fecit*, *arguit*, *declaravit* Job. 9, 20., ex chaldaismo pro וַיַּעְקִישֵׁנִי (ut 1 Sam. 17, 25.).

עִקֵּשׁ m. *perversus*, *pravus* (sensu ethico) Deut. 32, 5. 2 Sam. 22, 27. Ps. 101, 4. Prov. 8, 8., עִקֶּשׁ־לֵב Prov. 17, 20. *perversus animo*,

עִקֵּשׁ שְׂפָתָיו *perversus labiis*, lingua, sermone Prov. 19, 1. Plur. עִקְּשִׁים Prov. 2, 5. 11, 20.

עִקְּשׁוּת m. *perversitas* Prov. 4, 24. 6, 12.

מַעֲקָשׁ m., plur. מַעֲקַשִּׁים *viae tortuosae* Jes. 42, 16.

עַר v. sub rad. עִיר.

עָרַב I) *miscuit, permiscuit* (ut chald. et syr.) v. Hithpah.; hinc 1) *mercaturam fecit* spec. eam, quae in permutandis mercibus cernitur, *permutavit, negotiatus est* Ezech. 27, 9. 27. — 2) *spopondit, fidejussit* pro aliquo (quod fit, ubi alter cum altero se quasi *permutat*), sive a) promittendo, te alterius loco aliquid praestiturum, si hic officio defuisset, sq. acc. pers. Prov. 11, 15. 20, 16. 27, 13., sq. לְ Prov. 6, 1., sq. לִפְנֵי 17, 18.; sive b) ita ut alicujus vitam praestes, sq. acc. Gen. 43, 9. 44, 32., trop. Jes. 38, 14. Ps. 119, 122. Job. 17, 3. (ضمن *id.*). — 3) *pigneravit, oppigneravit* Neh. 5, 3. (arab. عرب II. *arrham dedit,* IV. *arrhabonem praebuit*). — Imper. עֲרֹב, fut. יַעֲרֹב. Hithpah. הִתְעָרֵב *miscere se* i. e. a) *connubiis se miscere* Esr. 9, 2. sq. בְּ pers.; b) *socium* alicujus *fieri, familiaritate al. uti* sq. בְּ pers. Ps. 106, 35., sq. לְ Prov. 20, 19., sq. עִם Prov. 24, 21.; it. *participem, consortem* alicujus rei *fieri* Prov. 14, 10. sq. בְּ; c) *sponsionem facere* cum al. sq. אֶת Jes. 36, 8. 2 Reg. 18, 23.

II) i. q. arab. عرب med. kesre *alacer, lubens fuit*, hinc *dulcis, gratus fuit, placuit,* sq. לְ pers. Prov. 3, 24. Hos. 9, 4. Jes. 6, 20. 31, 26., sq. עַל Ezech. 16, 37. Ps. 104, 34. Transitivo sensu dici videtur Jer. 30, 21. *quis est, qui* עָרַב אֶת־לִבּוֹ לָגֶשֶׁת אֵלַי *lubentem, alacrem reddat animum* etc. Ita Michaelis.

III) i. q. arab. غرب *longius recessit, abiit* Jes. 24, 11., spec. *occidit* sol, *vesperavit* (ut syr. et aeth. ዐረበ፡) Jud. 19, 9. — Hiph. infin. הַעֲרֵב *vespere faciendo* i. e. *vespere* 1 Sam. 17, 16.

IV) fortasse i. q. aethiop. ዐበረ፡ v. sub nom. עֲרָבָה.

עֲרַב chald. *miscuit;* Pahel part. praet. מְעָרַב *mixtum* Dan. 2, 43. Ithpahal part. מִתְעָרַב *miscens, commiscens se* Dan. 2, 43.

עֲרָב s. עֲרַב, unde gentil. עֲרָבִי s. עַרְבִי (plur. עֲרָבִים et עַרְבִיאִים), *Arabia* Jes. 21, 13., عَرَب, quod tamen voc. plurimis in locis angustum est, quippe nationem quandam Arab., non universam gentem significans Jer. 25, 23. Ezech. 27, 25. 2 Chron. 17, 11. 21, 16. 26, 7. coll. Neh. 1, 19. 4, 7. Bis *Arabes* sunt pro gente per deserta cum gregibus oberrante et rapinas faciente Jes. 13, 20. Jer. 3, 2. De nominis origine varias sententias doctor. hominum recenset Simonis in Onomast. p. 107.

עֹרֵב m. 1) *corvus* (غُرَاب *id.;* vulgo dictum putant ab غرب *niger fuit* v. Bocharti Hieroz. II, p. 197.: sed ea verbi significatio non satis certa est) Gen. 8, 7. Jes. 34, 11. Ps. 147, 9. etc. In locis Levit. 11, 15. Deut. 14, 14., ubi כָּל־עֹרֵב לְמִינוֹ, videtur generalius voc. esse et alias quoque consimiles aves comprehendere. Plur. עֹרְבִים 1 Reg. 17, 4. 7. (ubi sunt, qui *Orebitas* h. e. incolas oppidi Oreb intelligant v. Iken.

thes. nov. I, p. 728 sqq.; temere); in regim. עֹרְבֵי Prov. 30, 17. 2) nom. propr. viri Jud. 7, 25. 8, 3. Ps. 83, 2. et rupis trans Jordan. Jud. 7, 25. Jes. 10, 26.

עָרֵב m. *suavis, gratus* Prov. 20, 17. Cant. 2, 14.

עָרֹב m. Exod. 8, 17 sqq. Ps. 78, 45. 105, 35. *κυνόμυια* (si Lxx. interpretes sequimur) h. e. *musca canina*, hominibus admodum infesta et, si qua alia, impudens (v. Philon. Vita Mos. II, p. 101. ed. Mang. Dahl. Chrestom. Philon. I, p. 154.) cf. Michael. Suppl. p. 1960. et Bochart. Hieroz. III, p. 428. Oedmannus quidem (verm. Sammll. II, c. 7.) *blattam orientalem* dici putat, sed v., quae monuerunt Michaelis l. c. et Eichhornius in Commentatt. Soc. Gotting. recentt. IV, p. 54.

עֵרֶב m. 1) *turba hominum peregrinorum* genti alicui admixtorum (v. rad. n. 1.) Exod. 12, 38. Neh. 13, 3. vid. nom. prox. seq. coll. tamen arab. غَرِيب *exterus, peregrinus* ab غرب, עָרַב n. 3. 2) *trama, subtegmen,* quod stamini ex adverso *immiscetur* et *intertexitur*, Levit. 13, 48 sqq.

עֶרֶב m. 1) *turba hominum peregrinorum,* semper c. artic. הָעֶרֶב, spec. *copiae auxiliares, auxilia* Jer. 25, 20. 50, 37. Ezech. 30, 5., מַלְכֵי הָעֶרֶב *reges socii* populi Israel. 1 Reg. 10, 15. — 2) *salix* (غَرَب) v. Celsii *Hierobot.* T. I, p. 304., unde plur. עֲרָבִים Ps. 137, 2. Jes. 15, 7. 44, 4., in regim. עַרְבֵי Levit. 23, 40. Job. 40, 22. Sic dictas volunt, quod virgis corbium palisque sepimentorum *tramae* instar *immiscentur* et *implicantur*; נַחַל עֲרָבִים *torrens salicum* Jos. 15, 7. in Moabitide. Videtur esse وادي الاحسا rivus Moabitidem inter et Idumaeam interjectus v. Burckhardt *Reise* II, p. 674. — 3) *vespera* (quo sensu semel muliebris generis est 1 Sam. 20, 5.) a rad. עָרַב n. 3. Gen. 1, 5. 8. Exod. 16, 6. Levit. 23, 32. Deut. 23, 12. etc.; passim pro adv. est *vespere* Exod. 16, 6. Ps. 55, 18.; עַד עֶרֶב בֹּקֶר אַלְפַּיִם *usque ad vesperas et matutina tempora bis mille* h. e. dies bis mille Dan. 8, 14. (per asyndeton). Dual. עַרְבַּיִם, unde בֵּין הָעַרְבַּיִם *inter duas vesperas* Exod. 12, 6. 16, 12. 29, 39. 41. Levit. 23, 5. Num. 9, 3. 5. 28, 4. Quodnam temporis spatium hac phrasi significetur, antiquitus disceptatum est inter ipsos Judaeos. Et *Karaei* quidem nec non *Samaritani* (v. Reland. Dissertatt. miscell. II.) dici putant id tempus, quod occasum solis inter et crepusculum interjectum est; atque eadem fuit Abenesrae sententia, qui: האחר, inquit, עריבת השמש הוא עת ביאתו תחת הארץ והערב השני ביאת אורו הנראה בעבים *una vespera solis est tempus, quo occidit* (sol) *sub terram, altera vespera occasus lucis ejus in nubibus apparentis.* Sed *Pharisaei* (Rabbanitae) *primam* vesperam eam esse contenderunt, cum sol declinare incipit aestusque vehementior remittere, *secundam,* cum vere occidit. Haec fuit Josephi tempore publica sententia v. bell. Jud. VI, 9, 3. Sim. fere Graeci distinxerunt inter *δείλην πρωΐαν* et *δείλην ὀψίαν* v. Eustath. ad Odyss. 17. Sed praestat haud dubie Karaeorum interpretatio, ut bene ostendit Michaelis Suppl. p. 1964. adde Rosenm. in Scholl. ad Exod. 12, 6. Plur. עַרְבוֹת Jer. 5, 6. coll. Hab. 1, 8. Zeph. 3, 3.

עֲרָבָה f. 1) *locus campestris, planities* Zach. 14, 10. Ezech. 47, 8.

Jer. 39, 4. etc.; הָעֲרָבָה κατ᾽ ἐξοχὴν appellatur mox ea regio campestris, in quam vallis Jordanica circa Hierichuntem excurrit, mare mortuum complexa 2 Sam. 4, 7. Jos. 12, 1. (hinc יָם הָעֲרָבָה est ipsum *mare mortuum* Deut. 4, 49. Jos. 3, 16., hinc נַחַל הָעֲרָבָה torrens *Kidron* Am. 6, 14.), mox vero ista omnis planities, quae a mari mortuo ad sinum arab. porrigitur Deut. 1, 1. 2, 8. Jos. 12, 1. v. Euseb. Onomast. sub *Αὐλών*. Plur. עַרְבוֹת יְרִיחוֹ *campestria Hierichuntis* Jos. 4, 13. 5, 10. 2 Reg. 25, 5., quae pars fuit illius campi הָעֲרָבָה dicti. 2) *desertum* Job. 24, 5. Jes. 35, 1. 33, 9. 51, 3. Jer. 50, 12. 51, 43. etc. Plur. עֲרָבוֹת Ps. 68, 5. 3) oppidum tribus Benjamin Jos. 15, 6. 18, 18. 22. [Videtur hoc nomen dictum esse per metathesin pro עֲבָרָה, ut legitur 2 Sam. 15, 28. 17, 16. in Ctib, coll. aeth. עבר *sterilis, aridus fuit, factus est* v. n. 2.]. Gentil. עַרְבָתִי 2 Sam. 23, 31.

עֲרֻבָּה f. *sponsio, vadimonium* Prov. 17, 18., it. *arrha, pignus* 1 Sam. 17, 18.

עֵרָבוֹן m. *pignus* (عَرَبُون, عُرْبَان) Gen. 38, 17. 18. 20. Translatum hoc voc. est ad Graecos (*ἀῤῥαβών*) et Lat. (*arrhabo*).

מַעֲרָב m. 1) *commercium, negotiatio* Ezech. 27, 9. 27., it. *merces*, quae permutantur Ezech. 27, 13. 17. 19. 25. 33. 34. 2) *occidens* (مَغْرَب *id.*) Jes. 43, 5. Ps. 75, 7. 1 Chron. 7, 28. Dan. 8, 5. etc., cum ה parag. מַעֲרָבָה *occidentem versus* 1 Chron. 26, 30. 2 Chron. 32, 30. 33, 14.

מַעֲרָבָה f. *occidens* Jes. 45, 6.

תַּעֲרוּבָה f., plur. תַּעֲרֻבוֹת *sponsiones, vadimonia*, unde *filii sponsionum* sive *vadimoniorum* dicuntur *obsides* 2 Reg. 14, 14. 2 Chron. 25, 24.

עָרַג propr., ut arab. عَرَجَ, *ascendit*, deinde sq. אֶל vel עַל (animo q. ad aliquid ascendit h. e.) *desiderium sensit alicujus rei, desideravit* (arab. II. sq. على *intentus fuit*, عَرْجَة *desiderium*, cf. رام) Joël. 1, 20. Ps. 42, 2.

עֲרוּגָה f. Cant. 5, 13. 14. *area* aggestae humi, Aquil. πρασιά. Alii minus commode: *scala, adminiculum*, quo sustentatur vitis et (opobalsami) arbor (arab. مَعْرَج *scala*). Plur. עֲרוּגוֹת Cant. 6, 2. et עֲרֻגוֹת Ezech. 17, 7. 10.

עָרַד rad. inusitat., v. statim.

עָרוֹד m. *onager* Job. 39, 5. sec. nonnullos ab arab. عرد ערד *fugit, aufugit*, quod est animal *timidum*; sed ex observatione Schultensii in *Commentar.* ad l. c. radix arab. proprie notat *micare, emicare, celeriter prosilire*; unde potius a *celeritate cursus* sic dictus videbitur, ut פֶּרֶא. Bocharto denique est ὀνοματοποιητικόν, ut lat. *rudo*.

עֲרָד m. chald. *id.*, plur. in statu emphat. עֲרָדַיָּא Dan. 5, 21. — 2) Hebr. nom. propr. oppidi in finibus terrae Canan., distantis a Chebrone 20 mill. sec. Euseb. et Hieron. Num. 21, 1. 33, 40. Jos. 12, 14. Jud. 1, 16. v. Relând. p. 573.

עָרָה *nudus fuit*, ut عَرِيَ et عَرَا (ult. Vau et Je), deinde *evacuatus, effusus est;* in Kal non occurrit, Niph. נֶעֱרָה *effusus est* Jes. 32, 15. — Pih. עֵרָה 1) *nudum fecit, nudavit*, ut clypeum Jes. 22, 6. (clypeis enim tegumenta inducebantur, ut splendorem servarent v. Caes. b. Gall. 2, 21.), pudenda mulieris Jes. 3, 17. (coll. 47, 3. Nah. 3, 5.), tabulata domus al. cedrina sc. tecto auferendo Zeph. 2, 14., it. fundamentum aedificii h. e. *funditus evertere* Hab. 3, 13. Ps. 137, 7. — 2) *evacuavit* vas Gen. 24, 20. 2 Chron. 24, 11., hinc *effudit* Ps. 141, 8. *noli effundere animam meam* h. e. sanguinem, in quo anima inest (v. sub נֶפֶשׁ) i. e. noli me morti tradere. Arabes sim. أسال نفسه *fluere fecit animam.* Inf. עָרוֹת, fut. apoc. וַתְּעַר. — Hiph. הֶעֱרָה 1) *nudavit* Levit. 20, 18. 19. 2) *effudit, profudit* vitam Jes. 53, 12., ad quem loc. v. quae collegit Martinius in Commentat. phil. crit. in loc. Jes. 52. 53. (Rostoch. 1791. 8.) p. 134 sq. — Hithpah. הִתְעָרָה 1) *se nudavit* Thren. 4, 21. 2) *se effudit, diffudit* arbor Ps. 37, 35. [Sed הִתְעַרְעֵר vid. sub rad. ערר].

עָרָה f., plur. עָרוֹת pr. *loca nudata* h. e. silvis et montibus carentia, *prata* (coll. عَرَاء *locus apertus, spatiosus*). Alii, in his Rosenm., vertunt *loca virentia* coll. عَرْوَة *arbor perennis, semper virens;* sed ex hac nominis potestate vix concludere licet, verbo عَرَا inesse *virendi* notionem, cum ejus rei ne levissimum quidem vestigium supersit.

עֶרְוָה f. (arab. per metathesin عَوْرَة) 1) *nuditas* Hos. 2, 11 (8), עֶרְוַת הָאָרֶץ *nuditas terrae* h. e. loca minus munita, aditu facilia Gen. 42, 9. 12. (عَوْرَة *id.*). 2) spec. nuditas *pudendorum, pudenda* Gen. 9, 22. 23. 1 Sam. 20, 30. Exod. 20, 23. 28, 42.; עֶרְוַת אָבִיךָ לֹא תְגַלֵּה *pudenda patris ne retegas (nudes)* h. e. ea pudenda, quorum retegendorum penes patrem tuum solum potestas est, h. e. ne rem habeas cum matre tua Levit. 18, 7 sqq. 20, 11. v. Rosenm. ad h. l. 3) metonym. quia *nuditas turpis* et *ignominiosa* est: *turpitudo, foeditas* Deut. 23, 15. 24, 1.

עַרְוָה f. chald. *damnum* (propr. evacuatio) Esr. 4, 14.

עֶרְיָה f. *nuditas* Ezech. 16, 7. Hab. 3, 9.

מַעֲרֶה m. Jud. 20, 33. *locus nudus* et planus, nec silvis aut montibus tectus, *planities*, coll. rad. aethiop. ዐረየ: *planus, aequalis fuit*, arab. عَرَاء *quidquid circumiacet urbem* h. e. *nudus patensve campus.*

מַעֲרָה f., plur. in regim. מַעֲרוֹת 1 Sam. 17, 23. in Cthib pro eo, quod Masorethae legi jubent, מַעַרְכוֹת. Illud significat vel *loca plana* h. e. *castra in patenti* et *aperto campo sita* vel *catervam hominum.* Utraque vis in arab. عَرَاء inest, v. Gerh. Kuypers *ad varia V. T. loca ex dial. vindicata* §. 1. — מַעֲרָת nom. propr. oppidi in agris Jud. Jos. 15, 59.

מְעָרָה v. sub rad. עוּר.

מַעַר m. (per apocop. pro מַעֲרָה) *locus nudus* i. e. *spatium* 1 Reg. 7, 36., spec. *locus* vel *pars corporis nuda, nuditas, pudenda* Nah. 3, 5.

תַּעַר (pro תַּעֲרָה) m. (semel fortasse foem. Jes. 7, 20., sed vid. s. v. שְׂכִירָה): 1) *novacula*, quae, dum ex vagina extrahitur, *denudatur* Num.

6, 5. 8, 7. Ps. 52, 4. Jes. 7, 20. Ezech. 5, 1., it. *scalprum librarium* Jer. 36, 23. 2) *vagina,* quae extracto gladio *se evacuat,* cum affixis תַּעְרֵךְ Jer. 47, 6. תַּעְרָהּ 1 Sam. 17, 51. 2 Sam. 20, 8. Ezech. 21, 8 sqq.

עָרַךְ 1) *unum alteri aptavit,* hinc struxit, disposuit, *ordinavit,* ut ligna in foco, panes in mensa etc. Gen. 22, 9. Levit. 1, 6. 12. 24, 8. Exod. 40, 4. Jos. 2, 6. 1 Chron. 12, 8., *paravit, apparavit,* ut mensam, lucernam Jes. 65, 11. Prov. 9, 2. Ps. 132, 17., *proposuit, exposuit* Ps. 50, 21. (ubi ex antecedd. supplend. acc. *ea omnia* scelera tua). Adde: *α*) עָרַךְ מִלְחָמָה *aciem, copias struere, instruere* Jud. 20, 22. Gen. 14, 8., עֹרְכֵי מִלְחָמָה *milites gregarii, legionarii* 1 Chron. 12, 33. coll. Jer. 50, 42. Haud raro praetermissum est מִלְחָמָה, ut Jud. 20, 30. וַיַּעַרְכוּ פְלִשְׁתִּים לִקְרַאת יִשְׂרָאֵל *instruxerunt* (aciem) *Philistaei adv. Israelitas,* Jer. 50, 14. 2 Sam. 10, 9. 1 Sam. 17, 21., trop. Job. 6, 4. (33, 5.); *β*) עָרַךְ מִלִּין *struere* i. e. *proferre verba* Job. 32, 14. (cf. lat. *serere* colloquia, *conserere* sermonem), hinc omisso voc. מִלִּין *proferre, pronunciare* aliquid sq. acc. rei Jes. 44, 7. Job. 37, 19. (Ps. 5, 4. ubi v. DE WETTE); *γ*) עָרַךְ מִשְׁפָּט *instruere causam* h. e. defensionem Job. 13, 18. 23, 4., omisso voc. מִשְׁפָּט Job. 33, 5.; *δ*) עָ׳ בְּרִית *foedus ordinare* h. e. foederis conditiones definire 2 Sam. 23, 5. — 2) *comparavit, contulit, contendit* al. cum al. Ps. 40, 6. אֵין עֲרֹךְ אֵלֶיךָ *nihil potest tibi comparari,* sq. לְ Jes. 40, 18.; intransit. *se comparavit, par, comparabilis fuit* Ps. 89, 7. sq. לְ pers., Job. 28, 17. 19. sq. suff. Jam cum, facta contentione, alicujus rei pretium magis patescat, עָרַךְ semel significat Job. 36, 19. *aestimavit* aliquid, verum *pretium statuit* rei. — Particip. Pah. in reg. עֲרוּךְ Joël. 2, 5., fut. יַעֲרֹךְ, 1. p. c. he paragog. אֶעֶרְכָה Ps. 50, 21. etc. — Hiph. הֶעֱרִיךְ *aestimavit, taxavit* 2 Reg. 23, 35. Levit. 27, 14.

עֵרֶךְ m. 1) *dispositio, instructio,* hinc *strues, ordo* Exod. 40, 4. 23., *apparatus* Jud. 17, 10 (vestium), *structura* (corporis) Job. 41, 4. 2) *aestimatio, taxatio,* cum affixo עֶרְכְּךָ Levit. 5, 15. Num. 18, 16., it. *comparatio, aequiparatio* (v. rad. Kal 2.); אֱנוֹשׁ כְּעֶרְכִּי *homo comparationis mei* i. e. *mihi par, mihi aequiparandus* Ps. 55, 14.; synecdoch. de ipso aestimationis *pretio* Levit. 27, 4. 7. 13. Job. 28, 13.

מַעֲרָךְ m., plur. מַעַרְכִים *dispositiones, consilia,* in regim. מַעַרְכֵי Prov. 16, 1.

מַעֲרָכָה f. 1) *dispositio, instructio* Exod. 39, 37., spec. *dispositio et instructio aciei* vel ipsa *acies instructa* 1 Sam. 4, 2. 12. 16. 17, 20 sqq., plur. מַעֲרָכוֹת, in regim. מַעַרְכוֹת 1 Sam. 17, 10. 26. 36. 45. 23, 3. — 2) *strues, ordo* Levit. 24, 6. Jud. 6, 26.

מַעֲרֶכֶת f. *dispositio, strues* Levit. 24, 6. 7. 1 Chron. 9, 32. Neh. 10, 34., it. *acies* 1 Sam. 17, 8.

עָרֵל *praeputiatus fuit,* arab. غرل. Aliam signif. v. post עָרַל.

עָרֵל m. *praeputiatus, incircumcisus* Gen. 17, 14. Exod. 12, 48. Jes. 52, 1., hinc *impurus, profanus* Levit. 19, 23. Contemtim עֲרֵלִים appellabantur gentiles 1 Sam. 17, 36. 14, 6. 31, 4. Metaph. a) עֲרַל שְׂפָתַיִם *praeputiatus labiis,* homo balbus, linguam habens ad loquendum parum idoneam, quasi praeputio onustam, Exod. 6, 12. 30.;

b) עֲרַל לֵב (v. Gesen. L. p. 565.) Ezech. 44, 9. (Jer. 9, 25.) *praeputiatus animo* h. e. qui animi immunditiem non deposuit, *profanus*, a pietate alienus (cf. contrarium περιτομὴ καρδίας Rom. 2, 28.); לְבָב עָרֵל Levit. 26, 41. *animus praeputiatus* i. e. profanus, vitiis non purgatus; c) אֹזֶן עֲרֵלָה Jer. 6, 10. *auris praeputiata* h. e. carne quasi obstructa, dicto non audiens (Act. 7, 51.). — Inde significationem accepit verbum

עָרַל *praeputiatum* (i. e. *profanum* et *impurum*) *habuit* Levit. 19, 23. — Niph. *praeputiatus* atque ita *abominabilis cognitus est, apparuit* Habac. 2, 16.

עָרְלָה f. *praeputium* (arab. غُرْلَةٌ, syr. ܥܘܪܠܬܐ) Gen. 17, 14. 34, 12. Exod. 4, 25. Jer. 9, 24., metaph. a) עָרְלַת־לֵב *praeputium animi* i. e. *impuritas, nequitia* Deut. 10, 16. Jer. 4, 4.; b) *praeputium arboris* sunt *fructus primi triennii,* pro *impuro* et *profano* habendi Levit. 19, 23. — Plur. עֲרָלוֹת Jos. 5, 3., in regim. עָרְלוֹת 1 Sam. 18, 25.

עָרַם I) i. q. arab. عَرِمَ: *nudavit,* intrans. *impudens, malignus* (q. d. prodens, non tegens malevolum animum), spec. *callidus fuit* 1 Sam. 23, 22. — Hiph. הֶעֱרִים 1) *callidum fecit* Ps. 83, 4. יַעֲרִימוּ סוֹד *callida consilia ineunt.* 2) *callide egit* 1 Sam. 23, 22., it. in bon. partem *prudens factus est, prudentiam consecutus est* Prov. 15, 5. 19, 25. — II) i. q. *coacervavit* coll. عرم V. *coacervatus est,* ܥܪܡ *coacervavit;* Niph. נֶעֶרַם *coacervatus est* Exod. 15, 8. Cf. עמר.

עָרוּם m. *callidus,* et in malam partem (i. q. *astutus, fraudulentus*) Gen. 3, 1. Job. 5, 12. 15, 5. et in bonam part. (i. q. *prudens, cautus*) Prov. 12, 16. 23. 13, 16. 14, 18. 22, 3. 27, 12. Plur. עֲרוּמִים.

עָרוֹם m., עֲרֻמָּה f. (Hos. 2, 5.) *nudus* Job. 1, 21. 24, 7. Eccles. 5, 14., הִפְשִׁיט עָרוֹם *exuere aliquem nudum* h. e. ut nudus fiat (simil. vern. *nackt ausziehen*) Hos. 2, 2.; sed passim angustiore sensu dicitur, ita ut sit a) *male, leviter vestitus* Jes. 58, 7. Job. 22, 6.; b) *sola tunica vestitus* 1 Sam. 19, 24. Jes. 20, 23. Am. 2, 16., in quo postremo loco *nudus* vocatur miles, qui armis et pallio abjectis fugam capessit. Ceterum γυμνός et *nudus* simili modo circumscribuntur v. Cuperi Observatt. p. 36 sq. Cet. sunt, qui hoc et quod statim sequitur voc. a rad. עוּר n. 3. repetant v. Ewald. Gramm. p. 407. Plur. עֲרוּמִּים Gen. 2, 25.

עֵירֹם et עֵרֹם m. *nuditas (summa)* Ezech. 16, 7. 39. 23, 29. Deut. 28, 45., adject. *nudus* Gen. 3, 10. 11. Ezech. 18, 7., plur. עֵירֻמִּים Gen. 3, 7.

עֹרֶם m. *calliditas, astutia* Job. 5, 13.

עָרְמָה f. *calliditas, dolus* Exod. 21, 14. Jos. 9, 3., it. *prudentia* Prov. 1, 4. 8, 5. 12.

עֲרֵמָה f. *acervus* (عَرَمَة) Ruth. 3, 7. v. rad. n. 2., in regim. עֲרֵמַת Cant. 7, 3. Hagg. 2, 16., plur. עֲרֵמִים Jer. 50, 26. et עֲרֵמוֹת 2 Chron. 31, 6 sqq. Neh. 3, 34. 13, 15.

עַרְמוֹן m. *platanus* arbor Gen. 30, 37. Ezech. 31, 8. v. Celsii *Hierobot.* T. I, p. 512. Origo voc. non liquet. Sec. Hillerum in

Hierophyt. P. I, p. 402. sic dicta est, quod sua sponte *cortice se nudat,* ex significatione arab. عرم *cortice nudavit arborem.*

מַעֲרֹם m., plur. מַעֲרֻמִּים *loca* corporis *nuda* 2 Chron. 28, 15.

עָרַס rad. Hebr. non usitat., chald. et talm. עָרַס *commiscuit, mixtim conjunxit.* Inde oriri videtur

עֲרִיסָה f. vulgo *massa,* farina aquis mixta (LXX. φύραμα), sec. all. *polenta.* Plur. עֲרִיסוֹת Num. 15, 20. 21. Ezech. 44, 30. Neh. 10, 38.

ערעה v. sub rad. ערר.

עָרַף i. q. רעף *fluxit, stillavit* Deut. 33, 28., translate יַעֲרֹף כַּמָּטָר לִקְחִי *pluviae instar stillat doctrina mea* h. e. recreat foecundatque quasi animos. — Aliud v. sub עֹרֶף.

עֹרֶף m. *cervix,* posterior colli pars (عُرْف) Gen. 49, 8. Exod. 23, 27. Deut. 9, 9. 13. 2 Reg. 17, 14. Job. 16, 12. etc. (origo voc. non liquet). De formula הִקְשָׁה עָרְפּוֹ 2 Reg. 17, 14. et קְשֵׁה עֹרֶף v. sub his vv. *Dare cervicem* dicuntur, qui alicui tergum obvertunt h. e. ab al. se avertunt 2 Chron. 29, 6. Eodem sensu legitur פָּנָה עֹרֶף אֶל Jer. 2, 27. 32, 33. et רָאָה אֹתוֹ עֹרֶף *cervice aliquem adspicere* Jer. 18, 17. (ubi v. Rosenm.). Sed הָפַךְ עֹרֶף, פָּנָה simpl. est *terga vertere, fugere* Jos. 7, 8. 12. Jer. 48, 39. (coll. syr. ܐܗܦܟ ܩܕܠܐ). Denique נָתַן לִי אֹיְבַי עֹרֶף est: *fecit ut hostis mihi terga verteret,* in fugam conjecit hostem Ps. 18, 41. Exod. 23, 27., ut si graece dicas: δίδωμί σοι τοὺς ἐχθροὺς τὸν τράχηλον. — Inde formatum est verbum denominativum:

עָרַף *cervicem alicui frangere* vel *caput amputare* Exod. 13, 13. 34, 20. Deut. 21, 4. 6. Jes. 66, 3., deinde generatim *destruere* aliquid Hos. 10, 2.

עָרְפָּה nom. propr. mulieris Moab. Ruth. 1, 14. cf. vel arab. عُرْفَة *coenaculum,* vel (per metathes.) עָפְרָה *cerva.*

עֲרִיפִים m. plur. Jes. 5, 30. *vapores, nebulae* a *stillando.* Ita post Jarchium plurimi; sed alii conferunt غُرْفَة *conclave* v. tamen, quae monuit Gesenius ad h. l.

עֲרָפֶל m. *caligo summa* Exod. 20, 21. Deut. 4, 11. 2 Sam. 22, 10. 1 Reg. 8, 12. etc., sec. Hillerum in *Onomast. S.* p. 411. Hottingerum in *Analysi Jobi* c. 22, 13. et Hartmannum ling. Einl. p. 234. compos. ex 2 synonymis ערב *obtenebratus est,* arab. عرب *occidit sol* (vel ערף cf. עריף) et أفل *occidit sol.*

עָרַץ I) propr., ut videtur, *vibravit, tremulo motu agitavit* (cf. عرص VI. *palpitavit cutis*), hinc *terruit* Ps. 10, 18. Job. 13, 25. Jes. 2, 19. 21. — et intrans. *contremuit, consternatus est, terrore perculsus est* Deut. 1, 29. Jos. 1, 9. Jes. 8, 12., *timuit* vel aliquid Job. 31, 34. sq. acc., vel ab aliquo Deut. 7, 21. 20, 3. 31, 6. sq. מִפְּנֵי. — Niph. part. נַעֲרָץ *terribilis, formidabilis* Ps. 89, 8. — Hiph. הֶעֱרִיץ 1) *terrorem, pavorem injecit* alicui Jes. 8, 13. 2) *timuit, reformidavit* Jes. 8, 12., sq. acc. pers. Jes. 29, 23.

II) i. q. arab. عرض *adversus occurrit, restitit* Jes. 47, 12. v. Rosenm. ad h. l.

עָרוּץ vel עָרוּץ (all. libri כָּרוּץ) *locus horridus*, qui *horrorem* injicit. Ita post Abenesram Rosenm. Contra Michaelis in Suppl. p. 1975. conferri jubet عرض *densa et umbrosa vallis*. At praestat illa explicatio, utpote ab hebraico loquendi usu profecta.

עָרִיץ (formae *dagessandae*) m. 1) *praevalidus, praepotens* Jer. 20, 11. 2) *violentus, atrox* Ezech. 28, 7. 30, 11., substant. Jes. 13, 11. 29, 20. 49, 25. Ps. 37, 35. 54, 5. al.

מַעֲרִיץ m. *terror* h. e. meton. *is, qui timorem injicit* Jes. 8, 13.

מַעֲרָצָה f. *violentia* Jes. 10, 33.

ערק *rodit* (i. q. arab. عرق, syr. ܥܪܩ) Job. 30, 3. עֹרְקִים צִיָּה *rodentes solum sterile*; v. 17. עֹרְקַי *rodentes me* i. e., ut bene ostendit Rosenm., dolores me cruciantes. Isto tamen priore loco sunt, qui cum Lxx. et Chald. vertant: *fugientes in desertum* coll. chald. עֲרַק, arab. عرق *fugere*. Sed v. Umbreit. ad h. l.

עַרְקִי, *Arcaeus* Gen. 10, 17., nom. propr. populi Cananitici, dicti ab urbe in monte Libano *Arca* (عرقة, عرقا), quae Tripoli ab austro fuit v. Bochart. *Phal.* c. 36. p. 345. Michaelis *Spicil.* T. II, p. 22.

ערר *nudus fuit, nudavit se* Jes. 32, 11. עֹרָה imper. c. he parag.; deinde *sterilis, solitarius fuit* v. deriv. — Poh עוֹרֵר *nudavit* Jes. 23, 13. (fundamentum aedificii h. e. *evertit* cf. ערה Pih.). — Pilp. עַרְעֵר, Hithpalp. הִתְעַרְעֵר *nudatus* i. e. funditus eversus *est* Jer. 51, 58.

עֲרִירִי m. *solitarius, prole carens* Gen. 15, 2. Jer. 22, 30., plur. עֲרִירִים Levit. 20, 20. 21.

עַרְעָר m. plane nudus h. e. *pauper, inops, afflictus* Ps. 102, 18. (Lxx. ταπεινός) Jer. 17, 6. Aliis est *rhonchissans, spiritum in gutture reciprocans* i. e. *moribundus* a rad. غرغر *rhonchissare* v. Schnurrer. dissertatt.; aliis in loco Jerem. arab. عرعر *juniperus* conf Celsii *Hierobot.* P. II, p. 195.; aliis denique (Michael. Suppl. p. 1971.) arab. غرغر *gallina sylvestris, meleagris*. Sed praestat vett. interpretum auctoritatem sequi.

עֲרוֹעֵר 1) *plane nudus, omni ope destitutus, afflictus* Jer. 48, 6., sec. Lxx. Vulg. Chald. *myrica*, sec. all. *juniperus* vel *meleagris*. — 2) nom. propr. a) urbis in septentr. Arnonis ripa Deut. 2, 36. 3, 12. 4, 48. Jos. 12, 2., quae postea Moabitis cessit Jer. 48, 19. Auctore Burckhardto ruinae hodienum supersunt, sub nom. عرعاير; b) oppidi ex adverso Rabbae (Ammonitarum) adeoque haud procul a Jabboco fluvio siti Jos. 13, 25. coll. 2 Sam. 24, 5. Num. 32, 34. Jud. 11, 26. Jes. 17, 2. ad quem loc. v. Gesen.; c) oppidi in tribu Jud. 1 Sam. 30, 28. — Nom. gentil. עֲרֹעֵרִי 1 Chron. 11, 44.

עֶרֶשׂ f. *sponda, lectus* Deut. 3, 11. Ps. 41, 4. 132, 3. Am. 3, 12. Cum affixo עַרְשִׂי Ps. 6, 7. Prov. 7, 16., plur. עַרְשׂוֹת, cum affixo עַרְשׂתָם Am. 6, 4. — Chald. עַרְסָא, syr. ܥܰܪܣܳܐ, samar. ࠏࠓࠎࠀ. Origo voc. latet; si conjecturarum cupidus es, adeas Scheidium in Schediasm. philol. p. 63.

עָשׁ m. Job. 9, 9. *ursae sidus*, et quidem *ursa major:* nam Niebuhrio teste in *descript. Arab.* p. 115. ursa major Judaeis Sanaensibus et Bagdadensibus vocatur *Naesch* et *Benaeth Naesch* et Arabibus ad sinum persicum *Asch.* Sunt, qui declinatum putent hoc voc. a rad. عاس et عسّ *circuivit, gyravit noctu,* unde عاسّ *vigil nocturnus;* nam utraque ursa, nunquam occidens sed per totam noctem conspicua et quasi per coelum obambulans, commode *vigili nocturno* comparari potuit. Sed cum Arabibus idem sidus dicatur نَعْش *feretrum (ursa minor* النعش الصغرى *feretrum minus, ursa major* النعش الكبرى *feretrum majus)* a rad. نعش *extulit,* praestat haud dubie, hebr. עָשׁ ex נַעַשׁ decurtatum existimare, quae fuit Bocharti sententia (Hieroz. II, p. 114.). [Aliud עָשׁ v. sub rad. עשׁשׁ].

עַיִשׁ m. *id.;* בְּנֵי עַיִשׁ Job. 38, 32. sunt tres stellae in cauda ursae majoris, quas Arab. etiam dicunt بنات النعش *filias ursae.*

עָשַׁב rad. inusit., arab. عشب *germinavit.*

עֵשֶׂב m. *herba,* et quidem *adultior* (conf. דֶּשֶׁא suo loco), quae pabulum praebet (عُشْب *herba, gramen, pabulum virens*) Gen. 1, 11. 12. 29, 30. Exod. 9, 22. 25. Deut. 11, 15. Ps. 92, 8. Cum affixo עֶשְׂבָּם Jes. 42, 15. — Plur. in regim. עִשְּׂבוֹת (c. dag. euphon.) Prov. 27, 25.

עֲשַׂב m. chald. *id.* Dan. 4, 12., in statu emphat. עִשְׂבָּא Dan. 2, 30. 4, 22. 29.

עָשָׂה I) 1) fecit aliquid h. e. viribus suis effecit, ut aliquid existeret Gen. 1, 31. Ps. 119, 73. Gen. 6, 14. 13, 4. 33, 17. Exod. 5, 16. 20, 25. 28, 2. 34, 17. Deut. 4, 16. 1 Sam. 8, 12. 2 Sam. 15, 1. 1 Reg. 7, 38. al. (בְּרֵכָה עֲשׂוּיָה *piscina manu, arte facta,* κρήνη τυκτή Odyss. 16, 206. opp. nativae.) — etiam cum nominibus abstractis, ut *facere justitiam* Ps. 106, 3., *misericordiam* et *benignitatem* Jer. 9, 24., *victoriam* Num. 24, 18. Ps. 60, 14., *bellum* Gen. 14, 2. Deut. 20, 12. Jos. 11, 18. etc., *pacem* Jos. 9, 15. (aliter Jes. 27, 5., ubi *pacem facere* est victas manus dare), *fraudem* Dan. 11, 23., *mendacium* 2 Sam. 18, 13. Sq. לְ pers. *alicui aliquid* sive bonum sive malum *facere* Deut. 11, 5. Gen. 27, 45., hinc *tractare* aliquem Exod. 13, 8. Gen. 19, 8. Ps. 56, 51. (max. in malam partem); eod. sensu sq. acc. pers. (graec. κακῶς ποιεῖν τινα) Jes. 42, 16. Jer. 33, 9. Sed *facere Deo* elliptice dicitur pro: *sacra facere, sacrificia offerre* Exod. 10, 25. 29, 36 sqq. coll. 2 Reg. 17, 32. Sim. ῥέζειν θεῷ Odyss. 9, 553. Iliad. 2, 400. et lat. *facere* Cic. pro Mur. 41. — Sq. gem. acc. duobus modis dicitur: a) Exod. 25, 28. עָשִׂיתָ הַבַּדִּים עֲצֵי שִׁטִּים *vectes facies ex ligno acaciae* (propr.

ligna acaciae facias vectes), 26, 26. 27, 8. 38, 6. 36, 14. 37, 28. al. Exod. 30, 25. עָשִׂיתָ אֹתוֹ שֶׁמֶן מִשְׁחַת קֹדֶשׁ *facies ex illo* (illis) *oleum sacrae unctionis,* Hos. 8, 10.; b) Am. 4, 13. עֹשֵׂה שַׁחַר עֵיפָה *fecit auroram tenebras* h. e. mutavit in ten., Jer. 37, 15. Paullo aliter Gen. 12, 2. Exod. 32, 10. sq. acc. et לְ: אֶעֶשְׂךָ לְגוֹי גָּדוֹל i. e. *faciam te patrem, conditorem magnae gentis,* Ezech. 35, 6. לְדָם אֶעֶשְׂךָ *faciam te caedem* h. e. caedi exponam, Jer. 10, 13. (51, 16) בְּרָקִים לַמָּטָר עָשָׂה *fulgura ad pluviam facit* h. e. demittit de coelo fulgura cum pluvia.

Multis in formulis ponitur ita, ut notionem mox latius patentem mox angustiorem eâ, quam supra definivimus, exprimat (quanquam et lat. *facere* et graec. ποιεῖν similes usus habent). Est enim a) *exsequi, perficere* decreta Jer. 23, 20. Ps. 22, 31. 37, 5. Dan. 8, 24. 11, 7. 17 sqq.; b) facere leges i. e. *satisfacere, obtemperare* legibus Levit. 20, 22. Deut. 15, 5. Esth. 9, 1. 2 Chron. 34, 31.; c) *proferre, producere* fructus Gen. 1, 11. 12. Jes. 5, 2. Ps. 107, 37. (καρποὺς ποιεῖν), trop. 2 Reg. 19, 30., farinam Hos. 8, 7., frugem Hab. 3, 17., ramos Job. 14, 9. Ezech. 17, 8., lac Jes. 7, 22. etc. Ita lat. *facere caulem, proventum* etc. Adde Job. 15, 27. עָשָׂה פִימָה עֲלֵי כָסֶל *fecit pinguedinem in lumbo;* Deut. 21, 12. *facere ungues* h. e. alere; d) *parare, apparare* aliquid, ut cibum Gen. 18, 7. 8. 1 Sam. 25, 18. 2 Sam. 12, 4. Jud. 13, 15. vel victimam Jud. 6, 19. 1 Reg. 18, 23. vel barbam 2 Sam. 19, 25. (sed ap. Lamprid. *facere barbam* est pro: *radere*); huc referunt etiam nonnulli Deut. 21, 12. *facere ungues (zurechtmachen)* i. e. resecare, sed v. supra c.; e) *comparavit, acquisivit* Gen. 11, 4. 12, 5. 31, 1. Deut. 8, 17. 18. Jes. 19, 9. Ezech. 18, 31. Jer. 17, 11. Ita lat. *facere pecuniam, fac. exercitum* (Flor. 3, 19.), graec. ποιεῖν βίον (comparare victum) v. Cuperi Observv. 1, 5.; f) *celebrare, agere* festum Exod. 12, 48. Num. 9, 10. 14. Deut. 5, 15. Jos. 5, 10. Esth. 9, 27., et in univ. *facere,* agere, transigere *tempus, dies* Eccles. 6, 12. (ποιεῖν χρόνον); g) *constituere* aliquem, *muneri praeficere* aliquem 1 Sam. 12, 6. אֲשֶׁר עָשָׂה מֹשֶׁה *qui constituit Mosen,* 1 Reg. 12, 31. cf. Jer. 37, 15. (sq. עַל), 2 Chron. 13, 9.; sim. *facere* Cic. Planc. 4.; h) עָשָׂה טוֹב *facere bonum* i. e. bene se habere, εὖ πράττειν Eccles. 3, 12., ubi tamen alii aliter; i) 1 Chron. 4, 10. עָשָׂה מֵרָעָה *facere* aliquem abesse *a malo* h. e. incolumem praestare.

2) absolute **laboravit,** *operatus est* 1 Reg. 20, 40. Prov. 13, 16. (31, 13) Jer. 8, 8 (ubi לַשֶּׁקֶר non est cum Rosenm. pro accus. habendum, verte: *er hat für die Lüge gearbeitet*), sq. עִם *cum* al. vel *apud* aliq. Ruth. 2, 19., sq. בְּ Exod. 31, 4. עָשָׂה בַזָּהָב, ut nostrates loquuntur: *in Gold arbeiten,* tractavit aurum; alibi עָשָׂה בְ significat: *occupatum esse in* al. re Exod. 5, 19. 1 Reg. 20, 40. Neh. 4, 15.

Praet. cum affixo עָשָׂהוּ Deut. 32, 15., foem. ex chald. עָשָׂת Levit. 25, 21., cum affixo עָשַׂתְנִי Job. 33, 4., 1. p. c. affixo עֲשִׂיתִנִי Ezech. 29, 3. Part. Pahul עָשׂוּי et עָשֻׂוּ Job. 41, 25. (ut צָפוּ 15, 22.); plur. עֲשׂוּיִם Ps. 111, 8. et sec. Kri 2 Reg. 23, 4., ubi Cthib עֲשׂוּוִם, mutata tertia radicali ה in ו; f. עֲשׂוּיָה Ezech. 21, 2. et עֲשִׂיָּה Num. 28, 6., plur. עֲשׂוּיוֹת sec. Kri 1 Sam. 25, 18., sed Cthib habet עֲשׂוּוֹת, mutata tertia radicali ה in ו; infin. absol. עָשׂוֹה Exod. 26, 25. 2 Sam. 9, 7. et עָשׂוֹ Jer. 7, 5. 22, 4. Ezech. 4, 18., constr. עֲשׂוֹת Gen. 50, 20., frequentius

עֲשׂוֹת Gen. 2, 4. etc. Fut. יַעֲשֶׂה, c. vau convers. וַיַּעֲשֶׂה 1 Reg. 16, 25. 2 Reg. 3, 2., alibi וַיַּעַשׂ Gen. 1, 7. 16. 25. etc.

Niph. נַעֲשָׂה *factus est* 1 Reg. 10, 20. Deut. 13, 15. Ezech. 9, 4. Exod. 35, 2. Levit. 7, 24.; imperson. *factum est* Num. 15, 24. Dan. 11, 36. Gen. 29, 26. — Spec. a) 2 Reg. 23, 23. נַעֲשָׂה הַפֶּסַח הַזֶּה *celebratum, actum est hoc pascha,* Esth. 9, 28.; b) Levit. 18, 30. חֻקּוֹת אֲשֶׁר נַעֲשׂוּ *mores, qui* fiebant h. e. *obtinebant;* c) Neh. 5, 18. אֲשֶׁר הָיָה נַעֲשֶׂה לְיוֹם אֶחָד *quod* (cibi) *parabatur in unum diem,* cf. Levit. 7, 9.; d) Esth. 9, 1. דְּבַר הַמֶּלֶךְ לְהֵעָשׂוֹת *edictum regis ut fieret* h. e. perficeretur; e) Exod. 2, 4. *ut videret* מַה־יֵּעָשֶׂה לוֹ *quid fieret cum illo;* f) Jes. 26, 18. יְשׁוּעֹת בַּל נַעֲשֶׂה־אֶרֶץ (particip.) *salutes non facta est terra* h. e. salva non facta est, v. Gesen. ad h. l. — Fut. f. תֵּעָשֶׂה, plene תֵּיעָשֶׂה Exod. 25, 31., apoc. תֵּעַשׂ Esth. 5, 6. — Pyh. praet. עֻשֵּׂיתִי *factus sum* Ps. 139, 15.

II) *compressit, subegit* (i. q. chald. עֲסַר) Ezech. 23, 21. *compressit mammas* h. e. contrectavit. — Pih. עִשָּׂה *id.* v. 3. 8.

III) fortasse i. q. arab. غشى *texit,* Job. 9, 9. עֹשֶׂה עָשׁ *tegens, obnubens arcturum.* Ita Eichhorn. et Umbreit. Alii: *fecit arcturum,* quod aliquantulum friget.

מַעֲשֶׂה m. 1) subject. *negotium (Geschäft, Metier)* Gen. 47, 3., it. *opus, labor* Ezech. 46, 1. Job. 37, 7. Exod. 5, 4. 23, 22. (plene מַעֲשֵׂה יָד Deut. 16, 15. 24, 19.), *ministerium* 1 Chron. 23, 28., *ars* Exod. 30, 25. 37, 29. coll. 2 Chron. 16, 14.; — sensu ethico *officium* Exod. 18, 20. — 2) *factum, facinus (That),* et in bonam Jud. 2, 10. Ps. 86, 6, et in malam partem Gen. 44, 15. Job. 33, 17. Levit. 18, 3. Mich. 6, 16. — 3) *opus,* quod quis produxit *(Werk):* a) Dei Ps. 8, 4. 7. 19, 2. 103, 22.; spec. *opera Dei* vocantur mala impiis hominibus inflicta Jes. 5, 12. 10, 12. 29, 23.; b) hominum Ezech. 27, 16., spec. מַעֲשֵׂה יְדֵי אָדָם sunt *idola* Deut. 4, 28. Jes. 37, 19. Jer. 1, 16.; מַעֲשֵׂה חֹשֵׁב *opus polymitum* Exod. 26, 1., מ׳ רֶשֶׁת *opus reticulatum* Exod. 27, 4., semel simpl. de opere poetico (ποίημα) Ps. 45, 2. — 4) *id quod labore partum est, res* alicujus, *bona* 1 Sam. 25, 2 (de pecude), Exod. 23, 16 (de frugibus). Plur. מַעֲשִׂים Gen. 20, 9., in regim. מַעֲשֵׂי Ps. 107, 24., cum affixo מַעֲשֵׂינוּ Jes. 26, 12.

מַעֲשֵׂיָה, מַעֲשֵׂיָהוּ *(opus Jovae)* nom. propr. virorum Jer. 21, 1. 29, 21. 1 Chron. 15, 18. 2 Chron. 23, 1. Esr. 10, 18. etc.

עֵשָׂו filius Isaaci natu major Gen. 25, 25 sqq. 26, 34. 27, 1 sqq. 28, 5. Mal. 1, 2. etc. sec. Gen. 25, 25. *hirsutus* coll. arab. عَشَا *pilositas,* أعشى *pilosus.* בְּנֵי עֵשָׂו *Edomitae* Deut. 2, 4. 5. 8. etc., ap. prophet. etiam בֵּית עֵשָׂו Obad. 18. (c. verbo plur.) et simpl. עֵשָׂו Jer. 49, 8. 10. Obad. 6., הַר עֵשָׂו *montes edomitici* Obad. 8. 9. 19.

עָשַׁן *fumavit* (عشن *id.*), metaph. *iratus fuit, exarsit* Ps. 74, 1. 80, 5. 104, 32. 144, 5. Fut. יֶעְשַׁן Deut. 29, 19.

עָשֵׁן m. *fumans* Exod. 20, 18., plur. עֲשֵׁנִים Jes. 7, 4.

עָשָׁן m. *fumus* (عشن *id.*) Gen. 15, 17. Jud. 20, 40, etiam nubes

quam pulvis excitatus efficit Jes. 14, 31. (*nubem pulveris* dixit Curt.) coll. Virg. Aen. XI, 908.; metaphor. de *ira* 2 Sam. 22, 9. Ps. 18, 9. Jes. 65, 6. etc. In regim. עֲשַׁן Jos. 8, 20. 21., cum affixo עֲשָׁנוֹ Exod. 19, 18. — בּוֹר עָשָׁן urbs Simeonitarum 1 Sam. 30, 30. v. Relandi *Palaest.* p. 596. 729.

עָשֵׁן m. *id.* Exod. 19, 18.

עָשַׁק propr. *violentus, injurius fuit, violenter egit* (ut عسق), hinc trop. de fluvio, qui ex alveo *erumpit* Job. 40, 23. (18) coll. arab. ظلم; deinde transitive *violenter tractavit, vi, injuria* vel *dolo oppressit* (arab. عسق *importune institit alicui, ob rem, quam petebat*, syr. ܥܫܩ *oppressit*, coll. ܐܬܥܫܩ *aspere se gessit, vexatus est*) Jes. 52, 4. Deut. 28, 29. Ps. 72, 4. Jer. 7, 6. Prov. 14, 31. Jer. 50, 33. Job. 10, 3. al., spec. *defraudavit* aliquem Levit. 19, 13. Prov. 22, 16., sq. dupl. acc. (defraud. aliquem aliqua re) Mal. 3, 5. Deut. 24, 14.; paullo aliter Mich. 2, 2. עָשְׁקוּ גֶּבֶר וּבֵיתוֹ *opprimunt virum et defraudant eum domo sua.* — Uno in loco Prov. 28, 17. אָדָם עָשֻׁק בְּדַם נָפֶשׁ, missa *injuriae* notione, de onere, quod quem *opprimit, comprimit,* dici videtur: vertas enim cum Schultensio: *homo caede hominis* (h. e. culpa caedis perpetratae) *oppressus, oneratus.* Infin. עֲשֹׁק Hos. 12, 7., fut. יַעֲשֹׁק Job. 40, 23. — Pyh. part. f. מְעֻשָּׁקָה mulier *compressa* i. e. stuprata Jes. 23, 12.

עָשׁוֹק m. *violentus, opprimens* Jer. 22, 3.

עָשׁוּק m., plur. עֲשׁוּקִים *oppressiones, injuriae* Am. 3, 9. Job. 35, 9. Eccles. 4, 1.

עֹשֶׁק m. *oppressio, violentia, injuria* a) active, quae alicui infertur, inpr. ea, quae in defraudando et spoliando cernitur Ezech. 22, 12. 29. Jes. 59, 13. Jer. 22, 17., metonym. *vi* et *fraude ablatum* vel *acquisitum* Levit. 5, 23. Ps. 62, 11. Eccles. 7, 7. — b) passive, quam quis patitur Jes. 59, 13.

עָשְׁקָה f. *angor, dolor* Jes. 38, 14., ubi nonnulli codd. habent עָֽשְׁקָה, quod vel idem voc. est, apposito in antepenultima metheg (v. Gesen. L. p. 44.), vel 3. praet. foem. verbi עשק, imperson. explicanda.

מַעֲשַׁקּוֹת f. plur. *oppressiones, fraudationes, exactiones violentae* Prov. 28, 16. Jes. 33, 15.

עָשַׂק *litigavit, altercatus est* (syr. et chald. עסק *id.*), in Kal inusit., Hithpah. *id.* Gen. 26, 20.

עֵשֶׂק m. propr. *lis, contentio,* sed in *nom. propr.* fontis abiit Gen. 26, 20.

עָשַׁר *dives fuit* vel *factus est, ditatus est* (chald. עתר) Ezech. 12, 9. Fut. יַעְשִׁר Job. 15, 29. — Hiph. הֶעֱשִׁיר *ditavit* Gen. 14, 23. 1 Sam. 2, 7. 17, 25. Ps. 65, 10., et intransit. *ditatus est, dives factus est* Prov. 10, 4. 23, 4. 28, 20. Ps. 49, 17. Zach. 11, 5 (ubi fut. 1. p. וָאַעְשִׁר pro וָאַעֲשִׁר), sq. acc. rei, qua quis ditatur Dan. 11, 2. — Hithpah. part. מִתְעַשֵּׁר *divitem se gerens, simulans* Prov. 13, 7.

עָשִׁיר m. 1) *dives* 2 Sam. 12, 1. Ps. 49, 3. Prov. 10, 15. Ruth. 3, 10. etc. 2) *improbus, scelestus* Jes. 53, 8.; divites enim facile *superbiunt*, superbia vero et insolentia Hebraeis pro improbitate est, coll. Mt. 19, 23. Plur. עֲשִׁירִים Eccles. 10, 6. Mich. 6, 12.

עֹשֶׁר m. *divitiae, opulentia* 1 Sam. 17, 25. 1 Reg. 3, 11. 13. Ps. 112, 3. Prov. 3, 16. etc., cum affixo עָשְׁרָם Ps. 49, 7. Prov. 14, 24.

עֶשֶׂר (arab. عشر) f. Gen. 5, 14. Exod. 26, 1. Levit. 26, 26. (nomine postpos.) Jos. 21, 5. 15, 57. (nom. praepos.), עֲשָׂרָה m. Gen. 18, 32. Exod. 27, 12. Jos. 22, 14. (c. nom. plur.) 1 Sam. 17, 17. (c. nom. sing.) *decem*. In regim. m. עֲשֶׂרֶת Gen. 31, 41. Exod. 34, 28. Plur. עֲשָׂרוֹת *decades* Exod. 18, 21. Deut. 1, 15.

עָשָׂר m., עֶשְׂרֵה f. *decem*; sed hac voc. forma non utuntur, nisi in numeris cum *denario* compositis, ut שְׁלֹשָׁה עָשָׂר m., שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה f. *tredecim* vel *tertius decimus, tertia decima*, שִׁשָּׁה עָשָׂר m., שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה f. *sedecim* vel *sextus decimus, sexta decima*, Gen. 7, 11. 14, 14. Exod. 24, 4. Levit. 27, 7. Num. 1, 44. Esth. 9, 19. al. — Plur. עֶשְׂרִים (ab עֲשָׂרָה) *viginti* Gen. 31, 38. Levit. 27, 5. Exod. 26, 18. Num. 1, 3. al., it. *vigesimus, vigesima* Num. 10, 11. 1 Reg. 15, 9. 16, 10. 2 Reg. 13, 1. 15, 30. al.

עָשַׂר verb. denominat. *decimavit* h. e. *decimam* partem *sumsit* vel *accepit*, sq. accus. rei (عشر *decimum esse, decimare*). Fut. יַעְשֹׂר 1 Sam. 8, 15. 17. — Pih. עִשֵּׂר *decimam* partem *dedit, solvit* Neh. 10, 38., sq. acc. rei, cujus decima solvitur Gen. 28, 22. Deut. 14, 22. al. (*etwas verzehnten*). — Hiph. *decimam* partem *dedit*, unde infin. cum praefixo exclusa praeformante בַּעְשֵׂר Neh. 10, 39. et cum לְ, לַעְשֵׂר Deut. 26, 12.

עָשׂוֹר m. 1) *decem* Gen. 24, 55. 2) *decimus*, in hac formula: בֶּעָשׂוֹר לַחֹדֶשׁ *decimo* die *mensis* Exod. 12, 3. Levit. 16, 29. Num. 29, 7. Jos. 4, 19. etc. 3) genus instrumenti musici *decem* habens chordas, *decachordum* Ps. 33, 3. 92, 4. 144, 9. Vid. Harenbergius in *Miscell. Lips. novis* Vol. VIII, p. 191. et Vol. IX, p. 233.

עֲשַׂר f., עַשְׂרָה m. chald. *decem* Dan. 4, 26. 7, 7. 20. 24., plur. עֶשְׂרִין *viginti* Dan. 6, 2.

עֲשִׂירִי m. *decimus* (tanquam ab עָשִׂיר) Gen. 8, 5. Num. 7, 66. Deut. 23, 3. 4. 2 Reg. 25, 1., foem. עֲשִׂירִיָּה *decima* scil. *pars* Jes. 6, 13. et עֲשִׂירִית Exod. 16, 36. Levit. 5, 11. Num. 28, 5. Jer. 32, 1. etc.

פרח gener. *fissus, ruptus est,* hinc 1) *pullulavit, germinavit, effloruit, floruit* sive planta Job. 14, 9. Jes. 17, 11. Hos. 10, 4., sive arbor, quae ineunte vere, fisso cortice, emittit gemmas Cant. 6, 11. aut flores, folia, ramosque frondentes (conf. arab. فرخ), palmites Hab. 3, 17. Ezech. 17, 24. Metaph. α) de *statu* hominis vel gentis *prospero* et *vegeto* Ps. 72, 7. 92, 8. 13. 14. Prov. 11, 28. Jes. 27, 6. Hos. 14, 6. 8. etc.; β) Ezech. 7, 10. פָּרַח הַזָּדוֹן *efflorescit superbia* i. e. vires sumunt hostes superbi; Hos. 10, 4. *efflorescit, sicut lolium, poena* divina, ingens vos manet calamitatum copia. 2) *erupit, prorupit* lepra, ulcus etc. (fissa cute; sim. nostrates *ausschlagen* dicunt et de plantis et de ulceribus) Exod. 9, 9. 10. Levit. 13, 12 sqq. 14, 43. 3) ut aram. *volavit* (v. נצץ) Ezech. 13, 20. אֲשֶׁר אַתֵּנָה מְצֹדְדוֹת שָׁם אֶת־נְפָשׁוֹת לְפֹרְחוֹת *ubi vos* (feminae) *venamini animas, ut advolent,* veniant ad vos. Ita jam Kimchius. Fut. יִפְרַח Num. 17, 20. al. — Hiph. הִפְרִיחַ 1) *virescere, florere fecit* Ezech. 17, 24 (de Jova); Jes. 17, 11. *satum tuum facis efflorescere* h. e. cura tua efficis, ut efflorescat in gemmam. 2) *gemmas egit, flores emisit* arbor Ps. 92, 15., trop. Prov. 14, 11., *reviruit* Job. 14, 9.

פֶּרַח m. *germen* Neh. 1, 4., *flos* fissus et apertus Num. 17, 23. 1 Reg. 7, 26. 2 Chron. 4, 5., etiam arte factus Exod. 25, 33.; metaphor. Jes. 5, 24. Cum affixo פִּרְחָם Jes. l. c., plur. פְּרָחִים Exod. 25, 31. 34.

פִּרְחַח m. *progenies* prava (*Brut*) i. e. pravi, viles homines Job. 30, 12. v. Rosenm. ad h. l. Arab. فَرْخ *homo contemtus, vilis.*

אֶפְרֹחַ m., unde plur. אֶפְרֹחִים *pulli*, spec. *pulli avium* (arab. فَرْخ) Deut. 22, 6., cum affixo אֶפְרֹחֶיהָ Ps. 84, 4.

פָּרַט voc. ἁπαξ λεγόμενον, cf. arab. فَرَطَ *nimius, praeceps* in verbis *fuit, praeccleravit* (aliam potestatem v. sub פֶּרֶט), hinc ap. Hebr. *effutivit* verba, carmina Am. 6, 5. Al. vertunt: *modulari, canere* coll. chald. פְּרַט *divisim aliquid fecit* (syr. et sab. *fidit, separavit*), quod ad numeros orationis transferri potuit. Sed videtur propheta *contemtim* de istorum hominum cantu dicere voluisse.

פֶּרֶט m. Levit. 19, 10. *racemus* forte *sparsus* i. e. *delapsus, deciduus* (ita Chald. et Syr. interprr.) coll. فَرَطَ, quod teste Abulwalid ap. Gesenium significat etiam *spargere*. Al. *racemus per oblivionem relictus*, فَرَّطَ enim et أَفْرَطَ est *dereliquit, oblitus fuit.*

פְּרִי v. sub rad. פרה.

פָּרַךְ radix Hebr. inusit., chald. *fregit, rupit, disrupit, diruit*, syr. et arab. *fricuit, confricuit.*

פֶּרֶךְ m. *dura tractatio, durities, crudelitas* Exod. 1, 13. 14. Levit. 25, 43. 46. Ezech. 34, 4. cf. de hoc voc. Hartmann. Einl. p. 308.

פָּרֹכֶת f. *velum*, quo tabernaculi sanctum a sancto sanctorum *separabatur* et quasi *abrumpebatur*, Exod. 26, 31. 33. 35. 27, 21. Levit. 4, 17. 16, 15. Num. 18, 6. etc. Alii (v. Rosenm. ad Exod. 26, 31.) dictum volunt pro פָּרֹקֶת, coll. arab. فَرَقَ *separavit, distinxit.*

פָּרַם *scidit, discidit, rupit* (فَرَمَ *minutatim in particulas concidit*, ܦܪܰܡ *scidit*, talm. *scidit, secuit, dilaceravit*) Levit. 10, 6. 13, 45. 21, 10. In his locis omnibus de *vestibus* dicitur.

פַּרְמַשְׁתָּא filius Hamanis Esth. 9, 9. coll. pers. فرمشت *fortis manibus.*

פָּרַס *fidit* v. Hiph., *fregit, divisit, dispertitus est* (arab. فَرَسَ *discerpere violenter, comminuere*, cogn. فَرَصَ *findere, lacerare*) Jes. 58, 7. פָּרֹס לָרָעֵב לַחְמֶךָ *frangendo* (frangere) atque adeo distribuendo *famelico panem tuum*; eod. sensu Jer. 16, 7., ubi omissum est לֶחֶם. Ceterum v. infra פֶּרֶס. — Hiph. הִפְרִיס, adjecto voc. פַּרְסָה, *ungulam findere, dividere* i. e. *divisam* (non *penitus* fissam) *ungulam habere* Levit. 11, 3. (v. Rosenm. ad h. l.) 6. 7. 26. Deut. 14, 7. 8.; omisso פַּרְסָה Ps. 69, 32. מַפְרִיס *divisa ungula instructus.* — Semel Levit. 11, 4. videtur cum emphasi dictum: *ungulam penitus findere.*

פְּרַס chald. *divisit* Dan. 5, 25. Partic. Pehil פְּרִיס v. 28. Praet. foem. a Pehil declinatum: פְּרִיסַת Dan. 5, 28.

פֶּרֶס m. *ossifraga, aquilae* species a *frangendis* ossibus dicta (quemadmodum Arabes eandem aquilam dicunt كَاسِر *fractorem*) Levit. 11, 13. Deut. 14, 12.

פַּרְסָה f. *ungula*, propr. *divisa* sive *fissa* Exod. 10, 26. Zach. 11, 16., deinde quaevis alia Levit. 11, 3. 4. 5 6. Deut. 14, 6. 8. (*etiam equorum*). Plur. פְּרָסִים, unde cum affixo פַּרְסֵיהֶן Zach. l. c., et פְּרָסוֹת, in regim. פַּרְסוֹת Jes. 5, 28. Jer. 47, 3., cum affixo פַּרְסֹתַיִךְ Mich. 4, 13.

פָּרַס *Persia*, collect. *Persae* Ezech. 27, 10. Esth. 1, 3. Esr. 1, 1. 4, 5 sqq. Dan. 5, 28. 6, 12. al., pers. پارس (فارس, فرس) h. e. Zend. *splendens, nitidus, clarus* (v. Wahl *Asien* p. 225 sq. Heeren *Ideen* I, 1, p. 627.). — Nom. gentil. פַּרְסִי Neh. 12, 22., chald. in stat. emphat. פַּרְסָיָא Dan. 6, 29.

פָּרַע I) i. q. arab. فرع *in summo fuit, summum* (principatum) *cepit, tenuit*, hinc *imperium capessivit* vel *imperio functus est* Jud. 5, 2. בִּפְרֹעַ פְּרָעוֹת בְּיִשְׂרָאֵל *quod imperio functi sunt duces in Israel*. Ita Schnurrerus (Dissertatt. philol. p. 40 sqq.), qui bene refutavit Schultensium. — II) 1) *nudavit* Levit. 10, 6. 13, 45. 21, 20. Num. 5, 18. 2) *misit, missum fecit* h. e. a) *praetermisit, neglexit, rejecit* Prov. 1, 25. 4, 15. 8, 33. 13, 8. 15, 32.; b) impunitum *dimisit* aliquem, *pepercit* alicui Ezech. 24, 14.; c) in malam partem: *in libidines effundi aliquem passus est, dissolutum reddidit* (Cic. dixit *remittere appetitus*) Exod. 32, 25. *vidit Moses populum esse* פָּרֻעַ כִּי פְרָעֹה אַהֲרֹן *dissolutum, in libidines effusum, nam Aaron ei remiserat frena*. Ita post Dathium Rosenm. — Niph. *dissolutus factus, in libidines effusus est* Prov. 29, 18. — Hiph. הִפְרִיעַ 1) *dissolutum reddidit* 2 Chron. 28, 19. 2) *cessare fecit ab al.* sq. מִן Exod. 5, 4. לָמָּה תַּפְרִיעוּ אֶת־הָעָם מִמַּעֲשָׂיו *cur cessare facitis*, avocatis *populum ab operibus suis*. Onk. תְּבַטְּלוּן. Conf. c. Rosenmuellero ad h. l. arab. فرغ *finem rei imposuit*, V. *vacuus ab opere fuit*, unde فراغة *otium*.

פֶּרַע m. *coma, caesaries* (quae est in *summo* capite v. rad. n. 1.) Num. 6, 5. Ezech. 44, 20.

פְּרָעוֹת f. plur. *principes, duces* Jud. 5, 2., in regim. פַּרְעוֹת Deut. 32, 42., arab. فَرْعٌ *id quod summum est*, hinc *princeps, caput familiae* v. Schnurrer l. l. Ceterum de vocabulorum munera significantium muliebri genere v. Gesen. L. p. 468.

פִּרְעָתוֹן oppidum in tribu Ephraim. Jud. 12, 15. *Φαραθών* 1 Macc. 9, 50., unde nom. gentil. פִּרְעָתֹנִי Jud. 12, 13. 15. Simonis interpretatur hoc voc.: *ultio justa*; sed vide, annon declinetur a rad. n. 1.; fortasse in *edito* loco vel in *vertice* montis positum fuit istud oppidum.

פַּרְעֹה *rex*, communis regum Aegypt. titulus, qui ad tempora usque Ezechielis obtinuit, Gen. 12, 15. 37, 36. 41, 1. Exod. 1, 11. 3, 9. Deut. 6, 21. 7, 8. 1 Sam. 2, 27. 1 Reg. 3, 1. 9, 16. 2 Reg. 17, 7. 23, 29. etc., copt. ΟΥΡΟ *rex*, cum articulo Π, ΠΟΥΡΟ vel ΦΟΥΡΟ, quoniam Π et Φ in artic. alternant conf. Josephi Antiq. VII, 6, 2. La Crozii *Lex. Copt.* p. 70. Jablonskii Opusc. I, p. 374. Sed vix tamen dubitare licet, Hebraeos hoc voc. tanquam suo et domestico usos fuisse, coll. פְּרָעוֹת, quemadmodum מֹשֶׁה ab hebr. rad. משׁה repetebant. Simonis *Onomast.* p. 7.

פַּרְעֹשׁ m. *pulex* 1 Sam. 24, 15., arab. بُرْغُوث.

פָּרַץ 1) transit. *rupit, perrupit, perfregit* (arab. فرص *secuit in frusta, scidit*) Gen. 38, 29. Mich. 2, 13. הַפֹּרֵץ *perruptor* i. e. hostis munimenta omnia perrumpens, Eccles. 10, 8. פֹּרֵץ גָּדֵר *perrumpens maceriem,* Jes. 5, 4. Ps. 80, 13., חוֹמָה פְּרוּצָה *murus perruptus* 2 Chron. 32, 5., עִיר פְּרוּצָה *urbs perrupta* h. e. cujus muri perrupti, laceri sunt Prov. 25, 28.; hinc *diruit, destruxit* Eccles. 3, 3., it. perrumpendo *disjecit, disturbavit* 2 Sam. 5, 20. Ps. 60, 3., hinc *dispersit, diffudit* 1 Chron. 13, 2. נִפְרְצָה וְנִשְׁלְחָה *dispergamus et mittamus* h. e. *passim mittamus* v. Henr. Michaelis ad h. l. — 2) intrans. a) *erupit, prorupit* (pr. cancellos, qui obstant, perrumpere, perfringere) Job. 28, 4. פָּרַץ נַחַל *erupit rivus, torrens* (v. Umbreit. ad h. l.), ubi tamen alii transit. vertunt: *perrumpunt canalem,* sed v. sub נַחַל, 2 Chron. 31, 5. בִּפְרֹץ הַדָּבָר *cum erumperet,* in vulgus emanaret *hoc verbum;* hinc α) *diffusus est, diffudit se* Gen. 28, 14. Jes. 54, 3. Job. 1, 10.; β) *invaluit, incrementa cepit* Exod. 1, 12. Gen. 30, 30. Hos. 4, 10. Gen. 30, 43. 1 Chron. 4, 38. Huc referunt etiam Hos. 4, 2. *occidere, furari, adulterari* פָּרָצוּ (haec flagitia) *crescunt, invalescunt,* quanquam interpretari etiam poteris: *prorumpunt,* legibus et verecundia non coercita amplius; γ) *diffringi* vel *discedere (sich von einander geben)* Prov. 3, 10. *torcularia tua musto diffringentur* h. e. ita abundabunt, ut paene diffringantur. — b) *irrupit, irruit* sq. בְּ in aliquem Exod. 19, 22. 2 Sam. 6, 8. 1 Chron. 15, 13. Ps. 106, 29., sq. acc. Job. 16, 14., hinc etiam *institit, ursit* precibus 1 Sam. 28, 23. 2 Sam. 13, 25. 27. 2 Reg. 5, 23. (cf. supra פָּצַר), ut nostrates quoque dicunt: *eindringen auf jem., bestürmen.* — Niph. part. נִפְרָץ *diffusus* i. e. vulgatus, frequens, copiosus 1 Sam. 3, 1. — Pyh. *rumpi, perrumpi, dirui* Neh. 1, 3. — Hithpah. *abrupit se* i. e. *sejunxit se* ab al. 1 Sam. 25, 10.

פָּרִיץ m. propr. *rumpens, lacerans,* hinc de feris Jes. 35, 9., deinde *violentus* Ezech. 18, 10. Ps. 17, 4. In regim. פְּרִיץ (extrito kamez) Jes. l. c., sed plur. פָּרִיצִים Jer. 7, 11. Ezech. 7, 22., in regim. פָּרִיצֵי Dan. 11, 14.

פֶּרֶץ m. 1) *eruptio, perruptio* (aquarum) 2 Sam. 5, 20. 1 Chron. 14, 11., hinc *ruptura, hiatus* muri 1 Reg. 11, 27. Neh. 6, 1. Jes. 30, 13. Job. 30, 14. Am. 4, 3. etc.; עָמַד בַּפֶּרֶץ *stare in ruptura muri* i. e. hostes ab irruptione arcere Ezech. 22, 30., trop. (ut vern. *vor dem Riss stehen*) Ps. 106, 23., simil. עָלָה בַפְּרָצוֹת Ezech. 13, 5. 2) *irruptio, invasio* Job. 16, 14. *irruit in me* פֶּרֶץ עַל־פְּנֵי פָרֶץ *ita ut irruptio irruptionem exciperet* i. e. novas subinde plagas mihi inflixit; hinc *strages, clades* Jud. 21, 15. Ps. 144, 14. 2 Sam. 6, 8. — Plur. פְּרָצִים Am. 4, 3. 9, 11. et פְּרָצוֹת v. supra.

מִפְרָץ m. *portus* (q. d. *locus incisurae,* crebra scil. fluctuum allisione, ut arab. فُرْضَة *portus, statio navium* v. Schultens. in Clav. p. 281. opp. min. p. 163 sqq.). Plur. מִפְרָצִים Jud. 5, 17.

פָּרַק 1) *rupit, abrupit* sq. מֵעַל Gen. 27, 40., *dirupit, laceravit* Ps. 7, 3. 2) *eripuit, liberavit* Thren. 5, 8. Ps. 136, 24. [Arab. فرق *separavit,*

distinxit, syr. ܦܪܩ *redemit, servavit*, Pah. *separavit*]. — Pih *abrupit, avellit* Exod. 32, 2. Zach. 11, 16.; *dirupit, diffregit* 1 Reg. 19, 11. — Hithpah. 1) *distractus est* Ezech. 19, 12. 2) *sibi avellit, abrupit* Exod. 32, 3. 24. (Lxx. med. περιαιρέομαι).

פְּרַק chald. *rupit, abrupit* (cf. Targ. Onk. Gen. 27, 40. Exod. 32, 2.), it. *redemit* Dan. 4, 24. חֲטָיָךְ בְּצִדְקָה פְרֻק *redime liberalitate (beneficentia) peccata tua.* Ita Vulg. Gr. Ar. Syr. Contra B. Michaelis: *abrumpe per justitiam peccata tua* h. e. omitte peccata et virtuti stude.

פָּרָק m. sec. Cthib Jes. 65, 4. *jus, jusculum*, i. q. Kri מָרָק, permutatis inter se פ et מ, ut passim fit.

פֶּרֶק m. 1) *dilaceratio* i. e. *violentia, rapina* Nah. 3, 1. 2) *bivium, compitum* Obad. 14. q. d. *divisio viae*, coll. rad. syr. et samar. *divisit, separavit*, arab. *divisa, bifida se obtulit via*, unde مَفْرِق *locus ubi divortium facit via* et *in alias dividitur* v. Schnurrer. ad l. c.

מַפְרֶקֶת f. *cervix*, sic dicta, quod in ea sunt diversae ossis *fracturae separataeque* vertebrae et internodia, numero septem, graec. σφονδύλος; unde samar. פרקה *vertebra*. Cum affixo מַפְרַקְתּוֹ 1 Sam. 4, 18.

פָּרַר I) *fregit, disrupit, diffidit* (cf. فرّ IV. *fidit*) Jes. 24, 19. (ubi infin. absol. פֹּר), v. sub Hithpal. — Pil. פּוֹרֵר *fidit, rupit, diffidit* Ps. 74, 13. Hithpal. Jes. 24, 19. הִתְפּוֹרְרָה אֶרֶץ *diffringetur terra (tellus).* — Pilp. פִּרְפֵּר Job. 16, 12. וַיְפַרְפְּרֵנִי *contrivit me* vel potius (cum praecedat שָׁלֵו) *agitavit, conturbavit me* Deus (ita arab. فرفر est *commovit, conturbavit*). — Hiph. הֵפִיר Ps. 33, 10. Ezech. 17, 19. et הֵפֵר Jes. 33, 8. 17, 16., in pausa הֵפַר Gen. 17, 14. Num. 15, 31. (v. Ewald. Gramm. p. 472.) 1) *fregit, rupit*, translato sensu Levit. 26, 44. Jes. 33, 8. Jer. 33, 20. Jud. 2, 1. (foedus), Ps. 119, 126. (legem). 2) *irritum fecit* i. e. effecit ut aliquid fructu vel exitu careret Jes. 14, 27., v. c. consilium 2 Sam. 15, 34. Ps. 33, 10., votum Num. 30, 9. 13., praegn. Ps. 89, 34. חַסְדִּי לֹא אָפִיר מֵעִמּוֹ *clementiam meam non irritam faciam* et adimam ei. Semel intrans. Eccles. 12, 5. תָּפֵר הָאֲבִיּוֹנָה *capparis irrita fit* h. e. vi sua destituitur, v. de his verbis Winzerus in Commentatt. theol. a Rosenm. editt. I, 1, p. 92 sqq. 3) *sustulit* e medio, ut jus Job. 40, 8., pietatem Job. 15, 4., sq. עִם praegnanter Ps. 85, 5. הָפֵר כַּעַסְךָ עִמָּנוּ *tolle*, cessare fac *iram tuam*, quae *nobiscum est*, quam in nos habes. — Infin. הָפֵר, הָפִיר Zach. 11, 10, cum affixo הֲפֵרְכֶם Levit. 26, 15. — Hoph. הֻפַר *irritum factum est* Jes. 8, 10. Jer. 33, 21. [Alii hos declinatus omnes a rad. פּוּר repetunt].

II) i. q. arab. فرّ *fugit.* Inde videtur declinatum esse

פַּרְפַּר nom. propr. rivi, qui in Libano oritur et prope Damascum in Amanam influit 2 Reg. 5, 12. (propr. *fugax*). Idem nunc الفيجة (a فاج *currere, festinare*) dicitur.

פַּר, פַּר, פָּרָה v. supra suis locis.

פָּרַשׂ *fidit* (v. Hiph.), *separavit, distinxit* (ut chald. et syr.), hinc *definivit, distincte explicuit* Levit. 24, 12. — Niph. part. נִפְרָשׁוֹת *se-*

paratae scil. a reliquo grege, *dispersae* Ezech. 34, 12.; sed aliquot codices habent נִפְרָשׂוֹת. — Pyh. פֹּרַשׁ *definitum, explicatum fuit* Num. 15, 34., part. מְפֹרָשׁ adverb. *accurate* (h. e. ad fidem verborum coll. Esr. 4, 18.) Neh. 8, 8. — Hiph. *pupugit* Prov. 23, 32. Syr. *id.*

פְּרַשׁ chald. *id.*, Pahel part. Pehil מְפָרַשׁ adverbialiter *accurate, ad verbum* Esr. 4, 18.

פֶּרֶשׁ m. *fimus* ventriculi, sic dictus, quod a cibo vel chylo *separatur* (arab. فرث *fimus* et *faeces in ventriculo animalis*, et افرث *fidit ventriculum* et *projecit contenta*; hinc syr. ܦܪܬܐ *latrina*) Malach. 2, 3., cum affixo פִּרְשׁוֹ Exod. 29, 14. Levit. 4, 11. 8, 17.

פָּרָשָׁה f. accurata *expositio, enarratio*, in regim. פָּרָשַׁת Esth. 4, 7. 10, 2.

פָּרָשׁ 1) *equus*, arab. فَرَس, aethiop. ፈረስ, plur. פָּרָשִׁים (pro פְּרָשִׁים) Jes. 28, 28. 2 Sam. 1, 6.

פָּרָשׁ m. i. q. arab. فارس *eques* (forma dagessanda) Jer. 4, 29. Nah. 3, 3., in regim. פָּרַשׁ Ezech. 26, 10 (v. Gesen. L. p. 558.). Plur. פָּרָשִׁים Gen. 50, 9. 1 Sam. 13, 5., cum affixo פָּרָשָׁיו Exod. 14, 9. 17. 18. 23. 26. 1 Sam. 8, 11. Hab. 1, 8.

פָּרַשׂ I) 1) *expandit, extendit* (coll. arab. فرش et talm. פרס) vestem Num. 4, 6. 8., velum Jes. 33, 28., rete Ps. 140, 6. Jes. 19, 8. Hos. 5, 1. Prov. 29, 5., alas 1 Reg. 8, 7. Exod. 25, 20. Jer. 49, 22. Job. 39, 26., manus, quod est vel opem implorantium et precantium Ps. 44, 21. Exod. 9, 29. 33. vel arripientium aliquid Thren. 1, 10. vel largientium Prov. 31, 20. Trop. Prov. 13, 16. *stultus* יִפְרֹשׂ אִוֶּלֶת *expandit* h. e. prodit, declarat *stultitiam.* 2) *expandit se, diffusus est* Joel. 2, 2. — Niph. *diffusus, dispersus est* Ezech. 17, 21. — Pih. פֵּרַשׂ (פֵּרַשׂ Jes. 25, 11.): 1) *expandit* manus Jes. 1, 15. 25, 11. Jer. 4, 31. Ps. 143, 6. Thren. 1, 17. (de his, qui opem implorant aut Deum precantur). 2) *diffudit, dispersit* Ps. 68, 15. Zach. 2, 10.

II) i. q. פָּרַס *fregit, divisit* Mich. 3, 3. Thren. 4, 4.

מִפְרָשׂ m. 1) *expansio* Job. 36, 29. 2) *velum* quod *expanditur*, cum affixo מִפְרָשֵׂךְ Ezech. 27, 7.

פַּרְשֶׁגֶן m. Hebr. et Chald. *exemplar, apographum* Esr. 4, 11. 23. 5, 6. 7, 11., syr. et sab. ܦܪܫܓܢ. Pro eo dicitur quoque פַּתְשֶׁגֶן, quod vid. infra suo loco.

פַּרְשְׁדֹן m. Jud. 3, 22. וַיֵּצֵא הַפַּרְשְׁדֹנָה sec. Vulg. et Chald. *exiit stercus, evacuatus est alvus* (coll. פֶּרֶשׁ *stercus* et שׂדח chald. *effudit*). Lxx. ἐξῆλθεν (Ἀὼδ) τὴν προστάδα. Alii: *exiit* gladius *per podicem.* Aliam explicationem proposuit Ewald. Gramm. p. 519.

פַּרְשֵׁז *expandit* Job. 26, 9., compos. ex 2 synonymis פרשׂ et פרז. arab. فرز *separavit.*

פְּרָת *Euphrates*, magnus Syriae fluvius, qui in montibus Armen. ortus

Tigridi se immiscet atque ita in sinum persicum effunditur Gen. 2, 14. 15, 18. Deut. 1, 7. Jer. 2, 18. 13, 4. 46, 2. 51, 63., alibi הַנָּהָר הַגָּדוֹל vel הַנָּהָר κατ᾽ ἐξοχὴν (v. sub נָהָר), arab. فُرَات, graec. Εὐφράτης. Joseph. Antt. 1, 1, 3. καλεῖται ὁ μὲν Εὐφρ. Φορά, σημαίνει δὲ ἤτοι σκεδασμὸν (פרש?) ἢ ἄνθος (פרח). Sed rectius alii dictum putant ab aquarum *dulcedine*; illud ipsum enim voc. فرات significat *aquam admodum dulcem*.

פַּרְתְּמִים plur. m. nom. dignitatis: *magnates, primates* Esth. 1, 3. 6, 9. Dan. 1, 3., vocab. persicum, Hottingero quidem et Ludovico de Dieu ex بار *altus* et دم *spiritus* q. d. *magnanimi*, Pfeiffero autem et Opitio a verbo پرتميدن (*partemiden*) h. e. *faciem prosternere, conjicere in terram*, q. d. *fortes heroës*, qui alios *prosternunt*, vel potius, quibus alii prae veneratione *faciem prosternunt*. Sed non est, quod conjecturis etymologicis indulgeas; ipsum hoc voc. *Pardomim* eo, quem diximus, sensu in lingua pehlvica et parsica superest v. Bohlen Symbol. p. 20.

פַּשׂ v. sub rad. פסס.

פָּשָׂה *diffudit se, dimanavit* morbus, *crevit* (فشا *id.*, V. de *propagatione morborum* contagiosorum frequentatur) Levit. 13, 7 sqq.

פָּשַׁח in Kal inusit., Pih. פִּשַּׁח *discidit, discerpsit* (ut syr. et chald.) Thren. 3, 11.

פַּשְׁחוּר nom. propr. Jer. 20, 3. 38, 1.; 21, 1. 1 Chron. 9, 12.; Esr. 2, 38. 10, 22. etc., fortasse conflat. ex فسح *amplum esse* et סְחוֹר *circa* coll. Jer. 20, 3., ad quem l. v. Rosenm., qui alias viror. doct. conjecturas examinavit.

פָּשַׁט *exuit*, spec. *vestem* sq. acc. Cant. 5, 3. Levit. 6, 4. 1 Sam. 19, 24. Neh. 4, 17. Ezech. 44, 19., absol. Jes. 32, 11. *exue* (vestes); hinc *diripuit, spoliavit*, spoliandi caussa *irruit, invasit, grassatus est* sq. עַל (terrae vel populi) Job. 1, 17. 1 Sam. 23, 27. Jud. 9, 33., sq. בְּ 2 Chron. 25, 13. 28, 18., sq. אֶל 1 Sam. 27, 8., sq. acc. 1 Sam. 30, 14., deinde gener. *diffusus est, longe lateque grassatus est* exercitus 1 Chron. 14, 9. 13. sq. בְּ loci, Nah. 3, 16. (de locustarum agmine). Syr. ܦܫܛ *expandit, extendit*, coll. arab. بسط. — Pih. *exuit* h. e. *spoliavit* aliquem 1 Sam. 31, 8. 2 Sam. 23, 10. 1 Chron. 10, 8. — Hiph. הִפְשִׁיט *exuit* aliquem sq. acc. pers. Hos. 2, 3. 5. (v. infra), aliquem aliqua re, ut veste, armis, sq. vel dupl. acc. Gen. 37, 23. Num. 20, 26. vel acc. rei et מֵעַל pers. Mich. 3, 3., trop. Job. 19, 9. Concise dicta haec sunt Hos. l. c. אַפְשִׁיטֶנָּה עֲרֻמָּה *exuam eam nudam* i. e. exuendo nudam reddam (cf. de hac prolepsi Heller ad Soph. Oedip. Col. p. 524.); sed ex eodem genere non putaverim esse locum Job. 22, 6. בִּגְדֵי עֲרוּמִּים תַּפְשִׁיט: *nudi* enim hic vocari videntur, qui propemodum nudi sunt h. e. quibus nihil nisi pallium relictum est. Sic augetur sententiae vis: *nudos reliquiis etiam vestium spolias*. *Victimas exuere* est *excoriare* Levit. 1, 6. 2 Chron. 29, 34. 35, 11. — Hithpah. *sibi exuit* vestem, *exuit se* veste 1 Sam. 18, 4.

פָּשַׁע 1) *rebellavit* contra al. sq. בְּ pers. 2 Reg. 1, 1. 3, 5. adeoque *defecit* ab al. sq. מִתַּחַת 2 Reg. 8, 20. 22.; spec. פּ׳ בַּיהוָֹה Jes. 1, 2. Jer. 2, 29. Zeph. 3, 11. vel עַל־יְהוָֹה Hos. 8, 1. (absol. Jes. 59, 13. Am. 4, 4.), hinc *peccavit* Esr. 10, 13. Jes. 1, 28. 46, 8. Prov. 28, 21. Ps. 51, 15. [In arab. respondere videtur فسق, ע et ק inter se permutatis, quod significat: *defecit, exorbitavit, praevaricatus est.* Hoc si recte habet, propria vis voc. posita fuit in *abscindendo, dirumpendo*, coll. chald. פְּסַק]. Praeter. 2. foem. פָּשַׁעַתְּ c. patach furt. Jer. 3, 13. — Niph. Prov. 18, 19. אָח נִפְשָׁע *fratres a se invicem deficientes* (sensu reciproco), inter se discordantes.

פֶּשַׁע m. 1) *defectio, rebellio* Exod. 23, 21. Prov. 28, 2. 2) *delictum* Gen. 31, 36. 50, 17. Exod. 22, 8., max. *peccatum* adv. Deum Ps. 32, 1. Num. 14, 18. Jos. 24, 19. 1 Reg. 8, 50. Ps. 65, 4. Cum affixo פִּשְׁעֲכֶם Jos. 24, 19., plur. פְּשָׁעִים Prov. 10, 12. Am. 1, 3. 6. etc.; עֹל פְּשָׁעַי *jugum peccatorum meorum* h. e. gravissimae poenae propter peccata mihi inflictae Thren. 1, 14. Meton. ut חטאת a) de *sacrificio pro peccatis offerendo* Mich. 6, 7. v. Rosenm. ad h. l.; b) de *poena peccati* Dan. 9, 24. ubi recte vertit Dathius: *poena finita est.*

פָּשַׂע *gressus est, incessit*, sq. בְּ *aggressus est, invasit.* Fut. c. ה parag. אֶפְשְׂעָה Jes. 27, 4.

פֶּשַׂע *passus* 1 Sam. 20, 3.

מִפְשָׂעָה f. *coxendix, os femoris*, cujus motu fit *gressus* 1 Chron. 19, 4.

פָּשַׂק *distendit, divaricavit* (coll. arab. فسق sub פשע) Prov. 13, 3. — Pih. *id.* Ezech. 16, 25.

פְּשַׁר chald. *explicuit, interpretatus est* Dan. 5, 16.; Pahel part. praes. מְפַשַּׁר *explicans* Dan. 5, 12. Inde est

פְּשַׁר m. chald. *explicatio, interpretatio* Dan. 4, 3. 5, 15. 26. 7, 16., emphat. פִּשְׁרָא Dan. 2, 4. 16. 24. 25. 30. 4, 15. 21. 5, 17., et פִּשְׁרָה Dan. 2, 7. 5, 26., cum affixo פִּשְׁרֵהּ Dan. 2, 5. 6. 9. 26. 36. 45. 4, 4. 6. 16. 5, 7. 15. 16., pro quo occurrit פִּשְׁרָא Dan. 4, 15. 16. 5, 8., sec. litteras legendum פִּשְׁרָא in statu emphat., sec. puncta autem פִּשְׁרֵהּ. Plur. פִּשְׁרִין Dan. 5, 16.

פֵּשֶׁר hebr. m. *id.* Eccles. 8, 1.

פֵּשֶׁת m. *linum.* Cum affixo פִּשְׁתִּי Hos. 2, 7. 11. Origo voc. latet. Sunt tamen (v. Forster. de bysso), qui a coptico *Scheathi* (byssus) et artic. *pi* derivent.

פִּשְׁתָּה f. 1) *id.* Exod. 9, 31. Plur. פִּשְׁתִּים (hanc enim formam a פִּשְׁתָּה, non a פֵּשֶׁת oriri, declarat loc. Jes. 19, 9., ubi muliebri genere legitur) Levit. 13, 47. 48. 52. 59. Deut. 22, 11. Jud. 15, 14. Prov. 31, 13. Jes. 19, 9. Jer. 13, 1.; פִּשְׁתֵּי עֵץ *lina arboris* i. e. *gossypia* Jos. 2, 6. 2) metonym. *ellychnium* ex lino factum Jes. 42, 2. 43, 17.

פַּת v. sub rad. פתת, פת sub rad. פות.

פִּתְאֹם vid. sub rad. פתע.

פַּתְבַּג m. *cibus gratus* et *delicatus*, qualis est regum, *cupediae*, voc. pers. پتباه *cibus patris* i. e. *regis* (v. Bohlen. Symbol. p. 23.), quod etiam ad Syros translatum est ܦܬܒܓܐ. In regim. פַּתְבַּג Dan. 1, 5. 8., cum affixis פַּתְבָּגוֹ Dan. 11, 26., פַּתְבָּגָם Dan. 1, 16.

פִּתְגָם m. *sententia* judicis Eccles. 8, 11., *decretum, edictum* regium Esth. 1, 20., v. statim chald.

פִּתְגָם m. chald., emphat. פִּתְגָמָא 1) *verbum* Dan. 3, 16., spec. *epistola* Esr. 5, 7., *edictum* literis consignatum Esr. 4, 17. 6, 11. 2) *res, aliquid* Dan. 4, 14. Syr. ܦܬܓܡܐ. Sunt, qui pro persico voc. habeant, coll. پيغام, پيام *edictum, verbum.* Atque hoc magis placet, quam quod alii conflatum arbitrantur ex arab. فتا IV. *edocuit responso, judicio,* et chald. גמא *incidit, decidit.*

פָּתָה 1) *laxus* et *latus fuit, patuit* (syr. chald. *latus fuit,* unde Samar. פתאה *latitudo* et Aphel *dilatavit*) Prov. 20, 19., ubi פֹּתֶה שְׂפָתָיו est *patens labia* i. e. cujus labia semper patent h. e. *garrulus* v. Schultens. ad h. l. — A laxitate 2) q. d. patenti, aperto animo fuit h. e. *improvidus, simplex, persuasu facilis fuit,* adeoque *pellectus est, deceptus est, in errorem inductus est* Deut. 11, 16. Job. 31, 27. (ubi fut. apoc. וַיִּפְתְּ). Part. praes. פֹּתֶה *improvidus, simplex* i. e. *fatuus* Job. 5, 2., foem. פוֹתָה Hos. 7, 11. — Niph. נִפְתָּה *persuaderi sibi, induci se passus est* Jer. 20, 7. (ubi fut. apocop. וָאֶפָּת), in malam partem Job. 31, 9. — Pih. 1) *persuasit* alicui (ut aliquid faceret) 1 Reg. 22, 20. מִי יְפַתֶּה אֶת־אַחְאָב וְיַעַל *quis persuadebit Ahabo, ut ascendat?* Jud. 14, 15., sq. solo acc. pers. Jer. 20, 7. Jud. 16, 5. 2 Sam. 3, 25. 1 Reg. 22, 21. 22.; maxime in malam partem, hinc *pellexit, ad nequitiam induxit* Exod. 22, 15. Prov. 1, 10. 16, 29. Hos. 2, 13 (16), ubi v. Rosenm. 2) simulando *decepit* aliquem, verbis *lactavit* Ps. 78, 36. Prov. 24, 28., hinc gener. *decepit* Ezech. 14, 9. פִּתֵּיתִי אֵת הַנָּבִיא *decipiam hunc prophetam* sc. falso spiritu v. Rosenm. ad h. l. — Pyh. 1) *persuaderi sibi passus est* Prov. 25, 15. בְּאֹרֶךְ אַפַּיִם יְפֻתֶּה קָצִין *patientiâ constanti persuadebitur principi* sc. ut ab ira desistat, h. e. placabitur princeps (severus). 2) *pellectus, deceptus est* Jer. 20, 10. Ezech. 14, 9. — Hiph. *dilatavit* Gen. 9, 27. יַפְתְּ אֱלֹהִים לְיֶפֶת *dilatet,* spatium concedat *Deus Japheto* h. e. late habitare faciat (ejus posteros) coll. Gen. 26, 22.

פֶּתִי, in pausa פֶּתִי m. 1) *simplex, pellectu* et *persuasu facilis* Prov. 7, 7. 9, 4. 16. 19, 25. (ubi פְּתִי legitur extra pausam) 21, 11. Ps. 116, 6., spec. *credulus* Prov. 14, 15., it. *imperitus* Ps. 19, 8., *improvidus, is, qui per imprudentiam peccavit* Ezech. 45, 20. Plur. פְּתָיִים Prov. 1, 22. 32. et פְּתָאיִם vel, ut alii legunt, פְּתָאִים Ps. 116, 6. Prov. 1, 4. etc. — 2) subst. *fatuitas* Prov. 1, 22.

פְּתִי m. chald. *latitudo,* cum affixo פְּתָיֵהּ Dan. 3, 1. Esr. 6, 3.

פְּתַיּוּת f. *fatuitas,* pro concr. *fatuus* Prov. 9, 13.

פְּתִיגִיל v. infra suo loco.

פִּתְאֹם v. sub פֶּתַע.

יֶפֶת (fut. Hiph. pro יַפְתְּ) nom. propr. filii Noae Gen. 5, 32. 7, 13. 9, 18 sqq., a quo originem traxisse perhibentur gentes complures, qui Graeciam et ultra incolebant Gen. 10, 2 sqq.

תִּפְתָּיֵא chald. plur. Dan. 3, 2. 3., vulgo *Jurisconsulti* (ordo ICtorum aut judicum primariorum coll. arab. أفتى IV. *edocuit responso judicioque* de jure, unde مفتى *Mufti*). Sed Bertholdto (ad Dan. II, p. 828.) magis placuit: *praefecti ruris,* qui in rure h. e. a rusticis tributa exigunt (*Landschaftsdirectoren*) coll. chald. פַּתְאָה rus (*offnes Land*) Cant. 3, 2. Targ.

פָּתַח 1) aperuit (فتح *id.*), ut oculos 1 Reg. 8, 29., librum Neh. 8, 4. (5), sepulcrum Ezech. 37, 13. (Ps. 5, 10.), ianuam Jud. 3 25. Jes. 22, 22. (omisso voc. *ianuae* Cant. 5, 2. 5.), fenestram 2 Reg. 13, 17. Partic. Pah. פָּתוּחַ *apertus* Neh. 6, 15 (de epistola), Num. 19, 15 (de vasibus, quae operculis carent). Ceterum notandae sunt hae phrases: a) *os aperire* i. e. vel *loqui incipere* Job. 3, 1. (2, 14.) vel *loqui* Job. 33, 2. Prov. 31, 26. (cf. ἀνοίγειν τὸ στόμα in N. T.); *os aperire contra aliq.* i. e. verbis aliq. insectari Ps. 109, 2., *os aperire pro al.* i. e. defendere al., caussam alicuj. agere Prov. 31, 8., *os non aperire* i. e. tacere Jes. 53, 7. Prov. 24, 7. (de loco Ezech. 21, 27. v. sub v. רצח); b) *ianuas coeli aperire* h. e. pluviam demittere Ps. 78, 23. coll. Deut. 28, 12.; c) *manum suam aperire* i. e. liberalem, beneficum esse Deut. 15, 8. 11. Ps. 145, 16.; d) *aurem alicui aperire* i. e. declarare, manifestare alicui aliquid (de Deo) Jes. 50, 5. cf. גָּלָה אֹזֶן; e) ubi oppida *aperire* (portas) dicuntur 2 Reg. 15, 16. est: *dedere se* hostibus. Paullo insolentiora haec sunt: f) *gladium aperire* i. e. stringere Ps. 37, 14. Ezech. 21, 33. (etiam Virgilius et Statius *aperire* pro *evaginare* dixerunt); g) Am. 8, 5. וְנִפְתְּחָה־בָּר *ut aperiamus frumentum* i. e. cellis frumentariis apertis frumentum vendamus, venale proponamus; h) *carmen aperire* h. e. proferre, efferre Ps. 49, 5. — 2) *solvit* v. Pih., hinc *liberum dimisit, liberavit* aliquem Jes. 14, 17. Infin. פְּתֹחַ Jes. 45, 1., c. affixo פִּתְחִי Ezech. 37, 13., imp. פְּתַח 2 Reg. 13, 17., fut. יִפְתַּח etc.

Niph. נִפְתַּח 1) *apertus est* Gen. 7, 11. Nah. 3, 13. Ezech. 44, 2. Jes. 35, 5. *aures surdorum aperientur* i. e. auditum recuperabunt surdi, Ezech. 1, 1. *aperti* (discissi) *sunt coeli et vidi visiones Dei;* hinc: *patet* Jes. 24, 18. 2) *solutus est* Jes. 5, 23 (de vinculis) Jes. 51, 14. coll. Job. 12, 14 (de vincto). — Pih. פִּתַּח 1) *aperuit* Job. 41, 6., it. intrans. *aperuit se* Cant. 7, 13 (de flore). 2) *solvit,* ut vincula Job. 38, 31. 39, 5. Jes. 58, 6., loricam 1 Reg. 20, 11., tunicam (quae cingulo constringebatur) Jes. 20, 2. Ps. 30, 12., cingulum (hinc מְפַתֵּחַ *discinctus* i. e. qui victoria reportata cingulum solvit, *victor*) 1 Reg. 20, 11., habenam Job. 30, 11., aliquem vinculis (מִן־הָאזִקִּים) Jer. 40, 4. (hinc gener. *liberare* aliquem Jes. 58, 6. Ps. 102, 21.); trop. *lumbos regum solvere* i. e. potentia eos privare Jes. 45, 1., *castigationem regum solvere* i. e. eorum auctoritatem tollere Job. 12, 18. 3) *sulcavit* (propr. aperuit aratro) terram Jes. 28, 24., hinc *sculpsit, insculpsit* Exod. 28, 11. 36. 1 Reg. 7, 36. 2 Chron. 2, 6. 13., פִּתַּח פִּתּוּחַ *caelaturam insculpere, caelare* Zach. 3, 9. — Pyh. part. plur. foem. מְפֻתָּחוֹת *insculptae* Exod. 39, 6. — Hithpah. imper. f. הִתְפַּתְּחִי *solve tibi* (vincula) sec. Kri Jes. 52, 2., sed Cthib habet plur. הִתְפַּתְּחוּ *solvite vobis.*

פְּתַח chald. *aperuit* Dan. 6, 10. Praet. plur. a Pehil declinatum פְּתִיחוּ *aperti sunt* Dan. 7, 10.

פֶּתַח m. *apertio, apertura* Gen. 38, 14. פֶּתַח עֵינַיִם *apertio fontis gemini* v. Rosenm., spec. a) *ostium, ianua* Exod. 29, 4. 11. 32. 42. Num. 4, 28. Deut. 22, 21. Jos. 8, 29. etc. פֶּתַח שַׁעַר *ostium portae* Jos. 20, 4 Jud. 9, 35., פֶּתַח passim pro בְּפֶתַח *ad ianuam* Gen. 18, 1. 19, 11.; trop. Mich. 7, 5. *ostia oris;* Prov. 17, 19. *altam faciens ianuam* (h. e. superbiens, altos spiritus gerens) *quaerit perniciem,* Hos. 2, 14. לְפֶתַח תִּקְוָה *tanquam ostium spei* h. e. ut jam bene sperare incipiant; b) *porta* urbis Jes. 3, 26., v. tamen Rosenm. — Cum affixo פִּתְחוֹ Prov. 17, 19.; plur. פְּתָחִים 1 Reg. 7, 5. Prov. 8, 3., in regim. פִּתְחֵי Ps. 24, 7, 9. etc.

פֵּתַח m. *declaratio, expositio, institutio* Ps. 119, 130.; *aperiri* enim latine etiam dicuntur, quae declarantur exponunturve.

פְּתִיחָה f., plur. פְּתִיחוֹת *strictiones gladii, gladii stricti* Ps. 55, 22.

פִּתּוּחַ m. *sculptura, caelatura* 2 Chron. 2, 6., cum affixo פִּתֻּחָהּ Zach. 3, 9., plur. פִּתּוּחִים 2 Chron. 2, 6. Exod. 28, 11. 21. 36. 1 Reg. 6, 29. Ps. 74, 6.

פִּתְחוֹן m. *apertio* oris, in regim. פִּתְחוֹן Ezech. 16, 63. 29, 22.

יִפְתָּח nom. propr. *Jephtae* Jud. 11, 12. 1 Sam. 12, 11. v. Wineri Lexic. bibl. I, p. 317 sq.

מַפְתֵּחַ m. *clavis,* qua *aperitur* (مِفْتَاحٌ) Jud. 3, 25. Jes. 22, 22. 1 Chron. 9, 27.

מִפְתָּח m. *apertio* labiorum h. e. id quod quis eloquitur, profert Prov. 8, 6.

פְּתִיגִיל m. vel *pallium amplum* (ut contextus orationis poscere videtur) vel *cingulum,* ut Hieron. vertit, Jes. 3, 24. De origine voc dubitatur. Alii conflatum putant ex chald. פְּתַג *linum* et פְּתִיל *filum,* alii ex פְּתִי *amplitudo* et גִּיל i. q. גּוּלְּא chald. *pallium,* alii aliter, v. Rosenm. et Gesen. ad h. l.

פָּתַל *torsit, contorsit, intorsit* (ut arab. فتل), in Kal inusit., Niph. נִפְתַּל 1) *contortus, intortus est;* particip. נִפְתָּל trop. *versutus,* dolos et insidias nectens, dolosus Job. 5, 13. (Lxx. πολύπλοκος) Prov. 8, 8. 2) *luctari,* q. d. se invicem torquere, contorquere Gen. 30, 8. — Hithpah. fut. תִּתְפַּתָּל *contortum* i. e. *perversum, dolosum te exhibes* Ps. 18, 27., pro quo 2 Sam. 22, 27. legitur תִּתַּפָּל, qui est haud dubie librariorum error; fortasse rescribendum תִּתַּפַּתָּל (i. e. תִּתְפַּתָּל).

פָּתִיל m. *filum* contortum, *funiculus* (فَتِيل) Exod. 28, 28. 37. 39, 21. 31. Num. 15, 38. Jud. 16, 9. Ezech. 40, 3., spec. *filum, cui alligatus est annulus signatorius* Gen. 38, 18. 25. — In loco Num. 19, 15. צָמִיד פָּתִיל videtur significare: *operculum* et *filum* h. e. *filo alligatum.* Paullo aliter Rosenm. ad h. l.

פְּתַלְתֹּל m. *tortuosus* h. e. *perversus, dolosus* Deut. 32, 5.

נַפְתּוּל m. (verbale ex Niph.) *luctatio* Gen. 30, 8.

פִּתֹם urbs aegyptiaca haud procul a sinu arab. Exod. 1, 11., graec. *Πάτουμος* Herod. II, 15., arab. فيوم (v. Hartmann. Africa p. 1028 sqq.). Nomen sortita est, quod undique *montibus clausa* erat, a copt. ⲐⲰⲘ *clausus* et artic. ⲠⲈ, ⲠⲒ v. Jablonsk. Opusc. I, 447 sq. Champollion l'Egypte sous les Pharaons II, p. 59.

פָּתַן rad. inusit., cujus ne in dialectis quidem apta deprehenditur significatio.

פֶּתֶן m. *aspis* Ps. 58, 5. 91, 13. Jes. 11, 8. (arab. بثن). Plur. פְּתָנִים Deut. 32, 33. Job. 20, 14. 16. Conf. Bocharti *Hieroz.* P. II. lib. 3. c. 5. Hasselquist. *itinerar.* p. 239. Michaelis *Suppl.* p. 2057.

מִפְתָּן m. *limen inferius* 1 Sam. 5, 4. Zeph. 1, 9. In regim. מִפְתַּן 1 Sam. 5, 5. Ezech. 9, 3. 10, 4. 18. etc.

פֶּתַע m. *minutissima* temporis pars, *momentum temporis, Augenblick* (vulgo repetunt a فتع V. *sub molaribus contusa fuit res,* — satis inepte). Cum praefixis בְּפֶתַע *in momento* h. e. a) *repente, extemplo* Num. 6, 9.; b) *improviso, fortuito* Num. 35, 22., (פִּתְאֹם) לְפֶתַע *ad punctum temporis, repente, extemplo* Jes. 29, 5. 30, 13., et omisso praefixo, פֶּתַע *repente* Prov. 6, 15. 29, 1. Habac. 2, 7.

פִּתְאֹם (mutata ע litera in א, ut pro גמא Chaldaei dicunt גְּמַע, addita terminatione adv.) *repente, ex improviso* Num. 12, 4. Eccles. 9, 12. Ps. 64, 5. Prov. 6, 15. Mal. 3, 1. Jos. 10, 9., פַּחַד פִּתְאֹם *terror repentinus* Prov. 3, 25. Job. 22, 10. Cum praefixo בְּפִתְאֹם 2 Chron. 29, 36.

פָּתַר *explicuit, interpretatus est,* ut chald. פְּשַׁר Gen. 40, 8. 16. 22. 41, 8. 12. 13. Fut. יִפְתֹּר.

פְּתוֹר Num. 22, 5. 23, 7. Deut. 23, 5. nom. propr. loci in Mesopotamia ad Euphratem fluv., unde Bileamus oriundus fuit.

פִּתְרוֹן m. *interpretatio* Gen. 40, 5. 12. 18. 41, 11., plur. פִּתְרֹנִים Gen. 40, 8.

פַּתְרוֹס nom. regionis, quae mox distinguitur ab Aegypto Jes. 11, 11. Ezech. 29, 14., mox ejus pars esse perhibetur Jer. 44, 1. 15. Ezech. 30, 14. Vix dubium, significari *Thebaidem* h. e. Aegyptum superiorem, quae prior culta erat; haec enim copt. etiam vocatur ⲠⲈⲐⲞⲨⲢⲎⲤ i. e. *terra australis* v. Jablonsk. Opusc. I, p. 198. — Plur. פַּתְרֻסִים Gen. 10, 14. *incolae Thebaidis.*

פַּתְשֶׁגֶן m. *id.,* quod פַּרְשֶׁגֶן, *exemplum, apographum* Esth. 3, 14. 4, 8.

פָּתַת *fregit* (فتّ *fregit, comminuit*) Levit. 2, 6.

פַּת f. (v. Ewald. Gramm. p. 325.) *frustum,* panis, cibi, *offa, buccella* Gen. 18, 5. Jud. 19, 5. 1 Sam. 2, 36. 1 Reg. 17, 11. Prov. 17, 1. etc., cum affixo פִּתִּי Job. 31, 17., plur. פִּתִּים Levit. 2, 6. Trop. מַשְׁלִיךְ קַרְחוֹ כְפִתִּים *dejicit glaciem suam frustulorum instar* i. e. grandinem demittit Ps. 147, 17.

פְּתוֹת m. *id.,* plur. פְּתוֹתִים Ezech. 13, 19.

צ

צֵאת vid. sub rad. יצא.

צֶאֱלִים plur. *loti silvestres* Job. 40, 21. 22., ضال *id.* v. SCHULTENS. *ad l. c.* Al. (in quibus ROSENM.) pro צְלָלִים *loca umbrosa* dict. putant, more Aramaeorum, ut 7, 5. מֵאס pro מִמְּס etc; nec hoc inepte.

צֹאן, semel צאון Ps. 144, 13. (ex syriasmo pro צֹאן vel צְאוֹן) com. (m. Gen. 30, 39.) nom. collect. *pecus* (opp. *armentis* Gen. 12, 6.) h. e. *oves et caprae (Kleinvieh)* Gen. 4, 2. Exod. 2, 16. Num. 31, 32. Deut. 16, 2. etc. (syr. ܥܳܢܳܐ). Semel 1 Sam. 25, 2., ubi צאן et עִזִּים copulantur, illud *oves* duntaxat significare videtur, quemadmodum arab. ضأن. Metaphor. (de populo Israel. Jovae addicto) legitur Ps. 95, 7. Ezech. 34, 31. Jer. 23, 1. 1 Chron. 21, 17. Singulare est Ezech. 36, 37. *multiplicabo eos* כַּצֹּאן אָדָם h. e. ita, ut grex hominum existat similis gregi pecudum cf. Gen. 16, 12. פֶּרֶא אָדָם *homo sicut onager*, onagro similis. Cum affixo צֹאנְכֶם Exod. 10, 24. 1 Sam. 8, 17. Rarius scribitur צֹנֶא (unde c. affixo צֹנַאֲכֶם) Num. 32, 24. et צֹנֶה Ps. 8, 8.

צַאֲנָן (*locus pecorosus?*) nom. propr. oppidi Mich. 1, 11., ut videtur, a צְנָן in tribu Jud. Jos. 15, 37. non diversi.

צֶאֱצָאִים vid. sub rad. יצא.

צָב vid. sub rad. צבב.

צָבָא 1) *procedere in aciem* (arab. صبا *id.*, aethiop. ፀብአ: *bellum intulit*), hinc *aggressus est* hostem sq. עַל Num. 31, 7. Jes. 29, 8. Zach. 14, 12., absol. *dimicavit, pugnavit* Jes. 31, 4., *militavit* Num. 31, 42. 2) per vices (ut milites solent) *procedere, convenire ad ministeria (sacra) obeunda* Num. 4, 23. 8, 24. 1 Sam. 2, 22. Exod. 38, 8. — Partic. צֹבֵא, et (petita forma a צבה) צֹבֶה Jes. 29, 7. — Hiph. part. מַצְבִּיא *militare faciens* i. e. *in re militari exercens* 2 Reg. 25, 19. Jer. 52, 25.

צָבָא m. agmen militum Num. 1, 3. 45. Jud. 4, 7. 2 Sam. 2, 8. 2 Reg. 5, 2. Jer. 3, 19. 2 Chron. 25, 5. (hinc אַנְשֵׁי הַצָּבָא *milites* Num. 31, 53., שַׂר הַצָּבָא *dux militum* Gen. 21, 22.), Levitarum Num. 4, 23. 35. 39. (Dan. 8, 13.?) al.; meton. *militia*, hinc *conditio misera, molesta, laboris plena* Job. 7, 1. 14, 14. Jes. 40, 2. Dan. 10, 1. — Cum affixo צְבָאֲךָ Jud. 8, 6., plur. צְבָאִים Ps. 103, 21., צְבָאוֹת Deut. 20, 9. Ps. 68, 13., in regim. צִבְאוֹת 1 Reg. 2, 5. etc. — Saepenumero (in sublimiore oratione) *coelestis agminis* mentio injicitur. Id complectebatur et sidera et angelos, ita tamen, ut mox hi, mox illa potissimum significentur, pro unius cujusque loci indole. Triplex autem occurrit hujus agminis appellatio: a) צְבָא יְהוָה Ps. 103, 21. i. e. *angeli;* b) צְבָא הַמָּרוֹם Jes. 24, 21., ubi v. GESEN.; c) longe frequentissime: צְבָא הַשָּׁמַיִם i. e. *α)* angelorum cohors Jovae in coelis ministrantium 1 Reg. 22, 19. 2 Chron. 18, 18. Ps. 148, 2.; *β)* sidera Dan. 8, 10. Jes. 34, 4. 45, 12. Jer. 33, 22.; hinc, qui sidera divino cultu prosequuntur, adorare dicuntur צְבָא הַשָּׁמַיִם 2 Reg. 17, 16. 21, 3. Deut. 4, 19. Zeph. 1, 5. Jer. 19, 13.

Passim, ubi vel solis et lunae (Jer. 8, 2. Deut. 17, 3.) vel stellarum Deut. 4, 19. Dan. 8, 10. (coll. Mt. 24, 29.) mentio facta, צְבָא הַשָּׁמַיִם tanquam voc. generalius adjicitur. — Hinc est, quod Jova sexcenties, max. ap. prophetas appellatur *Deus agminum* (coelestium) אֱלֹהִים צְבָאוֹת Ps. 80, 15. vel יְהוָֹה אֱלֹהֵי צְבָאוֹת 2 Sam. 5, 10. 1 Reg. 19, 10. Ps. 89, 9. Jer. 5, 14. Hos. 12, 5. Am. 3, 13. 4, 13. 5, 14. vel יי אֱלֹהִים צְבָאוֹת Ps. 59, 6. (69, 7.) 80, 5. vel יְהוָֹה צְבָאוֹת 1 Sam. 1, 3. 4, 4. 15, 2. 2 Sam. 6, 2. 1 Reg. 8, 15. Ps. 24, 10. 46, 8. 84, 2. Jes. 1, 9. 44, 6. al. Jer. 6, 6. 7, 3. 10, 16. 49, 7. etc. Mich. 4, 4. Nah. 2, 13. Hab. 2, 13. Zeph. 2, 10. Hagg. 1, 2. 2, 8. etc. Zach. 1, 3. 3, 7. etc. Mal. 1, 4. 2, 2. 1 Chron. 11, 9. (In iis, quos in hoc indice praetermisimus, libris non occurrit; omnium vero frequentissime ap. Jes. Jer. Zach. Malach. et in Psalmis legitur). Idem est in libris recentioribus, ut ap. Dan., אֱלָהּ שְׁמַיָּא *Deus coelorum* atque adeo non harum terrarum modo sed omnium omnino, quae praeter ipsum sunt, rerum. — Videtur hoc nomen superstitioni eorum, qui astra colerent, oppositum esse, quanquam alii contendunt (Herder. hebr. Poes. II, p. 81 sq. ed. 3. Bauer bibl. Theol. A. T. p. 12. coll. R. Bechai ap. Hottinger. in Dissertt. theol. p. 279.), יְהוָֹה צְבָאוֹת antiquitus significasse *Deum bellatorem* h. e. pro populo suo bella gerentem (1 Sam. 17, 45.), posthac vero a prophetis in alium sensum traductum esse — parum probabiliter v. de Wettius in Comment. in Psalm. p. 255. ed. 2. Ceterum falluntur (ut multis ostendit Gesenius ad Jes. 11, 9.), qui יְהוָֹה צְבָאוֹת elliptice dictum putant pro יְהוָֹה אֱלֹהֵי צ׳. Etenim nominibus etiam propr. addi potest genitivus. Ita pater *Lebidi*, poetae arab., vocatur ربيعة المقترين *Rebiath pauperum*, propter liberalitatem, ita *Ontara* passim gerit nomen عنترة الفوارس *Ontara equitum* etc.

צְבֹאִים nom. propr. urbis, quae cum Sodomis periit Hos. 11, 8. Gen. 10, 19. Scribitur sec. Kri צְבוֹיִם, sec. Cthib צְבִיִּים Deut. 29, 22. De nominis origine v. Simonis Onom. p. 93.

צְבָא Chald. 1) *voluit* (syr. ܨܒܐ, arab. صبا) Dan. 5, 19. דִּי הֲוָה צָבֵא הֲוָא מָרִים *quemcunque volebat, eum exaltabat*, 4, 14. 22. 29.; 4, 32: כְּמִצְבְּיֵהּ *secundum voluntatem suam* h. e. pro arbitrio. 2) *cupivit, desideravit* Dan. 7, 19.

צְבוּ (pro צְבוּת) f. chald. *voluntas* (syr. ܨܒܘ) Dan. 6, 18. דִּי לָא תִשְׁנֵא צְבוּ בְדָנִיֵּאל *ne mutaretur voluntas* (regis) *in Daniele* h. e. id quod de Dan. decretum erat. Alii vertunt: *negotium, caussa, res* (coll. syr. ܨܒܘ Act. 18, 15. Hebr. 6, 18.), ut Theodot. ὅπως μὴ ἀλλοιωθῇ πρᾶγμα ἐν τῷ Δ.

צָבַב radix Hebr. non usit., arab. ضبّ II. *obduxit, texit, clausit.* Inde est

צָב m. 1) *tectum;* עֶגְלֹת צָב *currus tecti, camerati* Num. 7, 3., plur. צַבִּים (omisso עֲגָלוֹת) *id.* Jes. 66, 20. Cet. cf. Rosenm. ad Num. l. c.

2) Levit. 11, 29. *lacertae* species (a *tegendo* dicta?), ضبّ Arabum h. e. *lacerta Aegypt.* cauda verticillata, squamis denticulatis, pedibus penta-

dactylis v. Hasselquist. Itiner. p. 353. Tychsen ad Physiol. Syr. p. 64 sq.

צָבָה I) *tumuit, intumuit* (ضَبَّ *id.* coll. ضبا) Num. 5, 27. — Hiph. *tumefecit* Num. 5, 22., ubi infin. c. praefixo לְ exclusa praeform. לַצְבּוֹת pro לְהַצְבּוֹת. — II) i. q. ضَبَّ *emicuit*, v. infra nom. צְבִי. Sed צֹבֶיהָ Jes. 29, 7. v. sub rad. צבא.

צָבֶה m. inusit., f. צָבָה *intumescens* Num. 5, 21.

צְבִי m. 1) *splendor* (a *micando*), *decus, pulchritudo* Jes. 4, 2. 13, 19. Jer. 3, 19. Ezech. 7, 20. 26, 20. Dan. 11, 16. 41. 48. etc., in pausa צֶבִי Dan. 8, 9., צְבִי יִשְׂרָאֵל *decus populi Israel*. 2 Sam. 1, 19. de Saulo et Jonathane, אֶרֶץ צְבִי *terra decoris* i. e. Judaea Dan. 11, 16. 41., et simpl. צְבִי eod. sensu Dan. 8, 9. coll. Ezech. 20, 6. Jer. 3, 19. 2) *dorcas* (*antilope dorcas* L.), gazella (ظَبْيٌ, syr. ܛܒܝܐ, conf. Rosenm. *Anhang zu Arvieux Sitten der Beduinen-Araber* p. 225 sqq.) Deut. 12, 15. 22. 1 Reg. 4, 23. Jes. 13, 14. Prov. 6, 5. Cant. 2, 9. 17. etc. a *pulchritudine* et *decora forma*; unde Orientales, maxime Arabes, omnia *pulchra capreis* comparare solent (Cant. 2, 9. 4, 5. 7, 4.) atque adeo per bellum hoc animal jurant (Cant. 2, 7. 3, 5.) cf. Bochartus *Hieroz.* P. I, p. 899. et 925. et Joh. Fabricius *Specim. Arab.* p. 92. et 114. Plur. צְבָיִים 2 Sam. 2, 18. Neh. 7, 57. et צְבָאִים 1 Chron. 12, 9.

צִבְיָה (*dorcas* foemina) nom. propr. mulieris 2 Reg. 12, 2. 2 Chron. 24, 1. (Cf. Act. 9, 36. *Ταβιθά*, chald. טביתא, *Δορκάς*); sed צִבְיָא 1 Chron. 8, 9. est nom. viri cf. B. Michaelis in Potti Syll. VII, p. 91.

צְבִיָּה f. *dorcas foemina* Cant. 4, 5. 7, 3.

צְבָאוֹת f. plur. *dorcades foeminae*, tanquam a sing. צְבָאָה, unde in regim. צִבְאוֹת Cant. 2, 7. 3, 5. Aliud est a צָבָא, quod vid. supra.

צָבַט *porrexit* (prehendendum, arripiendum, hinc arab. et aeth. *comprehendit, arripuit*) Ruth. 2, 14.

צָבַע rad. Hebr. non usitat., i. q. arab. صبغ *tinxit, intinxit*, v. צְבַע. Alterius rad. صبع, unde in arab. lingua *digitus* et *hyaena* appellantur, non superest significatio primaria (nam صبع *intendit digitum in al.* haud dubie oritur ab أصبع *digitus*), et quaeri potest, annon utrumque hoc voc., quanquam per ع lit. scriptum, ab eadem ista radice proficiscatur.

צְבַע chald. *tinxit*; Pah. *id.* Dan. 4, 22. Ithpahel *tingi* Dan. 4, 12. 20. 30. 5, 21.

צֶבַע m. hebr. *tinctum, coloratum* Jud. 5, 30. Arab. صِبْغ *color*.

צָבוּעַ m. *hyaena* Jer. 12, 9., ut ضَبْعٌ et ضَبُعٌ conf. Bocharti *Hieroz.* Tom. II, p. 176 sq. Schultens. ad *grammat. Erpen.* p. 443. Tychsen. ad Physiol. Syr. p. 26 sq.

צְבֹעַ m. videtur idem q. צָבוּעַ significasse. Plur. צְבֹעִים nom. propr. vallis et oppidi in tribu Benjam. 1 Sam. 13, 18. Neh. 11, 34.

אֶצְבַּע f. *digitus* (إِصْبَعٌ, aeth. አጽብዕት:, syr. ܨܒܥܐ) fortasse propr.

index, qui *intingendo* adhibetur (Levit. 4, 6. 17. 14, 16. Num. 19, 4.) Levit. 8, 15.; trop. Exod. 8, 15. אֶצְבַּע אֱלֹהִים הוּא *digitus hic Dei est* i. e. potentia, virtute Dei ipsius hoc factum est (Luc. 11, 20.). Cum affixo אֶצְבָּעוֹ Levit. 4, 6. al. Plur. אֶצְבָּעוֹת Prov. 6, 13. Cant. 5, 5. Jes. 2, 8 (אֲשֶׁר עָשׂוּ אֶצְבְּעֹתָיו *idola, quae fecerunt digiti,* manus *eorum*) Ps. 8, 4 (de Deo); pro mensura est Jer. 52, 21. *funiculus erat quatuor digitos crassus;* אֶצְבְּעוֹת רַגְלַיִם *digiti pedum* 2 Sam. 21, 20.

אֶצְבַּע f. chald. *id.;* plur. אֶצְבְּעָן *digiti* Dan. 5, 5., emphat. אֶצְבְּעָתָא (de *digitis pedum*) Dan. 2, 41. 42.

צָבַר *congessit, coacervavit* (صبر *congessit, construxit,* II. *coacervavit,* chald. *id.*) Ps. 39, 7. Job. 27, 16. Gen. 41, 35. 49. Habac. 1, 10. Zach. 9, 3. Fut. יִצְבֹּר.

צִבּוּר m. *acervus,* plur. צִבֻּרִים 2 Reg. 10, 8. (إِضْبَارَة *fasciculus, congeries*).

צָבַת rad. Hebr. non usit., chald. צְבַת *ligavit, copulavit.*

צֶבֶת m. *fasciculus, manipulus* plur. צְבָתִים Ruth. 2, 16.

צָדַד rad. Hebr. non usitat., arab. صدّ *vultum avertit, declinavit,* صادّ III. *contrarius fuit, repugnavit.*

צְדָד (coll. arab. صُدّ *fluvii litus, ora,* it. *mons*) nom. propr. oppidi in septentrionalibus Palaest. finibus Num. 34, 8. Ezech. 47, 15.

צַד 1) *latus* (nam quando *declinamus, latus* obvertimus) Deut. 31, 26. Jos. 3, 16. 1 Sam. 20, 25. 2 Sam. 2, 16.; מִצַּד פּ׳ *a latere, juxta* aliq. Jos. 12, 9. Ruth. 2, 14. 1 Sam. 6, 8.; עַל צַד *gestari* dicuntur infantes h. e. in manibus, brachiis Jes. 60, 4. 66, 12. Lxx. ἐπ' ὤμων. Cum affixo צִדָּהּ Gen. 6, 16. Exod. 25, 32., plur. צִדִּים Exod. 26, 13. 30, 4. 37, 27.; c. he parag. צִדָּה 1 Sam. 20, 20. *ad latus.* — 2) *adversarius* Jud. 2, 3. Ita Schultens *Opp. min.* p. 160. coll. ضِدّ *hostis* v. sub rad.

צַד m. chald. *latus;* מִצַּד *a latere, a parte* i. e. *respectu* Dan. 6, 5., לְצַד *in latus* i. e. *adversus, contra* Dan. 7, 25.

צִדִּים urbs Naphthalitarum Jos. 19, 15.

צָדָה *studiose quaesivit, sectatus, insidiatus est* (cogn. צוּד) Exod. 21, 13. (sq. acc. pers.) 1 Sam. 24, 12. (sq. נֶפֶשׁ, cf. בִּקֵּשׁ נֶפֶשׁ). — Niph. נִצְדָּה *desolatus est* (ex usu chald. et syr.) Zeph. 3, 6.

צְדָא m. chald. *studium, industria;* unde cum ה interrog.: הַצְדָא *an studium erat?* i. e. *an studio? an de industria* factum? Dan. 3, 14.

צְדִיָּה f. hebr. *id.;* al. *insidiae.* Num. 35, 20. 22.

צָדַק propr. sensu physico *rigidus, rectus fuit* v. צֶדֶק (arab. صدق, velut de hasta, v. Schultens. defect. l. h. §. 217 sqq. Vindic. p. 183 sqq.), deinde sensu ethico: 1) de sentiendi agendique ratione in univ.: *justus fuit* Ps. 51, 6 (de Deo), 19, 10 (de lege divina), v. צַדִּיק; hinc *integer, probus* atque adeo *insons fuit* (propr. *juste* h. e. legi divinae

convenienter egit) Job. 15, 14. 22, 3. 35, 7., sq. לִפְנֵי יְהוָה Ps. 143, 2, sq. עִם אֵל *judice Deo* Job. 9, 2., מֵאֱלוֹהַּ eod. sensu Job. 4, 17., semel *probus declaratus est* Ezech. 16, 52: *peccatis, quibus te magis, quam illae* (sorores) *abominabilem reddidisti*, תִּצְדַּקְנָה מִמֵּךְ *probiores declaratae* illae *sunt*, probiores apparent, *te* i. e. peccatorum tuorum atrocitate effecisti, ut illarum peccata fere nulla viderentur. 2) spec. a) *recte, vere dixit (Recht haben)* Job. 11, 2. 33, 12. coll. arab. صدق *verax, sincerus fuit, verum dixit.* Passive: *verax declaratus est* Jes. 43, 9.; b) *justam caussam habuit* (in foro) Job. 9, 15. 20. 10, 15. 13, 18. coll. Ps. 143, 2., sq. מִן Gen. 38, 26. *caussam habuit justiorem quam.* Passive: *caussam obtinuit* (q. d. justam caussam habere declaratus est) Jes. 45, 25. Fut. יִצְדַּק. — Niph. Dan. 8, 14. נִצְדַּק קֹדֶשׁ *vindicabitur* ab injuriis (v. Pih. n. 2.) atque adeo pristino honori restituetur *sanctuarium;* Theodot. καθαρισθήσεται τὸ ἅγιον, ad sensum bene. Mirifice in hoc v. explicando argutatus est Ben. Michaelis ad h. l. — Pih. צִדֵּק 1) *justum* h. e. *integrum, insontem, probum reddidit, praestitit* Ezech. 16, 51. תְּצַדְּקִי אֲחוֹתֵךְ בְּכָל־תּוֹעֲבוֹתַיִךְ *insontem (probam) praestitisti sororem tuam per peccata tua omnia* h. e. peccando effecisti, ut soror tua, et ipsa peccatorum culpâ contaminata, paene insons appareat, v. supra Kal; Jer. 3, 11. צִדְּקָה נַפְשָׁהּ מְשֻׁבָה יִשְׂרָאֵל מִיְּהוּדָה *insontem animam suam, se praestitit defectrix Israel prae Juda* i. e. minus rea videtur, si cum Juda comparatur. 2) justum h. e. *insontem, probum declaravit, affirmavit* aliquem (vel *justam* alicujus *caussam vindicavit*) Job. 32, 2. 33, 32. — Infin. c. affixo צַדְּקָתֵךְ Ezech. 16, 52. a forma צַדֶּקֶת (cf. יְבֹשֶׁת, יְכֹלֶת). — Hiph. הִצְדִּיק 1) *justum* h. e. *legi divinae addictum, probum reddidit* Dan. 12, 4. sq. acc. pers., Jes. 53, 11. sq. לְ pers. 2) *justum declaravit* h. e. a) justam alicujus caussam esse declaravit, *absolvit* aliquem, *jus* alicui *reddidit* (verb. forense) Exod. 23, 7. Deut. 25, 1. Jes. 5, 23. 2 Sam. 15, 4. Prov. 17, 15. 1 Reg. 8, 32.; b) *declaravit* aliquem *vere, recte dixisse, jem. Recht geben* (v. Kal 2. a.) Job. 27, 5. Jes. 50, 8. — Hithpah. fut. plur. נִצְטַדָּק (pro נִתְצַדָּק) justos *nos* h. e. *insontes declarabimus, purgabimus* Gen. 44, 16.

Ex his, quae supra dicta sunt, intelligitur, verbo צָדַק ap. vett. Hebraeos aliquanto latiorem inesse notionem, quam quae vocibus *justitiae* aut vern. *Gerechtigkeit* exprimi recte possit, quanquam hoc posterius voc. apud majores nostros latius quam nunc patuisse non dubitamus. Scilicet *justum* vocarunt Hebraei non solum hunc, qui suum cuique tribuit, sed illum etiam, cujus vel verba cum veritatis norma, vel facta cum lege sibi injuncta congruunt, ita, ut ad omnem istam notionem declarandam tribus fere verbis germanicis opus sit: *gerecht, rechthabend, rechtlich.* Ceterum de graec. δίκαιος v. sub צַדִּיק.

צֶדֶק m. 1) *rectitudo* sensu physico Prov. 23, 3. מַעְגְּלֵי צֶדֶק *viae rectae;* deinde sensu ethico: a) *rectum, justum, jus* Levit. 19, 36. מֹאזְנֵי צֶדֶק *trutina justa,* Deut. 33, 19. זִבְחֵי צֶדֶק *sacrificia justa* h. e. qualia Deo debentur, Ps. 51, 21. 15, 2. פֹּעֵל צֶדֶק *recta faciens,* recti honestique studiosus, Jes. 65, 4. Job. 36, 3. לְפֹעֲלִי אֶתֵּן־צֶדֶק *creatori meo dabo,* reddam *jus* suum h. e. vindicabo eum a tuis injuriis, Job. 6, 29.; b) *verum* Jes. 45, 19. Ps. 52, 5. — 2) subjective max. ap. poet.: *justitia* Levit. 19, 15. Ps. 7, 18. 35, 24. 40, 10. 58, 2. 89, 15. Hos.

2, 18. al., it. *integritas, probitas, innocentia* Ps. 37, 6. Job. 8, 6. Ps. 17, 1. צֶדֶק הַקְשִׁיבָה *innocentiam, probitatem audi* h. e. innocenti, probo mihi opem fer. — 3) *salus,* qua probum et integrum hominem Dei justitia impertit, Ps. 132, 9. Dan. 9, 34. Jer. 23, 6., max. ap. Pseudo-Jes. 41, 10. 45, 8. 51, 5. 58, 8. Cum affixo צִדְקִי Ps. 7, 18. etc.

צִדְקִיָּהוּ s. צִדְקִיָּה *Zedekias,* rex Jud., filius Josiae 2 Reg. 24, 17. Jer. 1, 3. etc. Alii, qui idem nomen gerunt, memorantur 1 Reg. 22, 24. Jer. 29, 21 sq. 36, 12. 1 Chron. 3, 16.

צַדִּיק m. 1) *justus* h. e. qui suum cuique tribuit Ps. 11, 7. 112, 4. 145, 17. Deut. 32, 4. Exod. 9, 27. (ubi צ׳ opponi videtur ei, qui sine caussa poenam infligit) Zeph. 3, 5., צַדִּיק הַרְבֵּה *nimium justus* i. e. severus, durus (summum jus summa saepe injuria) Eccles. 7, 16. opp. aequo et clementi, qui de jure suo remittit. Huc pertinere videntur etiam loci Jes. 45, 21. Neh. 9, 8., ubi Deus, quod promissis stat, צַדִּיק appellatur. Scilicet quae promisit Deus hominibus, ea *debere* iis cogitatur; igitur si promissa perficit, *sua* hominibus tribuit. Quare non est, quod ex arab. *verax* interpreteris. Cf. Rom. 3, 4. 5. — 2) *is, qui legi convenienter vivit, vixit* i. e. a) *innocens, justam caussam habens* sensu forensi Exod. 23, 8.; b) de omni sentiendi agendique ratione: *probus, integer, virtutis pietatisque studiosus* (nam lege mos. non civilia solum sed pietatis etiam honestatisque officia continentur) Gen. 6, 9. 18, 25. Eccles. 7, 20. Ezech. 3, 20. Prov. 11, 31. Ps. 118, 20. Jes. 49, 24. (ubi שְׁבִי צַדִּיק *praeda pii* est quae eripitur pio homini, v. Gesen. ad h. l.). Ita *δίκαιος* in N. T. et ap. Hom. sexcenties v. Passow Lex. I, 356., coll. Aristot. Ethic. V, 1. 2. — 3) subst. *rectum, verum* (veritatis legi consentaneum) vel adv. *recte, vere* Jes. 41, 26. coll. 43, 9.

צָדוֹק nom. propr. virorum 2 Reg. 15, 33.; 2 Sam. 8, 17. 15, 24.; 1 Chron. 5, 38.; Neh. 3, 4. 10, 22.; Neh. 3, 29. 13, 13. etc.

צְדָקָה f. 1) *rectum, jus* 2 Sam. 19, 29. מַה־יֶּשׁ־לִי עוֹד צְדָקָה *quod jus (rechtl. Ansprüche) mihi amplius est?* Neh. 2, 20. Jes. 5, 23. Joel. 2, 23. הַמּוֹרֶה לִצְדָקָה *pluvia secundum justam mensuram,* pluvia justa, idonea. 2) *justitia* Ps. 11, 7. Jes. 5, 16. 9, 6. 10, 22. 32, 17. Dan. 9, 7. Ps. 36, 7. Jer. 9, 23. Huc spectant etiam ii loci, ubi צִדְקַת יְהוָה verti jubent: *Dei benignitas, beneficentia:* Ps. 24, 5. 36, 11. 47, 11. 145, 17. 1 Sam. 12, 7.; non significatur nisi justitia Dei (ut jam perspexit H. Reiners in Bibl. Brem. VI, p. 385 sqq.), quae tam in puniendo quam in *remunerando* populo consistit, prout hic vel nequitiae vel virtuti operam dederit. Atque in eundem censum venit Jud. 5, 11. ubi צִדְקַת פִּרְזוֹנוֹ objective dictum est: *justitia, quam exhibuit ducibus,* qua usus est erga duces. 3) *probitas, integritas, virtus* (quae in observanda lege div. continetur) Prov. 12, 28. 15, 9. Ezech. 18, 26. (v. 27. oppon. רִשְׁעָה) 3, 20. Ps. 112, 8 (9). 18, 21. Job. 27, 6., *innocentia* Gen. 30, 33. Ita etiam in hac form. Gen. 15, 6. וַיַּחְשְׁבֶהָ לּוֹ צְדָקָה hoc *ipsi probitati duxit* Deus i. e. pro documento probitatis, pietatis habuit, et Deut 6, 25. צְדָקָה תִּהְיֶה לָּנוּ *probitas nobis erit* h. e. probitatis nostrae documentum esse judicabitur, censebitur. Passim angustiore sensu ea significatur pietas, quae in *benignitate* et *liberalitate* erga alios cernitur Prov. 10, 2. 11, 4. cf. samar. צדקה *eleemosyna* in Carm. sam.

a Gesenio editis 2, 17. 18. (δικαιοσύνη Mt. 6, 1.). 4) *salus, tanquam virtutis probitatisque praemium,* Jes. 45, 24. 46, 13. 48, 18. Mal. 3, 20.

צִדְקָה f. chald. Dan. 4, 24. vulgo *liberalitas, beneficentia* (ut syr. et talm.). Nobis tamen magis placet B. Michaelis interpretatio: *virtutis honestatisque studium;* nam ne sqq. quidem verba בְּמִחַן עֲנָיִן de sola beneficentia dicta videntur.

צָהַב *splenduit, fulsit auri instar,* ut chald. et talm. (Mischn. V, 336.); Hoph. part. מֻצְהָב *fulgens* auri instar (coll. זָהָב) Esr. 8, 27.

צָהֹב m. *flavus, fulvus* Levit. 13, 30. 32. 36.

צָהַל I) gener. *claram vocem edidit, alta voce clamavit* eaque vel *tristi: ejulavit* Jes. 10, 30., vel *laeta,* quo modo de equis dictum, *hinnire* denotat (arab. صهل *id.*) Jer. 5, 8., de hominibus: *jubilare* Esth. 8, 15. Jes. 12, 6. 24, 14. 54, 1. Jer. 31, 7. — Pih. Jes. 10, 30. צַהֲלִי קוֹלֵךְ *ejulare fac vocem tuam* i. e. *voces anxias ede, ejula.*

II) i. q. זָהַר vel צָהַב. Hinc Ps. 104, 15. הַצְהִיל פָּנִים *splendere fecit faciem.*

מִצְהָלָה f. *hinnitus,* plur. in regim. מִצְהֲלוֹת Jer. 8, 16. coll. 13, 27.

צָהַר radix inusit.; sensum habuit *splendendi* (cf. זהר); conv. ظهر *prodiit, emicuit in apertum, apparuit, conspicuus fuit.* Sed Hiph. הִצְהִיר *denominativum* est a יִצְהָר.

צֹהַר m. *lumen* Gen. 6, 16. צֹהַר תַּעֲשֶׂה לַתֵּבָה *lumen* h. e. fenestras *fac navigio.* Hanc certe interpretationem, quippe hebraico loquendi usu innixam, praeferre haud dubitamus ei, quam Schultensius et nuper Rosenm. commendavit: *tectum fac navigio* coll. arab. ظَهْر *dorsum.* — Dual. צָהֳרַיִם q. d. *lumen geminum* i. e. *meridies* (arab. ظُهْر) Gen. 43, 16. 25. Deut. 28, 29. 2 Sam. 4, 5. 1 Reg. 18, 26. 29. etc., נַעֲלָה בַצָּהֳרַיִם *ascendamus* (bellum inferamus) *meridie* i. e. sine mora, eo adeo tempore, quo molestissimum est Jer. 6, 4. Metaph. *meridies* est pro *summa felicitate* (plus enim est, quam אוֹר) Job. 11, 17. Ps. 37, 6. coll. Jes. 58, 10.

יִצְהָר m. *oleum* (a *nitore*) Num. 18, 12. Deut. 12, 17. 14, 23. 28, 51. 2 Reg. 18, 32. 2 Chron. 31, 5. etc.; בְּנֵי יִצְהָר *filii olei* h. e. *uncti* Zach. 4, 14. Cum affixo in pausa יִצְהָרֶךָ Deut. 7, 13. Inde formatum est verbum in

Hiph. הִצְהִיר *oleum expressit* Job. 24, 11.

צוא radix Hebraeis inusit., syr. ܛܘܐ Pah. *foedavit, deformavit.*

צוֹא m. *sordidus* Zach. 3, 3. 4.

צוֹאָה f. *stercus, sordes* (ܨܐܐ *foetiditas, turpitudo*) Jes. 28, 8., *excrementa* sec. Kri Jes. 36, 12. 2 Reg. 18, 27. Trop. de sordibus peccati Prov. 30, 12.

צֵאָה f. *sordes, stercus* Deut. 23, 14., *excrementa* Ezech. 4, 12. (Alii repetunt a יָצָא *exire*).

צאצאים v. sub rad. יצא.

צַוָּאר et semel צַוָּר Neh. 3, 5. m. *collum* (syr. ܨܘܪܐ) Gen. 27, 16. Jud. 8, 21. Job. 41, 13. Cant. 4, 4. Dan. 5, 7.; בְּצַוָּאר erecto *collo* i. e. fastuose Job. 15, 26. Ps. 75, 6.; in regim. צַוַּאר Jer. 28, 10. 11., c. affixo צַוָּארוֹ etc. Ubi *jugum* dicitur vel imponi עַל צַוָּאר vel demi מֵעַל צַוָּאר Deut. 28, 48. Jes. 10, 27. Jer. 30, 8., *cervicem* potius quam *collum* significat hoc voc. — Plur. צַוָּארִים et צַוָּארוֹת *colla* (de uno homine, ut passim ap. Lat.) Mich. 2, 3. Hinc נָפַל עַל צַוְּארֵי פ׳ *invadere in alic. collum, amplecti aliq.* Gen. 33, 4. 45, 14. 46, 29. Cum affixis צַוָּארָיו Gen. 27, 16., צַוְּארֵיכֶם Jer. 27, 12. — Origo voc. latet.

צַוַּאר m. chald. *id.*, cum affix. צַוְּארָךְ Dan. 5, 16. צַוְּארֵהּ Dan. 5, 7.

צַוְּרוֹן m. auctore Coccejo *collare, monile* (arab. صوار *armillae*, alias سوار et سوار). Plur. cum affixo צַוְּרֹנָיִךְ Cant. 4, 9. Ita nuper etiam Ewaldus, qui, quod ad formam voc. attinet, conferri jubet שַׂהֲרֹנִים. Sed in hac voce exitus וֹן diminutivorum est (*parvae lunae, lunulae*) v. Gesen. L. p. 513. Praestat igitur Cant. l. c. *collula* i. e. colla lepida interpretari, praesertim cum עֲנָק מִצַּוְּרֹנָיִךְ vix possit nisi *monilia colli tui* significare, v. ענק.

צוֹבָא et צוֹבָה *urbs Syriae* (Mesopotamiae), unde אֲרַם צוֹבָה s. צוֹבָא *Syria Sobaea* s. ea Syriae (et Mesopotamiae) pars, quae Euphratem proxime attingit (conf. 2 Sam. 8, 3. 1 Chron. 18, 3.) et ab occidente continens est Syriae Damascenae ac terrae Canaan., ut facile patet ex crebris Sobaeorum bellis cum Judaeis et Damascenis gestis 1 Sam. 14, 47. 2 Sam. 8, 3. 1 Reg. 9, 17. 11, 24. 2 Chron. 8, 3. 4. Videtur *Syria Nesibena* significari; *Nesibis* enim (ܢܨܝܒܝܢ *stationes*) scriptoribus syr. vocatur etiam ܨܘܒܐ. Conf. Michaelis *commentatio de Syria Sobaea* et Ej. *Suppl.* p. 2073. Certe, quae nuper huic sententiae opposuit Rosenm. (*Alterthumsk.* I, 2, p. 145. 251 sq.), non movent nos, ut secus statuamus. Nomen auctore Simonisio derivatur ab arab. صاب *depressit, inclinavit* coll. صبّ *declivis fuit.*

צוּד *venatus est* Gen. 27, 3. 5. 33. Job. 38, 39. Levit. 17, 13., it. *aucupatus est* Thren. 3, 52., metaph. Thren. 4, 18. Prov. 6, 26. Mich. 7, 2. Ps. 140, 12. [Syr. ܨܕ *id.*, etiam *piscatus est* ut Luc. 5, 2. 4. 9. Joa. 21, 3. Arab. صاد *venatus est*]. — Pil. צוֹדֵד *venatus est*, trop. *insidiatus est* Ezech. 13, 18. 20. — Hithpah. vid. statim sub צַיִד.

צַיִד m. 1) *venatio* (صَيْد) Gen. 10, 9. 25, 27. 27, 30. 2) *fera venando capta* et *cibus ex ea paratus* (*Wildpret*) Gen. 25, 28. (צַיִד בְּפִיו i. e. *carne ferina delectabatur*) 27, 5. 7. 33., it. *praeda* Job. 38, 3. (38, 41), arab. صَيْد *id.* 3) quivis *cibus, commeatus, annona* Ps. 132, 15. Neh. 13, 15. Jos. 9, 5. 14. In regim. צֵיד Levit. 17, 13., cum affix. צֵידוֹ Prov. 12, 27. Inde formatum est verbum in

Hithpah. הִצְטַיֵּד (pro הִתְצַיֵּד) *commeatu se instruxit* Jos. 9, 12.

צֵידָה f. Jos. 9, 11. Ps. 78, 25. et sec. Cthib Gen. 27, 3. alibi semper צֵדָה propr. *fera venando capta* et *cibus inde paratus (Wildpret)*, deinde *victus*, *cibus* quivis Gen. 42, 25. Exod. 12, 39. Jos. 1, 11. Jud. 7, 4. 1 Sam. 22, 10. etc.

צַיָּד m. *venator* (صَيَّاد). Plur. צַיָּדִים sec. Kri Jer. 16, 16., sed Cthib habet צַוָּדִים, media radicali ו servata.

צִידוֹן m. (propr. *piscatus*) nom. propr. 1) urbis primariae Phoenicum, *Sidon* Gen. 49, 13. Jos. 11, 8. 19, 28. „quam a *piscium* ubertate „*Sidona* appellaverunt, nam *piscem* (imo *piscatum*) Phoenices *Sidon* „vocant" ut ait Justinus lib. 18. c. 3. §. 8. Hodie صيدا. Conf. Relandi *Palaest.* p. 1010. Bocharti *Phaleg* c. 34. Rosenm. *Alterthumsk.* II, 1, p. 20 sqq. 2) terrae Phoenicum Jud. 1, 31. 3, 3. 1 Reg. 11, 1. 5, 33. 2 Reg. 23, 4. Deut. 3, 9. Jes. 23, 2. al. v. Gesen. Comment. in Jes. I, p. 724 sq.

מָצוֹד m. *rete* quo ferae *capiuntur* Job. 19, 6., ܡܨܘܕܐ *laqueus*, مَصْيَدة *instrumentum venaturae, retia, venabula, unci.*

מָצוֹד m. 1) *captura, praeda* Prov. 12, 12. v. Schultens. ad h. l. 2) *rete* Eccles. 7, 26., ubi plur. מְצוֹדִים. 3) collect. *machinae obsidionales* vel *munitiones obsidionales*, quibus oppidum *capere*, expugnare student Eccles. 9, 14.

מְצָד, semel מֵצַד 1 Chron. 12, 8. (nisi est stat. regim. v. Gesen. L. p. 679.) *vertex montis* (arab. مَصَاد), accessu difficilis, in quo tuto considere possunt, qui *praedam* agunt 1 Sam. 23, 14. 19. 1 Chron. 12, 8., deinde *castellum montanum, arx* 1 Chron. 11, 7. Jer. 48, 41. Superest in nomine castelli *Masada* v. Joseph. b. Jud. 7, 8, 3. Vulgo referunt hanc voc. ad rad. מצד. Sed haec ne in arab. quidem lingua aptam praebet significationem. Ista, quam supra posuimus, derivatio Gesenio debetur. — Plur. מְצָדוֹת Jud. 6, 2. Jer. 33, 16. al.

מְצוּדָה et מְצֻדָה f. 1) *venatio*, deinde *praeda* venando capta Ezech. 13, 21. 2) *rete* Ezech. 12, 13. Ps. 66, 11. 3) *vertex montis* (unde praedatio et insidiae fieri possunt) 1 Sam. 22, 4. Job. 39, 31., it. *munimentum, arx* 2 Sam. 5, 7.; trop. Deus vocatur *arx* i. e. *praesidium alicujus* Ps. 18, 3. 31, 4. 71, 3.

מְצוֹדָה f. 1) *rete* Eccles. 9, 12. 2) *arx munita*, locus insidiarum Jes. 29, 7. Ezech. 19, 9.

צָוָה I) i. q. syr. ܨܘܐ *statuit* (v. nom. צִיּוּן), hinc *decrevit, imperavit*, arab. وَصَّى literis invicem transpositis, in Kal inusit., Pih. צִוָּה imperavit 1) non addita eorum, quae imperantur, mentione Jes. 45, 11. *de filiis meis* (עַל) *mihi imperant* h. e. praecipiunt, quid iis facere debeam, 2 Sam. 17, 23. וַיְצַו אֶל־בֵּיתוֹ *imperavit domui suae* sc. quae post mortem suam fieri volebat h. e. testamentum condidit, 2 Reg. 20, 1. Jes. 38, 1. (coll. arab. وَصِيَّة *testamentum*, rabb. צַוָּאָה *id.*). Hinc צִוָּה est: *mandata dedit, praecepit* alicui sq. acc. pers. Jer. 14, 14. 23, 32,

alicui ad aliquem sq. acc. pers. et עַל Esr. 8, 17. 1 Chron. 22, 12., alicui contra al. sq עַל pers. et בְּ Job. 36, 32., alicui de aliquo sq. acc. pers. et עַל Gen. 12, 20. 2 Sam. 14, 8. vel אֶל Exod. 6, 13. vel לְ Ps. 91, 11. Passim de rebus inanimatis, ut Ps. 42, 9. יְצַוֶּה יְהוָה חַסְדּוֹ *mandata dabit Jova benignitati suae,* delegabit eam tanq. famulam, ut benefaciat hominibus. — 2) adjecta eorum, quae imperantur, mentione: a) *imperavit* alicui aliquid sq. dupl. acc. 1 Sam. 21, 3. Esth. 3, 12. Jer. 29, 23. 50, 21., *imperavit alicui ut* aliquid faceret sq. acc. pers. et infin. Gen. 50, 2. וַיְצַו אֶת־הָרֹפְאִים לַחֲנֹט *imperavit medicis, ut condirent, jussit medicos condire* 2 Sam. 7, 7. Jer. 35, 8.. sed multo crebrior est haec sententiarum conformatio: Gen. 32, 5. וַיְצַו אֹתָם לֵאמֹר כֹּה תֹאמְרוּן *imperavit iis: sic dicite* h. e. jussit eos sic dicere, Exod. 5, 6. Deut. 31, 23.; simil. sq. עַל pers. Gen. 2, 16. 28, 6., sq. אֶל Gen. 50, 16., sq. לְ Exod. 1, 22. Paullo aliter Am. 9, 4. אֲצַוֶּה אֶת־הַחֶרֶב וַהֲרָגָתַם *imperabo gladio, ut trucidet eos,* Esth. 2, 10. צִוָּה עָלֶיהָ אֲשֶׁר לֹא תַגִּיד *imperaverat ei, ut ne indicaret.* — b) *imperavit aliquid, aliquem* h. e. existere, esse, parari jussit Jes. 45, 12. כָּל־צְבָאָם צִוֵּיתִי *omnem eorum* (coelorum) *exercitum imperavi,* jussi existere, Deut. 28, 8. יְצַו יְהוָה אֶת־הַבְּרָכָה בַּאֲסָמֶיךָ *imperabit Jova felicitatem in horreis* h. e. efficiet ut felix sis annonae, Thren. 1, 17. צִוָּה יְהוָה לְיַעֲקֹב צָרָיו *imperavit Jova Jacobo hostes* i. e. jussit hostes ejus undique surgere, Levit. 25, 21. Ps. 7, 7. 68, 29. 111, 9. 133, 3. Pro acc. nom. est infinitivus Ps. 71, 3. צִוִּיתָ לְהוֹשִׁיעֵנִי *imperasti salutem meam* h. e. opem mihi tulisti, auxilium praestitisti; coll. 2 Sam. 17, 14. — Huc spectant etiam formulae: 1 Sam. 13, 14. וַיְצַוֵּהוּ יְהוָה לְנָגִיד עַל־עַמּוֹ *jussit eum Jova (esse) principem super pop. suo* i. e. constituit eum princ. populi sui, 2 Sam. 6, 21., 2 Sam. 7, 11. צִוִּיתִי שֹׁפְטִים עַל עַמִּי *jussi (esse) judices super p. m.* h. e. praefeci judices populo meo, Neh. 5, 14. 7, 2. — Imp. apoc. צַו Levit 6, 2. Num. 5, 2., fut. apoc. 1. p. וָאֲצַו Deut. 3, 18. Partic. c. affixo מְצַוְּךָ Deut. 6, 2. etc.

Pyh. צֻוָּה *jussus est* Num. 36, 2 Gen. 45, 19. Levit. 8, 35. Exod. 34, 34., it. impers. *imperatum, praeceptum est* Num. 3, 16.

צָו et צַו m. *praeceptum* Hos. 5, 11. Jes. 28, 10. 13. צַו לָצָו צַו לָצָו *praeceptum super praeceptum, pr. s. pr.* i. e. praeceptum praecepto additur, perpetuis praeceptis fatigamur. Sunt verba hominum castigationem proph. rejicientium et eludentium.

צִיּוּן m. *signum, monumentum,* a *statuendo* dict. 2 Reg. 23, 17. Ezech. 39, 15., plur. צִיֻּנִים Jer. 31, 21. Arab. صُوَة *cippus, viae index,* أَصْوَا *sepulcra, tumuli,* syr. ܨܘܝܐ *monumentum.* [צִיּוֹן nom. propr. v. infra suo loco].

מִצְוָה f. *praeceptum* 1 Reg. 2, 43. 2 Reg. 18, 36., max. Dei Deut. 5, 31. Jos. 22, 5. 1 Reg. 2, 43. Prov. 6, 23. Eccl s. 8, 5. 1 Sam. 13, 13.; מִצְוַת הַלְוִיִּם est object. *pars Levitarum praecepta,* lege definita, demensum Levitarum Neh. 13, 5. Plur. מִצְוֹת Levit. 4, 2. 13. 22. Deut. 4, 2., cum affixis מִצְוֹתֶיךָ Deut. 26, 13. 1 Chron. 29, 19. et מִצְוֹתְךָ Dan. 9, 5., מִצְוֹתָיו Deut. 5, 9. Jos. 22, 5. et מִצְוֹתַי sec. Cthib Deut. 5, 10., ubi Kri habet מִצְוֹתָי.

צָרַח *vociferatus est* (صرخ med. Je *clamavit*, conf. chald. et aeth.) Jes. 42, 11.

צְוָחָה f. *vociferatio, clamor* Ps. 144, 14. Jes. 24, 11., in regim. צִוְחַת Jer. 14, 2., cum affixo צִוְחָתֵךְ Jer. 46, 12.

צוּל radix inusit., unde oritur

צוּלָה f. *profundum* maris, *vorago* Jes. 44, 27. cf. צָלַל *demergi*. Aliam derivationem suadent Schultens. ad Haririum p. 152. et Schroeder. *Observ.* p. 36.

מְצוּלָה f. *profunditas, profundum* Ps. 69, 3. 16. Job. 41, 23. Jon. 2, 4., plur. מְצוּלוֹת Zach. 10, 11. et מְצֻלוֹת Ps. 68, 23. Mich. 7, 19.

מְצֻלָה f. *id.* Exod. 15, 5. Ps. 88, 7. Neh. 9, 11.

מְצִלָּה, quod nonnulli huc referunt, v. sub rad. צָלַל.

צוּם *jejunare* (arab. صام, syr. aeth. sam. *id.*) 2 Sam. 12, 21. 23. Zach. 7, 5. (ubi צַמְתֻּנִי est *jejunastis mihi* pro צַמְתֶּם לִי) Esth. 4, 16. Esr. 8, 23. Jer. 4, 12. Fut. c. vau convers. וַיָּצָם 2 Sam. 12, 16. et manente tono ob pausam וַיָּצוֹם 1 Reg. 21, 27.

צוֹם m. *jejunium* 2 Sam. 12, 16. 1 Reg. 21, 9. 12. Ps. 35, 13. Jes. 58, 5. 6. etc., cum affixo צֹמְכֶם Jes. 58, 3., plur. f. צוֹמוֹת Esth. 9, 31.

צוּעַ radix Hebr. inusit., fortasse i. q. arab. صاغ *finxit, condidit* (unde صَوْغ *forma, modus*) v. Hackmanni Praecidan. S. p. 148 sqq.

צַעֲצֻעַ m., unde מַעֲשֵׂה צַעֲצֻעִים sec. Vulg. *opus statuarium* 2 Chron. 3, 10; sed Hackmannus vertit: *opus formarum*; ita enim dici poterant Cherubim, quippe ex *variis partibus* et *formis conflati*, ex forma humana, bovina, leonina, aquilina. Lxx. ἔργον ἐκ ξύλου, quod ex 1 Reg. 6, 23. sumtum videtur.

צוּף *effluxit, exundavit*, sq. עַל Thren. 3, 54. צָפוּ מַיִם עַל רֹאשִׁי *obruerunt me aquae*. — Hiph. הֵצִיף *fluere, exundare fecit* Deut. 11, 4., it. *natare fecit* 2 Reg. 6, 6.

צוּף m. *favus* melle *fluens*, vel ipsum *mel* (*per se fluens* dictum Plinio L. XI. c. 15.) Prov. 16, 24. Ps. 19, 11.

צָפָה f. *natatio* Ezech. 32, 6., ubi v. Rosenm.

צַפְצָפָה f. Ezech. 17, 5., voc. perobscurum. Si a rad. צוּף oritur, (ut חַלְחָלָה a חוּל) possit *fluxum copiosum, aquae copiam* significare, ut verba prophetae צַפְצָפָה שָׂמוֹ hunc sensum habeant: *posuit, collocavit eam* (vitem) *ad aquae copiam* (repet. ex anteced. sententia עַל) i. e. in loco irriguo. Sed jud. interpretes *salicem* denotare volunt (ut arab. صَفْصَاف), hoc modo: *posuit eam* velut *salicem* (כְּ enim crebro praetermissum est). Aliis denique *planities* est, ut arab. صفصف, v. Ev. Scheid. ad Jes. 38. p. 90.

צוּץ vel **צִיץ** *micare, emicare, promicare* quodam nitore, adeoque *splen-*

dere (صيص) Ps. 132, 18. (alias נוץ et נצץ), deinde *florere, florescere, efflorescere* (ut alia *micandi* et *splendoris* vocabula de *virore* et *flore* adhibentur et Plinius H. N. lib. 27. c. 8. „*calamos* dixit *ex radice emicare*.") Ps. 72, 16. 90, 6. 103, 15. Jes. 27, 10. Ezech. 7, 10.; metaph. Ps. 92, 8. Conf. Schroeder. *Observv.* p. 153 sqq. Praet. צָץ, fut. יָצִיץ. — Hiph. מֵצִיץ מִן־הַחֲרַכִּים Cant. 2, 9. *emicans* i. e. repente et furtim prospiciens *a cancellis*. Cf. Sil. Ital. 2, 238.: *emicat* et velox formidine praevenit hostem. Sic Arabes verbis cognatis بصص et وصص utuntur de *foemina oculis micante*, quando per foramina veli faciem operientis furtim prospicit.

צִיץ m. propr. micatus vel id quod micat, hinc 1) *bractea, lamina splendens* (in fronte summi pontificis) Exod. 28, 36. 39, 30. Levit. 8, 9. 2) *flos* Num. 17, 23. Ps. 103, 15. Job. 14, 2. Jes. 28, 1. 40, 6. 7. 8., plur. צִצִּים (resoluto Chirek longo in breve et dagesch forte) 1 Reg. 6, 18. 29. 32. 35. 3) *pluma* Jer. 48, 9. conf. verbum נָצַץ.

צִיצָה f. *flos* Jes. 28, 4.

צִיצִית f. 1) *coma*, quae in homine idem est quod *pluma* in avibus, spec. *coma capitis anterior, cincinnus* (نصية et ناصية) Ezech. 8, 3. 2) metaphor. *peniculatus filorum textus, peniculamentum, fimbria comata, comae* quodammodo similis Num. 15, 38. 39.

צוּק I) *angustus, arctus fuit* (aeth. ጠበቀ, arab. ضاق med. Je), in Kal inusit., Hiph. הֵצִיק 1) *arctavit, coarctavit, pressit, anxit* aliquem sq. dat. (*jem. eng machen*) Jes. 29, 2. Deut. 28, 53. 55, 57. Jer. 19, 9.; spec. urbem obsidione *pressit* Jes. 29, 7. 2) *ursit, institit* precibus sq. acc. pers. Jud. 14, 17., sq. dat. pers. Jud. 16, 16. — II) i. q. יָצַק *fudit* Job. 29, 6. 28, 2. אֶבֶן יָצוּק נְחוּשָׁה sc. אָדָם *lapidem fundit aes*, bene Vulg. *lapis solutus calore in aes vertitur*, trop. Jes. 26, 16. צָקוּן לַחַשׁ (accentu retracto propter nun parag.) *fundunt preces*.

צוֹק m. *anxietas, angustiae* Dan. 9, 25.

צוּקָה f. *id.* Jes. 8, 22. 30, 6. Prov. 1, 27.

מָצוֹק m. *id.* Deut. 28, 53. 55. 57. 1 Sam. 22, 2. Ps. 119, 143. Jer. 19, 9.

מָצוּק m. voc. obscurum, quod bis legitur 1 Sam. 2, 8. et 14, 5. Isto in loco מְצֻקֵי אֶרֶץ Vulg. interpretatur: *cardines terrae*, Syr. ܡܨܘܩܝܗ̇ ܕܐܪܥܐ *ima terrae*, plerique recentiorum: *fundamenta terrae* (pr. *firmitates, firma terrae* cf. יצק Part. Pahul et Hoph.). Sed altero loco, ubi monti tribuitur מָצוּק, cum *praeruptam rupem* significari orationis series doceat, multi conferunt arab. طاق الجبل *mons altus, rupes montis eminens* (talm. צוקין *montes* v. Mischna IV, p. 143.). Non male; nec opus est cum Gesenio huic voci significationem *columnae* tribuere; quae quanquam utrique loco accommodata est, nescio tamen, an a *fundendo* repeti probabiliter possit.

מוּצָק m. *angustiae* Jes. 8, 23. Aliud v. sub יצק.

מוּצָק m. *arctatio, angustia* (proprio sensu) Job. 36, 16., in pausa

מוּצָק Job. 37, 10: רֹחַב מַיִם בְּמוּצָק *latitudo aquarum in angustias convertitur.*

מְצוּקָה f. *angustiae* Job. 15, 24. Zephan. 1, 15., plur. cum affix. מְצוּקוֹתֵיהֶם Ps. 107, 6. 17. 19. et מְצֻקוֹתֵיהֶם Ps. 107, 28.

צוּר I) 1) *ligavit, colligavit* Deut. 14, 25. *ligabis pecuniam* h. e. in crumena recondes. Eod. sensu 2 Reg. 5, 23. 12, 11. 2) *arctavit, pressit, anxit* aliquem Exod. 23, 22. Deut. 2, 9. Esth. 8, 11., spec. *pressit obsidione, obsedit* vel urbem sq. acc. 1 Chron. 20, 1. Jes 21, 2., sq. עַל Deut. 20, 12. Ezech. 4, 3. 1 Reg. 15, 27., sq. אֶל Deut. 20, 19., vel aliquem in urbe sq. אֶל pers. 1 Sam. 23, 8., sq. עַל 2 Sam. 20, 15. Huc spectat etiam Jes. 29, 3. צַרְתִּי עָלַיִךְ מֻצָּב *premam te stationibus* (militum) i. e. faciam, ut hostes te undique cingant. Trop. Ps. 139, 5. אָחוֹר וָקֶדֶם צַרְתָּנִי *undique obsides, cingis me* h. e. totus equidem in tua potestate sum. 3) *concitavit* aliquem contra al. Jud. 9, 31., q. d. ursit aliquem, ut surgeret contra al. — II) *secuit* (arab. صور) v. nom. צוּר, hinc (i. q. יָצַר) *finxit, formavit* (صوّر *id.*, زوّ *pinxit, formavit*) Exod. 32, 4. 1 Reg. 7, 15. (fut. וַיָּצַר) Jer. 1, 5. (fut. 1. p. אֱצוּרְךָ in Cthib). Huc referunt nonnulli etiam Ps. 139, 5. אָחוֹר וָקֶדֶם צַרְתָּנִי *undique me formasti,* Lxx. σὺ ἔπλασάς με. Jejune admodum; v. sub n. 2. — III) i. q. arab. صور V. *contorsit, contraxit se* prae dolore, v. nom. צִיר.

צוּר m. 1) a) *rupes* Deut. 32, 7. 9. 15. 18. 1 Sam. 2, 2. Ps. 18, 32. etc., propr. *acuta* et *praerupta,* qualem describit Virgilius *Aeneid.* VIII, 233. „*stabat acuta silex, praecisis undique saxis*": ex significatione rad. *secuit*, atque adeo intrans. *acutus fuit.* Metaphorice dicitur de *loco tuto* sive *refugio* et *praesidio* Ps. 27, 5. 61, 3. etc., hinc de Jova qui est Israelitarum praesidium Ps. 18, 3. 32. Jes. 30, 29. 1 Sam. 2, 2. Jes. 26, 4. Deut. 32, 4. 18., semel alia translatione facta: Jes. 51, 1. *considerate rupem, unde vos* (Israelitae) *excisi estis* h. e. auctorem, conditorem gentis, Abrahamum. Plur. צֻרִים Num. 23, 9. Ps. 78, 15. et צוּרוֹת Job. 28, 10. b) *lapis* Jes. 8, 14. Job. 22, 24., ubi v. Rosenm. — 2) *acies* ab eadem rad. n. 2.; צוּר חֶרֶב *acies gladii* Ps. 89, 44., חַרְבוֹת צֻרִים *cultri acierum* i. e. *acuti* Jos. 5, 2. 3. sec. all. *cultri petrarum* i. e. *saxei* conf. ظُرَرٌ *silex* acutus cultri instar et צֹר Exod. 4, 25. ibique Clericus in *Commentar.* et Rosenm. in Scholl. De cultellis ac securibus e *lapide* flavo et lucido, quibus utuntur incolae insulae cujusdam Americanae vid. Petrus Martyr in *Ocean. Decad.* p. 239. 3) *forma,* unde צוּרָם sec. Kri Ps. 49, 15., sed Cthib habet צִירָם a צִיר.

צֹר m. 1) *rupes, saxum* Ezech. 3, 9. 2) *silex acutus* cultri instar, *acies* Exod. 4, 25., ubi v. Rosenm.

צוֹר, צֹר nom. propr. *Tyri* (aram. טֹר pro צֹר) urbis munitissimae et mercatura celeberrimae 2 Sam. 5, 11. 1 Reg. 5, 1. Jes. 23, 1. Jer. 27, 3. Ezech. 26, 3. etc., tum veteris illius in continente sitae 2 Sam. 24, 7. Jos. 19, 29. (Graeci Παλαίτυρον appellant), tum insularis serius conditae Ezech. 26, 17. 27, 4. 25. Jes. 23, 4. *Haec* etiamnum superstes

Arab. appellatur صور v. Rosenm. *Alterthumsk.* II, 1, p. 29 sqq. — Nom. gentil. צֹרִי *Tyrius* Esr. 3, 7.

צוּרָה f. *forma* Ezech. 43, 11., plur. צוּרוֹת, cum affixo צוּרֹתָו (pro צוּרֹתָיו) ibid.

צִיר m. 1) *forma* Ps. 49, 15. צִירָם *forma eorum* in Cthib, sed Kri habet צוּרָם v. supra; deinde *imago, simulacrum* idoli Jes. 45, 16. 2) id quod torquetur, contorquetur (v. rad. n. 4.), hinc a) *cardo* januae Prov. 26, 14.; b) *dolor* parturientis, quo *torquetur*, plur. צִירִים 1 Sam. 4, 19. Jes. 13, 8. 21, 3., trop. *terror* Dan. 10, 16. Vid. חֵבֶל.

צַר m., צָרָה f. *arctus, compressus, angustus* Num. 22, 26. Job. 41, 7. Prov. 23, 27. [Aliud v. sub rad. צרר].

צֹר m. *saxum* i. q. צוּר Jes. 5, 28.

צָרָה et מֵצַר v. sub rad. צרר.

צֵר nom. propr. oppidi in tribu Naphtal. Jos. 19, 35.

מָצוֹר m. 1) pr. *coarctatio*, hinc a) *angustiae, vexatio* Deut. 28, 53. 55. 57. Jer. 19, 9.; b) *obsidio* Zach. 12, 2.; נָתַן, שׂוּם מָצוֹר עַל *obsidione cingere oppidum* Mich. 4, 14. Ezech. 4, 2. (ubi propter ea, quae sequuntur, de *aggere* obsidentium non potest intelligi ullo modo), בּוֹא בַמָּצוֹר *obsidione cingi, teneri* Deut. 20, 19. 2 Reg. 24, 10., idem est Jer. 10, 17. יֹשֶׁבֶת בַּמָּצוֹר, coll. 2 Chron. 32, 10.; c) ipsum *propugnaculum* sive *vallum, agger*, quo fit *obsidio* Deut. 20, 20.; deinde d) quodvis *munimentum*, hinc עִיר מָצוֹר *oppidum munitum* Ps. 31, 22. 60, 11., עָרֵי מָצוֹר 2 Chron. 8, 5., hinc *arx, turris* Hab. 2, 1. 2) nom. *paronomasticum* Aegypti v. sub מִצְרַיִם. Cum affixo in pausa מְצוּרֵךְ Ezech. 4, 8.

מְצוּרָה f. *munitio, munimentum*, hinc עָרֵי מְצוּרָה 2 Chron. 14, 5., עָרֵי מְצוּרוֹת 2 Chron. 11, 10. 12, 4. 21, 3. *oppida munita*; spec. *apparatus urbi oppugnandae*, ut agger, turres Jes. 29, 3. atque adeo ipsa *urbs munita* 2 Chron. 11, 11.

צות, unde Hiph. הֵצִית *incendit* Jes. 27, 4. Vid. יצת.

צָחָה radix Hebr. inusit., arab. ضحا *solem passus est, a sole affectus est*, chald. *sitiit*.

צִחֶה m. (form. dagessand.) *aridus* Jes. 5, 13.

צָחַח *candidus, nitidus, serenus fuit*, syr. ܨܚ *aestuavit, incaluit*, arab. ضحّ *splenduit*, IV. *vim exercuit in illud sol* (unde ضحّ *soli expositum*, ضحة *splendor solis*) coll. ضحا sub rad. צחה. Semel occurrit praet. defect. צַחוּ *candidi fuerunt* Thren. 4, 7.

צַח m., צַחָה f. 1) *candidus, nitidus* Cant. 5, 10.; plur. צַחוֹת trop. *clarae, perspicuae, distinctae* voces Jes. 32, 4. Facile potuit haec significatio ex priore ista oriri, sed Arab. habent radicem صحّ, quam frequentant de *sana scriptione* pariter ac de *distincta* et *articulata* literarum et vocabulorum *appellatione*. 2) *serenus* Jes. 18, 4. (arab. صحو *serenitas coeli*). 3) *calidus*, fervidus Jer. 4, 11.

צְחִיחַ m. prae ariditate *nitens* adeoque *laevis, glaber* Ezech. 24, 7. 8. 26, 4. 14.

צְחִיחִי *aridus*. unde plur. צְחִיחִים *loca arida* Neh. 4, 7. sec. Cthib, sed Kri habet צְחִיחִים.

צְחִיחָה f. *solum aridum, sterile* Ps. 68, 7.

צַחְצָחָה f., unde plur. צַחְצָחוֹת *loca sole exsiccata, arida* Jes. 58, 11. v. Rosenm. ad h. l.

צחן rad. Hebr. non usit., syr. (sab.) ܨܚܢ *sordidus, impudicus, libidinosus fuit*. Inde oritur

צַחֲנָה f. *foetor, putor* Joel. 2, 20., syr. ܨܘܚܢܐ (arab. scribitur سَخِيمَة *rancor* v. Schroederi *Observv.* p. 74.).

צָחַק *risit* (ضَحِكَ *id.*) Gen. 18, 12. 13. 15., sq. בְּ pers. *risit, irrisit aliquem* Gen. 21, 6. (ubi fut. יִצַחֶק pro יִצְחַק, v. Gesen. L. p. 77.). — Pih. צִחֵק 1) *ludibrio habuit* aliquem (gravius, quam Kal) Gen. 21, 9., hinc sq. בְּ *contumelia affecit* Gen. 39, 14. 17., ubi de vitianda virgine legitur. — 2) *lusit, jocatus est* Gen. 19, 14., sq. אֶת *cum* al. 26, 8. (ubi perperam nonnulli *concubitum* εὐσχημόνως significari putant). — 3) *tripudiavit, saltavit* Jud. 16, 25. 2 Sam. 6, 5. Exod. 32, 6. Hesiod. ἀσπ. v. 277. χοροὶ παίζοντες ἕποντο cf. Servius ad Virg. Eclog. 6, 27.

צְחֹק m. *risus* Gen. 21, 6. Ezech. 23, 32.

יִצְחָק nom. propr. Isaaci Gen. 21 sqq. coll. Gen. 17, 17. 19., alibi יִשְׂחָק Ps. 105, 9. Jer. 33, 26. Am. 7, 9. Arab. إِسْحَاق.

צחר radix inusit., in qua notionem *summi candoris* fuisse, colligitur ex derivatis et ex rad. arab. صحر *canduit intensius*, X. *valde albus fuit*. Conf. Bocharti *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 12. 45.

צֹחַר *id.*, sed in nom. propr. virorum abiit Gen. 46, 10. Exod. 6, 15.; Gen. 25, 9. etc.

צַחַר m. *candor* (lanae) Ezech. 27, 18.

צָחֹר m. *candidus*; אֲתֹנוֹת צְחֹרוֹת *asinae candidae* Jud. 5, 10. h. e. eae, quarum rubedini candidi aliquid inerat (nam *candidae* non gignuntur), hinc Arabs vertit: اتن الاشهب *asinae ex albo fuscae*.

צִיבָא v. sub rad. נצב.

ציה radix inusit. *aridus fuit, aruit, exaruit*, chald. et syr. צְהָא *sitiit*, arab. صوى *exaruit* (ו et י permutatis; sicut dicitur היה et הוה, חיה et חוה) et صوى. Arabes quoque alia forma dicunt نضا *exsiccatus est*.

צִי m. 1) *ariditas*, v. צִיָּה. 2) *navis* Jes. 33, 21. quam vulgo sic dictam volunt, quod in ipsis aquis *sicca* manet; sed alii repetunt a נצה *volavit*, ut dictum sit pro נְצִי, nec inepte *navis* dici possit a *celeri* cursu, quo quasi volare videtur (Odyss. 7, 36. 13, 86. 87.), unde tam Graeci quam Lat. navibus *volatum* et *alas* tribuunt, ut vicissim avibus *vela* et *remigia* v. de la Cerda ad Virg. Georg. IV, 59. Aeneid. III, 520.

Barnes. ad Eurip. Iphig. Taur 289. et Troad. 1036. add. Hasaeus in Biblioth. Brem. VI, p. 303 sqq. — Plur. צִיִּים Dan. 11, 30. et צִים Num. 24, 24. Ezech. 30, 9.

צִיָּה f. *ariditas* Job. 24, 19., unde אֶרֶץ צִיָּה *terra ariditatis* i. e. *arida* Ps. 63, 2. 107, 35. Jes. 41, 18. Jer. 2, 6. etc. et omisso אֶרֶץ *locus aridus, sterilis* Ps. 78, 17. Jes. 35, 1. Jer. 50, 12. Zephan. 2, 13. (saepe copul. c. מִדְבָּר). Plur. צִיּוֹת Ps. 105, 41.

צִיִּי m., unde plur. צִיִּים *locorum aridorum* et *desertorum incolae* (q. d. *deserticolae*), sive homines Ps. 72, 9. 74, 14., sive bestiae Ps. 74, 14. Jes. 13, 21. 34, 13. Jer. 50, 39. Contra Bochartum (in Hieroz. T. II, p. 206 sqq.), qui *feles agrestes* dici arbitratur (coll. arab. ضيون), disputavit Rosenm. ad h. l. Confer. potius صُوَّة *caterva ferarum.*

צָיוֹן m. *solum aridum* Jes. 25, 5. 32, 2.

צִיּוּן v. sub rad. צוה.

צִיּוֹן f. nom. propr. collis, in quo condita erat arx Hierosolymorum et superior atque antiquior urbis pars 2 Sam. 5, 10. 1 Reg. 8, 1. Jes. 18, 7. 24, 23. al. Vergebat ille ad meridiem et occasum (non ut Lightfootus post Abenesram voluit, ad septentrionem) v. Bachiene et Hamelsveld. bibl. Geogr. II, p. 30 sqq. Persaepe in sublimi oratione ponitur pro ipsa urbe Hierosol. Ps. 50, 3. 69, 36. 87, 2. 132, 13. Jes. 33, 20. 35, 10. al. et pro incolis Hierosol. Ps. 97, 8. 147, 12. Zeph. 3, 16. al. *Hi* vero passim appellantur collect. בַּת צִיּוֹן Jes. 1, 8. 4, 4. 52, 2. Jer. 6, 2. 23. Thren. 1, 6. 4, 22. cet. (v. sub בַּת), יֹשֶׁבֶת צִיּוֹן Jes. 12, 6. Jer. 51, 35., בְּנֵי צִיּוֹן Ps. 149, 2., עַם בְּצִיּוֹן Jes. 30, 19. Sed בְּנוֹת צִיּוֹן sunt *mulieres hierosolymitanae* Jes. 3, 16. 17. — Lxx. Σιών, syr. ܨܗܝܘܢ, arab. صهيون. Hi quidem posteriores videntur huic vocabulo *jugi* (montis) vel *arcis* notionem tribuisse (utrumque enim significat صَهْوَة); vulgo idem esse putant q. צִיּוּן.

צִין s. צִן nom. propr. deserti Palaestinam inter et Idumaeam interjecti Num. 13, 21. 20, 1. 34, 3. 4. Jos. 15, 1. 3. v. Reland. p. 113. Conferunt talm. צִינֵי *palmae minores* (Mischn. II, 268.).

צִיץ vid. sub צוץ.

צִיקְלַג, צִיקְלָג, צִקְלַג nom. propr. oppidi Philistaeorum 1 Sam. 27, 5. Simeonitis attributi Jos. 19, 5. coll. 15, 31., sed a Davide demum, ut videtur, occupati 1 Sam. 27, 5. 1 Chron. 12, 1. Neh. 11, 28. Nomen obscurum est. Simonis dictum putat pro יְצִקְלַג *effusio scaturiginis*, parum probabiliter.

צִיר rad. Hebr. non usitat., arab. صار med. Je *ivit, concessit, pervenit* aliquo. Hithp. הִצְטַיֵּר *in viam se dedit* Jos. 9, 4. Sed vett. interpretes legerunt ad unum omnes הִצְטַיֵּדוּ, quod v. sub צַיִד.

צִיר m. *nuntius* Prov. 13, 17. 25, 13. Aliud v. sub rad. צור.

צִית vid. צות.

צְלָא Chald. in Peal inusit., Pahel צַלִּי *oravit, precatus est* Dan. 6, 11. Esr. 6, 10., arab. صلى II. *id.*

צָלָה *assavit* 1 Sam. 2, 15. Jes. 44, 16. 19. صلى. [Significationem *assandi* sive *elixandi* cum notione radicis chald. צְלָא conciliant nonnulli ex generali significatione *emolliendi*, coll. arab. صلى *blanditiis cepit*, q. d. *emollivit* (conf. sic hebr. חָלַק, II. *misericors fuit*, propr. *mollis*, *flexibilis fuit*, it. *flexibilem reddidit*. Sic lat. *mollire carnem* pro *coquere* dixit Lucretius VI, 969., *precibus molliri* pro *placari* Terentius in *Phorm.* III, 2, 13. et Horatius *Carm.* III, 23, 19., *coquas, ut molleat*, Theod. Priscianus I, 28. Sed ex *ardoris* sive *caloris* significatione utriusque radicis consociationem repetit Schultens. ad Harir. p. 25.].

צָלִי m. *assatus, assus* Jes. 44, 16., in regim. צְלִי Exod. 12, 8. 9.

צָלַח I) et צָלֵחַ (Jer. 12, 1.) propr., ut arab. صلح, *aptus, idoneus fuit* Ezech. 15, 4. הֲיִצְלַח לִמְלָאכָה *an idoneum, aptum erit* (lignum) *ad opus aliquod?* Jer. 13, 7. 10. Hinc: *successum habuit, profecit, prosperatus est*, et de rebus Jer. 12, 1. Dan. 11, 27. Jes. 53, 10. Ezech. 17, 9. Jes. 54, 17 (*nullum telum contra te cusum successum habebit, prosperabitur* i. e. nocebit tibi), et de hominibus Jer. 22, 30. Ps. 45, 5. Ezech. 16, 3. וַתִּצְלְחִי לִמְלוּכָה *profecisti ad regnum* i. e. regnum consecuta es. — Hiph. הִצְלִיחַ 1) prosperum *successum largitus est, prosperavit, fortunavit* vel aliquem 2 Chron. 26, 5. (sq. acc.) Neh. 1, 11. 2, 20. (sq. dat.) vel aliquid Gen. 24, 21. 39, 3. 23. Ps. 118, 25. 2) *prospere perfecit, peregit* aliquid Dan. 8, 25. 2 Chron. 7, 11. Ps. 1, 3., הִצְלִיחַ דַּרְכּוֹ *viam suam* h. e. instituta sua, consilia *prospere perfecit* Jos. 1, 8. Deut. 28, 29. Ps. 37, 7. Saepius, omisso accus., *prospero rerum suarum successu usus est, prosperatus est* 1 Chron. 22, 13. אָז תַּצְלִיחַ *tum prospero successu uteris* 2 Chron. 18, 14. 32, 21. Prov. 28, 13. 1 Reg. 22, 12. In his locis omnibus transitiva vis vocabuli non prorsus obliterata est; nam ubique interpretari poteris: *prospere peragere* scil. *vel ea, quae peragis, vel omnia, quae peragere studes*, pro uniuscujusque loci indole. Dativus adjectus est Jer. 2, 37. לֹא תַצְלִיחִי לָהֶם *non uteris* rerum tuarum *successu, quod attinet ad illa* sc. praesidia, in quibus fiduciam collocas. Semel intransit. dictum est Jud. 18, 5. הֲתַצְלִחַ דַּרְכֵּנוּ an prosperum futurum *sit iter nostrum*. — Fut. יַצְלִיחַ, c. vau convers. וַיַּצְלַח 1 Chron. 29, 23. 2 Chron. 32, 30. etc.

II) *pervasit, trajecit* flumen 2 Sam. 19, 18., deinde *invasit, irruit* Am. 5, 6 פֶּן יִצְלַח כָּאֵשׁ בֵּית יוֹסֵף *ne invadat* Deus, *velut ignis, domum Josephi*; alibi de spiritu Dei hominem invadente sq. עַל pers. Jud. 14, 19. 15, 14. 1 Sam. 10, 11., sq. אֶל 1 Sam. 16, 13. 18, 10., cf. simil. verbi עָבַר usum Num. 5, 14. Ceterum non videtur linguae hebr. propria esse haec voc. potestas; syr. certe ܐܨܛܠܚ est *perrupit, descendit, supervenit, requievit*, et quaeri possit, annon haec ipsa significatio cum priore illa ita cohaereat, ut altera ex altera nata sit.

III) i. q. syr. ܨܠܚ sq. ܥܠ *effudit, infudit*, v. צְלֹחִית et צַלַּחַת. Lit. צ et ק passim inter se permutantur v. sub קצח.

צְלַח chald., Aphel הַצְלַח 1) *prosperum rerum successum alicui*

largitus est, felicem reddidit aliquem, *consuluit* alicujus *commodis* Dan. 3, 30. 2) *prospere peregit, perfecit* aliquid Esr. 6, 14., it. *prospero successu usus est, prosperas res habuit* Dan. 6, 29. Partic. passivae sign. מְצַלַּח *prosperatus, prospere procedens* Esr. 5, 8.

צַלַּחַת f. *paropsis, catillus* v. rad. n. 3. (aethiop. transpos. ጸሕል: *patina*, arab. رَلَحٌ *patinae magnae* et رَلَحْلَحٌ *paropsis grandior*, syr. ܠܓܢܐ *patera*). Plur. צַלָּחוֹת 2 Chron. 35, 13.

צְלֹחִית f. *id.* 2 Reg. 2, 20.

צַלַּחַת f. *id.* 2 Reg. 21, 13. Prov. 19, 24. 26, 15.

צָלַל tres significationes habet pro diversa literarum appellatione: I) onomatop. *tinnivit* auris (صَلَّ *murmur edidit, sonuit cum tinnitu*, et geminatum صلصل *strepitum edidit, voce sonora fuit*, زَلَلٌ *tinnitus aurium*) 1 Sam. 3, 11. 2 Reg. 21, 12 (ubi fut. תְּצִלֶּנָה more chald.) Jer. 19, 3., semel de labiis prae terrore palpitantibus Habac. 3, 16. — II) in profundum *mersus, demersus est* Exod. 15, 10. coll. ضَلَّ *periit, latuit, abditus fuit.* — III) i. q. ظَلَّ *obtectus, obumbratus est* Neh. 13, 19. vid. suo loco טלל. Hiph. partic. מֵצַל (pro מֵצֵל) *obumbrans, umbram faciens* (ut מֵסֵב 1 Reg. 6, 29.) Ezech. 31, 3.

צְלוֹל m. sec. Cthib Jud. 7, 13. צְלוֹל לֶחֶם שְׂעוֹרִים (in Kri est צְלִיל) Vulg. *subcinericius panis ex hordeo*, quasi צלל idem sit quod צָלָה. Sed Syr. ܦܠܣܬܐ *placenta*, consentientibus Lxx. (*μαγὶς ἄρτου κριθίνου*) et Chald. חֲרַר דִּלְחֶם שְׂעוֹרִין (quanquam enim חֲרַר 1 Reg. 17, 13. hebraicum עֻגָּה exprimit, videtur tamen latius patere cf. Castell. sub hac v.). At *hanc* explicationem a mera conjectura profectam dixerim.

צֵלֶל vel צֵלֵל m. *umbra;* cum affixo צִלְלוֹ Job. 40, 22., plur. צְלָלִים Cant. 2, 17. 4, 6., in regim. צִלְלֵי Jer. 6, 4.

צֵל m. *id.* (arab. ظِلٌّ) Jud. 9, 36. 2 Reg. 20, 9. 10. 11. Jer. 4, 6. Metaphorice dic. a) de re inani, quae speciem duntaxat prae se fert, de *imagine* rei, ut Lat. loquuntur, Job. 17, 7., et de re fluxa ac fugaci Ps. 102, 12. 144, 4. Job. 8, 9. Eccles. 6, 12. 1 Chron. 29, 15.; b) alio significationis deverticulo de *tecto*, quod umbram atque adeo tutelam praestat, de *hospitio* Jer. 48, 45. Ps. 91, 1. (coll. arab. أظلّ *sub tecto fuit*), hinc pro *tutela* et *protectione* ipsa Ps. 17, 8. 36, 8. 57, 2. 61, 5. 63, 8. 121, 5. Jes. 30, 2. 3. Thren. 4, 20. coll. Jes. 16, 3. 49, 2. 51, 16. — Cum affixo צִלָּהּ Ps. 80, 11. Hos. 4, 13.

צַלְמֻנָּע nom. propr. reguli Midianitarum Jud. 8, 5. Ps. 83, 12., sec. Simon. i. q. צַלְמוֹן נָע *umbraculum exulis.*

צְלָצַל vel, ut alii legunt, צִלְצַל m. Deut. 28, 42. *locustae species*, sec. Bochartum in *Hieroz.* P. II. lib. 4. c. 1. a *continuo strepitu* et *stridore* (sicut graec. *ἀκρὶς* a *stridore*) v. צלל n. 1. et צִלְצָל; Tychsenio est *gryllus stridulus* L. Aliter sentit Oedmannus in *collect. ex hist. nat.* fasc. 2. p. 142.

צְלָצַל m. (nisi est forma regim. a צִלְצָל): 1) *stridor, strepitus* (syr. ܨܠܨܠ *id.*) Jes. 18, 1. אֶרֶץ צִלְצַל כְּנָפַיִם, quorum verborum tot fere sunt interpretationes, quot interpretes. Et Rosenm. quidem ex hac discordia expedire se nesciit, Gesenius vero, duce Doederlino, hanc ingressus est explicationem satis aptam: *terra stridoris alarum* vocatur Aethiopia, quod illinc agmina militum (כנפים legitur Jes. 8, 8.) magno cum strepitu adducuntur. 2) Job. 40, 31 (26.): צִלְצַל דָּגִים *harpago piscatorius* (a *tinniendo, crepitando*) ut Schultensius ostendit. — Alias explicationes satis miras a Jac. et Theod. Hasaeis excogitatas v. in Bibl. Brem. VI, p. 298 sqq.

צֶלְצְלִים plur. m. 2 Sam. 6, 5. (tanq. a sing. צֶלְצֶל) *cymbala.* In regim. Ps. 150, 5. צִלְצְלֵי שָׁמַע et צ׳ תְרוּעָה, in quibus verbis explicandis mirifice haesitant vv. dd. Jam vero, cum auctore Niebuhrio (Itiner. I, p. 181.) apud orientales duplex in usu sit cymbalorum genus, unum minoris formae, quod digitis indutum gestare solent mulieres inter saltandum, alterum majoris, quo apud nos etiam castrenses musici utuntur, Pfeifferus (*v. d. ebr. Musik* p. 54.) צִלְצְלֵי ת dicta putat *majora,* צ׳ ש *minora* cymbala; ingeniosius fortasse, quam verius.

מְצֻלָה f. *locus umbrosus* Zach. 1, 8. cf. Lxx. Aliis: *locus profundus, profundum* i. q. מְצוּלָה v. Rosenm. ad h. l.

מְצִלָּה f., unde dual. מְצִלְתַּיִם bina *cymbala* 1 Chron. 13, 8. 15, 16. 28. Esr. 3, 10. Neh. 12, 27. etc. Sic graec. κυμβάλω, κυμβάλοιν in *duali* dixit Arrianus de *rebus Indicis*, conf. Lampius de *Cymbalis Veterum* L. II. c. 5.

צֶלֶם m. *imago* Gen. 1, 27. 9, 6., *simulacrum* 1 Reg. 11, 18. Am. 5, 26. (chald. syr. צְלֵם, unde syr. ܨܠܡ *pinxit, finxit,* arab. صَنَم, permutatis נ et ל literis, صنم *id.*), trop. de re inani, quae speciem duntaxat habet Ps. 39, 7. 73, 20., fere ut lat. *imago, simulacrum* (Cic. Rab. post. 15. Tusc. 3, 2.), *umbra,* gr. εἴδωλον. Sic Ulysses apud Sophocl. in *Aiace flagell.* v. 125 sq. ὁρῶ γάρ, inquit, ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν εἴδωλ᾽ ὅσοιπερ ζῶμεν ἢ κούφην σκιάν, et Ovidius *Trist.* L. III. Eleg. 11. se *simulacro* comparat, atque Apulejus *Metamorph.* P. I. Socratem suum *larvale simulacrum* vocat. Εἴδωλα pro *umbris defunctorum* dixit Lucianus, imitatus Virgilium *Aeneid.* IV, 654., ut observat Palmerius *ad Auctores Graec.* p. 552. Cum affixo צַלְמוֹ Gen. 5, 3., plur. in regim. צַלְמֵי 1 Sam. 6, 5. Ezech. 7, 20., cum affixo צַלְמֵיכֶם Am. l. c. [Sunt, qui hoc voc. propr. *umbram* significasse contendant, ex arab. ظلم et aeth. ጸለመ: *obscurus, tenebrosus fuit.* Nempe vetustissimi pictores, auctore Plinio H. N. XXXV, 3. hominem non aliter pingebant, nisi umbra ejus lineis circumscripta, quin etiam inter picturae genera sunt σκιὰ et ἀποσκίασμα v. Bocharti Phal. p. 392.].

צְלֵם m. chald. *simulacrum* Dan. 3, 5 sqq. pro quo, forma magis chaldaica, legitur

צֶלֶם m. *id.* Dan. 2, 31. 3, 1. 19.; emphat. צַלְמָא Dan. 2, 31 sqq. 3, 2. 3. 15.

צַלְמוֹן m. (*tenebrae, obscuritas*) nom. *propr.* montis in tribu Ephraim prope Sichem Jud. 9, 48. 49. Eundem dici putant Ps. 68, 15. post LXX. VULG. ARAB. AETH. plurimi interpretes, nuper etiam ROSENM. in Scholl. et DE WETTIUS, nec huic sententiae nihil commendationis inde accedit, quod isto loco alii quoque montes nominantur. Sed cum Zalmon, utpote mediocri altitudine mons, vix potuerit *nivosi* montis imaginem repraesentare (nihil certe efficitur his DE WETTII verbis: *er gab dem Dichter das Bild eines beschneiten Berges*), magis placent, qui צַלְמוֹן h. l. appellativum nomen (*umbra* vel *tenebrae*) esse arbitrantur, in quam sententiam nuperrime concessit etiam ROSENM. (bibl. Alterthumsk. II, 1, p. 115 sq.) v. sub v. שלג.

צַלְמֹנָה nom. propr. stationis Israelit. in deserto arab. Num. 33, 41.

צַלְמָוֶת m. *umbra mortis* i. e. *tenebrae summae, densissimae* Ps. 23, 4. Job. 3, 4. 28, 3. Jes. 9, 1. Jer. 2, 6. Am. 5, 8., quales sunt in tartaro Job. 10, 21. 38, 17. Metonym. pro *re summe tenebrosa* Job. 12, 22. Compositum est ex צַל *umbra* et מָוֶת *mors, σκιὰ θανάτου* Matth. 4, 16. Luc. 1, 79. Neque enim audiendi, qui *simplex* esse putant, ut צַלְמָוֶת sit pro צַלְמוּת vel צַלְמוֹת (ظُلْمَة *caligo*).

צָלַע *claudicavit* (propr. *incurvavit se, inclinavit se in unum latus* coll. arab. ضلع *inclinavit se*), sec. quosd. denominat. a צֵלָע Gen. 32, 31. Partic. foem. צֹלֵעָה collect. *claudicans* (pecus) i. e. oves itinere et aestu solis defatigatae, hinc trop. de Israelitis Mich. 4, 6. 7. Zeph. 3, 19.

צֶלַע m. *claudicatio*, hinc *casus* Ps. 35, 15. 38, 18. Huc referunt nonnulli etiam Jer. 20, 10. שֹׁמְרֵי צַלְעִי *observantes claudicationem meam* h. e. obs. an aliquid committam, quod jure possint criminari. Satis apposite. Alii vertunt: *observantes, custodientes latus meum*, a latere meo non discedentes h. e. amici intimi, v. SCHEIDII Observatt. p. 29 sq.

צֵלָע f. 1) *latus* hominis Job. 18, 12. et angustiore sensu *costa* Gen. 2, 21. 22. (arab. ضِلَع *latus, costa,* chald. עִלְעָא *costa*). Saepius *inanimatarum* rerum *latus* significat, ut montis 2 Sam. 16, 13. (quomodo et Graeci atque Latini *montium partibus* nomina imponunt a *membris corporis humani* desumta, observantibus SALMASIO ad TERTULL. de *Pallio* p. 144. GATAKERO in *Cinno* L. II. c. 16. et SWARTIO in *Analect.* L. II. c. 8.), tabernaculi Exod. 26, 26. 27., altaris Exod. 25, 14. 27, 7., plagae coeli Exod. 26, 35. *Latera januae* sunt *valvae* 1 Reg. 6, 34. In regim. צֶלַע 2 Sam. 6, 13. et צֵלַע Exod. 26, 26. (v. GESEN. L. p. 564.), c. affixo צַלְעוֹ Exod. 25, 12., plur. semel צְלָעִים 1 Reg. 6, 34., alibi צְלָעוֹת, in regim. צַלְעוֹת. Metonym. צְלָעוֹת sunt a) *tabulata*, quae ex asseribus conficiuntur (*Getäfel, Tafelwerk*) 1 Reg. 6, 15. 16.; b) *conclavia lateralia* 1 Reg. 6, 3. Ezech. 41, 6 sqq., בֵּית צְלָעוֹת *spatium* his conclavibus destinatum Ezech. 41, 9. Hinc sing. הַצֵּלָע *aedificium a latere exstructum* 1 Reg. 6, 8. vel collect. *aedificia a lateribus templi exstructa (der Seitenbau)* omnia Ezech. 41, 5. 9. 11. — 2) nom. propr. oppidi in tribu Beniam., ubi *Saulus* rex sepeliebatur Jos. 18, 28. 2 Sam. 21, 14.

צָלַף rad. inusit., syr. *vulneravit,* propr. *fidit, fregit.* Inde proficiscuntur nomina propr. צָלָף (*fractio* sc. matricis i. e. primogenitus?) Neh. 3, 30. et צְלָפְחָד (i. e. *fissio prima*?) Num. 26, 33. 27, 1. 36, 2. Jos. 17, 3.

צֶלְצַח nom. loci in finibus tribus Benjamin 1 Sam. 10, 2. Simonis conflatum putat ex צֵל *umbra* et צַח, arab. ضحّ, aethiop. ፀሐይ: *sol.*

צָלַק rad. Hebr. non usit., chald. *fidit, divisit.* Inde oritur צֶלֶק nom. propr. ducis militum 2 Sam. 23, 37. 1 Chron. 11, 39.

צָמֵא *sitiit* (ظمى *id.*) Ruth. 2, 9. (ubi צָמִית, tanq. a צמה) Jud. 4, 19. Prov. 25, 21. Jes. 49, 10. 65, 13. Trop. Ps. 42, 3. 63, 2. צ׳ לֵאלֹהִים *sitire Deum (nach G. dürsten)* h. e. templi et sacrorum Dei magno desiderio ferri coll. Am. 8, 11. Mt. 5, 6. *διψῶντες τὴν δικαιοσύνην*; de Graecis v. Abresch Dilucid. Thucyd. p. 382. 837. Latini etiam dicunt *sitire honores, artes* etc. Cic. ad Q. fratr. 3, 5. Orat. 3, 20.

צָמֵא m., צְמֵאָה f. *sitiens* 2 Sam. 17, 29. Prov. 25, 21. Jes. 5, 13. 21, 14. Deut. 29, 18., ubi in proverbio legitur סְפוֹת הָרָוָה אֶת־הַצְּמֵאָה *consumitur satiata potu* (pecus?) *cum sitiente* i. e. pereunt ad unum omnes. Aliorum interpretationes recenset Rosenm. ad h. l. Plur. צְמֵאִים Ps. 107, 5.

צָמָא m. *sitis* Exod. 17, 3. Deut. 28, 48. Ps. 69, 22. Jud. 15, 18., אֶרֶץ צָמָא *terra siticulosa* Ezech. 19, 13. Tropice dicitur de omni *vehementi desiderio* Am. 8, 11.

צִמְאָה *id.* Jer. 2, 25.

צִמָּאוֹן m. *locus siticulosus* et *aridus* Deut. 8, 15. Ps. 107, 33. Jes. 35, 7.

צָמַד in Kal inusit. (ضمد et صمد *alligavit, copulavit, obligavit*), Niph. *se adjunxit, applicavit, addixit* (Baali) Num. 25, 3. 5. Ps. 106, 25. Alii post Michaelem in Suppl. p. 2099. interpretantur: *in honorem Baalis fascias gestare;* nam arab. ضمد spec. est *fasciâ caput religavit.* Sed e reliquis, quos statim enumerabimus, locis patet, צמד Hebraeis generale vocab. fuisse. — Pyh. part. *alligatus* (gladius) 2 Sam. 20, 8. — Hiph. הִצְמִיד, addito מִרְמָה, *nexuit dolos, fraudem* Ps. 50, 19. Graeci dicunt similiter *ὑφαίνειν δόλους*.

צָמִיד m. 1) *operculum, filô* vasi *alligatum* Num. 19, 15. Arab. ضماد est *corium, quo operitur os ampullae.* 2) *armilla,* brachio *alligata* Num. 31, 50., plur. צְמִידִים Gen. 24, 22. 30. 47. Ezech. 16, 11. 23, 42.

צֶמֶד m. propr. *copulatio, copulatum,* hinc spec. a) *par* s. *biga jumentorum copulatorum,* graec. ξυνωρίς et ζεῦγος, Lat. *jugum* (a *jungendo*): צֶמֶד בָּקָר *par boum* Jud. 19, 3. 10. 1 Reg. 19, 21. Job. 1, 3. 1 Sam. 11, 7., צ׳ חֲמֹרִים *par asinorum* 2 Sam. 16, 1.; deinde transfertur etiam ad *equites* ipsos Jes. 21, 7. 2 Reg. 9, 25.; b) *jugum, jugerum* agri h. e. tantum agri, quantum uno pari sive jugo boum arari potest

(cf. Varronem de *re rust.* I, 10, 1.) 1 Sam. 14, 14. — Cum affixo צִמְדּוֹ Jer. 51, 23., plur. צְמָדִים 1 Reg. 19, 19. 2 Reg. 9, 25., in regim. צִמְדֵי Jes. 5, 10.

צָמָה vid. infra sub rad. צמם.

צָמַח (propr., ut videtur [coll. syr. ܨܡܚ et arab. ضمح] *splenduit, emicuit,* hinc) *germinavit, progerminavit, provenit,* tam de plantis Gen. 2, 5. 41, 6. Exod. 10, 5., quam de pilis Levit. 13, 37.; יַעַר צוֹמֵחַ עֵצִים *sylva germinans arboribus* h. e. in qua nascuntur arbores Eccles. 2, 6. Trop. a) Ps. 85, 12. *germinat ex terra veritas, fides* h. e. per omnem populum late diffusa est fides, plena omnia sunt fide; b) Jes. 42, 9. 43, 19. 58, 8. de eventis, quorum prima initia (ut in plantis progerminantibus gemmae et flores) comparent. De hominibus exorientibus non dicitur nisi ubi plantis assimilantur Job. 8, 19. coll. 16. Zach. 6, 12. — Fut. יִצְמַח. — Pih. צִמַּח *id.* Ezech. 16, 7. Jud. 16, 22. 2 Sam. 10, 5. 1 Chron. 19, 5. de capillo et barba. Videtur a Kal ita differre, ut hoc de primis duntaxat germinibus, illud de pilis jam paullulum adultis dicatur. — Hiph. הִצְמִיחַ *germinare, progerminare fecit* Gen. 2, 9. Job. 38, 27. Ps. 104, 14 (plantas) Jes. 55, 10 (terram), sq. dupl. acc. Ps. 147, 8. מַצְמִיחַ הָרִים חָצִיר *faciens, ut montes germinent gramen.* Transl. Deus dicitur הִ׳ צְדָקָה Jes. 61, 11. coll. 45, 8., הִ׳ צֶמַח צְדָקָה Jer. 33, 15. i. e. *oriri, existere jubere,* it. הִ׳ קֶרֶן לְ Ezech. 29, 21. Ps. 132, 17. h. e. *alicujus potentiam et auctoritatem augere* v. sub קֶרֶן. Fut. c. vau convers. וַיַּצְמַח Gen. 2, 9.

צֶמַח m. *germen* Gen. 19, 25. Ezech. 16, 7. Hos. 8, 7., metaphor. de *sobole* Jer. 23, 5. 33, 15. צֶמַח צְדָקָה *soboles justa* i. e. Messias, Zach. 3, 8. 6, 12. צֶמַח simpl. i. e. Messias. In loco Jes. 4, 2. dubitant interpretes, utrum צ׳ יְהוָה sint reliquiae Israelitarum ad meliorem frugem reversae, an Messias, quemadmodum nuper statuit Rosenm. Sed illud praestare videtur, cf. Gesen. ad h. l. — Cum affixo צִמְחָהּ Ps. 65, 11. Jes. 61, 11. Ezech. 17, 9. 10.

צָמַם radix Hebr. inusit. I) *colligavit, nexuit,* arab. ضَمَّ *plexuit, nexuit comam,* ضَمَّ *in fasciculum colligavit* et *constrinxit,* et صَمَّ *constrinxit, nexu instrinxit.* — II) i. q. chald. צמם *tegere, operire.* — III) fortasse i. q. צָמֵא v. sub nom. צַמִּים.

צַמָּה f. *operimentum, velum* (muliebre) Jes. 47, 2. Cant. 4, 1. 3. 6, 7. Lxx. *κατακάλυμμα.* All. *coma plexa, cirrus.* Ita Jarchius et Kimchius ad Jes. l. c.

צַמִּים m. (formae צַדִּיק etc.) 1) Job. 18, 9. *tendicula,* a *constringendo.* Consentit Michaelis in Suppl. p. 2103. 2) Job. 5, 5. *pernicies, infortunium* sec. Schultens. Aliis est *latro, praedo* (coll. arab. صَمَّ *percussit fuste vel lapide*). Ita Chald. Sed reliqui interpretes antiqui fere omnes nec non Rosenm. et Umbreitius vertunt: *sitientes* (צַמִּים i. q. צְמֵאִים?); ita idoneus est sententiarum parallelismus et verb. שָׁאַף propriam vim obtinet.

צָמַק *aruit, aridus fuit* (ضمق IV. *arsit sol*) Hos. 9, 14 (de uberibus).

צִמּוּק m., plur. צִמּוּקִים et צִמֻּקִים *uvae arefactae* s. *siccatae ad solem, uvae passae* 2 Sam. 16, 1. 1 Chron. 12, 40. 1 Sam. 25, 18. 30, 12.

צמר rad. Hebr. non usitat., v. sub צֶמֶר et צְמָרַיִם.

צֶמֶר m. *lana* (syr. ܥܡܪܐ) Levit. 13, 47. 48. 52. 59. Deut. 22, 11. Jud. 6, 36. 2 Reg. 3, 4. etc. Dictam putant ab *abscindendo*, ut גֵּז, coll. rad. cognata זמר et chald. atque arab. transpos. צרם, صرم *abscidit, resecuit, avulsit*, unde صرام *pelles*. Cum affixo צַמְרִי Hos. 2, 5. 9.

צַמֶּרֶת f. fortasse *lana* i. e. *frondes arborum* Ezech. 17, 3. 22. All. *vertex arboris*, all. *ramus gracilis, ramusculus* ab arab. ضمر *gracilis fuit* v. Rosenm. ad h. l. — Cum affixo צַמַּרְתּוֹ Ezech. 31, 3. 10.

צְמָרִי Gen. 10, 18. colonia Phoenicum, cujus nomen superest in *Simyra*, urbe haud procul ab Eleuthero fluvio sita. Ruinae ejus sub nomine *Sumra* exstant. Eadem videtur quam Arabes vocant صمر جبيل *Simyra prope Byblum* vel *Simyra ad montem*. Ita Michaelis in *Suppl.* p. 2104. conf. Ejusd. *Spicil.* T. II, p. 49.

צְמָרַיִם (a chald. צְמַר *caluit*?) nom. propr. montis Ephraimit. 2 Chron. 13, 4. et צְמָרַיִם nom. propr. oppidi in tribu Beniam. Jos. 18, 22. v. Rosenm. *Alterth.* II, 1, p. 116. An haec nomina inter et istud צְמָרִי necessitudo aliqua intercedat, judicari non potest.

צמת *exscidit, perdidit* (propr. صمت et ܨܡܬ *silere* et *conticere*; transit. *ad silentium redigere, perdere, exscindere, exstinguere* v. Schultens. *Opp. min.* p. 194. Michaelis in *Suppl.* p. 2104.) Thren. 3, 53. — Niph. *exscindi, exstingui* Job. 6, 17. 23, 17. (ubi 1. pers. נִצְמַתִּי pro נִצְמַתְּתִּי). — Pih. צִמֵּת (*penitus*) *exscidit* Ps. 119, 139. — Hiph. הִצְמִית *id.* Ps. 54, 7. 69, 5. 73, 27. (ubi 2. p. הִצְמַתָּה pro הִצְמַתְּתָּ) 94, 23. 101, 5. 8. 143, 12. — Pilp. צִמְתֵּת, unde Ps. 88, 17. צִמְּתוּתֻנִי *exsciderunt, perdiderunt me*.

צְמִיתֻת f. *abscissio, exstinctio*, hinc Levit. 25, 23. 30. *vendi* לִצְמִתֻת *in exstinctionem* h. e. in perpetuum, sine redemtionis spe. All. *ad silentium* h. e. ita, ut venditori silendum in posterum sit v. Michaelis in *Suppl.* p. 2104.

צֹנֵא et צֹנֶה vid. in צֹאן.

צנח *descendit, se demisit* (convenit cum زنح et سنح *sidit, deorsim tetendit*, ut praeeunte Camuso prolixe demonstravit Schroeder. in *Observv.* p. 72.; ז et צ permutari docuit Schultens. in *clav. dial.* p. 224. 282. et animadv. in Deut. 32, 24.) Jos. 15, 18. Jud. 1, 14. וַתִּצְנַח מֵעַל הַחֲמוֹר *demisit se, delapsa est de asino*, Jud. 4, 21. *percussit clavo tempora ejus* וַתִּצְנַח בָּאָרֶץ sc. הַיָּתֵד *et demisit se* i. e. infixus est (clavus) *in solum* (Lxx. διεξῆλθεν ἐν τῇ γῇ).

צנם, unde Part. Pahul f. plur. צְנֻמוֹת aristae *attenuatae, macie confectae* Gen. 41, 23. Ita Ar. Erpen. et Syr. Sec. Michael. *Suppl.* p. 2107. *aristae* צְנֻמוֹת sunt, *quales in lapidoso solo* aut *petra rara humo tecta nasci solent*, coll. ܨܘܢܡܐ et talm. צוּנְמָא *lapis, saxum*.

צָנַן radix inusit. I) *protexit, custodivit, asservavit, recondidit*, ut ጸወነ: et صون (formis verborum *imperfect.* sic alternantibus, ut alibi), v. deriv. — II) i. q. chald. צְנַן *frigescere*, v. sub צִנָּה n. 1.

צָנִין m., plur. צְנִינִים Num. 33, 55. Jos. 23, 13. *spinae*, aculeo quasi *custoditae*, ut tangi nequeant, eadem ratione, qua שָׁמִיר dicitur a שָׁמַר.

צֵן m., plur. צִנִּים *spinae, sentes* Prov. 22, 5. Job. 5, 5.

צִנָּה f. 1) *refrigerium, refrigeratio* (v. rad. n. 2.) Prov. 25, 13. Ita praeeuntibus Vulg. et Chald. recentiores interpr. paene omnes. All. *asservatio.* 2) *scutum* (q. d. *protectio corporis*) 1 Sam. 17, 7. 41. 1 Reg. 10, 16. 1 Chron. 12, 8. 24. Ps. 5, 13. 91, 7. etc., plur. צִנּוֹת 2 Chron. 11, 12. 3) *spina*, hinc plur. צִנּוֹת Am. 4, 2. *spinae* h. e. *hami* (e spinis confecti), ut contra *sentes hamatas* dixit Ovidius.

צִנְצֶנֶת f. *urna, vasculum, theca*, quae est rebus *condendis* et *asservandis* Exod. 16, 33.

צָנַע *verecundus, modestus, submissus fuit*, unde Part. Pahul plur. צְנוּעִים Prov. 11, 2. Chald. צְנִיעַ *id.*, coll. arab. صنع III. *conciliare sibi studuit, demulsit* donis. — Hiph. Mich. 6, 8. הַצְנֵעַ לֶכֶת *submissum, modestum te geras incedendo, eundo* h. e. modeste, verecunde incedas, ambules. Aliter Michaelis et Hartmannus, sed v. Rosenm. ad h. l.

צָנַף *circumvolvit, obvolvit* (tiaram) Levit. 16, 4., it. *convolvit* Jes. 22, 18., in quem locum conf. Schultensii *Animadverss. philol.* p. 346.

צָנוּף Jes. 62, 3. in Cthib i. q. צָנִיף, quod statim sequitur.

צָנִיף m. *tiara, cidaris* vel potius *fascia* capiti *circumvoluta* (quae dicitur *Tulbend*), et virorum Job. 29, 14., spec. regis Jes. 62, 3. (sec. Kri) vel summi pontificis Zach. 3, 5., et mulierum Jes. 3, 23 (ubi plur. צְנִיפוֹת). Conf. Schroederus de *vest. mulier. hebr.* c. 20.

צְנֵפָה f. *circumvolutio, conglobatio* vel potius *glomus* Jes. 22, 18.

מִצְנֶפֶת f. *tiara, cidaris*, qua summi pontifices Exod. 28, 4. 37. 39. 39, 6. 28. 31. Levit. 8, 9. 16, 4. et reges Ezech. 21, 31. caput *obvolvebant.* Constabat, si Judaeis fides, ex *fascia* 16 ulnarum, qua caput variis spiris et involucris involvi solebat. Qua ratione illa *obvolutio* facta sit, exponit Braunius de *Vestitu sacerdot. hebr.* L. II. §. 387.

צָנַק rad. Hebr. non usit., samar. *coarctavit, clausit* (arab. زنق *compedibus constrinxit*).

צִינֹק m. *carcer* Jer. 29, 26.

צָנַר rad. inusit.

צִנּוֹר m. 2 Sam. 5, 8. *tubus, canalis*, per quem aqua in decliva fertur, hinc Ps. 42, 8. *catarracta* sec. LXX. et Vulg. — Chald. *id.*

צַנְתָּרוֹת plur., in regim. צַנְתְּרוֹת Zach. 4, 12. *tubi, canales.* Compositum putant (v. Gesen. L. p. 867.) ex צִנּוֹר et ex נְהַר chald. et syr. *defluxit*, q. d. *canales defluxus* scil. olei ex olivis in lecythum; contra *canaliculi*, quibus oleum porro ex lecytho in lucernas effundebatur, ibid. v. 2. מוּצָקוֹת vocantur): sed Ewald. (Gr. p. 520.) conferri jubet

צֹעַן *sulcus*, quod voc. Castellus sine teste attulit, immissa lit. נ, ut passim factum.

צָעַד 1) *gressus, progressus est, incessit, processit* cum quadam gravitate Prov. 7, 8. Jer. 10, 5. Ps. 68, 8. Jud. 5, 4. Hab. 3, 12., hinc in pompa 2 Sam. 6, 13. 2) *scandit, ascendit*, ut arab. صعد. Hinc explicant Gen. 49, 22. בָּנוֹת צָעֲדָה עֲלֵי שׁוּר *filiae* (arboris) i. e. propagines *ascendunt*, diffunduntur *super murum*. De verbo sing. v. Gesen. L. p. 714. — Infin. c. affixo צַעְדְּךָ Jud. l. c., fut. יִצְעַד Prov. l. c. — Hiph. תַּצְעִדֵהוּ לְמֶלֶךְ בַּלָּהוֹת lento passu *deducis eum ad regem terrorum* Job. 18, 14., v. Umbreit. ad h. l.; all. *deducit* sc. זאת *hoc* i. e. quod omnibus praesidiis destitutus est. Paullo impeditius!

צַעַד m. *gressus* Prov. 30, 29., *passus* 2 Sam. 6, 13., metaph. *vitae ratio* et *actiones* Jer. 10, 23. Prov. 4, 12. Job. 18, 7. Thren. 4, 18. Similem metaphoram frequentare Arabes, exemplis probat Schultens. in *Commentar.* in Job. 18, 7. Cum affixo צַעֲדוֹ Prov. 16, 9., plur. צְעָדִים 2 Sam. l. c., in regim. צַעֲדֵי Job. l. c. cum affixo צְעָדָיו Job. 34, 21.

צְעָדָה f. 1) *gressus, incessus* vel potius *sonus* vel *strepitus eundo excitatus* 2 Sam. 5, 24. 1 Chron. 14, 15. 2) plur. צְעָדוֹת Jes. 3, 20. *catenulae* crurum compedibus cruralibus annexae, quibus gressus puellarum in oriente formantur (v. sub עֶכֶס) cf. Schroederus de *vest. mulier. hebr.* c. 8. Eodem sensu arab. مقعد interdum venit.

אֶצְעָדָה f. *armilla* (qua brachium ornatur, quemadmodum catenulis illis, צְעָדוֹת, crura) Num. 31, 50. 2 Sam. 1, 10.

מִצְעָד m., plur. מִצְעָדִים *gressus, incessus* Prov. 20, 24., in regim. מִצְעֲדֵי Ps. 37, 23.; בְּמִצְעָדָיו *in vestigiis, comitatu ejus* Dan. 11, 43.

צָעָה 1) *inclinavit* Jer. 48, 12 (vas ad effundendum liquorem), arab. صغى IV. *id.*; it. *reclinavit caput*, reclinato capite incessit Jes. 63, 1. (صغى *inclinato capite fuit*). 2) *inclinatus, curvatus fuit* (arab. صغى *id.*) Jes. 51, 14. de homine vinculis ita constricto, ut deorsum deprimatur (cf. כָּרַע Jes. 10, 4.); it. *inclinavit se* Jer. 2, 20. sc. ad faciendam corporis sui copiam. Graeci dicunt *κατακλίνεσθαι*. Cf. Rosenm. ad h. l. Caeterum de hoc v. docte exposuit Schroeder. in Observatt. p. 37 sqq. — Pih. צִעָה *inclinavit* vas Jer. 48, 12.

צָעַן *tentoria movit, migravit* (ظعن) i. q. נסע. Fut. יִצְעַן Jes. 33, 20. v. Schultens. Opp. min. p. 278.

צֹעַן (Hebraeis *migratio*?) urbs Aegypti inferioris antiqua, quae diu metropolis et urbs regia fuit, ex auctoritate LXX. interpp. *Tanis*, ad ostium Nili Taniticum (Strabo lib. 17, p. 1154. al. 802.) Num. 13, 22. Jes. 19, 11. 13. 30, 4. Ezech. 30, 14. Copt. ϪⲀΝΗ s. ϪⲀΝΙ (i. q. hebr. שְׁפֵלָה). Conf. Abulfedae *Aegypt.* ex ed. Michaelis p. 261. et hujus *Suppl.* p. 2121. Champollion l'Egypte sous les Phar. II, p. 101 sqq., qui bene refutavit Larcherum, cui צֹעַן videbatur *Sais* esse (ad Herod. IX, p. 477 sq.).

צַעֲנַנִּים nom. propr. urbis trib. Naphtal. prope Kadesch sitae Jos. 19, 33. Jud. 4, 11., in quo loco Cthib dualem צַעֲנַיִם habet.

צָעַף rad. Hebr. non usitat., arab. ضعف *duplex fuit,* in II. III. IV. *duplicavit.* Inde videtur oriri:

צָעִיף m. *velum* muliebre (Lxx. θέριστρον, quod Hesychius fuisse docet λεπτὸν ὕφασμα θερινὸν ἱμάτιον) Gen. 24, 65. 38, 14. 19. Auctore Schroedero ad Jes. 3. p. 369., cui adstipulatur Michaelis in *Supplem.* p. 2122., significatur velum (peplum) majus, faciem, totum caput et tergum operiens duabusque ex partibus constans, *antica* ab oculis per pectus usque ad pedes propendente, *postica* ab oculis retrorsum frontem et caput tegente et per tergum descendente, utraque parte circa oculos ita aut annulis aut alio modo connexa, ut videre posset mulier, nec tamen ipsa videri. Vide ejus imaginem aere expressam in Chardini *itinerar.* T. IV. n. 22.

צַעֲצֻעִים plur. vid. supra sub rad. צוע.

צָעַק *clamavit* (ut זעק, arab. صعق) 2 Reg. 4, 40. Gen. 27, 34. Exod. 5, 8., max. auxilii impetrandi caussa Deut. 22, 24. Ps. 34, 18. 77, 2. Jes. 33, 7. Job. 35, 12., sq. acc. rei Job. 19, 7. אֶצְעַק חָמָס *clamo violentiam, injuriam* sc. mihi fieri, sq. אֶל pers. *imploravit* aliquem 1 Reg. 20, 39. 2 Reg. 8, 5. Jud. 4, 3., sq. לְ pers. eod. sensu 2 Chron. 13, 14. — Infin. absol. צָעֹק Exod. 22, 22., imper. f. צַעֲקִי Jer. 22, 20., in pausa צְעָקִי (cum schwa compos. sub צ, praeter morem) ibid., fut. יִצְעַק Exod. 22, 13. 26. Jes. 42, 2. etc. Niph. *convocatus est, concurrit* Jud. 7, 23. 24. 10, 17. 12, 1. 1 Sam. 13, 4. — Pih. *vociferatus est, clamitavit.* Part. מְצַעֵק 2 Reg. 2, 12. — Hiph. *convocavit* 1 Sam. 10, 17.

צְעָקָה f. *clamor* Gen. 27, 34., max. prae dolore vel auxilii impetrandi caussa Exod. 11, 6. Jes. 5, 7. Jer. 48, 3. Zephan. 1, 10. etc., in regim. צַעֲקַת Exod. 3, 9. Ps. 9, 13., cum affixo צַעֲקָתָהּ Gen. 18, 21.

צָעַר *exiguus, parvus fuit,* deinde *vilis, contemtus, abjectus fuit* (arab. صغر *id.*, syr. ܨܥܰܪ *probro, ignominia affecit*) Zach. 13, 7. Job. 14, 21. Jer. 30, 19.

צֹעַר, צוֹעַר nom. propr. urbis ad mare mortuum, olim בֶּלַע dictae Gen. 14, 2. 19, 22. Jer. 48, 34. al., graec. Ζωάρα, v. Relandi P. p. 1069.

צִיעֹר urbs in tribu Juda Jos. 15, 54.

צָעִיר m., צְעִירָה f. 1) *parvus, exiguus* (صغير) vel numero Jes. 60, 22. Mich. 5, 1. vel aetate: natu *minor* Gen. 25, 23. 43, 33. 48, 14. Jos. 6, 26. 1 Reg. 16, 34., addito voc. לְיָמִים Job. 30, 1. 2) dignitate parvus h. e. *vilis, ignobilis, contemtus* Jud. 6, 15. Ps. 119, 141. 3) nom. loci 2 Reg. 8, 21.

צָעוֹר m. *id.*, unde צְעוֹרֶיהָ *parvi ejus* sec. Cthib Jer. 48, 4., sed Kri habet צְעִירֶיהָ. Sic צְעוֹרֵיהֶם sec. Cthib Jer. 14, 3., ubi Kri habet צְעִירֵיהֶם.

צְעִירָה f. *parvitas, aetas prima* Gen. 43, 33.

מִצְעָר m. *parvum, exiguum, res parva, exigua* Job 8, 7., hinc de oppido parvo Gen. 19, 20., de numero parvo 2 Chron. 24, 24.; לְמִצְעָר *ad exiguum* i. e. *breve tempus* Jes. 63. 18. Sed הַר מִצְעָר Ps. 42, 7. videtur esse nom. propr. montis in orientali Libani jugo.

מִצְעִירָה f. *perexiguum, perparvum* Dan. 8, 9., compositum ex צְעִירָה et praefixo מִן v. Gesen. L. p. 518. Ita plerique. Sed Ewaldus nuper (Gramm. p. 515.) *nonparvum, non adeo parvum* interpretatus est, idemque videtur in mente habuisse Theodot., vertens ἰσχυρόν. At enim vero, quod opponitur וַתִּגְדַּל יֶתֶר, postulat, ut vulgarem explicationem tueamur; certe gratis sumitur, מִצְעִירָה significare: *nicht sehr klein.*

צָפַד *adstrictus est, adhaesit* (arab. et rabb. *constringere, adstringere*) Thren. 4, 8.

צָפָה (propr. *nituit, splenduit*, ut صفى v. Pih.): 1) *speculatus est, prospectavit*, hinc צוֹפֶה *speculator* in turri constitutus 1 Sam. 14, 16. 2 Sam. 13, 34. 2 Reg. 9, 17. Num. 23, 14., trop. de *prophetis*, quorum est mala divinitus ingruentia populo nunciare Ezech. 3, 17. Jer. 6, 17. coll. Hos. 9, 8. 2) *spectavit* Cant. 7, 5. de turri, quae in al. regionem spectat, deinde *observavit* Prov. 15, 3. 31, 27. (ubi partic. f. צוֹפִיָּה v. Gesen. L. p. 429.), sq. בְּ pers. Ps. 66, 7., sq. בֵּין Gen. 31, 49. יִצֶף יְהוָה בֵּינִי וּבֵינֶךָ *observet Jova, quae inter nos invicem fient, gerentur;* passim in malam partem: *insidiatus est* sq. לְ Ps. 37, 32. Huc referunt nonnulli etiam Job. 15, 22. צָפוּ הוּא אֱלֵי חָרֶב (pro צָפוּי), quae verba Gesenius vertit: *belauert vom Schwerte.* Sed gratis sumitur, אֶל passivis ita addi, ut significet *ab.* Itaque praeferenda videtur Symmachi explicatio: προεσκοπεύθη εἰς μάχαιραν i. e. *caedi destinatus (ausersehen für das Schwert).*

Pih. צִפָּה 1) nitidum, splendidum reddidit, hinc *obduxit* aliquid auro argentove sq. acc. dupl. Exod. 25, 11. 13. 28. 26, 29. 37. 1 Reg. 6, 15. 20. 21. 28. etc. 2) *diligenter speculatus est, prospectavit* 1 Sam. 4, 13. Jer. 48, 19., de prophetis Hab. 2, 1. (hinc מְצַפֶּה *speculator* Jes. 21, 6. it. *propheta* Mich. 7, 4.), sq. acc. rei vel *speculatus est* i. e. *observavit, exploravit* aliquid Nah. 2, 2. vel *circumspexit*, intentis oculis *exspectavit* aliquid (ut auxilium) Thren. 4, 17., sq. בְּ pers. Mich. 7, 7. in aliquem (Jovam) *intuitus est,* auxilium ab eo exspectans. Huc pertinet etiam Ps. 5, 4., ubi post אֲצַפֶּה cogitando addendum לְךָ. — Pyh. part. מְצֻפֶּה *obductus* Prov. 26, 23., plur. מְצֻפִּים Exod. 26, 32.

צָפָה vid. sub rad. צוּף.

צִפּוּי m. *obductio, inductio* vel potius *id quo quid obducitur,* sive aurum, sive argentum etc. Exod. 38, 17. 19. Num. 17, 3. 4. Jes. 30, 22.

צְפִיָּה f. *speculatio, prospectus,* vel sec. all. *specula* Thren. 4, 17.

צַפְצָפָה vid. sub rad. צוּף.

צָפִית f. *speculatio* Jes. 21, 5. צָפֹה הַצָּפִית *speculari speculationem* i. e. excubias agere in muris, v. Rosenm. ad h. l.

צִפְיוֹן nom. propr. viri Gen. 46, 16., ejusdem fortasse, qui Num. 26, 15. צְפוֹן vocatur. Hinc oritur nom. patron. צְפֹנִי Num. l. c.

צְפַת (*specula?*) nom. urbis postea *Chorma* dictae et tribui Simeon attributae Jud. 1, 17.

צֶפֶת v. sub rad. צפת.

מִצְפֶּה m. 1) *locus editus* ubi *speculantur, specula* (arab. صَفَاةٌ *petra*) Jes. 21, 8. 2 Chron. 20, 24. 2) nom. propr. oppidi a) in tribu

Jud. Jos. 15, 38.; b) in Moabitide 1 Sam. 22, 3; c) in tribu Gad Jud. 11, 29. et in tribu Benjam. Jos. 18, 26. v. מִצְפָּה. d) vallis in finibus Palaest. septentrion. Jos. 11, 8. cf. 11, 3.

מִצְפָּה f. 1) urbs in tribu Benjamin (coll. Jos. 18, 26., ubi מִצְפֶּה vocatur) Jud. 10, 1. 21, 1. 1 Sam. 7, 5. 10, 17., munita ab Asa rege 1 Reg. 15, 22. et post vastatis a Nebucadnezare Hierosolymis per exiguum tempus metropolis Judaeae Jer. 40, 6. 2) oppid. in Gileaditide Jud. 10, 17. 11, 11. 34., hinc מִצְפֵּה גִלְעָד 11, 29. De origine nominis v. Gen. 31, 49.

צָפַח rad. Hebr. non usitat., arab. صفح II. *dilatavit* (cf. hebr. סָפַח).

צַפַּחַת f. *ampulla, urceus* (fortasse *ventruosus*) condendo oleo vel aquae 1 Sam. 26, 11. 12. 16. 1 Reg. 17, 12. 14. 16. 19, 6. Chald. צְפִיתָא, syr. ܨܦܘܚܐ *patina, scutella*, arab. صحفة et صحيفة *id.*

צַפִּיחִת f. *laganum, placenta* Exod. 16, 31.

צָפַן 1) *occultavit, abscondidit, recondidit* Exod. 2, 2. Job. 10, 13., spec. tutandi defendendique caussa Jos. 2, 4. Ps. 27, 5.; Part. Pah. צָפוּן *arcanum* h. e. *adytum* Ezech. 7, 22. (v. Hieron. ad h. l.), plur. צְפוּנֵי יְהוָה *clientes Jovae, ii qui in Jovae tutela sunt.* Passim intransit. *occultavit se*, hinc *insidiatus est* Ps. 56, 7., sq. לְ pers. Ps. 10, 8. Prov. 1, 11. (nisi potius elliptice dic. pro: *occultare* laqueos, tendiculas, v. Grammat. N. T. p. 200.). — 2) *condidit, reposuit, asservavit (aufheben, aufbewahren)*, hinc צָפוּן *thesaurus* Job. 20, 26. Ps. 17, 14. (sec. Kri, sed Cthib habet צָפִין); spec. mente, animo *condidit, custodivit, tenuit*, alta mente repostum tenuit Prov. 2, 1. 7, 1. Job. 10, 13., sq. לְ pers. alicui aliquid *reposuit, reservavit* Ps. 31, 20. — 3) *cohibuit* Prov. 27, 16., sq. מִן Job. 17, 4. לִבָּם צָפַנְתָּ מִשָּׂכֶל *cohibuisti (retinuisti) eorum animum ab intelligentia* h. e. expertem intelligentiae eum esse voluisti, intelligentiam ei denegasti. — Niph. נִצְפַּן 1) *absconditus est, latuit* sq. מִן Job. 24, 1., sq. מִנֶּגֶד עֵינֵי פ׳ Jer. 16, 17. 2) *repositus, asservatus, destinatus est* sq. לְ pers. Job. 15, 20. וּמִסְפַּר שָׁנִים נִצְפְּנוּ לֶעָרִיץ *et* (cruciatur impius) *per omnem annorum seriem, qui violento destinati (definiti) sunt* a Deo. Aliter, sed paullo impeditius, Umbreitius. — Hiph. *occultavit, abscondidit* Job. 14, 13. Exod. 2, 3.

צְפַנְיָה s. צְפַנְיָהוּ *(Deus occultat)* nom. propr. prophetae Zeph. 1, 1. et alior. Zach. 6, 10. 14. 1 Chron. 6, 21. Jer. 12, 1. 29, 25. 37, 3. Lxx. Σοφονίας.

צָפוֹן com. 1) *septentrio, plaga septentrionalis* Exod. 26, 20. Num. 34, 7. Ps. 89, 13. Eccles. 1, 6. etc. [propr. *absconsio, regio occulta* cf. דָּרוֹם sub דרה; *septentrionem* enim veteres *caliginosum* esse *densisque obsitum tenebris* censebant vid. Bocharti *Canaan* L. I. c. 11. neque tamen audiendi sunt, qui Hom. ζόφος conferunt, nam hoc occidentem potius quam septentrionem significat cf. Odyss. 10, 190. Alii צָפוֹן declinatum putant a צָפָה *speculari, prospectare ex alto, ex alto alicui imminere*, respectu habito vel *elevationis poli arctici* (quandoquidem Hebraeis *borealia* sunt *supera* et *australia* *infera*), vel *speculationis*, ut stella polaris sit quasi *speculator coelestis*, veluti Ovidius *Trist.* IV, 4. de ursis coelestibus: „omnia cum summo positae videntes

in axe." V. Ben. Michaelis in diss. de notionib. superi et inferi p. 419. Sed haec longius repetita sunt]. Metonymice sumitur pro *vento septentrionali sive aquilone* Cant. 4, 16., it. pro *polo arctico* et, quod inde quasi descendit, universo coelo veteribus cognito Job. 26, 7. v. Umbreit. ad h. l. — צָפוֹן לְ Jos. 11, 2, et saepius מִצְּפוֹן לְ *a septentrione loci* al. Jos. 8, 11. 13. 15, 6. 17, 9. 24, 30. Jud. 2, 9. 21, 19.; צָפוֹנָה *septentrionem versus* Gen. 13, 14. Exod. 40, 22. et cum praefixis: לִצְפוֹנָה 1 Chron. 26, 17., מִצְּפוֹנָה (q. d. *ab eo sive inde quod est versus septentrionem*) Jos. 15, 10.; מִצְּפוֹנָה sq. לְ *a septentrione* loci al. Jud. 21, 19. 2) fortasse urbs tribus Gad Jos. 13, 27.

צְפוֹן numen Aegypt. *Typhon*, copt. *Dsiophon* (hinc est, quod Jonath. et Targ. Hieros. Exod. 14, 2. טַעֲוַת צְפוֹן *idolum Zephon* posuerunt). Ab eo nomen accepit urbs בַּעַל צְפוֹן Exod. 14, 2. Num. 33, 7. i. e. *Heroopolis*, Typhoni, qui ibi fulmine percussus ferebatur, sacra, haud procul a sinu arabico. Cf. Forster. in *litteris* ad Michaelem *datis* p. 28. Aliorum conjecturas collegit Seldenus de *Diis Syris* I, 3. Cet. vix dubitamus, vett. Hebr. peregrinum voc. ad rad. צפן retulisse, quanquam Simon. interpretationi (Onom. p. 91.) non omnino accedimus.

צְפוֹנִי m. *septentrionalis* Joël. 2, 20., ubi de locustis dicitur, quippe ex septentrionali plaga irruentibus v. Rosenm. ad h. l. [Aliud v. sub rad. צפה].

צָפִין m. *thesaurus* sec. Cthib Ps. 17, 14., sed Kri habet צְפוּנְךָ, quod vid. supra in ipsa rad.

צָפְנַת פַּעְנֵחַ cognomen Josephi aegyptiacum Gen. 41, 45. Scholzius (in *expos. voc. copt.* insert. *Repertorio litt. bibl. et orient.* T. XIII, p. 19.). „Sacerdotes Aegypti, inquit, hoc nomen symbolicum et emblematicum planius plebi et in libris suis chronologicis explicarunt per *Psôt emphaneh* h. e. *salus* vel *salvator seculi* (aevi) h. e. hominum hujus aevi. Nam *Sôt* cum art. praep. Π notat *salutem* et *salvatorem*, et *Aneh*, *seculum, aevum*, cui praefigitur artic. praepos. Φ, et huic praefigitur nota genit. ϻ, quae in dialecto inferioris Aegypti ut *em*, sed in dialecto super. Aegypti ut *om* enunciabatur. Lxx. litteras *Ps* per ψ et finalem *H* per litteram adspir. χ expresserunt, ψοτομφανήχ. Aeque autem recte altera expressio ψοντομφανήχ se habet. Nam ante *T* Thebaei saepe inserebant literam *N*." Idem tradit Jablonskius in Opusc. I, p. 212. cf. Quatremère recherches sur la langue de l'Egypte p. 74. Aliam rationem v. in Michaelis bibl. orient. et exeget. ant. T. IX, p. 206. et ap. Forster. de *bysso* p. 101. — Ceterum Judaei vulgo interpretantur: *explicator occultorum, revelator occulti,* inepte; sed ipse ille Gen. scriptor videtur hebr. vocis originem sibi finxisse.

מַצְפּוּן m. *locus abditus, latibulum* Obad. 6. coll. Jer. 49, 10., ubi pro eo exstat מַסְתָּרָיו.

צָפַע rad. Hebr. non usitat., arab. ضفع *egessit stercus* (v. צְפִיעַ), fortasse in univ. *eduxit, produxit* ignobilia, vilia, cf. צֶפַע et צְפִיעָה. Vide de hac rad. Gesen. ad Jes. I, p. 705.

צֶפַע m. *proles viperina* Jes. 14, 29. Lxx. γεννήματα ἐχιδνῶν.

צִפְעֹנִי m. (cum Jod quasi *patronymico*) propr. *qui est ex prole viperina* (Lxx. ἔκγονα ἀσπίδων), hinc *vipera* Prov. 23, 32. Jes. 11, 8. 59, 5., plur. צִפְעֹנִים Jer. 8, 17. Al. *basiliscus, serpens regulus* v. Bochart. Hieroz II. lib. 3. c. 9. Michaelis *cerastem* dici putat a صوقعة *cidari, apice*, quod *cornua* in capite gerit, unde Graecis κεράστης vocatur. Sed vide, quae contra hanc sententiam monuit Gesen. in Jes. l. c.

צָפִיעַ m., plur. צְפִיעִים *egesta, excrementa, stercora;* in regim. צְפִיעֵי sec. Kri Ezech. 4, 15., sed Cthib habet צְפוּעֵי vel צְפֹעֵי a sing. צָפוּעַ (Particip. Pahul) vel צָפוּעַ. Arab. ضفع, aeth. ፀፍዕ: *id.*

צְפִיעוֹת plur. foem. *propagines, germina* ignobiliora, viliora (divers. a צֶאֱצָאִים), trop. de prole vili Jes. 22, 24. v. Gesen. ad h. l.

צָפַף in Kal inusit., Pil. צִפְצֵף *pipivit more avium* (صفصف *id.*, ὀνοματοπεποιημένον, unde صفصوف *passer*) Jes. 10, 14. 38, 14., transl. de voce exili et tenui, qua manes atque adeo incantatores et νεκρομάντεις utuntur Jes. 8, 20. 29, 4. coll. Virg. Aen. VI, 492 sq.

צַפְצָפָה vid. sub rad. צוּף.

צָפַר I) propr., ut arab. ضفر et aeth. ጸፈረ: *torsit, contorsit, plexuit* (v. צְפִירָה), hinc *gyravit, saltavit* (v. צָפִיר), deinde *vertit se, reversus est.* Ita semel (copulat. c. שׁוּב). Fut. יִצְפֹּר Jud. 7, 3. — II) i. q. arab. ظفر *unguibus vulneravit, ungues immisit in rem*, nisi hoc est denominat. a ظُفْر *unguis*. — III) i. q. arab. صفر *sibilavit, fistulavit*, v. צִפּוֹר.

צָפִיר m. *hircus*, animal *saltatorium* (*salientes hircos* dixit Calpurnius) Dan. 8, 5. 21. Esr. 8, 35. 2 Chron. 29, 21. Scheidius in Schediasm. philol. p. 131. caprum mavult dici a *cornibus* pone aures *retortis*, quod ob similem rationem Arabes a عقص *torquere* formant أعقص *hircus*.

צְפִיר m. chald. *id.* Esr. 6, 17. Syr. ܨܦܝܪܐ.

צְפִירָה f. 1) *corona, diadema, cidaris* Jes. 28, 5. (aeth. ሰፊረት: mutato hebr. צ in ס) ab *intorquendo*, proprie *id quod intortum est*, πλοκή, πλέγμα, arab. ضفيرة *cirrus plexus.* 2) *fatum, malum fatale*, propr. *ordo* fati quasi *in orbem euntis* Ezech. 7, 7. 10. Ita Abulwalid, et simil. Arabibus مبرم *intortum* notat *fatum, malum extremum divinitus immissum.* Sed alii aliter interpretantur. Rosenm. *incursus* a ظفر *assilire in hostem.*

צוֹפַר (*saltatio, exultatio?*) nom. propr. viri, qui in Jobi amicis fuit Job. 2, 11. 11, 1.

צִפּוֹר com. 1) *avicula* (cf. rad. n. 3.) Ps. 104, 17. Eccles. 12, 4. Thren. 3, 52. Jes. 31, 5. al., spec. *passer* Ps. 84, 4. Prov. 26, 2. sec. Lxx. et Vulg. (certam quandam avicularum speciem in utroque loco significari, inde patet, quod in altero hemistichio additur angustum voc.

דרור). 2) *avis* omnino omnis Gen. 7, 14. Deut. 4, 17. Ezech. 39, 4. etc. — Abiit etiam in nom. propr. Num. 22, 2. Jos. 24, 9. etc. — Plur. צִפֳּרִים Levit. 14, 4. 49. Ps. 9, 12. Jes. 31, 5.

צִפֹּרָה nom. propr. *uxoris Mosis* Exod. 2, 21. 4, 25. 18, 2.

צִפְּרִין com. chald. *aves* Dan. 4, 30., emphat. צִפְּרַיָּא Dan. 4, 11., in regim. צִפְּרֵי Dan. 4, 9. 18. Vulgo deducunt a sing. צְפַר, sed probabilius a צִפַּר vel צִפַּר oriri existimat Gesenius (L. p. 88.), ita ut dagesch in sec. rad. *euphonicum* sit.

צְפַרְדֵּעַ com. (m. Exod. 8, 9., fem. 8, 2.) *rana* Exod. 7, 27. 28. 8, 1 sqq. Ps. 105, 30. (in quib. locis omnibus plur. צְפַרְדְּעִים legitur) et foem. collect. *ranae* Exod. 8, 2. Arabes med. ר eliso scribunt ضِفْدَعٌ. Vulgo conflatum putant ex صَفَرَ *saltavit* et رَدَغٌ *limus* q. d. *saltans in limo*. Sed possis etiam צפר n. 3. conferre. Aliter statuit Gesen. L. p. 866.

צִפֹּרֶן m. 1) *unguis*, arab. ظُفُرٌ, syr. chald. samar. טְפַר, טִפְרָא *id.* Plur. cum affixo צִפָּרְנֶיהָ Deut. 21, 12. 2) *cuspis* styli Jer. 17, 1. v. Rosenm. ad h. l.

צפת rad. Hebr. non usitat., syr. ܨܦܬ *decoravit, ornavit*. Inde oriri putat Michaelis (in Castelli Lex. syr. p. 750.):

צֹפֶת 2 Chron. 3, 15. *ornamentum* h. e. *coronamentum, capitellum* columnae. Alii, auctore Kimchio, referunt ad rad. צפה *texit* (cf. קֹרָה a קרה), q. d. *tegumentum* columnae; nec hoc inepte.

צָקַה. Quod inde repetunt צָקוּן Jes. 26, 16., v. sub rad. צוק.

צִקְלֹן m. *pera major, saccus* 2 Reg. 4, 42. sec. Lxx.; chald. עִקְלָא *saccus* (mutato צ in ע, ut alibi) coll. graec. θύλακος *saccus* et pers. سلاق *pera* (vid. Angeli a S. Josepho *Gazophylac. Pers.* p. 373.). Si semiticae originis est, fortasse sic dicitur, quod ex corio *laevigato* fieri solet, coll. arab. صقل *laevigavit, polivit*, vel oritur a صُقْلٌ *latus rei*, ut significet propr. *fundam lateralem*.

צַר et צֹרִי v. sub צור.

צרב I) i. q. arab. ضرب *percussit, punxit* v. צָרֶבֶת. — II) *ussit, adussit* in Kal inusit., convenit cum זרב, שׂרב, סרף, צרף et שׂרף. Niph. נִצְרַב *adustus est* Ezech. 21, 3. [Schultens. ad Job. 6, 17. et Prov. 16, 27. et in *Orig. Hebr.* T. II, p. 139 sq. non differre putat ab arab. ضرب, q. d. *aestu vehementiore percussit* conf. Jes. 49, 10. Jon. 4, 8. Ps. 121, 6., haud inepte. Sic latine *icere* saepius de *radiis solis* dici observat Burmannus ad Ovidii *Metamorphos.* V, 389.].

צָרֶבֶת f. (formae dagessandae) 1) propr. *percussio*, hinc *cicatrix ulceris* Levit. 13, 23. 28. sec. Lxx. Vulg. Saad. v. rad. n. 1. Alii: *inflammatio* a rad. 2., sed v. Rosenm. ad h. l. 2) Prov. 16, 27. אֵשׁ צָרָבֶת, *ignis ustionis* vel *urens* h. e. urendo consumens (v. rad. n. 2.). Theodot. ὡς πῦρ καίων.

צְרֵדָה urbs tribus Manassis 1 Reg. 11, 26. 2 Chron. 4, 17., quae al. צְרְתָן 1 Reg. 7, 46. Jos. 3, 16. Sunt, qui conferant arab. صرد *refrixit*, unde صرود *regio frigida.*

צָרָה rad. Hebr. non usit., arab. صرى *manavit.* Sed cf. quoque sub צְרוּיָה.

צֳרִי m. Gen. 37, 25. et צְרִי Gen. 43, 11. Jer. 8, 22. 46, 11. 51, 8., in pausa צֹרִי Ezech. 27, 17. *opobalsamum,* lacrimae instar (صرو *lacrima arboris*) ex arbore promanans. Alii derivant a rad. צָרָא et ذرأ *scidit, laceravit,* ut sit propr. *gutta* ex scisso arboris cortice effluens (id quod in balsamum cadit v. Josephus de *bello jud.* I, 6.). De arbore ipsa, unde promanat *opobalsamum* cf. Plin. H. N. XII, 25. 32. et Wineri Lexic. bibl. I, p. 83 sq.

צְרוּיָה s. צְרֻיָה (*abscissa, abrupta* ab uberibus matris? cf. arab. صرى *abrupit*) nom. propr. mulieris 1 Sam. 26, 6. 2 Sam. 2, 13. 16, 10. 1 Chron. 2, 16. v. B. Michaelis in Potti Syllog. VII, p. 124.

צָרַח I) i. q. صرخ *valde clamavit.* Part. praes. צֹרֵחַ Zeph. 1, 14. Hiph. *id.* Jes. 42, 13. — II) i. q. صرح *purus, sincerus fuit,* II. *aperte dixit* etc. v. צְרִיחַ, quod statim sequitur.

צְרִיחַ m. *turris elata,* q. d. *manifesta* h. e. quae longe lateque cerni potest, arab. صرح *id.* Jud. 9, 46. 49. 1 Sam. 13, 6.

צְרַךְ Chald. et Syr. in Ithpah. *indigens fuit, necesse habuit.*

צֹרֶךְ m. *indigentia, necessitas.* Cum affixo in pausa צָרְכֶּךָ 2 Chron. 2, 15.

צָרַע i. q. arab. صرع *prostravit, cecîdit, percussit,* spec. gravi morbo (tanquam plagâ) percussit, affecit, v. infra צָרוּעַ et מְצֹרָע.

צָרְעָה (*percussio?*) urbs Danitarum Jos. 15, 33. 19, 41. Jud. 13, 2., unde צָרְעִי et צָרְעָתִי *Soraeus* 1 Chron. 2, 53. 54.

צִרְעָה f. *crabro,* et collect. *crabrones* Exod. 23, 28. Deut. 7, 20. Jos. 24, 12. sec. vett. intptt., a violento, quo *percutiunt,* aculeo, conf. Schultens. in *epist. ad Menkenium* p. 56.

צָרַעַת f. *lepra* (propr. *plaga* vel *scutica* cf. arab. صريع) Levit. 13, 2. 3. 8. 9. 14, 32. 34. 44. Deut. 24, 8. 2 Reg. 5, 27. 2 Chron. 26, 19. etc. Cf. de hoc morbo, qui non hominum modo, sed aedificiorum etiam atque vestium erat, Wineri Lexic. bibl. I, p. 70 sqq. — Cum affixo צָרַעְתּוֹ 2 Reg. 5, 3. 6. 7.

צָרוּעַ m. *lepra affectus, leprosus* Levit. 13, 44. 45. 14, 3. 22, 4. Num. 5, 2.

מְצֹרָע (particip. Pyh.) *id.* Levit. 14, 2. 1 Sam. 3, 29. 2 Reg. 5, 1. 11. 27. 15, 5. 2 Chron. 26, 20. 21. 23., plur. מְצֹרָעִים 2 Reg. 7, 3. 8., foem. מְצֹרַעַת Exod. 4, 6. Num. 12, 10.

צָרַף 1) metallum *igne probavit* et *purgavit*, scorias inde separaturus Ps. 12, 7. Jer. 6, 29. Jes. 1, 25. (48, 10.), deinde igne *liquavit* metallum, hinc צֹרֵף *aurifex, argentifex* Jud. 17, 4. Neh. 3, 8. 32. Prov. 25, 4. Jes. 40, 19. — 2) transl. *probavit* aliquem, sc. cogniturus, utrum integro animo sit nec ne (coll. graec. δοκιμάζειν) Jud. 7, 4. Ps 17, 3. 26, 2. 66, 10. 105, 19., it. *purgavit* Dan. 11, 35. h. e. in dies magis reddidit sincerum, integrum. Particip. Pah. צָרוּף *purus, sincerus* Ps. 18, 31. 119, 140. Prov. 30, 5 (de verbis Dei). Praet. c. affixo צְרַפְתַּנִי Ps. 17, 3., infin. abs צָרוֹף, fut c. affixo אֶצְרְפֵנוּ etc. — Niph. *purgatus est* Dan. 12, 10. — Pih. part. מְצָרֵף *aurifex* Malach. 3, 2. 3.

מַצְרֵף m. *catinus*, in quo metalla *purgantur* et *liquantur* Prov. 17, 3. 27, 21.

צָרְפַת 1 Reg. 17, 9. 10. Obad. 20. *Sarepta*, Σάρεπτα Luc. 4, 26. Sidoniorum urbs, media fere inter Tyrum et Sidonem sita, hodie صرفند, conf. Relandi P. p. 985. 1057. Cum he parag. צָרְפָתָה. Simonis dictam putat hanc urbem a *liquando vitro*.

צָרַר I) 1) *arcte constrinxit, colligavit* (arab. صرّ), sq. בְּ *involvit* (*einbinden, einwickeln*) Exod. 12, 34. 2 Reg. 5, 23. Prov. 30, 4. Job. 26, 8, trop. 1 Sam. 25, 29. *anima tua colligata sit fasciculo viventium ap. Deum* i. e. tutum te praestet, vitam tuam defendat Deus. *Colligari, involvi* dicuntur etiam, quae conduntur Jes. 8, 16. et reponuntur Hos. 13, 12. *colligata est impietas Ephraimitarum* h. e., ut Chald. interpretatur, servata sunt eorum peccata vindictae divinae. Cf. arab. صُرَّة *crumena, panniculus, in quo pecunia ligando reconditur*. 2) *corripuit* correptumque abstulit Hos. 4, 19. 3) *obsidione pressit, cinxit* 2 Sam. 20, 3. 4) intrans. constrictus h. e. *coarctatus est* Prov. 24, 10. צַר כֹּחֶכָה *coarctatur* h. e. *deminuitur vis tua*, hinc *angustus fuit* Jes. 49, 20.; alibi impers. צַר לִי i. e. a) *in angustiis versor* Jud. 11, 7. Ps. 31, 10. 69, 18.; b) *angor, sollicitus sum* 1 Sam. 28, 15. 2 Sam. 24, 14., sq. עַל *sollicitus sum, doleo de* aliqua re 2 Sam. 1, 26. cf. יָצַר. — Hiph. הֵצַר 1) transit. sq. לְ pers. *coarctavit* Jer. 10, 18., *pressit, vexavit* Neh. 9, 27., spec. *obsidione pressit* Deut. 28, 52. 1 Reg. 8, 37. 2) intrans. *in angustiis versari, angi* 2 Chron. 28, 22. 33, 12., אִשָּׁה מְצֵרָה Jer. 48, 41. 49, 22. i. e. mulier, quae doloribus constringitur, *m. parturiens*.

II) 1) *adversatus est, hostiliter tractavit* (ضرّ) sq. acc. pers. Num. 33, 55. Deut. 2, 19., hinc *invasit, impugnavit* sq. dat. pers. Deut. 25, 18. Partic. צֹרֵר subst. *adversarius* Esth. 3, 10. 8, 1. Ps. 6, 8. 7, 5. 23, 5. 143, 12., צֹרְרֵי יְהוּדָה Jes. 11, 13. h. e. adversarii Ephraimitarum, qui inter Judaeos sunt, Judaei *Ephraimitis infensi*. 2) *aemulatus est*, spec. de mulieribus uni viro junctis: *zelotypia contendit* Levit. 18, 18., quo nonnulli referunt etiam Jes. 11, 13. Cf. ضرّ III. *zelotypus fuit* Schultens. *Opp. min.* p. 166. [Tantum abest, ut istud, quod *prius* posuimus, verbum, in duo partiendum existimemus, ut ne alterum quidem, licet arab. scripturâ differat, ab illo prorsus sejungendum arbitremur. Utraque enim notio, *premendi adversandique*, naturali quodam vinculo connexa est].

III) fortasse i. q. arab. ظَرَّ *fidit, secuit, acuit* v. צַר et צרר.

צַר m. 1) subst. *angustiae, vexatio* Jes. 63, 9. Ps. 4, 2. v. statim צַר. 2) adject. *compressus, arctus* Jes. 59, 19., *angustus* Num. 22, 26. Job. 41, 7., foem. צָרָה Prov. 23, 27. Cet. v. צַר.

צַר, in pausa צָר, m. 1) *angustiae, vexatio, calamitas* Ps. 31, 10. Job. 15, 24. Jes. 5, 30. Ps. 44, 11. 78, 42. etc.; בַּצַּר לִי *cum in angustiis versor, calamitate premor* Deut. 4, 30. Ps. 18, 7. 66, 14., בְּיוֹם צַר לִי eod. sensu Ps. 102, 3. 2) *adversarius, hostis* Thren. 4, 12.; c. he artic. הַצַּר Num. 10, 9., alibi הַצָּר Zach. 8, 10. Esth. 7, 4., c. affixo צָרִי Job. 16, 9., plur. צָרִים Thren. 1, 7., in regim. צָרֵי Jes. 9, 10. Esr. 4, 1., c. affixis צָרֵיהֶם, צָרֵימוֹ Ps. 81, 15. Deut. 32, 27. 3) *saxum acutum, silex* (arab. ظُرّ *lapis* acutus, cultri instar, مظرّة *silex attritu ignem edens*) Jes. 5, 28., alibi צוּר et צֹר, quae vid. sub צוּר.

צָרָה f. 1) *angustiae, calamitas* Ps. 120, 1. 2) *adversaria, inimica* 1 Sam. 1, 6. Potest hoc voc. etiam a rad צוּר proficisci.

צְרוֹר m. 1) *fasciculus* colligatus 1 Sam. 25, 29. Cant. 1, 13., spec. *fasciculus pecuniae* i. e. *crumena, marsupium* (arab. صُرَّة) Prov. 7, 20. 26, 8. Job. 14, 17. Hagg. 1, 6., plur. צְרוֹרוֹת Gen. 42, 35. 2) *lapillus acutus, scrupulus*, ut צוּר, צַר et צֹר 2 Sam. 17, 13. Am. 9, 9., in quo posteriore loco sunt, qui interpretentur: *granum*, sed v. Rosenm. ad h. l.

מֵצַר m. (quidam codices habent מֶצַר) *angustiae, calamitas* Ps. 118, 5., plur. מְצָרִים Thren. 1, 3., in regim. מְצָרֵי Ps. 116, 3.

צֶרֶת הַשַּׁחַר urbs Rubenitarum in monte sita Jos. 13, 19. v. Relandi *Palaest.* p. 1059. Simonis interpretatur: *splendor aurorae*, quasi dictum sit pro צֶהֶרֶת a rad. צָהַר vel pro נִצֶּרֶת a נצר n. 2.

צָרְתָן v. sub צְרֵדָה.

ק

קָא vid. infra sub rad. קוא.

קָאַת (c. he artic.) Levit. 11, 18. Deut. 14, 17., et קָאת Zeph. 2, 14. Jes. 34, 11., f. *pelecanus*, sec. plerosque interpretes et vett. et recentiores, hoc tamen discrimine, ut alii pugnent pro *pelecano* veterum h. e. *onocrotalo* recentiorum (v. Michaelis in *Suppl.*), alii pro *pelecano* recentiorum, duce Bocharto in *Hieroz.* P. II. lib. II. c. 24., cui קאת nomen est *pelecano* et *ardeae stellari* sive *butauro* commune, quia utraque illa avis conchas jam absorptas *revomit* (v. *Relat. Malab. Continuat.* XXVIII, p. 322 sq.) coll. rad. קוא. Sed si haec vera est vocis origo, formam regim. קְאַת Ps. 102, 7. perperam scriptam a Masorethis existimabis (v. קָמָה), fortasse, ut aliquid discriminis esset inter stat. absol. et constr.

קָבַב I) i. q. arab. قَبَّ II. *fornice texit, concamerato opere struxit, opus opere rotundo elaboravit,* chald. קְבַב *id.* Vid. nom. קֻבָּה. קַב. — II) i. q. נָקַב *maledixit, exsecratus est* sq. acc. Num. 23, 11. 25. 27. 24, 1. Praet. cum affixo קַבֹּה (pro קַבּוֹ) Num. 23, 8., imper. cum affixo et nun epenthet. קָבְנוֹ Num. 23, 13., cum ה paragog. קָבָה (de quo declinatu v. Ewald. Gr. p. 514.) Num. 22, 11. 17. Sed fut. אֶקֹּב Num. 23, 8. vid. in rad. נקב.

קַב m. *cabus,* genus *mensurae,* sexta pars *sati,* fortasse a *concavitate* dict. 2 Reg. 6, 25.

קֻבָּה f. *tectum concameratum,* quo lectus circumdatur, arab. قُبَّة (*Alkoven*), hinc interior tentorii pars, ubi lectus collocatus erat Num. 25, 8.

קֹבָה f., unde cum affixo קֳבָתָהּ Num. 25, 8. vid. sub rad. נקב.

קָבָה rad. Hebr. non usitat., arab. قَبَا *manu congregavit, carpsit, collegit, ingessit, complicuit.*

קֵבָה f. *ventriculus* ruminantium vel potius infima ventriculi pars eaque pinguissima (a *complicando* vel *carpendo* dict.), arab. قِبَة, قَبَة, graec. ἤνυστρον, lat. *omasum* Deut. 18, 3. v. Rosenm. ad h. l.

קָבַל *advenit, accessit* (propr. coll. قَبِلَ *ex anteriore parte venit, obviam venit,* syr. ܩܒܠ *obvius fuit,* cf. Hiph.), in Kal non occurrit; Pih. קִבֵּל 1) *accepit, recepit* (q. d. *accedere, ad se venire fecit: in Empfang nehmen*) 2 Chron. 29, 16. 22. Esr. 8, 30., deinde i. q. *admisit* (opp. *repudiare*) Esth. 4, 4. Job. 2, 10., spec. *institutionem, castigationem accipere, admittere* Prov. 19, 20. (arab. قَبِلَ منه *dicto audiens fuit,* chald. קַבָּלָא *doctrina,* quae reverenter a discipulo ex ore magistri excipitur). 2) *recepit* aliquem 1 Chron. 12, 18. — Hiph. part. plur. מַקְבִּילֹות *obversae* Exod. 26, 5. 36, 12.

קְבַל chald., Pahel קַבֵּל *accepit* Dan. 2, 6. 6, 1. 7, 18.

קֳבָל *coram;* sed קָבָל־עָם 2 Reg. 15, 10. videtur esse nom. propr.

קֹבֶל m. *oppositio, opposita,* unde c. affixo קָבָלּוֹ vel, ut alii legunt, קָבָלוֹ Ezech. 26, 9. (v. Ewald. Gramm. p. 389.). Cf. מְחִי.

קֳבֵל et קֳבָל m. chald. 1) *oppositum* atque adeo *pars anterior, adversa,* unde cum praefixo לָקֳבֵל *ad* sive *in partem anteriorem* i. e. 1) *ex adverso, e regione* Dan. 5, 5. vel *ante, coram* Dan. 3, 3. 5, 1., cum affixo לָקָבְלָךְ *coram te* Dan. 2, 31. 2) *propter* (cf. lat. *ob* et gr. ἀντί v. Passow. Lex. I, p. 133.) Dan. 5, 10. Esr. 4, 16., לָקֳבֵל דִּי *propterea quod* Esr. 6, 13., כָּל־קֳבֵל דִּי a) *ea ipsa de caussa quod* Dan. 2, 8. 3, 29. 4, 15. 5, 12. 22. 6, 4. 5. 23. Esr. 4, 14. 7, 14.; b) *quare, quapropter* Dan. 2, 10.; c) *eodem modo quo* Dan. 2, 40. 6, 11. (cf. לִפְנֵי), כָּל־קֳבֵל דְּנָה *eam ipsam ob caussam* Dan. 2, 12. 24. 3, 7. 8. 22. 6, 10. Esr. 7, 17.

קָבַע propr. *texit, abdidit, abscondidit*, ut قبع, hinc *defraudavit, decepit* (cf. בגד) Mal. 3, 8. 9., it. (aperta vi) *spoliavit* aliquem aliqua re sq. dupl. acc. Prov. 22, 23. ubi v. UMBREIT. Fut. יִקְבַּע.

קוֹבַע m. *galea*, qua caput *tegitur* Ezech. 23, 24. pro קוֹבַע; sed 1 Sam. 17, 38. legitur קוֹבַע (millel) ad formam segolatorum (syr. ܩܘܒܥܐ *pileus, cristata galea;* aethiop. ቆብዕ: *tiara*). Cf כּוֹבַע.

קֻבַּעַת f. *calix* Jes. 51, 17. 22. קֻבַּעַת כּוֹס q. d. *Becher-Kelch*, v. GESEN. ad h. l. Arab. قُبَعَة *calix, folliculus florum*. Alii vertunt: *faex, faeces* q. d. *tectio fundi calicis*, sec. R. SAL. BEN MELECH.

קָבַץ propr. *cepit* (قبض, قبص) v. Pih., deinde *collegit, coegit* sive homines *(congregavit)* Ezech. 22, 19. 20. Neh. 5, 16. Zeph. 3, 8. 1 Reg. 18, 19. 2 Sam. 3, 21., sive res Prov. 13, 11. Deut. 13, 16.; trop. Ps. 41, 7. לִבּוֹ יִקְבָּץ־אָוֶן לוֹ *animus ejus* (visentis me) *colligit pravitatem* h. e. observando captat ea, quae, tanquam prava et turpia, in vulgus eloquatur, materiem calumniandi colligit. Niph. *colligi* Ezech. 29, 5. Jer. 8, 2., *congregari, congregare se* Jos. 10, 6. Esr. 10, 1. Hos. 1, 11. Joël. 4, 11. Jer. 40, 15. Jes. 56, 8. 60, 7. Ps. 102, 23. Esth. 2, 8. 19. Gen. 49, 2. 1 Chron. 13, 2. Pih. קִבֵּץ 1) *cepit* manu, *recepit* Jes. 54, 7., opp. עָזַב (v. Kal). 2) *collegit* (ap. poet.) vel res Jes. 22, 9. 62, 9 (uvas) Mich. 1, 7 (*de mercede meretricia collegit* [Samaria] *idola sua* h. e. comparavit, conficienda curavit omnia) vel homines Jes. 66, 18. Jer. 49, 5., max. de Jova Israelitas ex exilio revocante Deut. 30, 3. Mich. 2, 12. Ps. 106, 47. Jer. 23, 3 Jes. 40, 11. 3) *contraxit, retraxit (einziehen)* i. e. evanescere fecit (splendorem) Joël. 2, 6. Nah. 2, 11. v. אסף. Praeter. c. affixo קִבֶּצְךָ Deut. 30, 3., f. in pausa קִבָּצָה Mich. 1, 7. etc. Pyh. part. f. מְקֻבֶּצֶת *congregata* Ezech. 38, 8. — Hithpah. *se congregare* Jud. 9, 47. 1 Sam. 7, 7. Jer. 49, 14. Jes. 44, 11.

קְבֻצָה f. *collectio, congeries, acervus* Ezech. 22, 20.

קִבּוּץ m. *collectio, caterva* collecta (قبص *numerosa multitudo*) Jes. 57, 13.

קַבְצְאֵל urbs in parte australi tribus Judae, quae alibi יְקַבְצְאֵל Jos. 15, 21. 2 Sam. 23, 20. Neh. 11, 25.

קִבְצַיִם urbs in tribu Ephraim, quae alibi יָקְמְעָם Jos. 21, 22.

קָבַר *sepelivit* (arab. syr. chald. aeth. *id.*) Gen. 49, 31. 23, 6. 50, 5. Num. 11, 34. 1 Reg. 13, 31. 2 Reg. 13, 21. al. Praet. c. aff. קְבָרֻהוּ 2 Chron. 24, 25., infin. constr. cum affixo קָבְרוֹ Gen. 50, 14. 1 Reg. 13, 29. 31., fut. יִקָּבֵר 2 Reg. 21, 26. etc. Niph. *sepultus est* Ruth. 1, 17. Gen. 15, 15. Jer. 8, 2. 20, 6. 22, 19. Job. 27, 15. — Pih. *sepelivit* (complures, v. tam. Kal Ezech. 39, 12.) Jer. 14, 16. Num. 33, 4. Ezech. 39, 14. 1 Reg. 11, 15., מֹף תְּקַבְּרֵם *Memphis eos sepeliet*, se-

pulturae locum praebebit Hos. 9, 6. — Pyh. קֻבַּר *sepultus est* Gen. 25, 10.

קֶבֶר m. *sepulcrum* Gen. 23, 4. 9. 20. Num. 19, 18. Jud. 8, 32. 2 Sam. 3, 32. 1 Reg. 13, 22. etc., cum affixo קִבְרוֹ Gen. 23, 6 Jes. 22, 6., plur. a) קְבָרִים Exod. 14, 11., in regim. קִבְרֵי Jer. 26, 23. 8, 1. etc.; b) קְבָרוֹת Job. 21, 32., in regim. קִבְרוֹת Num. 11, 34. 35. Deut. 9, 22., cum affixo קִבְרֹתֶיךָ 2 Reg. 22, 20. — קִבְרוֹת הַתַּאֲוָה (*sepulcra concupiscentiae*) nom. propr. loci in deserto arab. Num. 11, 34. 33, 16. Deut. 9, 22.

קְבוּרָה f. 1) *sepultura* 2 Chron. 26, 23. Jer. 22, 19. *sepulturâ asini sepelietur* h. e. insepultus jacebit, ut asini et cetera animalia. 2) *sepulcrum* Gen. 35, 20. 47, 30. Deut. 34, 6. 1 Sam. 10, 2. Jer. 22, 19. — In regim. קְבוּרַת 1 Sam. 10, 2. et קְבֻרַת Gen. 35, 20., cum affixo קְבֻרָתוֹ Deut. 34, 6. 2 Reg. 21, 16.

קָדַד i. q. arab. قَدَّ et قَدَّ *divisit, fidit, secuit,* propr. *in longitudinem,* et קָדָה. Sed hebr. notio *inclinandi verticem* a nomine קָדְקֹד petita est, ubi v.

קִדָּה f. *casia* (Dioscoridi L. I. c. 12. κιττώ dicta) Exod. 30, 24. Ezech. 27, 19., surculos ejus *secari* et longitudine 2 digitorum *abscindi* docent Theophrastus Hist. plant. IX, 5. et Plinius H. N. 12, 19. v. Celsius in *Hierob.* P. 2, p. 186.

קָדְקֹד m. *vertex* capitis Gen. 49, 26. Deut. 33, 16. 20. Ps. 68, 22. Jes. 3, 17. Jer. 2, 16., sec. Kimchium et Schultensium a *divisione* sive *discriminatione capillorum,* unde plene קָדְקֹד שֵׂעָר Ps. 68, 22. Arab. قَذَال *pars occipitis s. cervicis inter duas aures.* Cum affixis קָדְקֳדֶךָ (in pausa) Deut. 28, 35., קָדְקֳדוֹ 2 Sam. 14, 25. Ps. 7, 17. Job. 2, 7. Inde significationem accipit verbum

קָדַד *inclinavit verticem* (caput), honoris caussa *inclinavit se* 1 Sam. 24, 9. 28, 14. 1 Reg. 1, 31., hinc copulatur cum הִשְׁתַּחֲוָה (quo verbo plus significari videtur cf. Rosenm. ad Gen. 24, 26.) Gen. 24, 48. 43, 28. Exod. 4, 31. 12, 27. Num. 22, 31. Neh. 8, 6. Non occurrit nisi fut. Kal יִקֹּד (more Chald.). Ceterum inde, quod passim קָדַד אַפַּיִם legitur, noli concludere, temere repeti hoc verb. a nom. קדקד; etenim saepe factum in aliis quoque linguis, ut *originis* alicujus vocis obliviscerentur et, quae angusta fuit, eâ sensim tanquam generali uterentur.

קָדַח 1) *accendit, incendit* (قَدَحَ *extudit ignem* v. Schultens. ad Harir. III, p. 132.) Jes. 50, 11. 64, 1. Jer. 17, 4. 2) intrans. *accensus est, exarsit* Deut. 32, 22. Jer. 15, 14.

קַדַּחַת f. *febris ardens* Levit. 26, 16. Deut. 28, 22.

אֶקְדָּח m. *gemma igne radians,* unde multis *carbunculus* Jes. 54, 12.

קָדַם in Kal inusit., arab. قَدُمَ *anterior fuit, stitit coram;* Pih. קִדֵּם *anteriorem, priorem se exhibuit,* hinc 1) *coram* aliquo *se stitit, comparuit* eq. acc. Ps. 95, 2. 2) *antecessit, praeivit* (arab. *id.*) Ps. 68, 26.,

sq. acc. pers. Ps. 89, 15. 3) *antevertit, occupavit* (*φθάνειν*, arab. قدم X.), sq. acc. pers. Ps. 17, 13. 119, 149.; paullo aliter Ps. 119, 147. קִדַּמְתִּי בַנֶּשֶׁף *diluculo anteverti* (*occupavi*) sc. ipsum diluculum (bene DE WETTIUS: *der Dämmrung komm' ich zuvor*). Sq. infinit. Jon. 4, 2. קִדַּמְתִּי לִבְרֹחַ *occupavi fugere* h. e. cito aufugi, iter maturavi. 4) *obviam ivit, occurrit* alicui sive a) hostiliter *irruit, impetum fecit* in al. (arab. قدم *id.*), sq. acc. Ps. 18, 19. Jes. 37, 33. 2 Reg. 19, 32. *non faciet impetum in urbem clypeus* (ubi v. GESENIUS), trop. Job 30, 27.; sive b) benevolo animo: *succurrit, auxilium tulit* Ps. 59, 11. 79, 8. Job. 3, 12., sq. בְּ rei *obviam ire alicui cum aliqua re* h. e. offerre alicui aliquid Mich. 6, 6. Deut. 23, 5. Neh. 13, 2. Jes. 21, 14., sq. dupl. acc. et pers. et rei *impertire* aliquem aliqua re Ps. 21, 4. — Hiph. הִקְדִּים 1) *antevertit, occupavit* Job. 41, 3 (2): מִי הִקְדִּימַנִי *quis me antevertit* h. e. quis me bono aliquo affecit prior? 2) *irruit, invasit* Am. 9, 10. sq. בְּעַד, ubi v. ROSENM.

קֶדֶם et קֵדֶם m. gener. id quod *ante* est: 1) respectu *loci* habito, hinc קֶדֶם adv. *ante* (COLUM. 6, 2.), *a fronte* (opp. אָחוֹר *a tergo*) Ps. 139, 5.; spec. subst. *plaga orientalis, oriens* (orientales enim, locorum situm definituri, oculos ad orientem solem convertunt, ita ut occidentem a tergo habeant, cf. B. MICHAELIS diss. de locor. differentia ratione anticae, posticae etc. Hal. 1735. 4., repet. in POTTI Sylloge V, p. 80 sqq.), הָלַךְ קֶדֶם *orientem versus ire* Job. 23, 8., מִקֶּדֶם *ab oriente* Gen. 2, 8. Jud. 8, 11. Zach. 14, 4., קֵדְמָה (a קֶדֶם) *in orientem* Exod. 27, 13. Num. 2, 3. 10, 5. 34, 3. Jos. 19, 5. 1 Reg. 17, 3. Ezech. 8, 16. (post vv. *motus*) מִקֶּדֶם לְ *ab oriente* alicujus loci Jos. 7, 2. Gen. 3, 24.; הַרְרֵי קֶדֶם *montes orientales* h. e. Mesopotamiae Num. 23, 7. (sed de loco Deut. 33, 15. v. sub n. 2.), אֶרֶץ קֶדֶם Gen. 25, 6. et קֶדֶם simpl. Jud. 6, 3. 33. 7, 12. 8, 10. *terra orientalis* i. e. ea Arabiae pars, quae Palaestinensibus ad orientem sita erat, habitata illa ab Hagarae et Keturae posteris; בְּנֵי קֶדֶם Job. 1, 3. Jes. 11, 14. Ezech. 25, 4. 1 Reg. 4, 30. al. *Arabes* illius regionis, incolae Arabiae desertae. De loco Jes. 2, 6. מָלְאוּ מִקֶּדֶם, v. interprett. Bene ROSENM.: *repleti sunt oriente* h. e. superstitionibus malisque artibus orientis (quanquam, si summam rei spectas, hanc explicationem jam praeiverat MICHAELIS in Supplem.). — 2) respectu *temporis* habito: omne *priscum tempus* (*Vorzeit*), etiam, quod ante mundum conditum fuisse cogitatur: *vetustas, vetustissima memoria, cana secula* (MARTIAL. 8, 80, 2.), arab. قِدَمٌ; hinc Deus vocatur Deut. 33, 27. אֱלֹהֵי קֶדֶם Ps. 55, 20. יֹשֵׁב קֶדֶם, hinc הַרְרֵי קֶדֶם Deut. 33, 15. *vetustissimi* (cum ipsa terra nati) *montes*, יְמֵי קֶדֶם Ps. 44, 12. *prisca tempora*, שְׁמֵי קֶדֶם *coeli vetustissimi* Ps. 68, 34., מַלְכֵי קֶדֶם Jes. 19, 11. *reges vetustissimi*; מִקֶּדֶם *ab antiquissimo inde tempore, antiquitus* Mich. 5, 2. Hab. 1, 12. Ps. 74, 12. 77, 6., מִימֵי קֶדֶם *id.* Jes. 23, 7.; passim קֶדֶם in particulam abit, signif. a) *olim* Ps. 119, 152. Jer. 30, 20. Thren. 5, 21.; b) *ante* Prov. 8, 23. — Plur. קְדָמִים Prov. 8, 23. קַדְמֵי אֶרֶץ *primordia terrae*.

קֵדֶם m., unde cum ה *locali* קֵדְמָה, v. sub praeced. voc.

קָדִים m. id quod *ante* est, hinc קָדִימָה *prorsus* (*vorwärts*), spec. a) *plaga orientalis, oriens*, פָּנָה קָדִים *ad orientem spectare* Ezech

44, 1. 46, 1. (de aedificiis), cum ה *locali* קָדִימָה *orientem versus* Ezech. 11, 1. 45, 7. 47, 1. Habac. 1, 9.; b) *eurus, ventus orientalis* (قَدَّام *ventus ex adverso flans, contrarius*) Gen. 41, 6. 23. Exod. 10, 13. 14, 21. Ezech. 17, 10. 19, 12., longe vehementissimus ille et tam aestuans, ut gramen herbasque paene omnes exurat Jon. 4, 8. Gen. 41, 6. v. Russel *nat. hist. of Aleppo* p. 15. Zornii Opusc. II, p. 131. 783. Falli videntur, qui *samûm* (سموم) Arab. dici existimant; nullo enim in loco, quae lethali huic vento propria sunt, tanguntur. Trop. קָדִים est pro *re inani* (cf. רוּחַ) ac simul perniciosa Job. 15, 2. Hos. 12, 2.

קְדוּמִים m. Jud. 5, 21. נַחַל קְדוּמִים vel *torrens vetustatis, vetustus* h. e. antiquitus nobilis (ita Lxx. Vulg. Chald.), vel *torrens pugnarum, proeliorum* (coll. arab. قدم IV. *audacior ivit contra hostem*) i. e. pugnantium Israelitarum quasi socius. Sic post R. Jonam Lettius, Schnurrerus (Dissertatt. philol. p. 78.) al.

קֳדָם et קְדָם m. chald. propr. (ut videtur) *id quod ante* aliquem, adeoque in conspectu ejus *est* (arab. قُدَّام *pars anterior*), sed in praeposition. abit, signific. a) ante, *coram* Dan. 2, 7. 10. 11. 3, 13. 5, 13. Esr. 7, 19.; b) *ante* de temp. Dan. 7, 7. — Cum affixis sub forma plur. קֳדָמַיִךְ *coram te* Dan. 5, 23. 6, 23., קֳדָמוֹהִי Dan. 4, 5. 6, 19. 23. 7, 10. et קֳדָמַיְהִי 7, 13., קֳדָמַיהּ Dan. 7, 7., קֳדָמֵיהוֹן Dan 4, 11. — מִן קֳדָם q. d. *a coram* i. e. *ab* Dan. 2, 15. Esr. 7, 14., c. affixis מִן־קֳדָמַי Dan. 2, 6. 6, 27., מִן קֳדָמוֹהִי Dan. 5, 19., מִן־קֳדָמַיהּ Dan. 7, 8.

קַדְמָה f. 1) *vetustas, antiquitas* Jes. 23, 7., ubi verba מִימֵי קֶדֶם קַדְמָתָהּ Gesenius perperam interpretatur: *deren Ursprung in der Urzeit Tagen;* nam מִימֵי alium sensum habet, quam בִּימֵי. 2) *status prior, pristinus* Ezech. 16, 55. 36, 11. 3) קַדְמַת Ps. 129, 6. sc. אֲשֶׁר *antequam.*

קַדְמָה vel קַדְמָא f. chald. *tempus prius.* מִן קַדְמַת דְּנָה *a priore tempore hujus* rei h. e. antequam hoc fieret i. e. *antehac* Dan. 6, 11., sic מִקַּדְמַת Esr. 5, 11.

קִדְמָה f. *oriens, plaga orientalis,* פּ קִדְמַת *ab oriente* alicujus (loci) Gen. 2, 14. 4, 16. 1 Sam. 13, 5.

קְדֵמוֹת nom. propr. oppidi Rubenitar. Jos. 13, 18. 21, 37. 1 Chron. 6, 64.

קַדְמַי m. chald. *prior, primus;* plur. emphat. קַדְמָיֵא Dan. 7, 24.; foem. sing. emphat. קַדְמָיְתָא Dan. 7, 4., plur. קַדְמָיָן, emphat. קַדְמָיָתָא Dan. 7, 8.

קַדְמוֹן m., unde foem קַדְמוֹנָה Ezech. 47, 8. *orientalis.*

קַדְמֹנִי m. 1) *anterior,* hinc *orientalis* Ezech. 10, 19. 11, 1. (ubi v. Hieron.) 47, 18. Zach. 14, 8. הַיָּם הַקַּדְמוֹנִי *mare orientale* h. e. mortuum, lacus Asphaltites. 2) *vetustus, antiquus,* hinc מְשַׁל הַקַּדְמֹנִי *proverbium antiquorum, majorum* (sing. collect. pro plur.); plur. קַדְמֹנִים *majores* Job. 18, 20., foem. קַדְמֹנִיּוֹת *antiqua, priora* Jes. 43, 18., it. *tempora vetusta, prisca* Mal. 3, 4.

קָדַר 1) *sorduit, illuvie et squalore foedatus est* (ut قذر v. Hartmann. Einl. p. 249.) Job. 6, 16., ubi torrentes vocantur קֹדְרִים מִנִּי קָרַח

turbidi, turbulenti a nive. Jam cum ii, qui lugebant, sordido et squalido cultu uterentur, קדר passim est: *luxit, tristis, moestus incessit* Jer. 8, 21., partic. קֹדֵר *lugens, moestus* Ps. 35, 14. 38, 17. 42, 10. Job. 5, 11. 2) *pullo, subnigro colore fuit* Job. 30, 28. (de cute), hinc *tenebrescere, obscurari* Jer 4, 28. Mich. 3, 6. Joël. 2, 10. 4, 15. — Hiph. הִקְדִּיר 1) *moestum fecit, lugere fecit* Ezech. 31, 15. 2) *obscurum reddidit, obscuravit* Ezech. 32, 7. 8. — Hithpah. *obscurari, nubibus obduci* (de coelo) 1 Reg. 18, 45.

קֵדָר nom. propr. filii Ismaelis Gen. 25, 13. et tribus, quae ab illo originem duxit, arabicae, in Arabia petraea camelorum et caprarum gregibus ditissimae Jes. 42, 11. 60, 7. Cant. 1, 5. Ezech. 27, 21. Jer. 2, 10. 49, 28. Ps. 120, 5.; alibi בְּנֵי קֵדָר Jer. 49, 28. Jes. 21, 16. 17. Plinio lib. V. c. 11. *Cedrei* vocantur v. Reland. P. p. 96.

קִדְרוֹן nom. torrentis prope Hierosolyma (v. Josephi Antiqq. VII, 1, 2.) orientem et austrum versus per vallem ejusdem nominis (v. Josephi Antiqq. IX, 7, 3.) tempore hiemali fluentis (v. Maundrell p. 100.), quem *turbidum* a sordibus urbis eo confluentibus et aqua fimo et coeno atrata dictum volunt, 2 Sam. 15, 23. 1 Reg. 2, 37. 15, 13. 2 Reg. 23, 4. Jer. 31, 40. v. Rosenm. *Alterthumsk.* II, 1, p. 206 sq.

קַדְרוּת f. *obscuritas, tenebrae* Jes. 50, 3.

קְדֹרַנִּית f. adv. *habitu lugubri* Malach. 3, 14., in quem l. v. Roorda ad Jerem. p. 15.

קָדַשׁ et קָדֵשׁ 1) *sanctus fuit,* de homine, qui se Deo addixit atque ita a profano vulgo separavit (v. Pih.) Jes. 65, 5., ubi קְדַשְׁתִּיךָ alii pro קָדַשְׁתִּי מִמְּךָ *sanctior sum te,* al. pro קָדַשְׁתִּי לָךְ *sanctus sum tibi* dictum putant (v. Gesen. ad h. l.), *hoc* unice tolerari potest, Exod. 29, 37. 2) *sacer fuit,* de rebus cultui Dei destinatis Num. 17, 2. Exod. 30, 29., it. *consecratus est,* duplici sensu a) de iis, quae sacro fisco addicuntur Deut. 22, 9.; b) de his, quae rerum sacrarum contactu aliquam et ipsa sanctitatem contraxerunt 1 Sam. 21, 6. Hagg. 2, 12. Fut. יִקְדַּשׁ. — Niph. נִקְדַּשׁ 1) *sanctum cognosci, agnosci* Jes. 5, 16. Ezech. 20, 41. 28, 22. 25. 36, 23. 38, 16. Num. 20, 13. sq. בְּ rei, *qua* quis (Deus) sanctus cognoscitur, declaratur. *Sanctum* in his locis eum dici, qui recti justique amore unice tenetur, satis patet. Haud multum dissim. loc. Levit. 22, 32., ubi *sancte* h. e. *tanquam sanctum coli* interpretaberis coll. Levit. 10, 3. 2) *consecratus est* Exod. 29, 43. (de pop. Israel.). — Pih. קִדֵּשׁ 1) rebus *profanis exemit* Exod. 19, 23. (ubi suffix. ad montem refer.), hinc *sacravit, consecravit* Deo 1 Reg. 8, 64. Exod. 29, 36. 2 Chron. 29, 17 (altare, atrium, templum), Exod. 13, 2 (primogenitos), Exod. 28, 41. 29, 1. 1 Sam. 7, 1. (sacerdotes), passim de Deo, qui Israelitas *sibi* consecravit Exod. 31, 13. Levit. 20, 8. 22, 15.; deinde *sacris ritibus inauguravit, praeparavit* ad rem sacram rite obeundam Exod. 19, 10. 14. 1 Sam. 16, 5. Job. 1, 5. coll. Neh. 3, 1. (ad quem l. v. Rambach in Annotatt. uber.). Huc spectat etiam form. קַדֵּשׁ מִלְחָמָה Jer. 6, 4. Joël. 4, 9. i. e. sacros inter ritus bellum suscipere, ingredi. Sim. *milites consecrare* Jer. 51, 27., quod semel Deo tribuitur Jer. 22, 7. Pih. praet. קִדַּשׁ 1) *sanctificavit, consecravit, ad usum sacrum separavit* et *dedicavit* 1 Reg. 8, 64., it. *sacris ritibus apparavit* et *praeparavit* Exod. 19, 10. 14. Jos. 7, 13. 2) *sacrum de-*

claravit Gen. 2, 3., it. *sanctum habuit* Levit. 21, 8., *sancte coluit* (Deum) Deut. 32, 51., *sancte observavit* (dies festos) Exod. 20, 8. Jer. 17, 22. Ezech. 20, 20. Deut. 5, 12. Neh. 13, 22. (syr. ܩܕܫ *sacra, missam celebravit,* aeth. ቀደሰ:). 3) *sacrum* diem, sacram panegyrin *indixit* 2 Reg. 10, 20. Joël. 1, 14. 2, 15. Praet. plur. cum affixo קִדְּשׁוּהָ Neh. 3, 1., part. c. affixo מְקַדִּשְׁכֶם Exod. 31, 13., fut. 3. plur. in pausa יְקַדֵּשׁוּ Ezech. 44, 24. etc. — Pyh. part. מְקֻדָּשׁ *consecratus* 2 Chron. 26, 18. 31, 6. Esr. 3, 5. (de sacerdotibus, donis, diebus Jovae sacris), Ezech. 48, 11., ubi v. Rosenm.; מְקֻדָּשַׁי *sacrati, consecrati mei* scil. *ad bellum* Jes. 13, 3. — Hiph. הִקְדִּישׁ 1) *consecravit, dedicavit* Deo 2 Sam. 8, 11. 1 Chron. 18, 11. 26, 28. 2 Chron. 29, 19., spec. de donis, quae Jovae offeruntur Levit. 22, 2. 27, 14. 15. 19. Jud. 17, 3. Exod. 28, 38., it. sacris ritibus *ad rem sacram obeundam praeparavit* 2 Chron. 30, 17.; it. *sacris ritibus inauguravit, instituit* aliquid Jos. 20, 7. Zeph. 1, 7. 2) *sacrum declaravit* 1 Reg. 9, 3. 3) *sanctum habuit, sancte coluit* (Deum) Num. 20, 12. Jes. 8, 13. 29, 23. — Hithpah. הִתְקַדֵּשׁ 1) *se sacravit, consecravit* Jes. 66, 17.; spec. sacris ritibus *ad rem sacram obeundam se praeparavit* Exod. 19, 22. Jos. 3, 5. 2 Chron. 30, 3. 7. 5, 11., it. sacris lotionibus vel lustrationibus ab immunditie *se purificavit* 2 Sam. 11, 4. 2) *sanctum se declaravit* Ezech. 38, 23. 3) *sacrum,* festum diem *celebravit* Jes. 30, 29., ubi v. Rosenm. — Reliquae dialecti omnes hoc voc. habent certe in conjugation. transit., arab. قَدَّسَ, syr. ܩܰܕܶܫ, aeth. ቀደሰ:

קָדוֹשׁ m. 1) *sanctus* (de Deo) Levit. 19, 2. Exod. 15, 11. Ps. 99, 3. 9., in quibus locis ad *indolem* numinis div. respicitur; al. קָדוֹשׁ videtur esse: *venerandus, venerabilis* Ps. 22, 4. (ubi cf. de Wettius), quo sensu explicant etiam solennem Jovae appellationem קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל 2 Reg. 19, 22. Jes. 1, 4. 5, 19. 10, 17. 12, 7. 29, 19. 30, 11. 41, 14. 16. 43, 3. etc. Ps. 78, 41. 89, 19. Jer. 50, 29., קָדוֹשׁ בְּיִשְׂרָאֵל Ezech. 39, 7. et simpl. קָדוֹשׁ Jes. 40, 25. Hab. 3, 3. Eodem sensu nomen Dei *sanctum* vocatur Ps. 111, 9. Jes. 57, 15. 2) *sacer, sacratus* Deo Exod. 19, 6. 29. 31. Levit. 21, 6. 23, 20. Num. 5, 17. Deut. 26, 19. Neh. 8, 10. Ps. 29, 2. Levit. 7, 6. 10, 13. 24, 9. etc. — Plur. קְדוֹשִׁים *sancti* h. e. a) Deus ipse (plur. majestat.) Prov. 9, 10. 30, 3. Hos. 12, 1., אֱלֹהִים קְדוֹשִׁים Jos. 24, 19.; b) angeli (in libris recentior.) Job. 5, 1. 15, 15. Zach. 14, 5. Dan. 8, 13. Ps. 89, 8. coll. οἱ ἅγιοι 1 Thess. 3, 13.; c) pii hominis Ps. 16, 3. 34, 10. Deut. 33, 3. (ubi v. Rosenm.); d) Judaei Dan. 8, 24, ubi עַם קְדוֹשִׁים.

קָדוֹשׁ m. *sanctum, sacrarium* Ps. 46, 5. 65, 5. (sed videtur esse neutr. adject. קָדוֹשׁ v. Gesen. L. p. 650.).

קֹדֶשׁ m. (semel plene קוֹדֶשׁ Dan. 11, 30.) 1) *sanctitas* Ps. 89, 36. Exod. 15, 11. Ps. 60, 8. Am. 4, 2.; saepe aliis nominibus additum pro adject. est, ut Deut. 33, 2. רִבְבוֹת קֹדֶשׁ *myriades* (angelorum) *sanctae,* שֵׁם קָדְשִׁי *nomen meum sanctum* Levit. 22, 2. 32. 1 Chron. 16, 35. Ps. 33, 21., דְּבַר קָדְשׁוֹ *verbum suum sanctum* Ps. 105, 42., רוּחַ קָדְשׁוֹ *spiritus ejus sanctus* Jes. 63, 10. 11. Ps. 51, 13. etc. 2) *sacrum, sacratum* Deo Levit. 12, 4. Jer. 2, 3. Ps. 111, 2., hinc saepe pro adject., ut Exod. 12, 16. מִקְרָא קֹדֶשׁ *conventus sacer,* Exod. 28, 2. בִּגְדֵי קֹדֶשׁ

vestes sacrae, 30, 25. ק׳ מִשְׁחַת *sacra unctio*, 1 Sam. 21, 5. ק׳ לֶחֶם *panis sacer*, הַר קָדְשִׁי *mons meus* (mihi) *sacer* etc.; spec. a) *sacrarium* (de tabernac. et templo) Exod. 28, 43. 36, 1. Levit. 16, 2. 23. Num. 4, 12. 2 Chron. 29, 7. Ps. 20, 3. Jes. 62, 9. al., passim *sanctum* h. e. media pars tabernaculi Exod. 26, 33. 1 Reg. 8, 8., semel *adytum* Ezech. 41, 23.; b) res Jovae oblata, *donum sacrum*, plur. הַקֳּדָשִׁים Levit. 21, 22. 22, 2. 3. 1 Chron. 26, 20. Plur. a) קֳדָשִׁים, in regim. קָדְשֵׁי, c. affixis קֳדָשָׁיו Num. 5, 10., קָדְשֵׁיהֶם Ezech. 20, 4.; b) קָדָשִׁים (kodaschim, v. GESEN. L. p. 46.) Exod. 29, 37. 30, 10. Levit. 2, 3. etc., c. affix. קָדָשַׁי Ezech. 22, 8., קָדָשֶׁיךָ Deut. 12, 26., קָדָשָׁיו 2 Chron. 15, 18. — קֹדֶשׁ קָדָשִׁים a) *res omnium sanctissima* Exod. 29, 37 (ara), plur. קָדְשֵׁי הַקֳּדָשִׁים *oblationes* omnium *sanctissimae* Levit. 21, 22. Ezech. 42, 13. 44, 13.; b) spec. *adytum* tabernaculi et templi 1 Reg. 6, 16. Ezech. 41, 4. Exod. 26, 33. al.

קָדֵשׁ 1) m. *cinaedus* h. e. mas in numinis alicujus (ut Deae *Melittae* ap. Babylon. HEROD. I, 199., *Astartae* ap. Canan. v. SELDEN de Diis SYR. II, 2., *Veneris* ap. Graecos v. WELKER ad Philostr. Imag. p. 402.) honorem pudicitiam suam prostituens (numini q. *consecratus*), deinde *scortator meritorius* Deut. 23, 18. 1 Reg. 14, 24. 22, 47., plur. קְדֵשִׁים 1 Reg. 15, 12. 2 Reg. 23, 7. Job. 36, 14. — Foem. קְדֵשָׁה propr. *mulier in numinis al. honorem pudicitiam suam prostituens*, deinde *meretrix* Gen. 38, 21. 22. Deut. 23, 18., plur. קְדֵשׁוֹת Hos. 4, 14. conf. ad rem Baruch. 6, 42. 43. inque eum locum DILHERRI *Disput. academ.* T. I, p. 166 sq. add. ZORNIUS in Dissert. de קְדֵשִׁים, inserta *Miscellaneis Groning.* T. III, p. 643 sq. SPENCERUS de *Leg. Hebr. rit.* L. II. c. 35. et 36 — 2) nom. propr. urbis in finibus Idumaeae Num. 20, 16. in deserto Pharan Num. 13, 27. vel *Sin* Num. 27, 14. 33, 36., quae etiam קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ Num. 34, 4. Deut. 1, 2. 19. 2, 14. etc. vocatur; aberat a monte Choreb dies undecim Deut. 1, 2. Contra RELANDUM et all., qui duo ejus nominis oppida fuisse arbitrantur, unum in deserto Pharan, alterum in deserto Sin, v. quae disputavimus in Lex. bibl. I, p 370.

קֶדֶשׁ nom. propr. urbis a) in tribu Juda Jos. 15, 23.; b) in tribu Naphthal. Jos. 12, 22. 19, 37., quae etiam קֶדֶשׁ scribitur Jud. 4, 9.; c) in tribu Issachar 1 Chron. 6, 57., quae al. קִשְׁיוֹן vocatur Jos. 19, 20. 21, 28.

קַדִּישׁ m. chald. *sanctus* Dan. 4, 5. 6, 5. 11., spec. *angelus* Dan. 4, 10. 20 (ubi v. BERTHOLDT.); עַם קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין Dan. 7, 27. vel קַדִּישִׁין Dan. 7, 21. de *popul. Israelit.*, *Israelitis*.

מִקְדָּשׁ, semel c. dagesch euphon. מִקְּדָשׁ (Exod. 15, 17.) m. 1) *consecratio, res sacrata* (Deo oblata) Num. 18, 29. 2) *locus sacer* Ps. 73, 17. Am. 7, 9., spec. *tabernaculum sacrum* vel *templum* Exod. 15, 17. 25, 8. Levit. 12, 4. 21, 12. Num. 10, 21. 1 Chron. 22, 19. 2 Chron. 29, 21. Thren. 2, 20. Ezech. 23, 38. 44, 1. al., מְקוֹם מִקְדָּשׁ Jes. 60, 13., מְכוֹן מִקְדָּשׁ Dan. 8, 11., מִקְדַּשׁ הַבַּיִת Ezech. 48, 21. *id.*; semel plur. מִקְדְּשֵׁי בֵּית יְהוָה Jer. 51, 51. Meton. *asylum* Jes. 8, 14.; templa enim ut apud alias gentes (PAUSAN. Corinth. 2, 13. SERV. ad VIRG. Aen. VIII, 342.) ita ap. vett. Hebraeos (1 Reg. 1, 50. 2, 28.) asylorum jura habebant. Ceterum huc retulerim cum DOEDERLINO etiam loc. Ezech. 11, 16., quanquam ROSENM. nuper secus existimavit. — Cum affixis

מִקְדָּשֶׁךָ Dan. 9, 17., sed (praeter consuetudinem) מִקְדְּשׁוֹ Num. 18, 29., מִקְדָּשִׁים Ezech. 21, 7. etc.

מִקְדָּשׁ m., unde מִקְדְּשֵׁיהֶם Ezech. 7, 24., quod sunt, qui vertant: *sacraria eorum* (Chald. Syr. Vulg. etc.); alii vero מְקַדְּשֵׁיהֶם legi jubent, ut nuper Rosenm. Sed possis tamen etiam sacerdotes dici existimare, quippe qui populum sacris ritibus, lustrationibus etc. consecrare, initiare soleant. Nec vi caret vox Dei, quae sacerdotum ordinem et ministerium a populo ablatum iri minatur.

קָהָה *obtusus factus est, hebetatus est* (ut כהה) Jer. 31, 29. 30. Ezech. 18, 2. — Pih. קֵהָה *hebetavit* (scil. aliquis) vel intransitive *hebetatum est* Eccles. 10, 10.

קְהָת (ad form. קְנָת) nom. propr. filii Levi Gen. 46, 11. Exod. 6, 18. nisi est a rad. קָהָה, quam modo illustravimus, cum Simon. derivabis a chald. קהא *congregavit, aggregavit.*

קָהַל *congregavit*, in Kal inusit. (sed v. קֹהֶלֶת), Niph. *se congregare* Num. 16, 3. 20, 2. Jos. 18, 1. Esth. 9, 16. 18. Ezech. 38, 7. Exod. 32, 1. al. — Hiph. הִקְהִיל *congregavit* Num. 10, 7. 20, 8. Levit. 8, 3. Deut. 4, 10. 31, 28. Ezech. 38, 13. 1 Reg. 8, 1. Job. 11, 10. al.

קֹהֶלֶת m. (semel f. Eccles. 7, 27.) nom. propr. Salomonis in libro sic inscripto (Eccles. 1, 1. 12, 8. 9. 10.), quod mirum in modum vexavit interpretes. Lxx. et Vulg. vertunt: *Ecclesiastes* h. e. *concionator* i. e. homo pro concione (קָהָל) verba faciens h. e. de sapientia exponens; nomina autem munerum saepe muliebres exitus habent (v. Gesen. L. p. 468. 878.). In hanc sententiam concesserunt Michaelis, Dathius, van der Palmius, Umbreitius (Cohel. sceptic. de summo bono. Gotting. 1819. 8. p. 76 sqq.), Gesenius rel. Alii, ut post Doederlinum, Paulus, Bertholdtus (Einl. V, p. 2210.), Hartmannus (Winer. theol. Zeitschr. I, p. 32 sq.) interpretantur: *congregatio, consessus, societas* (i. q. קְהִלָּה) cf. חֹבֶרֶת. Ac cum plerisque in locis de uno homine (Salom.) legatur, Hartmannus l. c. pro אִישׁ הַקְּהִלָּה vel בַּעַל *congregationis, societatis praefecto* dictum existimat (2 Sam. 12, 4. Ps. 109, 4. Job. 31, 32.), uno loco 7, 27. excepto. Ubi, cum muliebris generis sit, de ipsa societate intelligendum fuerit. Verum demonstrari vix poterit, אִישׁ קְהִלָּה vel בַּעַל esse *praefectum, praesidem* societatis, collegii, *sodalis* vero non commode diceretur Salomo. Quapropter in priore ista explicatione acquiescere placet; iste autem loc., quem tetigimus, inde potest explicari, quod ipsa sapientia, quae per concionatorem loquitur, pro concionatore posita a scriptore est. Reliquas conjecturas a viris dd. excogitatas perstrinxerunt J. Dindorfius in Pr. quomodo nomen Koheleth Salomoni tribuatur. Lips. 1791. 4. et Umbreitius l. c. add. B. Michaelis in Potti Syll. VII, p. 125.

קָהָל m. *congregatio hominum, coetus* Ps. 26, 5. Prov. 21, 16., max. *concio* populi 1 Reg. 8, 65. Num. 10, 7. Deut. 9, 10.; deinde ipse *populus* Israel. κατ' ἐξοχὴν הַקָּהָל appellatur Exod. 16, 3. Levit. 4, 13. vel קְהַל יְהוָה Deut. 23, 2. Num. 16, 3. 20, 4. Mich. 2, 5., קְהַל הָאֱלֹהִים Neh. 13, 1., קְהַל יִשְׂרָאֵל Levit. 16, 17. Deut. 31, 30. Jos. 8, 35. 1 Reg. 8, 22. 2 Chron. 6, 12. — *Coetus gentium* Gen. 28, 3. 35, 11. 48, 4. in

prophet. oratione est: *multitudo, turba gentium.* Cum affixis קְהַלְכֶם Deut. 5, 22., קְהָלָם Gen. 49, 6.

קְהִלָּה f. *concio* Neh. 5, 7., קְהִלַּת יַעֲקֹב *popul. Israelit.* Deut. 33, 4.

קְהֵלָתָה nom. propr. loci (a *congregato coetu*) Num. 33, 22.

מַקְהֵלִים plur. m. *loca congregationum, concionum* Ps. 26, 12.

מַקְהֵלוֹת plur. f. *id.* Ps. 68, 27., sed Num. 33, 25. est nom. propr. stationis Israelitar. in deserto.

קוֹא *vomere, evomere,* arab. قاء (ὀνοματοποιητικὸν esse existimat Schultens. de *Defect. ling. Hebr.* §. 198.), trop. Levit. 18, 28. *terra vos evomet.* — Hiph. הֵקִיא *evomuit* Prov. 23, 8. 25, 16. Jon. 2, 12., transl. Levit. 18, 28. 20, 22. Job. 20, 15.

קֵא m. *vomitus, evomitum,* cum affixo קֵאוֹ Prov. 26, 11.

קִיא m. *id.* Jes. 19, 14. 28, 8. Jer. 48, 26.

קָאָת v. supra suo loco.

קִיקָיוֹן *ricinus* frutex Jon. 4, 6 sqq., Syris et Phoenicibus *ElKeroa* (الخروع) sec. Hieronymum, Aegyptiis κίκι (Herod. 2, 94. Diod. Sic. 1, 34.), talm. קיק. Sic dictum putant, quod grana ejus, teste Dioscoride, *vehementem vomitum* excitant, quasi compos. sit hoc voc. ex 2 synonymis קִיא *vomitus* et inusit. קָיוֹן *vomitus vehemens,* a rad. קיה. Sed alii pro voce aegypt. habent. Conf. de huj. plantae natura Rauwolfii *itinerar.* T. I, p. 52. Niebuhrii *Arab.* p. 148. Forskål *Flora Aegyptiaco-Arabica* p. 164. LXXV. CXXI. Kaempferi *amoenitt. exotic.* p. 790. Celsii *Hierobotan.* P. II, p. 273 sq. *Relat. Malabar.* Continuat. XXIX, p. 433 sq.

קִיקָלוֹן m. Habac. 2, 16. *vomitus ignominiae* i. e. *ignominiosus* (ita jam Hieron.), *Schandgespey,* compos. ex קִיא *vomitus,* et קָלוֹן *ignominia.* Sed Ewaldus nuper (Gr. p. 479.) pro קַלְקָלוֹן dictum putavit, ut כּוֹכָב ortum est ex כַּבְכַּב.

קָוָה 1) *torsit, contorsit* (quae notio superest in קַו *funis* coll. arab. اقوى IV. *funem torsit*), deinde *robore valuit, robustus fuit* (ut قوى) v. קָו n. 2. Nam verba *torquendi* ad *robur* transferri solent, cf. חול et חָזַק. 2) *exspectavit,* unde קֹוֶה *exspectans* Ps. 37, 9. Jes. 40, 30., קֹוֶיךָ *exspectantes te* (Deum) h. e. auxilium tuum, fiduciam in te collocantes Ps. 25, 3. 69, 7. Haec verbi signific. proficisci videtur a notione *manendi, durandi,* quae in syr. ܩܘܐ inest et facile a *roboris* notione oritur (v. Hartmann. ling. Einl. p. 293. cf. simil. sub rad. חול. — Niph. *congregare se* Jer. 3, 17., *confluere* (de aquis) Gen. 1, 9. (q. d. *conglomerare se;* a *torquendo* enim videtur haec vis voc. oriri, quanquam alii a *manendo* deducunt). — Pih. קִוָּה 1) *vehementer exspectavit, desideravit* aliquid (ἐπιποθεῖν), sq. acc. Job. 17, 13. 30, 26., sq. לְ *(auf etw.)* Job. 3, 9. 6, 19. Gen. 49, 18. Jes. 59, 9. Jer. 8, 15.; spec. קַוֵּה אֶל יְהוָֹה Ps. 27, 14. 37, 34., vel ק׳ לַיהוָֹה Prov. 20, 22. vel אֶת יְהוָֹה Ps. 25, 5. 39, 8. 40, 2. 130, 5. *Jovam* h. e. *Jovae auxilium exspectare,* in Jova spem collocatam habere. 2) *insidiatus est* alicui

sq. dat. pers. Ps. 119, 95., sq. נֶפֶשׁ Ps. 56, 7. (sim. Lat. dic. *speculari al.*). Infin. abs. קַוֵּה Ps. 40, 2., et קַוֹּה Jer. 8, 15., fut. apoc. יְקַו Job 3, 9. etc.

קַו et קָו m. 1) *funiculus, resticula* (قُوَّة) 1 Reg. 7, 23. 2 Chron. 4, 2., spec. a) *amussis*, qua in exstruendis Jes. 44, 13. Zach. 1, 16. et destruendis aedificiis (oppidis) Thren. 2, 8. 2 Reg. 21, 13. utebantur; hinc trop. *norma, regula, lex* Jes. 28, 10. צַו לָצָו צַו לָצָו *normam addant normae*, praeceptum praecepto, (nos nihil curamus). b) *chorda*, hinc *sonus* Ps. 19, 5. LXX. φθόγγος, SYMMACH. ἦχος etc. Aliorum conjecturas v. ap. ROSENM. ad h. l., quibus addendum, OLSHAUSENIUM nuper קוֹלָם pro קַוָּם legere maluisse. — 2) *robur, violentia* (arab. قُوَّة) Jes 18, 2. גּוֹי קַו־קָו *gens robustissima, violenta*. Ita post AURIVILLIUM nuper GESENIUS. Al. *gens, quae amussi utitur* h. e. omnia destruit et vastat, v. supra. — Cum affixo קַוָּם Ps. 19, 5.

קָוֶה m. *funiculus, amussis* sec. Chib 1 Reg. 7, 23. Jer. 31, 39. Zach. 1, 16., sed Kri habet קָו.

מִקְוֵא m. 2 Chron. 1, 16. v. statim sub מִקְוֶה.

מִקְוֶה m. 1) *exspectatio, spes* 1 Chron. 29, 15. Esr. 10, 2., it. metón. de eo, quod exspectatur, speratur Jer. 14, 8. 17, 13. 50, 7. 2) *locus confluxus* aquarum Gen. 1, 10. Exod. 7, 21. Levit. 11, 36. Sed videtur hoc voc. in univ. *congregationem, collectionem* significasse; inde certe explicant multi loc. 1 Reg. 10, 28. coll. 2 Chron. 1, 16. מִקְוֵה סֹחֲרֵי הַמֶּלֶךְ יִקְחוּ מִקְוֵה בִּמְחִיר, ubi de equis a Salomone in Aegypto coemtis agitur. Horum verborum sensum ita expediunt: *caterva mercatorum regis adduxerunt catervam* (equorum) *pretio* soluto. Non inepte, quanquam verborum lusus in hac tenui oratione aliquantulum jejunus nobis videtur. Alii nom. propr. regionis subesse putant sec. LXX. et VULG. Ita MICHAELIS (in append. ad Tom. III. juris Mos. p. 331 sqq.), qui legendum censet מִקּוֹא coll. arab. قُوَّة nom. regionis Nisam inter et Ariam et oppidi in Caramania. Alii aliter.

מִקְוָה f. *receptaculum* aquae Jes. 22, 11.

תִּקְוָה f. 1) *filum, funiculus* Jos. 2, 18. 21. 2) *exspectatio, spes, fiducia* Ruth. 1, 12. Job. 4, 6. 17, 15. Zach. 9, 12., ubi אֲסִירֵי הַתִּקְוָה sunt *vincti* liberationem *sperantes* (*Gefangene auf Hoffnung*); metonymice, is, in quo spes reponitur Ps. 71, 5. vel id quod exspectatur Job. 6, 8. etc. In regim. תִּקְוַת Prov. 11, 23., cum affixo תִּקְוָתִי Ps. 62, 6.

קוֹח, פְּקַח־קוֹחַ v. sub rad. פקח.

קוט I) *fastidire, fastidio habere* aliquid Ps. 95, 10. sq. בְּ rei (*an etw. Ekel haben*). — Niph. *fastidio, taedio affici* Ezech. 6, 9. (ubi tamen נָקֹטּוּ, tanq. a קטט) 20, 43. 36, 31. — Hithpal. הִתְקוֹטֵט *fastidire, abhorrere* ab al. Ps. 119, 158., sq. בְּ 139, 21. — II) i. q. arab. قَطَّ *praecidi*, Job. 8, 14. אֲשֶׁר יָקוֹט כִּסְלוֹ *cujus spes praeciditur, abscinditur*. Ita SYR., KIMCHIUS, JARCHIUS, ROSENM., UMBREITIUS rel.

קֹט m. *fastidium*, unde מְעַט קֹט *parum fastidii* Ezech. 16, 47.

Aliter Schultens. in *Animadverss.* ad h. l. (v. *Opp. min.* p. 313.), cui קַט idem est q. arab. قَطْ *duntaxat* cf. rad. n. 2.

קול rad. Hebr. non usit., arab. قال *dixit.*

קוֹל m. 1) vox a) animalium Job. 4, 10. et hominum Gen. 27, 22. 2 Reg. 7, 10. Dan. 8, 16. Eccles. 10, 20., קוֹל זְעָקָה *vox querelae, quiritantium* Jes. 65, 19., קוֹל הַקּוֹרֵא *vox clamantis* Jes. 6, 4., בְּקוֹל גָּדוֹל *magna, alta voce* 2 Reg. 18, 20. 2 Chron. 15, 14. Gen. 39, 14., al. קוֹל גָּדוֹל Esr. 10, 12. 2 Sam. 15, 23. 1 Reg. 8, 55., simil. קוֹל רָם Deut. 27, 14., קוֹל אֶחָד *una voce, uno ore* Exod. 24, 3., קוֹלִי *voce mea plena, valida* Ps. 142, 2. Adde has phrases: נָתַן קוֹל *tollere, edere vocem* Gen. 45, 2. sq לְ pers. *vocare* aliquem Prov. 2, 3., וַיִּתְּנוּ קוֹל בִּיהוּדָה *ediderunt vocem in Judaea* i. e. proclamarunt 2 Chron. 24, 9., וַיַּעֲבִירוּ קוֹל בַּמַּחֲנֶה *transire fecerunt vocem in castris*, eod. sensu Exod. 36, 6., נָשָׂא קוֹל *vocem tollere* de his, qui in lacrimas effunduntur 1 Sam. 24, 17. 30, 4. 2 Sam. 3, 32. 13, 36. Job. 2, 12. al., הֵרִים קוֹל עַל *vocem tollere adversus* al. h. e. superba voce al. lacessere; שָׁמַע בְּקוֹל *alicui obedire, obtemperare* Deut. 8, 20. 13, 19. 21, 18. Jer. 35, 8. Zeph. 3, 2. etc. (alio sensu 2 Sam. 19, 36. שָׁמַע בְּקוֹל שָׁרִים *vocem canentium percipere eaque delectari*). Contra Jova dicitur שָׁמַע בְּקוֹל פ׳, cum *precibus* alic. *annuit* Num. 21, 3. Jud. 13, 9., quo tamen sensu frequentius est שָׁמַע קוֹל פ׳ Thren. 3, 56. Deut. 33, 7. 2 Sam. 22, 7. Ps. 5, 4. 18, 7. 27, 7. 28, 2. 64, 2. etc. (הֶאֱזִין קוֹל פ׳ Ps. 141, 1.). — Passim קוֹל sq. genit. (omisso verbo subst.) est pro: *auditur, accidit vox,* ut קוֹל צֹפַיִךְ *vox speculatorum tuorum* auditur Jes. 52, 8. 40, 3. 66, 6. Jer. 50, 28. Job. 39, 24. — b) Dei h. e. vel verba, oratio ejus, ut Gen. 3, 8. Mich. 6, 9. Jer. 10, 13. (ubi v. Rosenm.) et in solenni formula שָׁמַע בְּקוֹל יְהוָה, vel poet. *tonitru* Ps. 29, 3. 4. 5. 7. 8. Job. 37, 4., hinc נָתַן קוֹל Ps. 77, 18. vel נָתַן בְּקוֹל Ps. 46, 7. 68, 34. *tonare.* — 2) *rumor* Gen. 45, 16. Jer. 3, 9. (v. tamen קֹל sub rad. קלל). 3) *sonus* ut tubae Jer. 6, 17. 2 Sam. 15, 10., *strepitus* aquarum Ps. 93, 4., alarum Ezech. 1, 24., molae Eccles. 12, 4. Jer. 25, 10., *fragor* Jes. 29, 6. Cum affixis קֹלְךָ Gen. 3, 10. Jud. 8, 18. 25., in pausa קוֹלֶךָ Prov. 2, 3., קֹלָךְ Ruth. 1, 9. 14., plur. קֹלוֹת Exod. 9, 23. 28. 29. 33. Ps. 93, 4.

קָל m. chald. *vox* Dan. 4, 28. 6, 21., it. *sonus* Dan. 3, 5. 7. 10. 15.

קום (arab. قام, syr. ܩܳܡ) 1) surrexit a) propr. de sella, de lecto etc. Gen. 19, 1. 23, 3. 32, 22. Levit. 19, 32. Jud. 3, 20. 9, 34. 16. 3. al., sq. dat. pron. קוּמִי לָךְ *surge tibi* Cant. 2, 10.; reverentiae caussa Jud. 3, 20. Levit. 19, 32. cf. Iliad. I, 533. Imp. קוּם, קוּמִי saepe excitantis est, ut lat. *age, agedum* Exod. 32, 1. Jos. 7, 13. Jud. 7, 9. 8, 21. Neh. 9, 5. etc. Quod vero addunt, קוּם pro verbositate orientalium verbis *eundi, procedendi* pleon. praemitti, id in paucos locos cadit (Num. 16, 25. 1 Sam. 24, 5. Gen. 22, 3. al.): plurimi, quos afferunt, ita comparati sunt, ut nos etiam *surgendi* voc. non sine aliqua vi ponamus. b) surgere ad defendendum aliquem Ps. 12, 6. 17, 13. 68, 2. etc. (de Deo), it. *surgere adversus* aliquem sq. עַל Ps. 3, 2. 54, 5. 86, 14. Jes. 31, 2. Am. 7, 9. 2 Reg. 16, 7., sq. אֶל Gen. 4, 8., sq בְּ Mich. 7, 6. (sq. לְ Ezech. 7, 11.? v. Rosenm.) i. e. vim alicui inferre, impugnare (ut arab. قام), rarius *testem contra al. surgere,* testimonium contra al. edere.

Job. 16, 8. Ps. 27, 12 (sq. בְּ). Isto hostili sensu dic. etiam particip. c. affixis קָמַי *surgentes adv. me* Ps. 18, 40., קָמָיו Deut. 33, 11., קָמֵינוּ Ps. 44, 6., קָמֵיהֶם Exod. 32, 25. c) i. q. *existere, prodire, exoriri* Num. 24, 17. Deut. 34, 10. Hos. 10, 14.; *oriri* de luce Job. 25, 3., *emergere* Prov. 28, 12. de his, qui robur sumunt, imperium capessunt. d) poet. de vita: Job. 11, 7. מִצָּהֳרַיִם יָקוּם חָלֶד *meridie altior, sublimior surget vita* i. e. ad summum felicitatis fastigium eveheris. — 2) **stetit** (propr. Neh. 9, 3., v. chald.) translato sensu: a) *mansit, duravit* 1 Sam. 13, 14. Job. 15, 29. Jes. 40, 8. Am. 7, 2. 5., sq. לְ pers. *alicui manere* Levit. 25, 30. b) *ratum fuit* Num. 30, 5 sqq. Levit. 27, 14. Deut. 19, 15. Gen. 23, 17. 20. (ubi קוּם לְמִקְנָה et לַאֲחֻזָּה est: *ratum esse, fieri* h. e. *cedere in possessionem*), hinc de consiliis et vaticiniis, quibus eventus respondet Job. 22, 28. Jer. 44, 28. Prov. 19, 21. Jer. 51, 29. Jes. 8, 10. c) *consistere coram al.* sq. לִפְנֵי i. e. probari alicui Jos. 7, 13.; in judicio, foro: *caussa vincere* Ps. 1, 5. add. Ps. 24, 3. d) sq. לְ pers. *adfuit* alicui, *adjuvit* aliquem Ps. 94, 16. e) sq. עַל rei *perstitit, perseveravit in* al. re Jes. 32, 8. coll. arab. قوم على. Ceterum *oculi stare* dicuntur, quando quis amaurosi laborat adeoque visu caret 1 Sam. 4, 15. 1 Reg. 14, 4., stat enim pupilla nec solis radiis contrahitur.; קוּם עַל שֵׁם אָחִיו Deut. 25, 6. *stare super nomine fratris sui* (mortui) est in ejus nomen et bona succedere, ubi v. Rosenm. Simil. קוּם עַל־מַמְלֶכֶת אָבִיו *succedere in regnum patris* 2 Chron. 21, 4. (arab. قام بعد *succedere*).

Praet. קָם, semel cum א. קָאם Hos. 10, 14., part. praes. קָם, plur. קָמִים et alia terminatione קוֹמִים 2 Reg. 16, 7. Infin. absol. קוֹם Jer. 44, 29., constr. cum affixo קוּמָהּ et קֻמָהּ Gen. 19, 35., imper. קוּם et קֻם Jos. 7, 10. 13., plur. foem. קֹמְנָה Jes. 32, 9., fut. יָקוּם et יָקֹם Gen. 27, 31., cum vau convers. וַיָּקָם Gen. 4, 8.

Pih. קִיֵּם 1) surgere fecit, *erexit*, trop. Ps. 119, 28 (afflictum et animo dejectum). 2) stare fecit h. e. a) *ratum fecit, confirmavit* Ruth. 4, 7. Esth. 9, 29., קִיֵּם עַל פ׳ *sanxit* aliquid *alicui injungendum* h. e. *injunxit* alicui al., *obstrinxit* aliquem alicui rei Esth. 9, 21. 31. (med.), sed קִיֵּם עָלָיו sibimet ipsi injunxit h. e. *se obstrinxit*, in se suscepit Esth. 9, 27. 31. (extr.); b) promissa *praestitit* Ps. 119, 106., vaticinium *ut exitum haberet, effecit* Ezech. 13, 6. — Pil. קוֹמֵם 1) surgere fecit h. e. a) *exstruxit, instauravit* (aedificia) Jes. 44, 26. 58, 12. 61, 4.; b) hostili sensu Mich. 2, 8. לְאוֹיֵב יְקוֹמֵם *in hostem* h. e. tanquam hostem *surgere, fecit pop. meus* sc. me (quod ex suff. עַמִּי facile elicitur). Alii, ut Hartmannus, intransit. vertunt.

Hiph. הֵקִים 1) *surgere fecit* i. e. a) *erexit, levavit* lapsum Deut. 22, 4. Eccles. 4, 10., afflictum Job. 4, 4. Ps. 41, 11. 113, 7.; b) *statuit* Deut. 16, 22. Jos. 4, 9. 24, 26. (statuam, monumentum) Exod. 26, 30. Num. 1, 51. (tentorium) Jes. 23, 13 (turres); c) *prodire, existere fecit, excitavit* aliquem Jud. 2, 18. Jer. 29, 13. (ducem, prophetam) Mich. 5, 4 (hostem), aliquid 2 Sam. 12, 11., (mala) 1 Sam. 3, 12., spec. הֵקִים שֵׁם לְ Ruth. 4, 5. 10. Deut. 25, 7. et ה׳ זֶרַע לְ Gen. 38, 8. *excitare alicui nomen, semen* h. e. prolem alicui (mortuo) parare, quae suum (mortui) nomen gerat. Hoc facere dicuntur, qui ex jure leviratus mortui fratris uxorem ducunt; d) ה׳ בְּרִית *foedus facere, inire* Gen. 17, 7. Exod. 6, 14., nostr. *Bund aufrichten.* — 2) *stare fecit* Ps. 40, 3.,

hinc a) *constituit* aliquem (regem) Deut. 28, 36.; b) *ratum fecit* aliquid Num. 30, 14. 15. Jer. 28, 6., it. promissa *praestitit* 1 Sam. 1. 23. Gen. 17, 21. 26, 3. 2 Sam. 7, 25. Jer. 44, 25. al. — 3) subsistere fecit h. e. *inhibuit, compescuit, sedavit* Ps. 107, 29. — Praet. 2. p. cum vau conv. וַהֲקֵמֹתָ Exod. 26, 30. Deut. 27, 2., 1. p. הֲקִימֹתִי Gen. 9, 17., plur. 1. p. c. vau conv. וַהֲקֵמֹנוּ Mich. 5, 4., part. מֵקִים. cum jod paragog. מְקִימִי Ps. 113, 7., infin. absol. הָקֵם Jud. 7, 19. et הָקִים Jer. 44. 25., fut. יָקִים apoc. יָקֵם 1 Sam. 1, 23. Jer. 28, 6., c. vau conv. וַיָּקֶם Exod. 40, 18. 33. Jud. 2, 16. etc. — Hoph. הוּקַם 1) *statutus, erectus est* Exod. 40, 17. 2) *constitutus est* 2 Sam. 23, 1. 3) *ratum factum est* Jer. 35, 14.

Hithpal. הִתְקוֹמֵם hostili animo *surrexit, insurrexit* Ps. 17, 7. 59, 2. Job. 27, 7., sq. לְ pers. *contra* al. Job. 20, 27.

קוּם chald. 1) *surrexit* Dan. 3, 24., de eo qui aliquid aggreditur Esr. 5, 2., *prodiit, exstitit* Dan. 2, 39. 7, 17. 24. 2) *stetit* Dan. 2, 31. 7, 10., *duravit, mansit* Dan. 2, 44. — Pah. Dan. 6, 8. קַיָּמָה קְיָם *statuere statutum, decretum facere.* — Aph. הֲקִים 1) surgere fecit h. e. a) *erexit, statuit* Dan. 3, 1. 2. 3. 5. 7. etc. (simulacrum); b) *excitavit* Dan. 2, 44. 2) stare fecit h. e. *constituit* Esr. 6, 18., sq. עַל *praefecit* Dan. 4, 14. 5, 11. 21. Praet. c. affixo הֲקִימֵהּ Dan. 5, 11. et אֲקִימֵהּ Dan. 3, 1., fut. יְקִים Dan. 2, 44. et יְהָקִים Dan. 6, 16. etc. — Hoph. praet. foem. הֳקִימַת *erecta stetit* Dan. 7, 4. et sec. quosdam codices v. 5., ubi tamen alii habent הֲקִימַת, in Aphel, ut sensus l. c. sit: *latus unum erexit.*

קוֹמָה f. 1) *altitudo, proceritas* Gen. 6, 15. Exod. 27, 18. 1 Reg. 7, 35. 2 Reg. 19, 23., etiam hominum 1 Sam. 16, 7., וַיִּפֹּל מְלֹא קוֹמָתוֹ אַרְצָה *concidit quantus quantus fuit*, tota corporis mole, *humum* 1 Sam. 28, 20. 2) *statura* Jes. 10, 33. Ezech. 13, 18.

קִים m. *qui* contra alterum *surrexit, adversarius* (ad formam צִיר rad. צִיר). Cum affixo קִימָנוּ (pro קָמֵנוּ, ut Ruth. 3, 2. Jes. 47, 10.) Job. 22, 20.

קְיָם m. chald. *statutum, edictum* Dan. 6, 8. 16.

קִימָה f. *consurrectio* Thren. 3, 63.

קָמָה f. *seges adhuc stans* et *in culmum erecta* Exod. 22, 5. Deut. 16, 9. Jud. 15, 8. 2 Reg. 19, 26. etc., in regim. קָמַת Deut. 23, 25. 26., plur. קָמוֹת Jud. 15, 5.

קָמוֹן nom. propr. oppidi in Gileaditide Jud. 10, 5. v. Reland. P. p. 679.

קַיָּם m., קַיָּמָה f. chald. *stabilis, mansurus, duraturus* Dan. 4, 23. 6, 27.

קוֹמְמִיּוּת f. adverb. *erecto corpore* Levit. 26, 13.

יְקוּם m. *id quod* subsistit h. e. *vivit* in his terris Gen. 7, 4. 23. Deut. 11, 6. cf. sam. קְעִים.

מָקוֹם com. (foem. Job. 20, 9. al.) locus (*a stando*) Gen. 1, 9. Exod. 21, 13. Levit. 4, 12. Num. 18, 31. al., max. ubi quis domicilium habet Gen. 18, 33. 29, 22. 30, 25. 36, 40. 1 Sam. 26, 25. Prov. 27, 8., hinc pro *oppido* vel *vico* (ut nostrates *Ort, Ortschaft*) Gen. 12, 6. 18, 24. 38, 21. Deut. 21, 19.; יְהוָֹה לָנוּ מְקוֹם נְהָרִים *Jova nobis*

erit *loco fluviorum* Jes. 33, 21. (syr. ܡܩܘܡ); מְקוֹם פ׳ לֹא הִכִּיר אֹתוֹ *locus alicujus non agnoscit eum* i. e. poet. totus exstinctus est, periit aliquis Ps. 103, 16. Job. 7, 10. coll. 20, 9. — Ubi sequitur אֲשֶׁר vel שׁ relat., in regim. ponitur, ut בִּמְקוֹם אֲשֶׁר *in loco quo* Levit. 4, 33. 14, 13. Jer. 22, 12., בְּכָל־מְקוֹם אֲשֶׁר *omni loco quo* Esth. 4, 3. 8, 17., Ita etiam sq. זֶה (pro אֲשֶׁר) מְקוֹם אֲשֶׁר שָׁם Ezech. 6, 13. Eccles. 11, 3. Ita etiam sq. זֶה (pro אֲשֶׁר) Ps. 104, 8. et semel, ubi praetermissum est pronom. Job. 18, 21. (v. GESEN. L. p. 679.). Plur. מְקוֹמוֹת Deut. 12, 2. Jud. 19, 13., cum affixo בִּמְקוֹמֹתָם Gen. 36, 9. Neh. 12, 27.

תְּקוֹמֵם m. *adversarius* Ps. 139, 21.

תְּקוּמָה f. *standi resistendive facultas* Levit. 26, 37.

אַלְקוּם m. Prov. 30, 31. מֶלֶךְ אַלְקוּם עִמּוֹ *rex, quocum non est stare, cui non potest resisti* (ex אַל *non* et קוּם, cf. אַל־מָוֶת Prov. 12, 28.). Ita SCHULTENSIUS. Sed POCOCKIO in *Not. ad Specim. Histor. Arab.* p. 203. et CASTELLO in *Lex.* idem est q. ألقوم *populus, coetus hominum,* quasi אַל sit artic. arab., unde מֶלֶךְ אַלְקוּם עִמּוֹ: *rex, quocum populus, concio populi est.* Hoc praeferendum existimamus cum UMBREITIO.

קין in Kal inusit., Pil. קוֹנֵן *lamentatus est, deploravit* (arab. gener. *canere,* قينة *puella cantans,* ܩܝܢܬܐ *canticum*) Jer. 9, 16., sq. עַל (caussae) Ezech. 27, 32. 2 Chron. 35, 25., sq. אֶל 2 Sam. 3, 33.; קוֹנֵן קִינָה 2 Sam. 1, 17.

קִינָה f. 1) *lamentatio* 2 Sam. 1, 17. Jer. 7, 29. Ezech. 19, 1. 11. Am. 5, 1., plur. קִינִים Ezech. 2, 10. et קִינוֹת Ezech. 35, 25., cum affixo קִינוֹתֵיהֶם 2 Chron. 35, 25. 2) urbs in regione australi tribus Judae Jos. 15, 22.

קֵן v. sub rad. קָנַן.

קוס in Kal inusit., unde deducunt Pil. fut. יְקוֹסֵס *succīdet* Ezech. 17, 9. i. q. יְקוֹצֵץ. Aliis radix est קסס.

קוֹעַ m. propr. *admissarius, libidinosus* (coll. arab. قاع pro قوع *ascendit femellam,* VIII. *libidine aestuavit* camelus), hinc *princeps* (ut arab. فحل *admissarius, princeps* v. SCHULTENS. nott. ad Hamas. p. 366.) Ezech. 23, 23.

קוֹף m. *simia,* graec. κῆφος vel κῆβος 1 Reg. 10, 22. 2 Chron. 9, 21., in lingua Samskrdamica, unde sumtum videtur vocab., *kapi* (non *kawi,* ut nuper nonnemo scripsit, hoc enim voc. sign. *poëtam*) vid. *Relat. Malabar.* Continuat. 38. p. 231. et Continuat. 39. p. 428. Qui pro semitica voce habent, ortum putant a قفا *vestigia secutus est* h. e. *imitatus est.* Sed *haec* certe vis vocabuli demonstrari non potest.

קוף rad. inusit. i. q. נָקַף *ambire, circuire.* Hinc oritur:

תְּקוּפָה f. *circuitus, conversio* solis Ps. 19, 7., hinc *decursus temporis* Exod. 34, 22. 1 Sam. 1, 20. 2 Chron. 24, 23.

קִיץ I) *secare, abscindere,* ut קצה et קצץ (arab. قَطَّ) v. nom. קְוֻצּוֹת. — II) *fastidire* sq. בְּ Num. 21, 5. Levit. 20, 23. Gen. 27, 46. Prov. 3, 11. 1 Reg. 11, 25., deinde *timere* sq. מִפְּנֵי Exod. 1, 12. Num. 22, 3. Jes. 7, 16. (Eaedem significatt. copulatae sunt in vv. קָנַט, مَلَّ, بعل, v. Gesen. Comment. in Jes. I, p. 279 sq.). — Hiph. הֵקִיץ Jes. 7, 6. נְקִיצֶנָּה *taedio afficiamus eam* (urbem) i. e. sec. Kimch. et Rosenm.: obsidione cingamus, donec pertaesa aperiat nobis portas. Sed facilius cum Schultensio interpretaberis: *oppugnemus, obsidione premamus eam,* coll. ضجر *male habuit ex taedio,* III. *taedio affecit, anxit, oppugnavit* v. Gesen. ad h. l. et Bernstein. in n. krit. Journ. II, p. 83 sq.

III) in Kal inusit., Hiph. הֵקִיץ *expergisci* (ut יקץ) e somno Prov. 6, 22. Ps. 3, 6. 73, 20., e mortis sopore 2 Reg. 4, 31. Jer. 51, 39. Job. 14, 12. Dan. 12, 2. Jes. 26, 19. Ps. 17, 15., e mentis stupore Joel. 1, 5. (Prov. 23, 35.). Hinc Ps. 35, 23. הָקִיצָה לְמִשְׁפָּטִי *expergiscere,* surge *ad jus mihi reddendum.* — IV) fortasse i. q. arab. قيظ *ferbuit* (v. קַיִץ), deinde (denomin. a קַיִץ) *aestatem agere* aliquo in loco Jes. 18, 6. cf. arab. قَيَّظَ, v. Gesen. ad h. l.

קוֹץ m. 1) *spina* (v. Celsii *Hierobot.* P. II, p. 223.) Gen. 3, 18. 2 Sam. 23, 6. Jes. 32, 13. Ezech. 28, 24. dicta vel a *fastidiendo* et *aversando* (cf. סִיר) vel ab *acumine: secantia* enim *acuta* sunt. Plur. קֹצִים Exod. 22, 5. Jes. 33, 12. Jer. 4, 3., in regim. קוֹצֵי Jud. 8, 7. 16. 2) nom. propr. virorum 1 Chron. 4, 8. 24, 10. Esr. 2, 61. Neh. 3, 4.

קַיִץ m. 1) *aestas* (v. rad. n. 4.; syr. ܩܰܝܛܳܐ, arab. قيظ *id.*) Gen. 8, 22. Ps. 74, 17. 2) *messis pomorum* Jes. 16, 9. 28, 4. 3) *fructus aridi, poma* Am. 8, 1. (ubi Hieron. *ficus* vertit) 2 Sam. 16, 1. Jer. 40, 10. 12.

קְוֻצּוֹת f. plur. (mutato ו *quiesc.* in *mobile*) *capilli* frontis, *cincinni* Cant. 5, 2. 11., auctoribus Bocharto et Schultensio coll. rad. n. 1., unde arab. قُصَّة *capillus frontis, antiae,* syr. ܩܘܨܬܐ *cincinni.* Solebant enim veteres *comas* in certam formam *praecidere,* de quo more vid. Feithius in *Antiquit. Homer.* L. III. c. 10. §. 5. et Hadr. Junius de *Coma* c. 6.

קִיצוֹן vid. sub rad. קצץ.

קוּר *fodere* (puteum), ut נקר 2 Reg. 19, 24. Jes. 37, 25. — Pilp. קַרְקַר *suffodit, evertit* Jes. 22, 5 (parietem), transl. *delevit* Num. 24, 17. Aliis est denomin. a קִיר *murus.* — Hiph. הֵקַר *promanare* s. *scaturire fecit* aquas puteus Jer. 6, 7. Cet. v. sub seq. voc.

קוּר m. *tela, reticulum aranearum* Jes. 59, 5. 6., cf. arab. قور *funiculus elegantior e gossypio factus* (fortasse a similitudine telae aranearum), unde dictum sit, non constat. Michaelis in Suppl. p. 2178. repetendum existimavit a rad. قور (قَار) *incessit in extremitate pedum, ne audiretur sonus, ex insidiis et occulte captavit praedam,* id quod in araneas bene cadit.

קוֹרָה vid. sub rad. קרה.

מָקוֹר m. *fons, scaturigo, scatebra,* quae *effossâ* terra elicitur Zech. 13, 1. Hos. 13, 15.; מְקוֹר דָּמֶיהָ Levit. 20, 7. 20. *sanguinis menstrui profluvium* (Levit. 20, 18. sin pl. מְקוֹר). Transl. a) מְקוֹר חַיִּים *fons vitae,* salutis Ps. 36, 10. Prov. 10, 11. 13, 14. 16. 22.; ipse Deus ita appellatur Jer. 2, 13.; b) מְקוֹר יִשְׂרָאֵל *fons Israelis* h. e. conditores gentis Israel. Ps. 68, 27. coll. Prov. 5, 18. Jes. 48, 1.

קוֹשׁ i. q. יָקֹשׁ *tendiculam posuit,* semel Jes. 29, 21., ubi fut. יְקֹשׁוּן.

קִישׁ *(aucupium)* nom. propr. virorum 1 Chron. 8, 30. 9, 36. 23, 21. 2 Chron. 29, 12., inter quos nobilissimus est pater Sauli 1 Sam. 9, 1. 14, 51. 1 Chron. 8, 33.

קוּשׁ rad. Hebr. non usitat., arab. قوس med. vau *dorso incurvus fuit,* II. *incurvavit arcus* more.

קִישׁוֹן nom. a) fluvii (*curvi, inflexi, tortuosi* v. rad.) Jud. 4, 7. 5, 21. 1 Reg. 18, 40. Ps. 83, 10., qui ad radices montis Thabor ortus per campum Esdrelon decurrit et in sinum urbis Acco s. Ptolemaidis effunditur v. Relandi P. p. 289. Rosenm. *Alterthumsk.* II, 1, p. 203. b) urbis tribus Issaschar Jos. 19, 20. 21, 28.

קֶשֶׁת com. (m. 2 Sam. 1, 22. Ezech. 1, 28.) arcus, a *curvitate* (τόξα καμπύλα ap. Hom. et Hesiod.): a) ad sagittas mittendas, arab. قَوْس, Gen. 21, 16. 2 Reg. 13, 16. Ps. 11, 2. Job. 20, 24. Jes. 13, 18. Jer. 6, 23. etc.; בֶּן־קֶשֶׁת poet. *sagitta* Job. 41, 20. (19), simil. arab. v. Schultens. ad h. l. De formula: דָּרַךְ קֶשֶׁת cf. sub v. דרך. Metaph. *arcus* est pro *robore* et *potentia* Gen. 49, 15. Job. 29, 20., hinc *frangere al. arcum* i. q. vires al. frangere, potentiam al. evertere Jer. 49, 35. Hos. 1, 5. In loco 2 Sam. 1, 18. קֶשֶׁת est titulus carminis (2 Sam. 1, 19. 27.), in quo *arcus* mentio injicitur v. 22. Cf. de hac allegandi ratione, orientalibus perquam familiari, intpt. ad Mt. 12, 26. Rosenm. ad Lowth. p. 573 sq. Ceterum non opus est Jes. 21, 17. 22, 13. קֶשֶׁת pro concr. *sagittarius* positum existimare, ut nuper etiam Gesenius fecit. b) *arcus coelestis* Gen. 9, 13. 18. Ezech. 1, 28., arab. قُسْطان. — Cum affixo קַשְׁתּוֹ 1 Sam. 18, 4., plur. קְשָׁתוֹת Jes. 13, 18. Neh. 4, 10., c. affix. קַשְּׁתוֹתָם Ps. 37, 15. Jer. 51, 56., קַשְּׁתֹתֵיהֶם Neh. 4, 7. [Originem hoc voc. a rad. קוּשׁ, arab. قَوْس ostendit Schultens. ad Hariri Consess. V, p. 99.; est igitur formae זֶפֶת, שַׁחַת, quanquam posthac ipsi Hebraei ת pro radicali habuerunt v. קַשָּׁת, obliti scil., ut fit, originis vcc.]. A קֶשֶׁת formatum est nomen

קַשָּׁת *sagittarius* Gen. 21, 20.

קֵט v. sub rad. קוט.

קטב Hebr. inusit., chald. et arab. قطب *secuit, succidit, excidit,* hebr. קצב, חצב, חטב etc. Inde sunt

קֶטֶב m. 1) *excidium, exitium* Jes. 28, 2. שַׂעַר קֶטֶב *turbo exitii, exitialis* (ubi nonnulli ventum perniciosissimum, arab. *Samûm,* dici putant v. Rosenm.); spec. 2) *lues, pestilentia* Ps. 91, 6. Deut. 32, 24.

קֹטֶב m. *exitium* h. e. *lues, pestis,* unde cum affixo קָטָבְךָ (kotobcha,

Hos. 13, 14. (ubi a LXX. per *victoriam* redditur, quos Paulus sequitur 1 Cor. 15, 55., a *caesis* scil. hostibus; quemadmodum arab. بك, ثغر, قطع etc. sensum habent et *caedendi* et *vincendi*, ac lat. *caedere hostem* est *vincere hostem*).

קָטַט v. קוּט.

קָטַל *occidit, interfecit* (chald. syr. *id.* in pedestri orat., arab. قتل et قطل, aeth. ቀተለ:), voc. poet. Ps. 139, 19. Job. 24, 14. 13, 15.

קְטַל chald. *id.* Dan. 5, 19. 30., praeter. passiv. f. קְטִילַת Dan. 7, 11. Ithpehel infin. הִתְקְטָלָה *occidi* Dan. 2, 13. — Pahel קַטֵּל *occidit* (complures homines, ut syr. ܩܛܠ) Dan. 3, 22., infin. קַטָּלָה Dan. 2, 14. — Ithpah. part. plur. מִתְקַטְּלִין *occisi* Dan. 2, 13.

קֶטֶל m. *caedes* Obad. 9.

קָטֹן *parvus, exiguus fuit* 2 Sam. 7, 19. 1 Chron. 17, 17., *tenuis, vilis fuit* Gen. 32, 11. Fut. יִקְטַן. — Hiph. *parvum fecit, minuit* Am. 8, 5.

קָטֹן et קָטָן m., קְטַנָּה f. 1) *parvus, exiguus* (opp. *grandi, magno*) Gen. 1, 16. Deut 25, 13. 1 Sam. 2, 19. 1 Reg. 2, 20. 8, 64. 2 Chron. 36, 18. Ps. 104, 25. Jes. 54, 7., spec. aetate parvus (natu minor, minimus) Gen. 9, 24. 27, 15. 2 Sam. 9, 12. 1 Reg, 3, 7. Ezech. 16, 46. 2) *vilis, ignobilis* 2 Reg. 18, 24. Jes. 36, 9. 60, 22., כְּלֵי הַקָּטָן *vasa vilioris* usus Jes. 22, 24. — מִקָּטוֹן וְעַד גָּדוֹל *a parvo ad magnum* h. e. omnino omnes 1 Sam. 30, 2. Jer. 6, 13. 8, 10. 2 Reg. 23, 2., דָּבָר קָטֹן, דָּבָר גָּדוֹל *res parva et magna* i. e. omnes res, omnia 1 Sam. 20, 2. Exod. 18, 22. 26. Simil. PLATO in Apol. Socr. οὐδὲν, οὔτε μέγα οὔτε σμικρόν. — In regim. קְטֹן 2 Chron. 21, 17., cum affixo קְטַנָּם Jer. 31, 34. Jon. 3, 5., plur. קְטַנִּים Jer. 16, 6. Ps. 115, 13, in regim. קְטַנֵּי 1 Sam. 9, 21.

קֹטֶן m. *digitus minimus*, unde cum affixo קָטְנִי (*kotonni*, all. קָטְנִי) 1 Reg. 12, 10. 2 Chron. 10, 10. (cf. קָסֳמִי 1 Sam. 28, 8.) v. EWALD. Gr. p. 388.

יָקְטָן (*deminuetur*) filius Eberi Gen. 10, 25 sq., a quo gens Joctanitarum in Arabia fel. originem duxit Gen. 10, 26 sqq., arab. قحطان cf. BOCHARTI Phal. 2, 15. POCOCKII Spec. hist. Arab. p. 32 sqq. A. SCHULTENS. hist. imperii Joctan. Harderov. 1786. WINERI Lex. bibl. I, p. 343. al.

קָטַף *decerpsit, avellit, evellit* aristas, ramos etc. (قطف *carpere* vel manu vel falce, unde *vindemiare*) Deut. 23, 26. Job. 30, 4. Ezech. 17, 22. Niph. *decerptus est* Job. 8, 12.

קָטַר in Kal non usitat., Pih. קִטֵּר *suffivit*, suffimentum *adolevit* in Dei alicujus honorem (قتر *redoluit, fragravit*, II. *adolevit*, coll. قتر II. ligno agallocho *suffivit* vestem) Jes. 65, 7., sq. לְ pers. Jer. 7, 9. 11, 12. 44, 15. Hos. 11, 2; קַטֵּר חֵלֶב *adolere adipem* 1 Sam. 2, 16. מְקַטְּרוֹת v. infra. Pyh. part. f. מְקֻטֶּרֶת subst. *suffimentum* Cant 3, 6. Hiph. הִקְטִיר *suffivit* in honorem Dei 2 Chron. 28, 3. 1 Reg. 3, 3. 1 Chron. 6, 34, sq. לְ pers. 1 Reg. 11, 8. Hos. 2, 15; *adolevit* in altari

sq. acc. rei Levit. 9, 10. Exod. 29, 13. 18. 25. Jer. 33, 18. Num. 18, 17. 1 Sam. 2, 15. 16. — Hoph. *adoleri* Levit. 6, 15., part. מֻקְטָר *suffimentum* Malach. 1, 11.

קְטוּרָה (*suffitus, suffimentum*) nom. propr. pellicis Abrahami, ex qua plures filios suscepit, Gen. 25, 1. 1 Chron. 1, 32. Sic aethiop. *Itana-Dengel* (*suffimentum virginis* sc. Mariae) est nom. propr. virile.

קָטַר, plur. חֲצֵרוֹת קְטֻרוֹת Ezech. 46, 22. *atria sine tecto, tecto carentia* (unde *fumus* in sublime agitur, cf. seq. voc.), coll. syr. ܒܝܬܐ ܩܛܝܪܐ *domus sine tecto.* In eandem sententiam concedunt Talmud., qui sic interpretantur: מעלות עשן לפי שאין להם תקרה *exhalantia fumum, quod ipsis deest tectum.*

קִיטוֹר m. *fumus* Gen. 19, 28. Ps. 119, 83., it. *vapor, nebula* fumo similis Ps. 148, 8.

קְטוֹרָה f. *suffimentum* Deut. 33, 10.

קְטֹרֶת f. *id.* Exod. 30, 1 sqq. Levit. 4, 7. Num. 7, 14. Jes. 1, 13. etc., it. eae victimae partes quae *adoleri* solent, *adeps* Ps. 66, 15. Cum affixo קְטָרְתִּי Ezech. 16, 18. 23, 41.

מִקְטָר m. *suffitio, suffitus* Ezech. 30, 1.

מִקְטֶרֶת f. *thuribulum* 2 Chron. 26, 19., cum affixo מִקְטַרְתּוֹ Ezech. 8, 11.

מְקַטְּרוֹת f. plur. (verbale Pihelicum) *arae* in quibus *adoletur* 2 Chron. 30, 14.

קְטַר Chald. *ligavit, colligavit* (cf. hebr. קָשַׁר). Inde oritur:

קְטַר m. chald., plur. קִטְרִין 1) *nodi* Dan. 5, 12. 16. 2) *ligamenta* ossium Dan. 5, 6., ad quem loc. v. Bertholdt.

קִיא vid. sub rad. קוֹא.

קָיָה *vomuit, evomuit,* i. q. קוֹא; unde Imper. plur. קְיוּ Jer. 25, 27.

קַיִט m. Chald. *aestas* Dan. 2, 35., hebr. קַיִץ, mutato צ in ט, more solito. Syr. ܩܝܛܐ, arab. قَيْظ coll. rad. قَاظَ *ferbuit.*

קִים et קִימָה vid. sub rad. קוּם.

קִין rad. Hebr. non usitat., coll. arab. قَانَ med. Je *cudit ferrum.*

קַיִן m. 1) *lancea* 2 Sam. 21, 16. 2) nom. propr. filii Adami natu majoris Gen. 4, 1. 2. 22. (sed Gen. 4, 1. deducitur a קָנָה *acquirere* praeter analogiam grammaticam), arab. قَيْن *faber ferrarius.* 3) nom. propr. gentis Kenitarum Num. 24, 22., v. statim.

קֵינִי, קֵנִי, קִינִי nom. propr. populi Cananitici, in australi Palaestinae parte, Amalecitis contermini Gen. 15, 9. 1 Sam. 27, 10. 30, 29. Originem duxerunt a *Chobabo* Jud. 1, 16. 4, 11. Cf. A. Murray Com. de Kinaeis. Hamb. 1718. 8.

קִיץ vid. sub rad. קוץ.

קִיקָיוֹן et קִיקָלוֹן vid. sub rad. קוא.

קִיר, קִר (Jes. 22, 5.) com. 1) *murus* (chald. *clausura, peribolus*) Num. 35, 4. Jos. 2, 15. Ps. 62, 4. (v. חוֹמָה), *paries* Levit. 14, 37. 39. 1 Sam. 18, 11. 1 Reg. 6, 15. 2 Reg. 20, 2. Am. 5, 19. al., זֶרֶם קִיר Jes. 25, 4. *undatio, imber murum (parietem) destruens, evertens;* de formula מַשְׁתִּין בְּקִיר v. sub rad. שתן. Transl. a) *latus* altaris (nostrates etiam dicunt: *Wand d. Altars*) Levit. 1, 15. 5, 9.; b) *parietes cordis* Jer. 4, 19., vulgo *praecordia* (aliter Schnurrer. in Observatt. ad Jer. vatic. I, p. 20.). Graeci sim. dicunt *διάφραγμα*, Lat. *septum* v. Cels. I, 4, 1. — Plur. קִירוֹת 1 Reg. 4, 15. Exod. 30, 3. al. Origo huj. voc. obscura est. — 2) קִיר מוֹאָב Jes. 15, 1., קִיר חֶרֶשׂ Jes. 16, 11. Jer. 48, 31. 36., קִיר חֲרֶשֶׂת Jes. 16, 7. 9. 2 Reg. 3, 25. nom. propr. urbis moabiticae, ejusdem, quae ad hunc usque diem Arab. vocatur كرك *Karrak* (de qua v. Schultens. ind. geogr. et Abulfed. Syr. p. 44. 89. 90.), cf. Targ. כְּרַכָּא דְמוֹאָב. Putant, עִיר olim *munimentum* etiam vel *castellum* significasse. — 3) nom. propr. regionis Assyr. 2 Reg. 16, 9. Am. 9, 7. Jes. 22, 6., Elymacis finitimae Am. 1, 5., sec. Michael. in Suppl. p. 2191. ad Cyrum fluv., mare caspium inter et pontum euxinum interjectae, quae Armenis *Kur* appellatur v. Rosenm. *Alterth.* I, 2, p. 103. conf. Bueschingii *Magazin* T. X, p. 420.

קִישׁוֹן v. sub rad. קוש.

קִיתָרֹס vel קִתְרֹס m. chald. *cithara*, sec. Cthib Dan. 3, 5. 7. 10. 15. sed Kri habet קַתְרֹס. Est graec. *κίθαρις* (*κιθάρα*).

קַל vid. infra sub rad. קלל.

קָל chald. vid. supra sub hebr. קוֹל.

קָלָה I) *ussit, torruit frigendo, frixit* (ut قلى) Levit. 2, 14. Jos. 5, 11. (fruges) Jer. 29, 22 (homines: quod erat atrox supplicium). — Niph. Ps. 38, 8. כְּסָלַי מָלְאוּ נִקְלֶה *ilia mea plena sunt adusti*, h. e. adustionis, inflammationis. Ita Chaldaeus. Simil. Ovid. Metaph. 8, 516. *viscera torrentur caecis ignibus.* — II) i. q. קלל in Kal inusit., Niph. נִקְלָה *vilis factus est, viluit* Jes. 16, 4., *vilis habitus est, contemtim habitus est* Deut. 25, 2.; partic. נִקְלֶה *vilis, ignobilis, humilis* 1 Sam. 18, 23. Prov. 12, 9. Jes. 3, 5. Hiph. *vilipendit* Deut. 27, 16.

קָלִי, semel (1 Sam. 17, 17.) קָלִיא (tanq. a קלא) m. *frumentum frixum* s. *tostum, hordeum* scil. vel *triticum* vel potius *cicer*, Levit. 23, 14. 1 Sam. 25, 18. 2 Sam. 17, 28. Ruth. 2, 14. (plur. קְלָיוֹת in Mischna III, 60. *placentae ex aristis tostis confectae*). Interpretes graecos Levit. 23, 14. per *πεφρυγμένα χίδρα νέα* i. e. *grana tritici tosta* reddidisse, et integros Indiae populos ex *tosto tritico* victitare, pluribus observavit Simonis in dissert. de *usu Itinerariorum Orientalium* §. 8. Idem de opilione quodam in vicinia Ptolemaidis et Zidonis refert Hasselquist. in *Itinerar. Palaest.* p. 191. (vers. german.). Orientalium *Cahué*, nobis *Caffé*, perperam intelligunt Ludolfus in *Lex. Aethiop.* p. 192. et 552. (qui tamen in litteris ad Leydeckerum *hujus sententiae* accedit), Majus in *Supplem.* ad Coccеji *Lex.* p. 110. Sterringa in *Animadverss. philol.* in Pentateuch. p. 48. Leydeckerus de *Republ.*

Hebr. L. XII. c. 7. §. 6 (qui tamen sententiam suam mutavit in litteris ad Ludolfum, ubi קָלִי de *oryza tosta* exponit, vid. *Nova litteraria Hamburg.* an. 1742. p. 391 sq. et Winckleri *theologische und philologische Abhandlungen* P. II, p. 13 sq.) aliique.

קָלוֹן m. 1) *ignominia, contemtio,* in quam quis venit Ps. 83, 17. Hos. 4, 7. 18. Habac. 2, 16. Jes. 22, 18. Prov. 3, 35. 6, 33. 13, 18. 22, 10. 2) *turpitudo, turpiter factum* Prov. 18, 3. עִם קָלוֹן חֶרְפָּה *cum turpitudine* (morum) *venit ignominia,* ubi v. B. Michael. in Annott. uberr. 3) *pudenda muliebria* Nah. 3, 5. coll. Jer. 13, 26.

קִיקָלוֹן vid. sub rad. קוא.

קַלַּחַת f. *olla, lebes* 1 Sam. 2, 14. Mich. 3, 3. Conferunt arab. خلقين (transpos. lit.) *ahenum, olla,* cujus radix est خلق *laevigavit, expolivit.* Aliis (ut Ewaldo in Gramm. p. 37.) videtur dictum pro קְדַחַת coll. قدح *scyphus, poculum,* non satis probabiliter.

קָלַט *collegit, contraxit* vel intransit. *contraxit se* (قلص *contraxit se, contractus, diminutus est*) v. קָלוּט, deinde *recepit* (ut אסף) v. מִקְלָט. Vid. Hartmann. Thes. hebr. auct. p. 87.

קָלוּט (particip. Pahul) m. propr. *contractus, imminutus,* hinc *pumilio* Levit. 22, 23., arab. قلطيّ (rad. قلط non est in usu, sed videtur eandem quam قلص habuisse potestatem) cf. Schultens. Opp. min. p. 272.

שָׁחֹר et שָׁחוֹר m., שְׁחוֹרָה foem. *niger* Levit. 13, 31. 37. Zach. 6, 2. 6. Cant. 1, 5. 5, 11.

שְׁחוֹר m. *nigredo* Thren. 4, 8.

שַׁחַר m. *aurora* (arab. سَحَرٌ), fortasse a colore ex rubro nigricante, Job. 38, 12. Am. 4, 13. Ps. 57, 9. Gen. 19, 15. Poet. ei tribuuntur palpebrae Job. 3, 8. 41, 10. (v. עַפְעַפִּים), alae Ps. 139, 9. ad significandam miram ejus celeritatem, qua per coelos diffunditur (Joel. 2, 2); בֶּן־שַׁחַר *lucifer* Jes. 14, 12. Adverb. *primâ aurorâ, primâ luce, primo mane* Ps. 57, 9. 108, 3. (talm. שחרית *tempus matutinum*). — Trop. de *felicitate post calamitates* denuo affulgente (Jes. 58, 8.) Jes. 8, 20.

(simil. arab. سحرة), quem locum bene *explicuit* von Cölln in Keil u. Tzschirner Analectt. II, p. 57 sqq. Eidem *aurora mali* Jes. 47, 11. est *aurora, felicitas post calamitatem oritura;* recte, opinor: cum *primordia, praeludia mali,* ut interpretati sunt Kocherus et Rosenm., vix dici possint *aurora mali.* — De אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר v. sub lit. א. In loco Joel. 2, 2. sunt qui *crepusculum* interpretentur coll. arab. سحرة, sed non opus est, v. Rosenm. ad h. l.

שַׁחֲרוּת f. *juventus* Eccles. 11, 10. q. aurora aetatis, vitae.

שְׁחַרְחֹרֶת f. *pernigra* Cant. 1, 6.

מִשְׁחָר m. *aurora,* cui per metaphor. tribuitur uterus, unde *ros* provenit Ps. 110, 3.

שִׁיחוֹר et defective שִׁחוֹר, שִׁחֹר propr. *niger, μέλας,* 1) *Nilus* (qui etiam Graecis a turbidis et limosis aquis *μέλας* dicebatur v. Serv. ad Virg. Geo. 4, 291.) Jes. 23, 3 (ubi in altero membro sequitur יְאֹר) Jer. 2, 28. v. Vitringa ad locum Jesaiae. Eundem Jos. 13, 3. 1 Chron. 13, 5. dici, inde apparet quod aliis quoque in locis (Gen. 15, 18. Jes. 27, 12.) *Nilus* extremus Palaestinae terminus ponitur. 2) שִׁיחוֹר לִבְנָת Jos. 19, 26. est *Belus* v. sub לבנת.

שָׁחַת (arab. سحت) *corrupit, perdidit,* in Kal inusit., Niph. נִשְׁחַת *corruptus est* a) physice Jer. 13, 7. 18, 4., spec. *vastatus est* Exod. 8, 20.; b) ethice Gen. 6, 11 sq. Ezech. 20, 44. — Pih. שִׁחֵת 1) *corrupit,* perdidit vel vastando Gen. 9, 11. 19, 13. Jos. 22, 33. (terram), vel evertendo et destruendo Jer. 48, 18. Ezech. 26, 4. Gen. 13, 10. (oppida, muros), vel exstirpando Num. 32, 15. Jes. 14, 20. (populum), vel occidendo Gen. 6, 17. 9, 15. 2 Sam. 1, 14. 24, 16., it. male impendendo Prov. 23, 8. וְשִׁחַתָּ דְּבָרֶיךָ הַנְּעִימִים *perdes verba tua amoena.* Adde has formulas: Mal. 2, 8. שִׁחֵת בְּרִית *perdere, evertere foedus* h. e. irritum reddere, Am. 1, 11. שִׁחֵת רַחֲמָיו *perdere* h. e. deponere, *exuere misericordiam suam,* Ezech. 28, 17. *corrumpis prudentiam tuam propter splendorem tuum* h. e. splendore tuo ita captus es, ut non amplius prudenter agas. Praegn. Gen. 38, 9. *perdidit semen suum* (effundendo) *in terram.* 2) *perdite egit* (aethiop. ሰሐተ), i. q. שִׁחֵת דְּרָכָיו, Exod. 32, 7. Deut. 32, 5., הֶעְמִיקוּ שִׁחֵתוּ perditissime *egerunt* Hos. 9, 9. — Praet. 2. p. שִׁחַתָּ Ezech. 28, 17., plur. שִׁחַתֶּם Mal. 2, 8. Infin. שַׁחֵת, c. affixo שַׁחֶתְכֶם Ezech. 5, 16.

Hiph. הִשְׁחִית *corrupit,* perdidit Ruth. 4, 6 (agrum, *zu Grund richten*) Gen. 19, 14. 2 Reg. 18, 25. (urbem) Jer. 38, 29 (terram) 51, 20 (regnum) Deut. 9, 26 (populum) 2 Sam. 11, 1 (hostes) 2 Chron. 24, 23. 1 Sam. 26, 15 (hominem, i. e. *trucidare, interficere*) Prov. 11, 9 (affligendo, vexando); מַלְאַךְ הַמַּשְׁחִית *angelus perditor, percussor* 2 Sam. 24, 16. et simpl. הַמַּשְׁחִית Exod. 12, 23. 1 Sam. 13, 17. Quod in Pss. 57. 58. 59. 75. titulis legitur, אַל תַּשְׁחֵת *ne corrumpas,* cum Abenesra, Rosenmuellero all. carminis, ad cujus modum illi psalmi cantandi essent, primordium esse censemus. Aliam conjecturam, vix probandam, v. ap. Pfeiffer. *Musik d. Hebr.* p. 58. — הִשְׁחִית דַּרְכּוֹ Gen. 6, 12. vel עֲלִילוֹתָיו Zeph. 3, 7., ac saepius omissis his vocc. Jud. 2, 19. Ps. 14, 1. Deut. 31, 29. Jes. 1, 4. Ezech. 16, 47.: *perdite egit.* —

Hoph. part. מָשְׁחָת *corruptus* Prov. 25, 26.; foem. מָשְׁחַת neutr. *corruptum* Malach. 1, 14. per syncopen pro מָשְׁחֶתֶת.

שְׁחַת chald. *id.*, unde Part. Pehil f. שְׁחִיתָה *corruptum* Dan. 2, 9. Aliud est

שְׁחִיתָה f. chald. *perdite factum, delictum* Dan. 6, 5.

שַׁחַת m. *corruptio, putredo* Job. 17, 14. Aliud v. sub rad. שׁוּחַ.

מַשְׁחִית m. propr. *perdens* (particip. Hiph.), hinc a) Jer. 5, 26. *laqueus, decipula;* b) abstract. *corruptio, perditio, pernicies* Exod. 12, 13. 2 Chron 20, 23. 22, 4. Ezech. 5, 16. 9, 6. 25, 15. Dan. 10, 5. etc. הַר הַמַּשְׁחִית dicitur *mons oliveti* prope Hierosolymam 2 Reg. 23, 13., nec non regnum Babylon. Jer. 51, 25., propter sacrorum profanorum superstitiones; אִישׁ מַשְׁחִית Prov. 28, 24. *vir perditionis* h. e. *perditor, praedo;* בַּעַל מַשְׁחִית Prov. 18, 9. qui sua *perdit, homo prodigus;* חָרָשֵׁי מַשְׁחִית *artifices perditionis* i. e. perdendi periti Ezech. 21, 36.

מַשְׁחֵת m. *perditio*, cum affixo מַשְׁחֵתוֹ Ezech. 9, 1.

מִשְׁחַת m. (vel potius foem. per syncopen ex מִשְׁחַתֶת, ut מִשְׁרַת ex מִשְׁרֶתֶת) *corruptio, deformitas*, metonym. *corruptum, deforme* Jes. 52, 14.

מָשְׁחָת m. *corruptio* Levit. 22, 25. Aliud vid. in rad.

שִׁטָּה f. *acacia, spina aegyptia* (Mimosa nilotica L.) Jes. 41, 19. v. Bochartus in *Hieroz.* P. II, p. 402. et in *Phaleg* L. I. c. 4. Salmasius in *Homonym. Hyles Jatr.* c. 102. Andr. Muellerus in *Glossar. S.* p. 97 sq. Celsius in *Hierobotan.* P. I, p. 499 sq. Seb. Rau in dissert. de *iis, quae ex Arabia in usum Tabernaculi fuerunt petita* p. 17 sq. Winer. Lexic. bibl. I, p. 12 sq. coll. Hieronym. ad Joël. 3. et Mich. 6. Arab. سَنْط et صَنْط (etiam الأَقاقِيَة شَجَرَة), Aegyptiis *schont*, ϢⲞⲚⲦ v. *Repertorium litt. bibl. et orient.* T. XIII, p. 12., unde patet, שִׁטָּה dictum esse pro שִׁנְטָה. Plur. שִׁטִּים *ligna acaciae* Exod. 25, 5. 10. 13. 23. 28. 26, 15. 26. 32. 37. etc — נַחַל הַשִּׁטִּים Joel. 4, 18. *vallis acaciarum* sita fuit trans Jordanem in Moabitarum finibus. Dic. etiam שִׁטִּים simpl. Jos. 2, 1. Num. 25, 1. Mich. 6, 5.

שָׂטָה (cf. שׂוּט) *declinavit* in latus, *deflexit, recessit* (chald. et syr. ܣܛܐ; cf. etiam Schultens. ad Prov. 4, 15. et ad Harir. p. 34.), trop. מֵעַל דֶּרֶךְ רָעִים Prov. 4, 15., אֶל דַּרְכֵי זוֹנָה 7, 25.; spec. de uxoribus, quae adulterium committunt sq. תַּחַת הָאִישׁ Num. 5, 19. 20. 29. et simpl. Num. 5, 12. Fut. יִשְׂטֶה, apoc. יֵשְׂטְ Prov. 7, 25.

שֵׂט m. v. sub rad. שׂוּט.

שָׁטַח *expandit* (chald. et syr. ܫܛܚ, arab. سَطَحَ, aeth. ሰጠሐ:) Job. 12, 23. שֹׁטֵחַ לַגּוֹיִם Deus *expandit*, late habitare jubet *gentes*. Alibi est, ut arab., *aliquid humi stratum expandere*, ut ossa etc. Jer. 8, 2. 2 Sam. 17, 19. Num. 11, 32. Fut. יִשְׁטַח. — Pih. שִׁטַּח *expandit* Ps. 88, 10 (brachia).

מִשְׁטַח m. *locus expansionis* Ezech. 26, 5. 14.

מִשְׁטוֹחַ m. *id.* Ezech. 47, 10.

שָׂטַם *odit, odio habuit, odio persecutus est* sq. acc. pers. Job. 30, 21. Gen. 27, 41. Ps. 55, 4. Fut. יִשְׂטֹם.

מַשְׂטֵמָה f. *infestatio, odium* Hos. 9, 7. 8. All. perperam *laqueus, decipula*; coll. syr. ܣܛܡ *vinxit, compedivit.*

שָׂטַן *infestus fuit, adversatus est* (chald. syr. ܣܛܢ, arab. شطن) sq. acc. pers. Ps. 38, 21. 109, 4 Zach. 3, 1 (ubi infin. c. affixo שִׂטְנוֹ). Particip שֹׂטֵן *adversarius* Ps. 71, 13. 109, 20. 29.

שָׂטָן *adversarius* (arab. شَيْطَانٌ, syr. ܣܛܢܐ) Num. 22, 22. 2 Sam. 19, 23., spec. in foro Ps. 109, 6.; it. *hostis* (in bello) 1 Sam. 29, 4. 1 Reg. 5, 4. 11, 14. 23. 25. In libris post exilium babylonicum scriptis הַשָּׂטָן Job. 1, 7. 2, 2 sqq. Zach. 3, 1. 2. et שָׂטָן 1 Chron. 12, 1. est *diabolus, Satanas,* qui homines apud Deum calumniatur (Apoc. 12, 10. ὁ κατήγωρ) iisque adversatur. Vanam eorum (v. Herder *Geist d. hebr. P.* II, p. 19. Eichhorn in 3. huj. libri edit. Ilgen carm. Job. p. 125 sqq.) sententiam, qui in locis Jobi הַשָּׂטָן (a שׁוּט) legi et *circuitorem* explorandis hominum moribus a Deo destinatum intelligi malunt, bene jam refutavit Bauerus (bibl. Theol. des A. T. p. 197 sq.).

שִׂטְנָה f. accusatio, δίκη Esr. 4, 6. Est quoque nomen propr. *fontis* (q. d. *caussa adversationis* et *contentionis*) Gen. 26, 21.

שָׁטַף 1) *largiter effundi* (chald. *id.*, arab. شطب, ב et ף inter se permutatis, *diffudit se,* VII. *fluxit aqua*), de imbribus Jes. 28, 2. Ps. 78, 20. Ezech. 13, 13., de fluminibus, quae extra ripas diffluunt: *superfundi, exundare, redundare* Jes. 30, 28. 66, 12. Ps. 78, 20; trop. de agminibus, quae *sese effundunt* Dan. 11, 10. 40. coll. Jes. 28, 15., de equo, qui *concitato cursu ruit* Jer. 8, 6. coll. chald. שְׁטַף *festinavit, cucurrit cum impetu.* — 2) transit. sq. acc. a) *inundavit* (aqua) Jer. 47, 2.; *obruit* atque adeo *hausit* Jes. 43, 2. Ps. 69, 3. 124, 4. Cant. 8, 6.; *alluendo abstulit* Jes. 28, 17. Job. 14, 19.; *fluendo attulit*, trop. Jes. 10, 22. *decreta est pernicies, quae, ubi effusa fuerit, justitiam afferet.* Sic Gesenius. Alii intransit.: *exundans, irruens juste, jure.* — 3) fecit, ut aquae aliquid obruerent h. e. *perfudit, abluit* aliquid aquis 1 Reg. 22, 38. Levit. 10, 11. Ezech. 16, 9. — Niph. 1) *inundari* agmine hostium Dan. 11, 22. 2) *ablui* Levit. 15, 12. — Pyh. שֻׁטַּף *ablui* Levit. 6, 21.

שֶׁטֶף et שֵׁטֶף m. 1) *effusio* Job. 38, 25 (imbris), trop. Prov. 27, 4. שֶׁטֶף אַף *effusio,* exundatio *irae,* Dan. 11, 22. זְרֹעוֹת הַשֶּׁטֶף *agmina effusionis* h. e. quae se in aliquam terram superfundunt. 2) *inundatio* Nah. 1, 8. Ps. 32, 6., trop. pro re subito ingruente Dan. 9, 26.

שָׁטַר radix Hebr. inusit., arab. سطر propr. *scripsit, delineavit,* hinc سيطر *praefuit ut inspector, recto ordine constituit* rem. Part. praes. שֹׁטֵר *praefectus, magister* (Targ. סָרְכָן, סָרֵךְ), arab. مُسَيْطِرٌ,

Prov. 6, 7.; spec. שֹׁטְרִים appellantur; a) magistratus civiles et quidem α) praefecti populi israel. in Aegypto Exod. 5, 6 sqq. et in deserto Arab. Num. 11, 16. Deut. 29, 9. 31, 28. (ubi copul. cum זְקֵנִים) Deut. 1, 15. 20, 9. (ubi cum שָׂרִים) 16, 18. Jos. 8, 33. 23, 2. 24, 1. (ubi c. שֹׁפְטִים); β) praefecti oppidorum israel. Deut. 16, 18. 1 Chron. 23, 4. 26, 29. 2 Chron. 19, 11. 34, 13. b) magistratus militares 2 Chron. 26, 11. qui cum סֹפְרִים junguntur cf. Fulleri Miscell. p. 377 sqq. Selden de Synedr. 1, 15. — Alii ex auctoritate Lxx., qui fere ubique γραμματεῖς interpretati sunt, coll. arab. سطر *scripsit*, significari putant eos magistratus, quorum curae *tabulae genealogicae* demandatae erant v. Michael. *mos. Recht* I, p. 244 sqq. *Suppl.* p. 2319. Jahn *Archaeol.* II, 1, p. 59 sq.; sed hoc vix conciliari potest cum locis Exod. 5. et all. v. Vater Comment. in Pentat. III, p. 537.

מִשְׁטָר m. *principatus, imperium, dominatus* Job. 38, 33., ubi v. Rosenm.

שְׂטַר m. chald. *latus* Dan. 7, 5., alibi in Targum. et syr. סְטַר, arab. سَطْر; atque ita videtur l. c. reponendum esse.

שַׁי m. *munus* Ps. 68, 30. 76, 12. Jes. 18, 7., fortasse ab arab. شيى *voluit*, II. *adduxit* (unde شى *res, aliquid*).

שִׂיא vid. sub rad. נשׂא.

שִׂיאֹן jugum Hermonis Deut. 4, 48. (ut patet ex serie orationis), quod alibi שִׂרְיוֹן appellatur. Nomen fortasse decurtatum est ex נְשִׂיאֹן (*elatio, locus sublimis*) v. Simon. Onom. p. 348.

שִׁיבָה vid. sub rad. ישׁב et שׁוּב.

שִׂיב *canum esse* vel *fieri, canescere, incanescere* (arab. شاب med. Je, syr. ܣܐܒ *id.*) 1 Sam. 12, 2.

שָׂב (particip. praes.) m. *canus, senex* Job. 15, 10.

שָׂב m. chald. *id.*, plur. emphat. שָׂבַיָּא Esr. 5, 9., in regim. שָׂבֵי Esr. 5, 5. 6, 7. 8. 14.

שֵׂיב vel שֵׂיב m. *canities, senectus* (arab. شَيْب *prima canities*), cum affixo שֵׂיבוֹ 1 Reg. 14, 4.

שֵׂיבָה f. *id.* Gen. 15, 15. Deut. 32, 25. Jud. 8, 32. 1 Chron. 29, 28. Jes. 46, 4. Hos. 7, 9., metonym. ipse *homo canus, senex* Levit. 19, 32. Ruth. 4, 15.

שִׂיג m. 1 Reg. 18, 27. vid. sub rad. שׂוּג.

שִׂיד *tegere, obducere, oblinere calce* (arab. شيد *id.*) Deut. 27, 2. 4.

שִׂיד m. *calx* Deut. 27, 2. 4. Jes. 33, 12. Am. 2, 1.

שִׁיָה, unde fut. apoc. in pausa תֶּשִׁי Deut. 32, 18. Nos auctoribus Eichhornio et Rosenm. arab. سوى IV. *missum fecit, praetermisit* conferre

malumus (ut חֵשִׁי effectum sit ad form. יְחִי), quam GESENIUM secuti arab. نسي *oblitus fuit, neglexit.* Conspirant LXX. ἐγκατέλιπες, VULG. *dereliquisti.*

שֶׂיָה et שֶׂה com. unum de pecudum grege, *ovis* vel *capra* (quae collect. צֹאן *pecus* vocantur), arab. شَاةٌ (pro شَاهَةٌ) Gen. 30, 32. Exod. 12, 3. 4. 22, 1. Levit. 12, 8. Jud. 6, 4. Ezech. 34, 17. Num. 15, 11., שֶׂה כְבָשִׂים, שֶׂה עִזִּים *pecus ovillum, pecus caprinum* Deut. 14, 4.; spec. *ovis* Jes. 53, 7. Cum affixis שֵׂיהוּ 1 Sam. 14, 34. et שֵׂיוֹ Deut. 22, 1.

שֵׂיזָב chald. vid. supra שֵׁזִב.

שִׂיחַ 1) *meditari*, max. de rebus divinis, Ps. 77, 4. 7., sq. בְּ rei Ps. 77, 13. 119, 15. 23. 27. 48. 78. 148., spec. דִּבְרֵי נִפְלְאוֹתֶיךָ אָשִׂיחָה *verba mirabilium tuorum* (factorum) *meditabor* h. e. carmen meditabor, quo mirabiliter a te gesta celebrem; hinc absol. est: *carmen meditari, canere* Jud. 5, 10., sq. בְּ *canere, carmine celebrare* aliquid Ps. 105, 2. 2) *gemere, queri* Ps. 55, 18. Job. 7, 11. 3) *loqui*, sq. לְ *ad* aliq. Job. 12, 8., sq. acc. Prov. 6, 22. תְשִׂיחֶךָ, quod UMBREITIUS apposite vertit: *sie wird dich unterhalten;* sq. בְּ rei, *de* qua quis loquitur Ps. 69, 13. [De loco Gen. 24, 63. v. sub שׂוּחַ]. — Pih. שׂוֹחֵחַ *meditari* Ps. 143, 5., sq. acc. rei: *cogitare, perpendere* aliquid Jes. 53, 8. — [Non repugnamus iis, qui hoc voc. cum arab. ساح *exspatiari* (v. sub שׂוּחַ) cognationis quodam vinculo copulatum esse statuunt. Cogitando enim exspatiatur quasi animus]. Cet. v. sub nom. שִׂיחַ n. 2.

שֵׂחַ m. *cogitatio*, cum affixo שֵׂחוֹ Am. 4, 13.

שִׂיחַ m. 1) *sermo* 2 Reg. 9, 11., spec. *sermo querulus, querela* Ps. 55, 3. 64, 2. Job. 21, 4. 9, 27. 1 Sam. 1, 16. Prov. 23, 29., שָׁפַךְ שִׂיחוֹ *querelam suam effundere* h. e. in querelam effundi. *Moerorem* animi nusquam significat. In loco 1 Reg. 18, 27., ubi de Baale legitur: כִּי שִׂיחַ לוֹ, mirifice dissentiunt viri docti. Alii enim ita interpretantur: *nam meditatio ipsi est* h. e. animo aliquid volvit, in cogitatione ita defixus est, ut vos non possit curare, LXX. ὅτι ἀδολεσχία αὐτῷ ἐστί. Alii: *confabulatio ipsi est*, ut CHALD., alii *verbum* h. e. *res, negotium ipsi est* (fere, ut SYR.). Sed magis placet vertere: *ambulatio ipsi est* cf. שׂוּחַ; copulantur enim verba דֶּרֶךְ et שִׂיג. 2) *frutex, virgultum* Gen. 2, 5. Job. 12, 8. 30, 4., plur. שִׂיחִים Gen. 21, 15. Job. 30, 7. Syr. ܦܘܩܐ *germen, virgultum*, coll. ܐܦܩ *pullulavit, germinavit.*

שִׂיחָה f. *meditatio*, quae ad res divinas spectat, *Andacht*, Job. 15, 4., meton. Ps. 119, 97. 99.

שִׂים vid. sub rad. שׂוּם.

שִׁילֹה vid. sub rad. שָׁלָה.

שִׂים v. sub שׂוּם.

שִׁין vel שֵׁין vid. sub rad. שׁוּן.

שֵׁיצָא vel שֵׁיצִי chald. v. sub rad. יְצָא.

שִׁיר et שׁוּר *cecinit* (fortasse propr. *protulit, ebullire fecit*, ab arab. سار med. Je, coll. נבע) Ps. 65, 14. Jud. 5, 1., sq. acc. carminis Ps. 7, 1. 137, 4., sq. acc. rei vel pers., quae carmine celebratur Ps. 59, 17. 89, 2. 106, 12.; sq. לְ pers. est vel: *audiente aliquo canere (einem vorsingen)* Jes. 5, 1., vel alicui i. e. *in honorem alicujus canere*, carmen alicui dicare Ps. 7, 1. 13, 6. 27, 6. 33, 3. Exod. 15, 21. Sed Prov. 25, 20. שָׁר בַּשִּׁירִים vix signif.: *carmina canere* (unde enim praeverbium בּ?), sed junctis iis, quae sequuntur, עַל לֶב־רָע, ita interpretare: *wer mit Liedern singt zum betrübten Herzen, wer sich mit Liedern wendet ans betrübte Herz.* Particip. שָׁרִים *cantores*, שָׁרוֹת *cantatrices* 2 Sam. 19, 37. — Infin. et imp. שִׁיר 1 Sam. 18, 6. Exod. 15, 21., fut. יָשִׁיר, apocop. c. vau conv. וַיָּשַׁר Jud. 5, 1., semel יָשֹׁר Job. 33, 27. — Pil. שׁוֹרֵר *cecinit* 2 Chron. 29, 28. Zeph. 2, 14. Job. 36, 24. (v. tamen sub שׁוּר I.). Particip. מְשׁוֹרֵר *cantor* 1 Chron. 6, 18. 9, 33. Neh. 12, 28 sqq. — Hoph. הוּשַׁר *cani* Jes. 26, 1.

שִׁיר m. 1) *canticum, carmen* (arab. سُورَةٌ) Jud. 5, 12. Ps. 30, 1. Eccles. 7, 5. Ezech. 33, 32. etc., tam sacrum quam profanum Eccles. 7, 5. Jes. 24, 19., tam laetum quam triste Ps. 120. 124. 129.; שִׁיר הַשִּׁירִים Cantic. 1, 1. *canticum canticorum* h. e. canticum praestantissimum, eximium coll. 1 Reg. 8, 27. In loco 2 Chron. 29, 28. שִׁיר cum Kimchio pro בַּעַל שִׁיר *cantor* dictum putant nonnulli; sed possis levi mutatione facta מְשֹׁרֵר legere. 2) *cantus instrumentorum* Neh. 12, 28. (nisi hic es infin. verbi שִׁיר), hinc כְּלֵי שִׁיר *instrumenta musica* Am. 6, 5. 1 Chron. 16, 42. al.

שִׁירָה f. *canticum, carmen* Exod. 15, 1. Num. 21, 18. Deut. 31, 19 sqq. Ps. 18, 1. Jes. 5, 1. 23, 15. Plur. שִׁירוֹת Am. 8, 3.

שַׁיִשׁ vid. sub rad. שׁוּשׁ.

שִׁישַׁק nom. propr. regis Aegyptiorum, qui fuit Jerobeami aequalis 1 Reg. 11, 40. 14, 25. 2 Chron. 12, 5. Videtur esse *Sesocchis*, cujus mentio fit ap. Manethonem. Nominis originem nemo adhuc explicuit.

שִׁית et שַׁיִת vid. sub rad. שׁוּת.

שָׁכַב I) *fudit, effudit*, ut arab. سكب, in Kal inusit., Hiph. Job. 38, 37. v. Rosenm. ad h. l. — II) *decubuit, recubuit*, ut syr. ܫܟܒ (fortasse cohaeret cum rad. I. q. d. *se effudit, profudit* in solum, in lectum, ut poetae lat. passim) Num. 23, 24. Ezech. 4, 4. (ubi v. Rosenm.), *cubuit* Ps. 57, 5. Jes. 14, 8. 43, 17. Thren. 2, 21. Spec. dicitur a) de dormientibus: *cubitum ivit* Ruth 3, 4. Prov. 3, 24. Gen. 19, 33. 1 Sam. 3, 5. Ps. 3, 6. 4, 9., *cubuit* 1 Sam. 26, 7. Prov. 6, 9. Jes. 56, 10. Jon. 1, 5. 1 Sam. 3, 2. 2 Sam. 4, 5. al.; hinc: *quievit* Eccles. 2, 23.; b) de aegrotantibus 2 Reg. 9, 16.; c) de morientibus 2 Sam. 7, 12. Deut. 31, 16. 1 Reg. 2, 10. 11, 43. 14, 20. 15, 8. etc. (ubi formula שָׁכַב עִם אֲבֹתָיו de morte *ducum* vel *regum* legitur) et mortuis Job. 3, 13. Jes. 14, 18., עַל עָפָר Job. 21, 26., שֹׁכְבֵי קֶבֶר Ps. 88, 6. cf. οἱ κείμενοι *vita functi* ap. Leon. Diac. p. 73. add. Fischer ad Anacr. 4, 9. κεῖσθαι *mortuum esse* Jacobs ad Philostr. Im. p. 359; d) de *concumbentibus* cum muliere, sq. עִם Gen. 39, 7. Exod. 22, 18. Deut. 22, 23. 25. 2 Sam.

12, 11., sq. אֶת־ Num. 5, 19. Gen. 34, 7. Ezech. 23, 8. Levit. 19, 20., semel de muliere cum viro concumbente Gen. 19, 32. Infin. שְׁכַב Gen. 34, 7., unde c. affixo שִׁכְבָהּ Gen. 19, 33., et שָׁכְבּ, unde שָׁכְבְּךָ Deut. 6, 7., imp. שְׁכַב, c. he parag. שִׁכְבָה Gen. 39, 7., fut. יִשְׁכַּב Levit. 15, 4. etc. — Niph. *comprimi* (de mulieribus) Jes. 13, 16. Zach. 14, 2. sec. Kri: sed Ctbib habet שׁגל, quod minus honestum videbatur Masorethis. — Pyh. *id.* sec. Kri Jer. 3, 2. — Hiph. *decumbere, cubare fecit* i. e. *prostravit* 2 Sam. 8, 2., *reposuit, deposuit, collocavit* 1 Reg. 19, 17. 3, 20., *quiescere fecit, compescuit* Hos. 2, 20. De loco Job. 38, 37. v. sub n. 1. — Hoph. *se projecit, decubuit* Ezech. 32, 19. 32., *cubuit* 2 Reg. 4, 32.

שְׁכָבָה 1) *cubatio* Exod. 16, 13. 14. שִׁכְבַת הַטַּל *ros jacens, stratus;* alii, praeeunte Abenesra, *effusio, descensus roris* coll. שָׁכַב n. I., sed vid. Rosenm. ad h. l. 2) שִׁכְבַת זֶרַע *concubitus seminis* h. e. *effusio seminis in coitu* Levit. 15, 16 — 18. 32. 19, 20. 22, 4. Num. 5, 13.

שְׁכֹבֶת f. *concubitus;* נָתַן אֶת שְׁכָבְתּוֹ בְּאִשָּׁה *concumbere cum femina* Levit. 18, 23. 20, 15. Num. 5, 20., it. אֶל־אִשָּׁה Levit. 18, 20.

מִשְׁכָּב m. 1) *cubatio* vel dormientis 2 Sam. 4, 5. vel aegrotantis Ps. 41, 4. vel mortui Ezech. 32, 25.; spec. *concubitus* Levit. 18, 22. 20, 13. Num. 31, 17. 18. Jud. 21, 11. 12. 2) locus ubi cubatur a) *lectus* Exod. 7, 28. Prov. 7, 17. Job. 33, 15. 2 Sam. 13, 5. Jes. 57, 8. (עָלָה מִשְׁכָּב *cubile adscendit,* incestum commisit Gen. 49, 4.), etiam is, in quo interdiu somnum capiunt (*Sopha, Divan*) Ps. 4, 5. 36, 5. 149, 5.; b) *sepulcrum* Jes. 57, 2.; c) *lectus feralis, feretrum* 2 Chron. 16, 14. — Plur. a) מִשְׁכָּבִים, in regim. מִשְׁכְּבֵי Levit. 18, 22. b) מִשְׁכָּבוֹת, cum affixo מִשְׁכְּבוֹתָם Ps. 149, 5.

מִשְׁכַּב m. chald. *lectus, cubile* dormientium Dan. 2, 28. 29. 4, 2. 7. 10. 7, 1.

שָׁכָה. Huc revocant locum Jer. 5, 8. סוּסִים מְיֻזָּנִים מַשְׁכִּים הָיוּ (*ut*) *equi bene pasti* (vel potius: *libidine inflammati*) *oberrant,* ita ut שׁכה non differat a שׁגה, cf. aethiop. שׁכי, ሰከየ: *erravit, oberravit.* Alii, Judaeos secuti, מַשְׁכִּים repetunt a rad. שׁכם, v. Rosenm. ad h. l.

שָׂכָה radix Hebr. inusit., i. q. chald. סְכָא *speculatus, contemplatus est,* syr. ܣܟܐ *exspectavit, speravit,* samar. *desideravit.*

שֶׂכְוִי m. Job. 38, 36. *species comparens, imago,* spec. *φαινόμενον coeleste* v. Umbreit. ad h. l. Aliis, invita orationis serie, est *intellectus, mens.* Talmudici *gallum* intellexerunt, quos contra Bochartum defendit Saubertus in *Oper. Posthum.* p. 18. 19.

שֶׂכוּ (*specula?* cf. chald. סְכוּת) nomen propr. loci, ubi insignis puteus erat 1 Sam. 19, 22.

שְׂכִיָּה f. *adspectus,* hinc *species, forma* Jes. 2, 16. כָּל־שְׂכִיּוֹת הַחֶמְדָּה Vulg. *omne quod visu pulchrum est.*

מַשְׂכִּית f. *effigies, figura, imago* Prov. 25, 11. מַשְׂכִּיּוֹת כֶּסֶף *imagines, figurae argenteae,* Ezech. 8, 12. חַדְרֵי מַשְׂכִּית *conclavia figuris*

(idolorum) ornata, Levit. 26, 1. אֶבֶן מַשְׂכִּית *lapis in quo figurae sunt caelatae*, pro quo מַשְׂכִּית simpl. Num. 33, 52. 2) *imaginatio, opinio* Prov. 18, 11.; מַשְׂכִּיּוֹת לֵבָב *consilia animi* Ps. 73, 7.

שָׁכַח et שָׁכֵחַ *oblitus est* Gen. 27, 45., sq. acc. Job. 39, 18. Ps. 78, 10. Jes. 49, 15. Jer. 44, 9. Deut. 24, 19., sq. infin. c. praeverbio מִן Ps. 102, 5. Crebro leguntur hae formulae: a) *obliviscitur* aliquis *Dei* Deut. 6, 12. 14. 32, 18. Jud. 3, 7. 1 Sam. 12, 9. Ps. 106, 21. vel legis divinae Ps. 119, 61. 83. 176. Hos. 4, 6. vel nominis div. Ps. 44, 21. b) *Deus obliviscitur* h. e. curam deponit alicujus Ps. 10, 12. Jes. 49, 14. vel *Deus obliviscitur gratiae, benignitatis suae* h. e. deponit eam Ps. 77, 10. — In loco Ps. 137, 5. *si oblitus fuero Hierosolymorum* תִּשְׁכַּח יְמִינִי, supplendum est pron. 1. pers.: *obliviscatur mei dextra mea* h. e. destituat me v. Rosenm. ad h. l. Praet. f. in pausa שָׁכֵחָה Prov. 2, 17., 2. p. שָׁכַחַתְּ (cum patach furtivo sub ח) Jer. 13, 25., plur. cum affixis שְׁכֵחוּנִי Jer. 2, 32. et שְׁכֵחֻנִי Jer. 18, 15., fut. יִשְׁכַּח Deut. 4, 31. etc. — Niph. נִשְׁכַּח *oblivioni traditus est* Eccles. 2, 16. 9, 5. Jes. 65, 17. Ps. 9, 19. Jer. 20, 11., praegn. Deut. 31, 21. — Eleganter Job. 28, 4. dicuntur metallici, qui de funibus pendent, נִשְׁכָּחִים מִנִּי רָגֶל *oblivioni traditi a pede* sc. quod pes iis non praestat ministerium. — Pih. שִׁכַּח *in oblivionem adduxit* aliquid Thren. 2, 6. — Hiph. *in oblivionem adduxit* aliquem Jer. 23, 27. — Hithpah. *oblivioni traditus est* Eccles. 8, 10.

שָׁכֵחַ m. *obliviscens* Jes. 65, 11.; plur. in regim. שְׁכֵחֵי Ps. 9, 18.

שְׁכַח chald. *invenit*. Ithpehel הִשְׁתְּכַח *inventus est* Dan. 2, 35. 6, 24. Esr. 6, 2.; praet. 3. foem. הִשְׁתְּכַחַת Dan. 5, 11. 12. 14. 27. 6, 8. — Aphel הַשְׁכַּח 1) *invenit* Dan. 6, 5. 6. 12. Esr. 4, 15.; 1. praet. הַשְׁכַּחַת pro הַשְׁכַּחְתְּ Dan. 2, 25. 2) *nactus est* Esr. 7, 16.

שָׁכַךְ *desedit* Gen. 8, 1 (aqua), *demisit se* (auceps) Jer. 5, 26., trop. Esth. 2, 1. *ira regis consedit, resedit, sedata est*, 7, 10. — Hiph. הֵשַׁךְ *sedavit* Num. 17, 20.

שָׂכַךְ I) i. q. שׂוּךְ *texuit, nexuit, sepivit* v. derivatt. — II) *texit, obtexit, operuit*, ut rad. סכך Exod. 33, 22. Sed Pih. שׂוֹכֵךְ vid. in rad. סוּךְ.

שֹׂךְ (soch) m. *sepes*, qua horti, agri etc. *sepiuntur*. Cum affixo שֻׂכּוֹ Thren. 2, 6.

שֵׂךְ m. *vepres* (arab. شَوْكٌ). Plur. שִׂכִּים Num. 33, 55.

שֻׂכָּה f., unde plur. שֻׂכּוֹת propr. *spinae, aculei*, hinc *tela acuta, missilia*, arab. شَوْكَةٌ.

שַׂכִּין m. *culter* (chald. סַכִּין et arab. سِكِّينٌ) Prov. 23, 2. Ratio originis non liquet.

שָׁכֹל I) *orbus fuit* vel *factus est, orbatus est* (arab. ثَكِلَ) 1 Sam. 15, 33. Jes. 49, 21. Gen. 43, 14. אֲנִי כַּאֲשֶׁר שָׁכֹלְתִּי שָׁכָלְתִּי *cum orbatus ego*

fuero, orbatus ero h. e. aequo animo feram, esto, si aliter non ceciderit (Esth. 4, 16.); alii: *ut* jam *orbatus sum* (Josepho et Simeone), ita nunc *orbatus ero* (Benjamine). Sq. acc. Gen. 27, 45. *cur utriusque vestrum orba fiam?* Fut. יִשְׁכַּל. — Pih. שִׁכֵּל 1) *orbavit, orbum reddidit* 1 Sam. 15, 33. Levit. 26, 22. Jer. 15, 7. Hos. 9, 12. Ezech. 5, 17. 36, 12. Deut. 32, 25. מִחוּץ תְּשַׁכֶּל־חֶרֶב *foris orbat gladius* h. e. trucidat juvenes, Thren. 1, 20. 2) *abortare fecit* 2 Reg. 2, 19. (quo efficitur, ut, quae jam mater sibi videbatur, orba redderetur), ac saepius intransit. *abortavit* (Varro R. R. 2, 4. 21.) Exod. 23, 26. Gen. 31, 38. Job. 21, 10., hinc *sterilis fuit* Mal. 3, 11 (vitis). — Hiph. 1) *orbavit* absol. (hostis) h. e. juvenes civitatis occidit Jer. 50, 9. 2) *abortavit* Hos. 9, 14. — II) v. sub voc. אֶשְׁכֹּל.

שְׁכוֹל m. *orbitas* (reipubl. h. e. civium et militum inopia) Jes. 47, 8. 9.; Ps. 35, 12. *orbitas animi* i. e. summa tristitia, consolationis inopia.

שַׁכּוּל m., שַׁכֻּלָה foem. 1) *orbatus* 2 Sam. 17, 8. Prov. 17, 12. Hos. 13, 8. Jer. 18, 21. 2) *liberis, catulis, pullis carens* Cant. 4, 2. 6, 6.

שִׁכֻּלִים m. plur. *orbitas* Jes. 49, 20.

אֶשְׁכֹּל m. 1) propr. *racemus*, unde acini pendent, hinc *uvae*, sive *cypri* Cant. 1, 14. sive *palmae* 7, 8. (arab. أَثْكَالٌ et عُثْكَالٌ, ا in ع mutato, *botrus dactylorum* vel *palmae ramus dactylos ferens*) sive, quod maxime usitatum, *vitium* vel adjectis vocc. הַגֶּפֶן Cant. 7, 9., עֲנָבִים Gen. 40, 10. Num. 13, 24. 25., vel absol. Mich. 7, 1. Jes. 65, 8. Uno in loco Gen. 40, 10., cum אַשְׁכְּלוֹת ab עֲנָבִים distinguantur, hoc *uvas maturas*, illud *racemos cum botris immaturis* significat. De origine vocis inter se dissentiunt viri docti. Sed praestat, cum Coccejo, Verpoortenio (Fascic. dissertatt. p. 335 sqq.) et all. a rad. شَكَلَ *ligavit* repetere (racemus enim est complexus acinorum inter se *devinctorum* et colligatorum, cf. עֲנָב), quam Gesenio auctore conferre rad. aeth. ተከለ: *plantavit*, unde ne vitis quidem commode dici poterat, nedum racemus. Plur. in regim. אַשְׁכְּלוֹת Cant. 7, 9. et אַשְׁכֹּלוֹת 7, 8., cum affixo אַשְׁכְּלֹתֶיהָ Gen. 40, 10. — 2) nom. propr. vallis in Palaestina meridionali Num. 13, 23. 24. 32, 9. Deut. 1, 24. quae vitibus ferax v. Rosenm. *Alterth.* II, 1, p. 157.

מְשַׁכֶּלֶת f. (particip. Pih.) *abortus* 2 Reg. 2, 21.

שַׁכְלֵל vel שִׁכְלֵל vide sub rad. כלל.

שָׂכַל I) 1) propr. *adspexit* (cf. chald. סְכַל) v. Hiph., hinc *intellexit* (cf. vern. *Einsicht*), *intelligens, prudens fuit, prudenter egit* 1 Sam. 18, 30. — Pih. שִׂכֵּל Gen. 48, 14. שִׂכֵּל אֶת־יָדָיו q. d. intelligentes fecit, praestitit *manus suas* h. e. *prudenter, consulto* sic *imposuit manus suas* v. Rosenm. ad h. l. Sed alii (coll. arab. شَكَلَ *ligavit, plexuit*) reddunt haec verba: *perplexas, transversim posuit manus suas* v. Eichhorn. in 3. huj. libri edit. In eundem sensum Lxx. ἐναλλὰξ τὰς χεῖρας, Vulg. *commutans manus*, Syr. ܡܫܚܠܦ ܐܝܕܘܗܝ. — Hiph. הִשְׂכִּיל 1) *ad-*

spexit Gen. 3, 6. נֶחְמָד לְהַשְׂכִּיל arbor *delectabilis adspectu* (Lxx. ὡραῖον τοῦ κατανοῆσαι), hinc *consideravit, animum advertit, attendit* Jes. 44, 18., sq. acc. Deut. 32, 29. Ps. 106, 7., sq. עַל Prov. 16, 20., sq. אֶל Neh. 8, 13., sq. לְ Prov. 21, 12., sq. בְּ Ps. 101, 2. Dan. 9, 13., passim addita vel *admirationis* Ps. 64, 10. vel *curae* Ps. 41, 2. notione. 2) *intellexit, prudens evasit* Ps. 2, 10. 94, 7. Jes. 41, 20., *intelligens, prudens fuit, sapuit* Ps. 36, 4. 119, 99., *prudenter egit* Jer. 20, 11. 23, 5.; particip. מַשְׂכִּיל a) *intelligens, prudens* Prov. 10, 5. 19. 14, 35. Job. 22, 2. Dan. 12, 3., sq. בְּ alicujus *rei intelligens, peritus* Dan. 1, 4. b) *probus, pius* Ps. 14, 2. Dan. 11, 33. 12, 3. (v. חָכְמָה). Infin. הַשְׂכִּיל et הַשְׂכֵּל *intelligentia, prudentia* Prov. 21, 16. Jer. 3, 15. Job. 34, 35.; מוּסַר הַשְׂכֵּל *castigatio prudentiae* h. e. quae parit prudentiam Prov. 1, 3., הַשְׂכִּיל בְּ alicujus *rei intelligentia* Dan. 1, 17. 3) *bono successu usus est, prospere rem gessit* sq. acc. rei 1 Reg. 2, 3., *felix fuit* Jer. 23, 5. Jes. 52, 13. Prov. 17, 8. (ubi v. Umbreit.), sq. בִּדְרָכָיו 1 Sam. 18, 14., sq. בְּכֹל Jos. 1, 7. 4) *intelligentem fecit, docuit*, sq. acc. pers. Neh. 9, 20. Prov. 16, 23. Ps. 32, 8., sq. לְ pers. Prov. 21, 11., sq. dupl. acc. Dan. 9, 22. לְהַשְׂכִּילְךָ בִינָה. De voce מַשְׂכִּיל subst. v. sub. derivv. — II) i. q. סכל *stultum esse*, v. שִׂכְלוּת.

שְׂכַל chald. *id.*, Ithpahal part. מִשְׂתַּכַּל sq. בְּ *attendens* Dan. 7, 8.

שֵׂכֶל et שֶׂכֶל m. 1) *intellectus, intelligentia, prudentia* 1 Sam. 25, 3. Prov. 13, 15. 16, 22. Ps. 101, 10. Job. 17, 4. 2 Chron. 2, 11. Eccles. 10, 6. etc.; בְּשֵׂכֶל *prudenter, sapienter* 1 Chron. 26, 14., שׂוּם שֶׂכֶל Neh. 8, 8. *impertire aliquem intelligentiâ, intelligentem reddere*; it. in malam partem: *astutia, dolus* Dan. 8, 25. 2) *felicitas, prosperitas* Prov. 3, 4., ubi v. Umbreit. — Cum affixo שִׂכְלוֹ Prov. 12, 8.

שִׂכְלוּת f. Eccles. 1, 17. i. q. סִכְלוּת (ut haud pauci libri habent) *stultitia*.

שׇׂכְלְתָנוּ f. chald. *prudentia, intelligentia* Dan. 5, 11. 12. 14.

מַשְׂכִּיל m. *carmen* Ps. 47, 8. et in Pss. 32. 42. 44. 45. 52. 53. 54. 55. 74. 78. 88. 89. 142. titulis, coll. arab. شِعْر *intelligentia*, deinde *poesis*. Aliis est *ligata oratio* coll. شكل v. Michaelis Suppl. p. 2323., vel *implexa* h. e. poetica *oratio*; aliis denique *carmen didacticum*; sed hoc in paucos tantummodo Psalmos, qui ita inscripti sunt, cadit. Singularem opinionem protulit nuper Kaiserus *hist. Einleit. in d. Psalm.* p. 118 sq.

שְׁכֶם m. (ad formam chald. לְחֶם Dan. 5, 1.), semel in pausa שֶׁכֶם Ps. 21, 13. 1) *humerus*, vel potius utriusque *humeri posterior compages* (cf. כָּתֵף et עֹרֶף), *dorsum*, cui onus imponitur Gen. 9, 23. 21, 14. Ps. 81, 7. (unde aethiop. ሰከመ: *bajulavit, portavit*) et verbera infliguntur Jes. 3, 9. Adde has phrases: a) הִפְנוֹת שִׁכְמוֹ *vertere* (*cervicem*) *tergum* i. e. abitum parare 1 Sam. 10, 9.; שִׁית פ׳ שֶׁכֶם *facere, ut quis tergum vertat, det* h. e. in fugam conjicere Ps. 21, 13. (cf. עֹרֶף). b) Jes. 9, 5. וַתְּהִי הַמִּשְׂרָה עַל שִׁכְמוֹ *erit principatus in ejus humeris* (*dorso*) i. e. sustinebit imperium. Hinc נָתַן עַל שְׁכֶם פ׳ *alicui aliquid demandare, committere* Jes. 22, 22. c) Gen. 49, 15. וַיֵּט שִׁכְמוֹ לִסְבֹּל

inclinavit humeros ad bajulandum h. e servituti se submisit. d) Job. 31, 36. עַל שִׁכְמִי אֶשָּׂאֶנּוּ *in humeris gestarem eum* (libellum accusationis) h. e. prae me ferrem, omnium conspectui exponerem. e) Zeph. 3, 9. לְעָבְדוֹ שְׁכֶם אֶחָד *ad colendum* Jovam *uno humero* h. e. uno omnium consensu, uno animo. Simil. syr. ܒܟܬܦܐ ܚܕ. Metaphora ducta ab iis, qui oneri ex aequo subjiciunt humeros. 2) *latus* alicujus rei, hinc *tractus* (cf. arab. منكب *humerus* et *latus, ora, tractus terrae*) Gen. 48, 22. alii: *portio* v. Rosenm. 3) *Sichemum,* urbs in tribu Ephraim, Levitis concessa Gen. 12, 6. 33, 18. Jos. 24, 25. 32. Jud. 8, 31. 1 Reg. 12, 1. 25. etc., post exil. babyl. caput civitatis samariticae. Posita fuit in *dorso* montis. Romanis vocatur *Neapolis (Flavia Neapolis),* quod nomen paullulum depravatum usque hodie tenent Arabes: نابلوس v. Rosenm. *Alterth.* II, 2, p. 118 sqq. Winer. Lexic. bibl. II, p. 634. Cum he parag. שְׁכֶמָה Hos. 6, 9., in pausa שְׁכֶמָה Jos. 24, 1.

שִׁכְמָה f. *humerus, dorsum* Job. 31, 22. Alii libri habent שִׁכְמָהּ *dorsum ejus.*

שָׁכַם, in Kal inusit., Hiph. הִשְׁכִּים 1) *mane surrexit*, sive addito בַּבֹּקֶר Job. 1, 5. Gen. 19, 27. 20, 8. 28, 18. Exod. 24, 4., sive omisso Gen. 19, 2. Exod. 32, 6. Jos. 8, 14. Jud. 6, 38. 2 Sam. 15, 2. Cant. 7, 13. Passim cum alio verbo copulatum pro adverbio est: *mane* Hos. 6, 4. טַל מַשְׁכִּים הֹלֵךְ *ros mane disparens,* Ps. 127, 2. מַשְׁכִּימֵי קוּם *mane surgentes.* Infin. absol. הַשְׁכֵּם *mane* Prov. 27, 14. 1 Sam. 17, 16. — Translate est: *studiose, summo studio aliquid fecit, instituit* Zeph. 3, 7. הִשְׁכִּימוּ הִשְׁחִיתוּ עֲלִילוֹתָם *studiose corruperunt actiones suas,* summo studio perverse egerunt; alibi infinit. הַשְׁכֵּם Jer. 26, 5. אֲשֶׁר אָנֹכִי שֹׁלֵחַ אֲלֵיכֶם וְהַשְׁכֵּם וְשָׁלֹחַ *quos ego misi ad vos summo studio* h. e. iterum iterumque, 7, 13. 25. 11, 7. 25, 3. 32, 33. 35, 14. 15. 44, 4. 2 Chron. 36, 15., semel more chald. אַשְׁכֵּים Jer. 25, 3.

[In dialectis non est hujus significationis vestigium, nisi Ewaldo auctore Gr. p. 217. conferre velis aethiop. ሰከመ፡ *bajulavit, portavit,* ut הִשְׁכִּים propr. sit: *bajulare* camelos, onus camelis imponi jussit, quod ab iis, qui in itineribus sunt, summo mane fieri solet; at vero hoc longius repetitum mihi videtur].

שָׁכֵן et שָׁכַן 1) *subsidere, considere* Exod. 24, 16. Num. 9, 17. (nubes), hinc *procumbere, occumbere* Ps. 94, 17., atque inde 2) *cubare* Deut. 33, 10. Num. 24, 2. Jud. 5, 17. (sq. עַל *incubare* Jos. 3, 5.), *positum, collocatum esse* Jos. 22, 19., deinde *quiescere* (arab. سكن) Ps. 16, 9. Prov. 7, 11. Nah. 3, 18. 3) a) *habitare, incolere* (arab. سكن *id.*) Gen. 14, 13. Num. 23, 9. 2 Sam. 7, 10. Deut. 33, 12. Jer. 51, 13. (etiam de avibus Ezech. 31, 13.), sq. בְּ loci Mich. 4, 10. Jud. 8, 11. Gen. 26, 2., sq. acc. loci Jes. 33, 16. Deut. 12, 5. Ps. 68, 7.; שְׁכָן אֶרֶץ *terram incolere* secure, ita ut ab hostibus non agiteris Prov. 2, 21. 10, 30. Ps. 37, 29., omisso voc. אֶרֶץ Ps. 37, 27. 102, 29; שֹׁכְנֵי עָפָר *habitantes pulverem* i. e. sepulcrum Jes. 26, 19.; Pahul שָׁכוּן *habitans* Jud. 8, 11. Semel de Deo: שֹׁכֵן עַד *in aeternum habitans* coelos. Trop. in aliqua re habitare est *tenere, possidere* aliquid Prov. 8, 12. שָׁכַן

עָרְמָה *prudentiam possidere.* Simil. arab. سكن *familiaris fuit.* b) *habitatum esse* Jes. 13, 20. Jer. 46, 26. 50, 39. Cf. יָשַׁב. Fut. יִשְׁכֹּן, plur. foem. תִּשְׁכֹּנָּה Ezech. 17, 23. — Pih. שִׁכֵּן *habitare fecit* Num. 14, 30., addita *securitatis* notione Jer. 7, 7. Praeterea Jova dicitur שִׁכֵּן שְׁמוֹ i. e. locum eligere, ubi solennibus sacris colatur, *sedem suam sanctam figere* Deut. 12, 11. 14, 23. 16, 6. 25, 2. Neh. 1, 9. Inde sunt, qui explicent Ps. 78, 60. אֹהֶל שִׁכֵּן בָּאָדָם sc. שְׁמוֹ *tentorium, quod inhabitare fecit nomen suum.* Sed possis etiam ita interpretari: *tentorium, quod figi, collocari jusserat* v. supra n. 2. Jos. 22, 19., cf. Hiph. — Hiph. 1) *collocavit* Gen. 3, 24. (aliquem), Jos. 18, 1. (tentorium). 2) *habitare fecit* Ezech. 32, 4., trop. Job. 11, 14. *ne habitare facias (sinas) in tentorio tuo nequitiam*, Ps. 7, 6. כְּבוֹדִי לֶעָפָר יַשְׁכֵּן *habitare faciat me* h. e. *prosternat in pulverem.*

שְׁכַן chald. *habitavit* Dan. 4, 18. — Pahel שַׁכֵּן *habitare fecit (nomen suum* v. hebr. Hiph.) Esr. 6, 12.

שָׁכֵן m., שְׁכֵנָה et שְׁכֶנֶת f. 1) *habitans, incola* Jes. 33, 24., in regim. שְׁכַן Hos. 10, 5. 2) a) *accola* Jer. 49, 18. 50, 40. Ps. 44, 14. 79, 12. b) *vicinus* Prov. 27, 10. Jer. 6, 21. Exod. 12, 4., plur. Ezech. 16, 26. Ruth. 4, 17.

שֶׁכֶן m. *habitaculum*, unde cum affixo שִׁכְנוֹ Deut. 12, 5.

מִשְׁכָּן m. (arab. مَسْكَن) 1) *habitaculum* hominum Hab. 1, 6. Ps. 87, 2. Ezech. 25, 4. Job. 18, 21. (trop. *sepulcrum* Jes. 22, 16.), animalium Job. 39, 6., Dei Ps. 46, 5. 84, 2. 132, 5., ubi מִשְׁכְּנוֹת יְהוָה de templo. 2) spec. *tabernaculum* Ps. 78, 28. Cant. 1, 8., מִשְׁכַּן הָעֵדֻת Exod. 38, 21. Num. 1, 50. 10, 11. et מִשְׁכָּן simpl. Exod. 25, 9. 26, 1 sqq. 35, 21. 40, 5. Levit. 17, 4. Jos. 22, 29. Ps. 78, 60. al. de *tabernaculo sacro.*

מִשְׁכַּן m. chald. *habitaculum* (Dei) Esr. 7, 15.

שָׁכַר I) *largo potu se replevit, ad satietatem usque bibit* (sic chald. syr. aeth. et arab. سكر) Hagg. 1, 6. אֵין לְשָׁכְרָה *non est (sufficit), ut large bibi possit,* Gen. 43, 34. Cant. 5, 1.; — saepius: *inebriavit se, inebriatus est* Gen. 9, 21. Jes. 49, 26. דָּמָם יִשְׁכָּרוּן *sanguine suo* (invicem) *inebriabuntur;* Pahul שְׁכוּר *inebriatus, ebrius* Jes. 51, 21. Alibi trop. dicuntur illi, qui a Deo transversi acti suam sibimet ipsis afferunt perniciem, *inebriati* esse Jes. 29, 9. 51, 21. Nah. 3, 11. Thren. 4, 21. Jer. 25, 27. — Pih. *inebriavit* Hab. 2, 15. 2 Sam. 11, 13., trop. (v. Kal) Jes. 63, 6. Jer. 51, 7. — Hiph. *inebriavit* trop. a) ut Kal et Pih. Jer. 51, 57. 48, 26.; b) Deut. 32, 42. אַשְׁכִּיר חִצַּי מִדָּם *inebriabo,* satiabo *sagittas meas sanguine* hostium. Ita poet. Arab. de gladio, hasta etc. v. Rosenm. ad h. l. — Hithpah. *ebrium se simulavit, ebrium egit* 1 Sam. 1, 14. — II) i. q. arab. شكر *praemio, mercede donavit,* v. אֶשְׁכָּר.

שֵׁכָר m. *potus inebrians, temetum* (arab. سَكَر et سُكْر), vel vinum Num. 28, 7. (v. Onkel. ad h. l.) vel *sicera* h. e. vinum ex frugibus, velut ex hordeo (ζύθος Aegypt. v. Diodor. Sicul. 1, 20. 34. Herodot. 2, 77. Hieronymus ad Jes. 19, 10.) aut ex palmarum succo et dactylis

(v. Dioscorides 4, 40. Plinius VI, 28. XIII, 4. XIV, 16.) confectum Levit. 10, 9. Num. 6, 3. Deut. 14, 26. Jes. 24, 9. 29, 9. 28, 7. Mich. 2, 11. Prov. 20, 1. 31, 6. etc. Semel videtur *vinum medicatum*, aromatibus conditum significare Jes. 5, 22. v. Michael. in Potti Sylloge III, p. 49 sqq.

שִׁכּוֹר et שִׁכֹּר m., שִׁכֹּרָה foem. *inebriatus, ebrius* 1 Sam. 1, 13. 25, 36. Prov. 26, 9. Jes. 19, 14. etc., 1 Reg. 16, 9. שָׁתָה שִׁכּוֹר *bibens* ita ut *ebrius* fieret; trop. Ps. 107, 27. Jes. 28, 1. — Plur. שִׁכּוֹרִים Joël. 1, 5.

שִׁכָּרוֹן m. *ebrietas* Ezech. 39, 19.

אֶשְׁכָּר (cum א prosthet.) m. *donum, munus* (v. rad. n. 2.) Ps. 72, 10., cum affixo Ezech. 27, 15. אֶשְׁכָּרֵךְ *donum tuum* h. e. tibi datum.

שָׂכַר *mercede conduxit* (coll. arab. شكر v. שָׁכַר n. 2.) Gen. 30, 16. 2 Sam. 10, 6. Jud. 9, 4. Deut. 23, 5. Jes. 46, 6. Prov. 26, 10., mercede *corrupit, subornavit* Neh. 6, 12. 13. Esr. 4, 5. — Niph. *mercede conductus est* 1 Sam. 2, 5. — Hithpah. *pro mercede se elocavit* (al. *mercedem sibi lucravit*) Hagg. 1, 6.

שָׂכִיר m., שְׂכִירָה foem. (Jes. 7, 20.) *mercede conductus, mercenarius* Exod. 12, 45. Levit. 19, 13. 25, 6. 53. Jer. 46, 21. Deut. 15, 18. Job. 7, 1. 2. Jes. 17, 14., in quo postremo loco שְׁנֵי שָׂכִיר sunt, ut recte docuit Rosenm., anni suis finibus accurate circumscripti; mercenarii enim non patiuntur, tempori aliquid addi, nec illi, qui conduxerunt, aliquid demi.

שָׂכָר m. *merces* operae elocatione promerita (coll. arab. شُكْر *merces*) Gen. 30, 28. Exod. 22, 15. Deut. 15, 18. Num. 18, 31.; deinde generatim *praemium* Gen. 15, 1. 2 Chron. 15, 7. Ps. 127, 3. Eccles. 9, 5.

שֶׂכֶר m. *merces* Jes. 19, 10 (עֹשֵׂי שֶׂכֶר *mercenarii*), deinde *praemium* Prov. 11, 18.

יִשָּׂשכָר nom. propr. quinti Jacobi filii Gen. 30, 18. 35, 23. et tribus israel. ab eo ortae Num. 1, 8. 7, 19. Jos. 17, 10. 19, 17. etc. Ut nunc scriptum est, videtur conflatum ex יִשָּׂא שָׂכָר *fert mercedem* v. Gen. 30, 18., sed puncta voc. referenda sunt ad form. יִשָּׂכָר.

מַשְׂכֹּרֶת f. *merces*, cum affixo מַשְׂכֻּרְתִּי Gen. 31, 7. 41., it. *praemium* Ruth. 2, 12.

שַׁל v. sub אֲשֶׁר.

שַׁל vid. sub rad. שָׁלָה.

שַׁלְאֲנָן vid. infra sub rad. שָׁלָה.

שָׁלַב i. q. arab. ثلب *crenatim frangere*. Inde formatum est Pyh. part. plur. foem. מְשֻׁלָּבוֹת (asseres) *crenatim incisi*, ut alter alteri ex opposito responderet eique *inhaereret*, ~~asseres~~ *crenatis commissuris uniti* Exod. 26, 17. 36, 22., coll. rad. chald. שְׁלַב (arab. transpos. لسب) *inhaesit*.

שָׁלָב m., plur. שְׁלַבִּים 1 Reg. 7, 28. 29. *commissurae* vel potius *limbi*, *taeniae* inhaerentes.

שֶׁלֶג m. *nix* Exod. 4, 6. Num. 12, 10. 1 Chron. 11, 22. Ps. 51. 9. 147, 16. Prov. 25, 13. etc. (arab. ثَلْجٌ, chald. syr. sam. תַּלְגָּא); מֵי שֶׁלֶג *aquae nivis* h. e. purissimae Job. 9, 30. cf. Jes. 1, 18., בְּיוֹם שֶׁלֶג *die, quo ninxerat, die nivali* (all. *nivali* tempore) 2 Sam. 23, 20. — Inde formatum est verbum in

Hiph. הִשְׁלִיג *nivis colorem traxit*, hinc *albuit tanquam nive tectus* Ps. 68, 15.: *cum omnipotens reges dispersisset in ea* (terra), *albuit* sc. ossibus trucidatorum cf. Virgil. Aen. 5, 865. 12, 36. Horat. Serm. 1, 8. Sed Schnurrero in Diss. philoll., תַּשְׁלֵג in תַּשְׁלִג mutato, haec placuit interpretatio: *quando omnip. fuderit reges pro eo* (populo), *recreabitur in umbra* coll. ثَلَجَ trop. *tranquillo et laeto animo esse*, أَثْلَجَ in IV. *laetitia aliquem affecit*, quasi *refrigeravit*; quemadmodum قَرَّ signif. 1) *friguit* 2) *laetus evasit.*

שֵׁלָה i. q. שְׁאֵלָה vid. sub rad. שׁאל.

שָׁלָה I) *erravit* ex incuria, *aberravit*, i. q. chald. שְׁלָה (quod in Targum. pro שָׁגָה et שָׁגַג ponitur Ps. 119, 21.), in Kal inusit, Niph. *erravit, delictum, peccatum per imprudentiam commisit* 2 Chron. 29, 11. Hiph. *decepit, fefellit* 2 Reg. 4, 28. — II) שָׁלָה et שָׁלֵו *tranquillus* et *securus fuit, prosperâ fortunâ tranquille usus est* Thren. 1, 5. Jer. 12, 1. Ps. 122, 6. Job. 12, 6.; praet. שָׁלַוְתִּי Job. 3, 25. — III) i. q. שָׁלַל *extraxit, excussit* Job. 27, 8. כִּי יֵשֶׁל אֱלוֹהַּ נַפְשׁוֹ *quando extraxerit Deus animam ejus* sc. e corpore, quod est animae quasi receptaculum aut vagina (cf. Dan. 7, 15.). Ita post Syr. et Chald. Rosenm. Umbreit. alii. Ingeniosâ Schnurreri (Diss. philoll. p. 268 sq.) conjecturâ non opus est.

שְׁלָה chald. *tranquillus fuit*, part. Pehil שְׁלֵה Dan. 4, 1.

שָׁלֵו m. et cum Jod שָׁלֵיו (Job. 21, 23.), שְׁלֵוָה foem. 1) *tranquillus* 1 Chron. 4, 40. Zach. 7, 7., spec. prospera fortuna tranquille utens Job. 16, 12. 21, 23. Subst. *tranquillitas* Job. 20, 20. 2) *securus, socors* atque adeo *impius* Ezech. 23, 42. — Plur. in regim. שַׁלְוֵי Ps. 73, 12.

שְׁלֵו m. *tranquillus* Jer. 49, 31.

שֶׁלֶו m. *tranquillitas*, unde cum affixo שַׁלְוִי Ps. 30, 7.

שַׁלְוָה f. 1) *id.* Ps. 122, 7. Prov. 17, 1. Ezech. 16, 49., hinc *pax* Jer. 22, 21., בְּשַׁלְוָה *in pace, pacis tempore* h. e. subito, ex improviso Dan. 8, 25. 11, 21. 2) *securitas, socordia, impietas* Prov. 1, 32.

שְׁלֵוָה f. chald. *tranquillitas*, cum affixo שְׁלֵוְתָךְ Dan. 4, 24.

שַׁל m. *error, delictum* 2 Sam. 6, 7. v. rad. I.

שֶׁלִי m., unde in pausa בַּשֶּׁלִי 2 Sam. 3, 27. adv. vel *tranquille* (h. e. remotis arbitris, seorsum) vel (si ad וַיְמִתֵהוּ referas) *per dolum* (v. שׁלה n. 1.), ut Vulg. et LXX. (ἐνεδρεύων).

שִׁלְיָה f propr. (ut arab. سَلًى) *membrana tenuis obvolvens foetum*

bruti vel hominis; deinde *secundae,* quod ex utero *extrahuntur* (v. שִׁלְיָה n. 3.) Deut. 28, 57.

שַׁלְאֲנָן m. Job. 21, 23. (compos. ex 2 synonymis שָׁלֵו et שַׁאֲנָן) *plane tranquillus.*

שָׁלוּת f. chald. *error, delictum,* per apocopen שָׁלוּ Dan. 6, 5. Esr. 4, 22. 6, 9. et sec. Kri Dan. 3, 29., ubi Cthib habet שָׁלָה vel שָׁלָה, alià formà.

שִׁילֹה (pr. *tranquillitas,* ad form. קִיטוֹר, קִימוֹשׁ all.), it. שִׁלֹה, שִׁילוֹ, שִׁלוֹ, nom. oppidi in tribu Ephraim Jos. 22, 9., ubi tabernaculum sacrum collocatum fuit a Josuae usque ad Eli tempora Jos. 18, 1. 19, 51. 21, 2. 1 Sam. 1, 3. 3, 21. 14, 3. 4, 3. 1 Reg. 2, 27. Ps. 78, 60. Jer. 7, 12. v. Rosenm. *Alterth.* II, 2, p. 138 sqq. Inde oritur nom. gentil. שִׁילֹנִי 1 Reg. 11, 29. 12, 15. Neh. 11, 5. — In loco Gen. 49, 10. admodum vexato, sunt qui hanc ipsam urbem dici existiment (v. Fullerus in nott. crit. ad h. l. p. 130 sqq.), ut sensus verborum: עַד־כִּי יָבֹא שִׁילֹה (שִׁלֹה, שִׁילוֹ, שִׁלוֹ: nam libri multum fluctuant, v. de Rossi ad h. l.) hic sit: Juda principatum (quo per desertum arab. utebatur, Num. 2, 3 sqq. 10, 14.) tenebit, *usque dum perveniatur Siluntem* (cf. 1 Sam. 4, 12.), unde reliquae tribus in suos quaeque agros discedebat, vel *dum venietur Siluntem* h. e. dum Silunte collocatum erit tabernaculum sacrum (h. e. ex mente poetae: perpetuo). Sed magis placet eorum interpretatio, qui שִׁילֹה de *tranquillitatis* aureae *auctore* h. e. de Messia dictum putant (v. Onkel. et Targ. Hieros., adde Rosenm. ad h. l.) coll. Ezech. 21, 32 (27), quanquam etiam Geddesii, Vateri et Gesenii interpretatio: *donec veniat* (contingat Israelitis) *tranquillitas* (et securitas ab hostibus), haud ineptum sensum exhibet. Aliis conflatum videtur hoc nom. ex שֶׁ et לֹה (לוֹ): *donec veniat is, cui* (cujus) est sc. sceptrum, principatus, h. e. Messias, vel (ut nuper voluit Staehelinus in Comment. sing. ad Gen. 49 Basil. 1827. 4. p. 12.) *donec, quod ei est, veniat* (h. e. *jus ejus*) cf. Lxx. τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. Alias explicationes v. ap. Jac. Alting. in *Schilo* s. de vaticin. Jacobi. Franecq. 1660. 4., ap. Rosenm. in Scholl. et ap. Vaterum in Comment. I, p. 320 sqq. Adde commentationes singul. Huthii (Erlang. 1745.), Genselii (Lips. 1781.), Wirsingii (Altorf. 1785.), Coingi (Marb. 1791.), Mössleri (Viteb. 1808.).

שַׁלְהֶבֶת vid. sub לַהַב.

שְׂלָו f., in pausa שְׂלָו et sec. Kri שְׂלָיו Exod. 16, 13. Num. 11, 32. Ps. 105, 40., *coturnix* (arab. سَلْوَى), sec. Schultensium in *Origin. hebr.* T. II, p. 73. 74. dicta a *pinguedine,* coll. arab. سلا IV. *pinguis fuit,* et alio *coturnicis* nomine سُمَانَى, similiter a *pinguedine,* quo alluditur Ps. 78, 31. Plur. שַׂלְוִים Num. 11, 31. — Singularis est sententia Jobi Ludolfi in *Commentar.* ad *Histor. Aethiop.* p. 168 sq. et in Append. II. P. II., qui *locustae* speciem intelligit: quam comprobant Wormius de *Corrupt. Antiquit. Hebr.* L. II. c. 14. Scheuchzerus in *Specim. Physic. S.* de *locustis* §. 15 sq et Frid. Hasselquist. in *Itinerar. Palaest.* p. 251. De *attelabo, locustae* specie, ob soni vicinitatem (q. d. הַשְׂלָו, mutato שׂ in ח) exponunt Majus et Clericus. Dubia tamen in contrarium moverunt Buddeus in *Histor. Eccles. V. T.* T. I, p. 472 sq. Cy-

PRIANUS in *Continuat.* FRANZII *Histor. animal.* p. 1394 sq., denique RUDBECKIUS fil. in *Ichthyologia Bibl.* P. I., qui novam viam ingressus, vocem שְׂלָו explicuit per gothicum *sylo* i. e. *piscis*: fuisse ergo שַׂלְוִים *pisces volatiles;* quod ipsum placuit J. D. MICHAELI in *Relation. Litterar. Hamburg.* an. 1749. p. 17. Sed vanae sunt hae conjecturae, nec quidquam valent ad evertendam eam sententiam, quae et vett. interpretum auctoritate et linguae arab. usu commendatur v. FABRI notas ad HARMARI *observv. de Oriente* T. II, p. 437 sqq. et WINER. Lexic. bibl. II, p. 731.

שֵׂעִיר propr. *horridus, hirsutus* 1) nom. viri Choritae Gen. 36, 20 sqq. (ut graec. *Λάσιος,* lat. Capella, Hirtius), a quo (ut vulgo creditur) 2) nomen duxit mons et regio *Seir* in finibus Idumaeae haud procul a mari mortuo Gen. 14, 6. 32, 3. 36, 8. Deut. 1. 2. 2, 1. Jos. 15, 10. 24, 4. 2 Chron. 20, 10. Ezech. 35, 2. etc., hod. جبال v. Rosenm. *Alterth.* II, 1, p. 126. Sec. alios (cf. Josephi Antiqq. 1, 19.) sic dicebatur ab *Esavo* (*hirsuto* quippe), cujus posteri hanc regionem occuparunt Deut. 2, 12. 2 Chron. 20, 10. (quanquam alibi ipse Esavus in his montibus sedes habuisse legitur Gen. 32, 3. 33, 14. 16.). Sed quidni potius a *densis silvis* montem *Seir* nominatum arbitremur (conf. infra שְׂעִירָה)?

שְׂעִירָה Jud. 3, 26. nom. propr. fortasse saltus, de cujus tamen situ nihil constat; coll. arab. شَعْرٌ *arbores perplexae*. Aliud v. sub שָׂעִיר.

שֵׂעָר m. *pilus* vel potius coll. *pili* (arab. sing. شَعْرَةٌ *pilus*, collect. شَعْرٌ *pili*) Zach. 13, 4. Levit. 13, 3. 10. 21.; קָדְקֹד שֵׂעָר *vertex pilosus* Ps. 68, 22., בַּעַל שֵׂעָר *homo pilosus* 2 Reg. 1, 8., אַדֶּרֶת שֵׂעָר *pallium e pilis confectum* Gen. 25, 25.; it. *coma, capillus* Cant. 4, 1. Num. 6, 5.

שְׂעַר m. chald. *coma* Dan. 3, 27. 7, 9.

שַׂעַר m. 1) *procella, turbo* Jes. 28, 2. pro סַעַר, quod vid. 2) *horror* Job. 18, 20. Ezech. 27, 35. 32, 10. 3) *pilus, capillus* Jes. 7, 20.

שַׂעֲרָה f. *pilus* Jud. 20, 16., hinc plur. שְׂעָרוֹת, constr. שַׂעֲרוֹת Ps. 40, 13. 69, 5., it. *capillus* Job. 4, 15. 1 Sam. 14, 46. 2 Sam. 14, 11. (ubi stat. constr. שַׂעֲרַת), cum affixo שַׂעֲרָתוֹ 1 Reg. 1, 52.

שְׂעֹרָה f. *hordeum* (planta) Exod. 9, 31. Deut. 8, 8. Job. 31, 40. Jes. 28, 25. Joël. 1, 11. (شَعِيرٌ et شَعِيرَةٌ *id.*), sic dictum, quod *pilosum* est et *hirsutum*, sicut lat. *hordeum* q. d. *horridum*, quo sensu et Homerus *Iliad.* 23, 600. *segetes* φρίσσειν, et Virgilius *Georg.* III, 199. *segetes horrescere* dixit. Plur. שְׂעֹרִים *hordea* (grana) Levit. 27, 16. Num. 5, 15. Ruth. 2, 17. etc.

שְׂעָרָה f. *turbo* (i. q. סְעָרָה) Job. 9, 17. Nah. 1, 3.

שַׁעַשְׁגַז nom. eunuchi pers. Esth. 2, 14., coll. pers. ساسكز *servus pulchrarum* (foeminarum).

שָׁפָה I) i. q. syr. ܫܦܐ *limavit*, Pih. *aequavit, complanavit*, in Kal non usitat., Niph. הַר נִשְׁפֶּה Jes. 13, 2. i. e. *mons planus* (LXX. ὄρος πεδινόν), *ein flacher Berg*; all. *mons nudus* (arboribus), *kahler Berg*, sed hanc vim inesse in voce syr., doceri non potest. Quod alii vertunt (ipse etiam Gesenius in interpr. germ.) *mons altus*, id, quanquam Saadiae auctoritatem prae se fert, effici nequit; nam arab. شفى *eminuit, prominuit* (quo voc. Rosenm. etiam utitur, quanquam is in verbo שׁפה explicando sibi non constat), unde sumtum sit, non apparet. — II) fortasse i. q. talm. שׁפה *contrivit*, it. *colavit, percolavit* v. שָׁפָה cf. Hartmann. thes. ling. ebr. III, p. 115. — Pyh. Job. 33, 21. שֻׁפּוּ עַצְמֹתָיו *nuda fiunt ossa ejus* sc. carne. Sed v. Kal. Magis placet: *contrita sunt ossa ejus*, coll. chald. שׁפה *attritus, contritus fuit.*

שְׁפִי, in pausa שֶׁפִי m. *collis planus* (coll. syr. ܫܦܝܐ *planities*) Num. 23, 3. Plur. שְׁפָיִים et שְׁפָיִם Jes. 41, 18. 49, 9. Jer. 3, 2. 21. 4, 11. 7, 29. etc.

שָׁפָה f. *caseus* sec. vett. intptes v. Bochartus in *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 52. cf. rad. n. 2. Plur. in regim. שְׁפוֹת 2 Sam. 17, 29.

שְׂפָם urbs (*colli*, ut videtur, inaedificata) in tribu Juda Num. 34, 10. 11., quae etiam numero plur. שִׂפְמוֹת 1 Sam. 30, 28. vocatur. Gentil. שִׂפְמִי legitur 1 Chron. 27, 27.

שָׂפָה f. propr. *extremitas*, ora (شفا, ܣܦܬܐ), ut vestis Exod. 28, 32., cortinae Exod. 26, 4. 36, 11., vasis 1 Reg. 7, 26. 2 Chron. 4, 5., maris aut fluvii (*ripa*) Gen. 41, 3. Exod. 2, 3. 7, 17. 2 Reg. 2, 13. Dan. 12, 8., (*littus*) Gen. 22, 17. Exod. 14, 30. 1 Reg. 4, 19., it. terrae alicujus (*terminus* extremus) Jud. 7, 22. Sed spec. dic. de extremitate oris et signif., max. in duali שְׂפָתַיִם (constr. שִׂפְתֵי) labrum, labium (شفة et شفة, chald. סְפָה, סִפְתָא) Ps. 22, 8. Dan. 10, 16. Hab. 3, 3. 1 Sam. 1, 13. Cant. 5, 13.; *aperire labia* Job. 11, 5. 32, 20. i. e. loqui incipere, *aperire labia alicujus* Ps. 51, 17. i. e. facere, ut quis loqui (laudes praedicare) possit, חָשַׂךְ שְׂפָתָיו *labia sua cohibere* h. e. linguae temperare Prov. 10, 19., נִיב שְׂפָתַיִם *proventus labiorum* h. e. oratio (celebratio Dei) Jes. 57, 19. coll. Hebr. 13, 15. καρπὸς χειλέων, אִישׁ שְׂפָתַיִם *loquax, garrulus* Job. 11, 2. (eod. fere sensu פֹּתֶה שְׂפָתָיו Prov. 20, 19.), עֲרַל שְׂפָתַיִם *praeputiatus labiis* h. e. balbutiens Exod. 6, 12., דְּבַר שְׂפָתַיִם passim *verba futilia* 2 Reg. 18, 20. Prov. 14, 23. Quemadmodum שָׂפָה in his formulis tanquam loquendi instrumentum spectatur, ita persaepe meton. dicitur a) de ipsa loquela et *sermone* Job. 12, 20. Prov. 22, 11., max. respectu habito animi, unde proficiscuntur sermones, עִקֵּשׁ שְׂפָתָיו *perversus labia* Prov. 19, 1., שִׂפְתֵי דַעַת *sermones prudentes* Prov. 14, 7., שִׂפְתֵי חֲלָקוֹת *sermones blandi* Ps. 12, 4., שְׂפָתַיִם דֹּלְקִים *labia flagrantia* i. e. sermones intimam amicitiam mentientes Prov. 26, 23. adde Prov. 12, 19. 17, 4. Zeph. 3, 9.; b) de *lingua* et *dialecto* Gen. 11, 7 sqq., שְׂפַת כְּנַעַן *lingua cananitica* Jes. 19, 18., עַם עִמְקֵי שָׂפָה מִשְּׁמוֹעַ *populus profundioris linguae, quam ut intelligatur* h. e. linguae barbarae intellectu difficilis Jes. 33, 19.

שֶׂפֶת f. *labium*, unde plur. in regim. שִׂפְתוֹת Eccles. 10, 12., cum affixo שִׂפְתוֹתֶיךָ Ps. 45, 3.

שָׂפָם m. *mentum* Levit. 13, 25. Ezech. 24, 17. 22. Mich. 3, 7., spec. *barba* 2 Sam. 19, 25.

שָׁפַח radix Hebr. inusit., aethiop. ሰፍሐ: *expandit, extendit, diffudit*. Conveniunt arab. فسح et صفح, nec non سفح. Ab hac rad. commode derivari possunt מִשְׁפָּחָה et מִשְׂפָּח, sed quo modo שִׁפְחָה inde oriatur, non liquet; certe, quod Gesenius nuper statuit, rad. *serviendi ministrandique* notionem habuisse, id audacius quam probabilius est. Vid. tamen Mahn *Berichtig.* p. 160.

שִׁפְחָה f. *ancilla*, serva (masc. עֶבֶד) Gen. 16, 1. Exod. 11, 5. Levit. 19, 20. 1 Sam. 25, 41. etc. In regim. שִׁפְחַת Gen. 16, 8. 25, 11., cum affixo שִׁפְחָתִי Gen. 16, 2. 5. etc., plur. שְׁפָחוֹת Gen. 12, 16. 2 Reg. 5, 26., cum affixo שִׁפְחֹתָיו Gen. 32, 22.

מִשְׁפָּחָה 1) *genus* animalium Gen. 8, 19. (ab *extendendo, diffundendo* dict.), *gens* hominum, sive angustiore sensu ita ut fere sit pro *familia* (quas plures comprehendunt tribus) Exod. 6, 14 sqq. Levit. 25, 47. Zach. 12, 12. Esth. 9, 28. Num. 1, 2. 26, 5 sqq. Deut. 29, 17. Jos. 7, 14 sqq. etc., aut pro *tribu* ac *stirpe* Gen. 10, 18 sqq. 12, 3. Ps. 107, 41. Jos. 7, 17., sive latiore ita ut *populum* significet Am. 3, 1. Mich. 2, 3. Jer. 8. 3. 25, 9. Ezech. 20, 32. coll. Ps. 22, 28. Metaph. de rebus inanimatis Jer. 15, 3. *quatuor familiae* (poenarum) i. e.

quatuor genera. — In regim. מִשְׁפַּחַת Levit. 25, 47. Num. 3, 21., c. affix. מִשְׁפַּחְתִּי Gen. 24, 38., מִשְׁפְּחֹתָם Jud. 18, 2.; plur. מִשְׁפָּחוֹת Ps. 107, 41., in regim. מִשְׁפְּחֹת Exod. 6, 15. 19. 24., cum affixo מִשְׁפְּחֹתָיו 1 Sam. 10, 23. etc.

שָׂפַח i. q. arab. سفح *defluere*, it. intransit. *effudit*, vid. ספח. Pih. שִׂפַּח Jes. 3, 17. שִׂפַּח אֲדֹנָי קָדְקֹד בְּנוֹת צִיּוֹן *defluere faciet dominus verticem* (capillos verticis) *Sionitarum* h. e. *decalvabit verticem Sion.*, ut recte explicuit Hieron. v. Rosenm. et Gesen. ad h. l.

מִשְׂפָּח *effusio* sanguinis Jes. 5, 7. coll. arab. سفّاح *effusor sanguinis, homo cruentus.*

שָׁפַט (semel שָׁפָט extra pausam 1 Sam. 7, 17.) 1) *judicavit, jus dixit (richten)* Job. 22, 13. Ezech. 44, 24. Ps. 58, 12., sq. acc. pers. Exod. 18, 22. 26. Deut. 16, 18. Jes 11, 4. Dan. 9, 12., שָׁפַט מִשְׁפָּט *judicium exercere, judicem sedere* Ps. 82, 1.; שׁ׳ מִשְׁפַּט אֱמֶת Zach. 7, 9. et שׁ׳ צֶדֶק Prov. 31, 9. et שׁ׳ מֵישָׁרִים Ps. 75, 3. *recte judicare;* שׁ׳ בֵּין Gen. 31, 53. Jes. 2, 4. Mich. 4, 3. שׁ׳ בֵּין -- בֵּין 1 Sam. 24, 16. Gen. 16, 5. *arbitrum esse inter* etc. Persaepe ita legitur, ut ex orationis contextu vel defendendi absolvendique vel condemnandi notio accedat: a) *jus suum dare, reddere* alicui Jes. 1, 7. Ps. 10, 18. 26, 1. 82, 3., שׁ׳ מִשְׁפַּט פ׳ eod. sensu Jer. 5, 28. Thren. 3, 59., praegnant. sq. מִן 2 Sam. 18, 19. שְׁפָטוֹ יְהוָה מִיַּד־אֹיְבָיו *vindicabit eum Jova ex potestate inimicorum* Ps. 43, 1. 1 Sam. 24, 16. b) *condemnavit, punivit* Eccles. 3, 17. 1 Sam. 3, 13. Ezech. 7, 3. Obad. 21. Ps. 109, 31. — 2) *texit* (v. דּוּן) Jud. 16, 31. 1 Reg. 3, 9. 2 Reg. 23, 22. v. שֹׁפֵט. — Niph. נִשְׁפַּט 1) *judicatus est* Ps. 9, 20. 37, 33. 2) reciproc. *contendit, disceptavit* Jes. 59, 4. 43, 26., sq. עִם pers. Joel. 3, 7 (4, 2.) 2 Chron. 22, 8., sq. אֵת Prov. 29, 9. Ezech. 17, 20. 20, 35., sq. לְ Jer. 25, 31., sq. עַל rei, *de* qua contenditur Jer. 2, 35., it. sq. acc. Ezech. 17, 20. 1 Sam. 12, 7. Ubi de Jova dicitur, passim habet sensum *puniendi*, poenas infligendi Ezech. 20, 35. 38, 22. 66, 16. — Pohel, unde part. cum affixo מְשֹׁפְטִי *judex meus* (al. *disceptans mecum*) Job. 9, 15.

שְׁפַט chald. *judicavit*, unde part. שָׁפֵט *judex*, plur. שָׁפְטִין Esr. 7, 25.

שֹׁפֵט (partic. praes.) subst. 1) *judex* Deut. 16, 18. 21, 2. Jos. 23, 2. 1 Chron. 26, 29. etc. 2) *regnator, princeps* Ps. 2, 10 (parall. מְלָכִים) Am. 2, 3 (parall. שָׂרִים). Ita appellantur etiam, qui post Josuae obitum, urgente necessitate, Israelitarum res ab hostium subito irruentium injuriis vindicarunt et, pace restituta, partim summum magistratum gesserunt (ut Samuel) Jud. 2, 16. 17. Ruth. 1, 1. 2 Reg. 23, 22. v. Riegler in Bertholdts theol. Journ. VII, 1 sqq. Winers Lexic. bibl. II, 575. Eodem nomine vocati sunt summi Carthagin. magistratus Liv. 30, 7. 32, 46. Aristot. Polit. 2, 11.

שְׁפוֹט m. *judicium* (Jovae) i. e. *poena* 2 Chron. 20, 9.

שְׁפוּט m. *id.*, plur. שְׁפוּטִים Ezech. 23, 10. (nisi potius a שְׁפוֹט declinatur, v. Gesen. L. p. 559.).

שֶׁפֶט m., plur. שְׁפָטִים *judicia* (Dei) i. e. *poenae* Exod. 6, 6. 7, 4.

Num. 33, 4. Prov. 19, 29. Ezech. 5, 10. 15. etc., cum affixo שְׁפָטַי Ezech. 14, 21.

מִשְׁפָּט m. 1) *judicium* i. e. a) quod exercetur a judice (*Gericht*) Levit. 19, 15. 35. Deut. 1, 17. Ps. 7, 7. 35, 23. Prov. 16, 10., עָשָׂה מִשְׁפָּט *judicium exercere, jus dicere* 1 Chron. 18, 14. 1 Reg. 7, 7., נִגַּשׁ אֶל־הַמִּשְׁפָּט vel הָלַךְ *ire, pergere ad judicem* Deut. 25, 1. Job. 34, 23., בּוֹא בְמִשְׁפָּט עִם פ׳ *cum aliquo ad judicem pergere* i. e. aliq. *in jus adducere* Ps. 143, 2. Job. 9, 32., בַּעַל מִשְׁפָּטִי *adversarius meus* in foro Jes. 50, 8. b) quod judex tulit, *sententia* judicis 1 Reg. 20, 14. Ps. 17, 2., max. ea, qua poena alicui constituitur Jer. 48, 21. 52, 9. 2 Reg. 25, 6. Zeph. 3, 8. (מִשְׁפַּט מָוֶת *sententia mortifera* Deut. 21, 22.), hinc plur. *judicia Dei* sunt poenae, quas Deus hominibus infligit Ps. 19, 10. 119, 75. — 2) *caussa* (forensis) Job. 23, 4., hinc עָרַךְ מִשְׁפָּט *instruere, orare caussam* Job. 13, 18., הִקְרִיב מִשְׁפָּט לִפְנֵי פ׳ *caussam deferre ad aliq.* Num. 27, 5., עָשָׂה מִשְׁפַּט פ׳ *alic. caussam agere* 1 Reg. 8, 45. Deut. 10, 18.; it. *crimen*, quod ad judicem adducitur, מִשְׁפַּט דָּמִים *crimen capitale* Ezech. 7, 23. Jer. 51, 9. — 3) *jus* Deut. 16, 19. 18, 3. 21, 17. 1 Sam. 2, 13. 8, 9. 10, 25. Job. 31, 13. Jer. 32, 7., *justum* Deut. 32, 4. Jes. 5, 7. (מֹאזְנֵי מִשְׁפָּט *bilances justae* Prov. 16, 11.), *justitia* Prov. 1, 3. Deut. 32, 4. Jer. 22, 15., unde בְּמִשְׁפָּט *juste* h. e. *aeque* Jer. 10, 24., לַמִּשְׁפָּט *ex aequo* 30, 11. — 4) *lex, statutum* Exod. 24, 3. Deut. 7, 11. Ps. 18, 23. 19, 10. Jer. 5, 4. 2 Chron. 33, 8. Levit. 18, 4. 5. 19, 37. Ezech. 20, 25. etc., max. de legibus divinis, (כַּמִּשְׁפָּט *secundum legem, legi convenienter* 2 Chron. 35, 13.), *norma* quaevis Exod. 26, 30.; מַה־יִּהְיֶה מִשְׁפַּט הַנַּעַר וּמַעֲשֵׂהוּ *quae erit lex* (norma vivendi) *hujus pueri, quaeve agendi ratio* (huic normae consentanea)? Jud. 13, 12. — 5) *mos, consuetudo, institutum* Gen. 40, 13. 1 Sam. 27, 11. Ezech. 5, 7. 2 Reg. 11, 14. 17, 26., *modus, habitus* 2 Reg. 1, 7. מֶה מִשְׁפַּט הָאִישׁ Vulg. *cujus figurae et habitus est vir ille?*

שָׁפַךְ 1) *fudit, effudit* (chald. et arab. سفك et سفح) Jes. 57, 6 (libamen), max. שָׁפַךְ דָּם *effudit sanguinem* Ezech. 24, 7. 1 Reg. 18, 28., quod passim est: *caedem fecit, commisit* 1 Reg. 2, 31. Gen. 9, 6. 37, 22. Ezech. 22, 6. 1 Sam. 25, 31. Transl. a) לִבּוֹ vel שׁ׳ נַפְשׁוֹ *animum suum effundere* i. e. in querelas effundi Thren. 2, 19. Ps. 142, 3., vel desideria sua aperire Ps. 62, 9. 1 Sam. 1, 15., ut nostrates dicunt, *sein Herz ausschütten*. (De loco Ps. 42, 5. v. sub voc. עַל). b) *effundere contumeliam* vel *spiritum suum in* al. dicitur Jova Ps. 107, 40. Joel. 2, 28 (3, 1.), quando largiter aliquem vel contumelia vel spiritu suo impertit. — 2) *aggessit, adaggeravit* (terram) Ezech. 26, 8. (nostr. dicunt: *aufschütten*). — Niph. נִשְׁפַּךְ 1) *effusus est* 1 Reg. 13, 3. 4. Deut. 12, 27., trop. *jecur meum in humum effusum est* Thren. 2, 11., *ut aqua effusus sum* Ps. 22, 15. i. e. penitus afflictus, toto animo consternatus sum. De phrasi: *sanguis effunditur* Gen. 9, 6. v. sub Kal. 2) *profusus est* Ezech. 16, 36 (de pecunia), ad quem l. v. Rosenm. — Pyh. שֻׁפַּךְ *effusus est* Num. 35, 33., trop. Ps. 73, 2. כְּאַיִן שֻׁפְּכוּ אֲשֻׁרָי (sec. Kri) *propemodum effusi fuissent gressus mei* h. e. parum abfuit, quin laberer (simil. *equo effusum* Livius dixit pro *delapso*, et *humi fusum* Virgilius pro *humi prostrato*). — Hithpah. הִשְׁתַּפֵּךְ *effundi*; trop. *anima mea effunditur* i. e. vel in querelas effundor (v.

Kal) vel summo dolore misere excrucior Job. 30, 16., sed Thren. 2, 12. eadem formula significat *exhalo animam, exspiro*, ut recte Vulg. vertit.

שֶׁפֶךְ m. *locus* ubi quid *effunditur* Levit. 4, 12.

שָׁפְכָה f. *testiculus*, quo urina et semen virile *effunditur* Deut. 23, 2.

שָׁפֵל *humilem esse vel reddi, deprimi* Jes. 40, 4 (de monte), deinde *dejici* Jes. 10, 33. 32, 29. (de silva), trop. de voce: *attenuari, frangi* Eccles. 12, 4. coll. Jes. 29, 4., de hominibus: dignitate et potentia exui, *deprimi*, de statu suo *deturbari* Jes. 2, 9. 11. 5, 15. 10, 33.; שְׁפַל רוּחַ (inf.) *demissum, modestum esse animo* Prov. 16, 19. — Hiph. הִשְׁפִּיל *humilem reddere, deprimere, dejicere* Jes. 25, 12. 26, 5. Ezech. 17, 24., הַשְׁפִּילוּ שֵׁבוּ humilem reddite sessionem h. e. *in humili loco considite* Jer. 13, 18., הַמַּשְׁפִּילִי לִרְאוֹת (Gesen. L. p. 547.) sc. עֵינָיו *demittit oculos ad videndum* (quae in terris geruntur). Alibi trop. *deprimere* aliquem (potentem vel fastuosum) Ps. 18, 28. 75, 8. 147, 6. Prov. 29, 23., *affligere* Job. 22, 29. ubi acc. pron. supplendus est v. Umbreit.

שְׁפַל chald. *id.*, Aphel *depressit* (potentem) Dan. 5, 19. 7, 24.; הַשְׁפֵּל לִבְבָהּ *animum demittere, se submittere* Dan. 5, 22.

שָׁפָל m., שְׁפָלָה f. *humilis* Ezech. 17, 6. 24. (arbor), *depressus* Levit. 13, 20 sq., trop. a) i. q. *ignobilis, vilis* 2 Sam. 6, 22. Mal. 2, 9 Ezech. 17, 14. 29, 14. 15., *afflictus* Ps. 138, 6. Job. 5, 11. b) שְׁפַל רוּחַ Prov. 29, 23. Jes. 57, 15. *demisso, submisso animo.* — In loco Ezech. 21, 31. habes masc. c. he paragog. שְׁפָלָה v. Ewald. Gr. p. 322.

שְׁפַל m. chald. *humilis* Dan. 4, 14.

שֵׁפֶל m. *humilitas* i. e. ignobilitas Eccles. 10, 6., it. *miseria, conditio misera* Ps. 136, 23. (ubi c. aff. שִׁפְלֵנוּ).

שִׁפְלָה f. *humilitas* Jes. 32, 19.

שְׁפֵלָה f. *locus humilis, regio depressior* Jos. 11, 16., spec. regio campestris ad mare mediterran. a Joppe usque ad fines Aegypt. patescens Deut. 1, 7. Jos. 9, 1. Jud. 1, 9. Jer. 17, 26. Obad. 19. Zach. 7, 7. etc. Cum affixo שְׁפֵלָתוֹ sec Kri Jos. 11, 16., sed Cthib habet שְׁפֵלָתָה, cum affixo foem., quod referendum ad praeced. אֶרֶץ vel עֲרָבָה. Cf. Reland. in *Palaest.* p. 187 sqq.

שִׁפְלוּת f., unde Eccles. 10, 18. שׁ׳ יָדַיִם *demissio, remissio manuum* i. e. *segnities.*

שָׁפָם vid. supra sub שָׂפָה.

שָׁפָן m. 1) animal quadrupes Levit. 11, 5. Deut. 14, 7., in rupibus degens Ps. 104, 18. et prudentia eminens Prov. 30, 26.; plur. שְׁפַנִּים. Multi sec. Rabbinos *cuniculum* dici putant, a rad. سفن *abrasit, everrit.* Sed praestat cum LXX. χοιρογρύλλιον h. e. *murem jaculum* (arab. يربوع), qui habet posteriores pedes prioribus longiores, intelligere v. Bocharti Hieroz. Tom. I, p. 1001 sqq. Oedmanni Collectt. IV, p. 48 sqq. Hasselquist Itiner. p. 277 sqq. Nec obstat, quod Shawius dicit, istud

animal in *arena* cuniculos agere; est enim muris jaculi species, quae, teste Pennanto, in rupibus degit (*Damar Israel* vocat Shawius). Ceterum cf. rad. شفن, quae habet notionem *astutiae* et *solertiae*, unde شَفُن *ingenio pollens, astutus, intelligens* Prov. 30, 26. — 2) nom. propr. virorum 2 Reg. 22, 3. 12. Jer. 36, 10.; Jer. 26, 24. 39, 14. 2 Reg. 22, 12. etc.

שָׂפַן i. q. צָפַן et כָּפַן *tegere, occultare;* Deut. 33, 19. שְׂפֻנֵי טְמוּנֵי *thesauri absconditi.*

שָׁפַע rad. Hebr. inusit., chald. et syr. *affluxit, abundavit, redundavit.*

שֶׁפַע m. *affluentia, abundantia* Deut. 33, 19.

שִׁפְעָה f. *copia*, in regim. שִׁפְעַת Job. 22, 11. 38, 34., spec. *copia sive magna vis* hominum 2 Reg. 9, 17. (ubi tamen, cum stat. regim. locum habere non possit, שִׁפְעַת videtur absol. esse) vel animalium Jes. 60, 6. Ezech. 26, 6.

שָׁפַף rad. Hebr. inusitat., v. stat.

שְׁפִיפֹן m. Gen. 49, 17. species serpentis majoris, *cerastes* sec. Hieron. (v. Plin. H. N.) vel *haemorrhous* (arab. سِف), qui quidem posterior dic. a *maculis*, punctis nigris et albis, quibus conspersus est, coll. rad. سَفَّ *maculis conspersit* v. Bocharti Hieroz. Tom. III, p. 205.

שָׂפַק I) *sufficit, satis fuit* (v ספק) 1 Reg. 20, 10. — II) *plausit, complosit* manus (prae laetitia), addito voc. כַּף Job. 27, 23. (arab. سفق et صفق *id.*). — Hiph. Jes. 2, 6. בְּיַלְדֵי נָכְרִים יַשְׂפִּיקוּ *sie schlagen ein mit Fremden* h. e. dextrâ datâ foedera pangunt v. Gesen. ad h. l.

שֶׂפֶק m. *plaga, castigatio* Job. 36, 18.

שָׁפַר (propr. *nituit*, ut arab. سفر), *pulcher, elegans, decorus fuit* (syr. et chald.), sq. עַל pers. *placuit* Ps. 16, 6. — Pih. Job. 26, 13. בְּרוּחוֹ שָׁמַיִם שִׁפְרָה (sine dag. f.) *spiritu suo coelos serenat* (pr. *decorat*). Sed videtur duarum structurarum confusio inesse; dicere volebat: רוּחוֹ שִׁפְּרָה etc.

שְׁפַר chald. *pulcher fuit*, sq. עַל pers. Dan. 2, 24. vel קֳדָם 3, 32. 6, 2. *placuit.* Fut. יִשְׁפַּר.

שׁוֹפָר m. *tuba, lituus* Exod. 19, 16. Levit. 25, 9. Jud. 3, 27. 1 Sam. 13, 3. 1 Reg. 1, 34. 39. Ps. 47, 6. etc. Cum arab. scribatur سَبُور, ad שָׁבַר *fregit* pertinere videtur, permutatis ב et פ, ut sic dictus sit a *sono fracto*, quem edit. — In regim. שׁוֹפַר Levit. 25, 9., plur. שׁוֹפָרוֹת Jos. 6, 4. Jud. 7, 16. 17., in regim. שׁוֹפְרוֹת Jos. 6, 4. 6. 8. 13.

שֶׁפֶר m. *pulchritudo, elegantia* Gen. 49, 21. Abiit etiam in nom. propr. *montis* Arab. desertae Num. 33, 23 sq.

שִׁפְרָה Job. 26, 13. v. sub ipsa rad.

שָׁפִיר nomen urbis Mich. 1, 11., auctore EUSEBIO, in montanis sitae inter Eleutheropol. et Ascalonem, v. ROSENM. ad h. l.

שַׁפִּיר m. chald. *pulcher, decorus* Dan. 4, 9. 18.

שַׁפְרִיר, vel sec. Ctbib שַׁפְרוּר *splendidum* aliquid spec. Jer. 43, 10. *splendidum, magnificum* Nebucadnezaris *tentorium, Prachtzelt.* Alii vertunt: *tectum, quod throno regis imminet (Baldachin),* a stragula, qua ornatum est, coll. arab. سُفْرَةٌ *corium orbiculare, quod solio insternitur,* sed vid. ROSENM. ad l. c.

שְׁפַרְפָּרָא chald. *aurora* Dan. 6, 20. Syr. ܫܦܪܐ *id.* coll. arab. سفر *illuxit, nituit, splenduit,* أسفر *matutinus fuit.*

אֶשְׁפָּר m. 2 Sam. 6, 19. 1 Chron. 16, 3., quod vulgo huc referunt, vid. suo loco in littera א.

שָׁפַת 1) *posuit* Ps. 22, 16. וְתִשְׁפְּתֵנִי לַעֲפַר מָוֶת *pones me in pulvere mortis* h. e. morti proximum me facies; it. *apposuit* ollam igni 2 Reg. 4, 38. Ezech. 24, 3. (coll. arab. أثفى *imposuit chytropodi ollam, tripode fulsit eam*). 2) sq. לְ pers. *dedit, largitus est* (ut alia vv. ponendi) Jes. 26, 12. ROSENM. vertit: *disposuit, praeparavit.*

שְׁפַתַּ m., unde dual. שְׁפַתַּיִם Ps. 68, 14. Ezech. 40, 43. vulgo *canales,* a rad. سفت *bibit,* sed MUNTINGHIUS docuit, hoc v. non dici nisi de potu ac cibo *insalubri* et in quo nihil sit alimenti. Itaque rectius *stabula* (v. מִשְׁפְּתַיִם) cum MUNTINGHIO interpretaberis, quae a *ponendo, statuendo* pecore recte dici poterant, nec erat, quod ROSENM. nuper ab hac explicatione discederet, Chaldaeos interpretes secutus, qui *terminum* vertunt. Certe istam explicationem et psalmor. loco satis accommodatam nec ab Ezech. loco alienam esse, facile patebit. In illo *recumbere inter stabula* notat vitam pacatam rebusque affluentem, in Ezech. vero victimae significantur, quae Jovae offerri et in atriis alligari solebant.

אַשְׁפּוֹת et אַשְׁפֹּת v. sub rad. אשׁף.

מִשְׁפְּתַיִם *stabula* vel *crates, caulae,* quibus pecus noctu includitur Gen. 49, 14. Jud. 5, 16. Dualem in simili voce גְּדֵרוֹתַיִם deprehendis.

שֶׁצֶף m. *vehementia, gravitas* irae Jes. 54, 8. a rad. arab. شظف *durus, vehemens fuit,* vel (quae est ROSENM sententia) i. q. שֶׁטֶף (cf. שֶׁטֶף אַף Prov. 27, 4.). Hoc praeferendum, cf. עֶבְרָה.

שָׁק chald. v. sub rad. שׁוּק.

שַׂק m. gener. *id quod e filis cilicinis* (admodum crassis) *contextum est* Jes. 3, 23. מַחֲגֹרֶת שָׂק *balteus cilicinus;* spec. *vestis ex ejusmodi filis confecta, cilicium* Gen. 42, 25 sqq. Levit. 11, 32., quo lugentes utebantur Gen. 37, 34. 2 Sam. 3, 31. Neh. 9, 1. Ps. 30, 12. Job. 16, 15.

Jon. 3, 6. Esth. 4, 1. cf. Luc. 10, 13. Joseph. bell Jud. 2, 12, 5., nec non prophetae austerae vitae speciem affectantes Jes. 20, 2. cf. Mt. 3, 4. (graec. σάκκος). Cum affixo שַׂקִּי, plur. שַׂקִּים Jos. 9, 4. 2 Sam. 3, 31. De origine voc. non satis constat. Sunt, qui aethiop. መሥንቆት፡ *saccus, quo viaticum portatur* (a rad. שׂנק) conferant; sed rectius haud dubie Gesenius statuit, aethiop. ሥቅ፡, quod hebraico voc. respondet (v. Castelli Lex. hept. 2600.) proprie significare *texturam reticulatam*; nam סכסך est: *septum reticulatum* et נסכסך *cancellis munitus*.

שָׁקַד propr., ut arab. شقذ, *insomnis fuit* Ps. 102, 8., hinc *vigilavit* Ps. 127, 1. Esr. 8, 29. Job. 21, 32. (ubi v. Umbreit.), deinde translate: a) sq. עַל *invigilavit* rei h. e. diligenter attendit, omne studium contulit in aliquid Jer. 1, 12. Dan. 9, 14. Prov. 8, 34. Jes. 29, 20. coll. Jer. 44, 27. b) *insidiatus est* Jer. 5, 6. — A *vigilando* facile potuit etiam *alacritatis* et *festinationis* notio oriri v. שָׁקֵד. [Pyh. מְשֻׁקָּדִים v. sub nom. sq.].

שָׁקֵד m. *amygdala*, et arbor (florem ac fructum ante reliquas arbores *festinans* sive *maturans*) Jer. 1, 11. Eccles. 12, 5. et fructus Gen. 43, 11. Num. 17, 23. vid. Celsii *Hierobot.* P. I, p. 297. Plinius L. XVI. c. 25. et Theophrastus in *Histor. plant.* L. I. c. 15. Inde formatum est Pyh. part. plur. מְשֻׁקָּדִים *amygdalata* i. e. *ad formam amygdalorum facta* Exod. 25, 33. 34. 37, 19. 20.

שָׂקַד in Kal inusit., Niph. נִשְׂקַד עֹל פְּשָׁעַי *ligatum, compactum est jugum* peccatorum meorum h. e. gravissimae poenae mihi inflictae sunt Thren. 1, 14.

שָׁקָה *bibit*, in Kal inusit. (arab. سقى *rigavit*, etiam chald. syr. aeth.), Niph. נִשְׁקְה *irrigari, adaquari* Am. 8, 8. sec. Cthib, sed Kri habet וְנִשְׁקְעָה v. infra. — Hiph. הִשְׁקָה *bibendum dedit, potum praebuit* alicui sq. acc. pers. Jud. 4, 19., sq. acc. pers. et rei Num. 5, 24. Jer. 35, 1. Prov. 25, 21. Gen. 24, 43., semel sq. בְּ rei Ps. 80, 6. (מַשְׁקֶה subst. *pincerna, pocillator* Gen. 40, 1. 2. 41, 9.), *adaquavit* pecus Gen. 29, 10. 24, 46., *rigavit, irrigavit* Gen. 2, 6. 10. Joel. 4, 18. (3, 18.) Ps. 104, 13. Deut. 11, 10. (ad quem l. v. quae dicta sunt sub v. רגל). Fut. apoc. יַשְׁק Gen. 29, 10., תַּשְׁק Gen. 21, 18. — Pyh. מֹחַ עַצְמוֹתָיו יְשֻׁקֶּה *medulla ossium ejus irrigabitur* h. e. vegeto gaudebit corpore Job. 21, 24. cf. Prov. 3, 8.

שֹׁקֶת f. *canalis potatorius* Gen. 24, 20.

שֶׁקֶת *id.*, plur. in regim. שִׁקְתוֹת Gen. 30, 38.

שִׁקּוּי m. *potus* Hos. 2, 7 (4), ubi plur. c. affixo שִׁקּוּיָי, it. *irrigatio, recreatio* Prov. 3, 8.

שִׁקּוּ (al. שִׁקּוּי) m. *potus*, unde plur. c. affixo שִׁקּוּיַי Ps. 102, 10.

מַשְׁקֶה m. 1) *locus irriguus* (arab. مَسْقًى *campus, hortus rigatus*) Gen. 13, 10., in regim. מַשְׁקֵה Ezech. 45, 15. 2) *potus* Levit. 11, 34.

Jes 32, 6. כְּלֵי מַשְׁקֵה הַמֶּלֶךְ *vasa potatoria regis* 1 Reg. 10, 21. 2 Chron. 9, 20. Aliud v. sub rad.

שָׁקַט (propr. *sidere, subsidere*, ut arab. سقط v. HARTMANN. Einl. p. 294.) *quietus fuit, quievit*, et de eo, qui non infestatur Jer. 30, 10. 48, 11. 2 Reg. 11, 20. Jud. 18, 7. Zach. 1, 11. 1 Chron. 4, 40. (spec. שׁ׳ מִמִּלְחָמָה *pacatum esse* Jos. 11, 23. 14, 15.), et de eo, qui nihil agit Jes. 62, 1. Jer. 47, 6. 7. Ruth. 3, 18., maxime cum agere deberet (*segnis*), hinc de Jova, qui homines auxilio suo destituit Ps. 83, 2. cf. חרשׁ; it. *tranquillus* h. e. ab animi commotione vacuus *fuit* Jer. 49, 23. (Job. 3, 26.). Fut. יִשְׁקֹט, 1. p. c. he parag. אֶשְׁקֳטָה Jes. 18, 4. sec. Kri, sed Cthib habet אֶשְׁקוֹטָה. — Hiph. הִשְׁקִיט 1) transit. *tranquillavit* Job. 34, 29., *tutum praestitit* aliquem ab al. re sq. לְ pers. et מִן rei Ps. 94, 13., *sedavit* Prov. 15, 18 (contentionem). 2) intrans. *quietus, tranquillus fuit* vel potius: *quietum se tenuit, Ruhe halten* Jes. 57, 20., infin. הַשְׁקֵט *quies, tranquillitas* Jes. 32, 17. Ezech. 16, 49. Singulare est, quod Job. 37, 17. legitur *incalescunt vestes* בְּהַשְׁקִט אֶרֶץ מִדָּרוֹם *cum quiescit terra a vento australi* h. e. cum terram premit aër fervidus et immobilis, qualis esse solet flante vento australi, *bei schwüler Luft*.

שֶׁקֶט m. *quies* 1 Chron. 22, 9.

הַשְׁקֵט infinitivus nominascens vid. in rad.

שָׁקַל 1) *libravit, pependit* (arab. ثقل et شقل *id.*, ܫܩܠ *librando tulit*) 2 Sam. 14, 26. (quem locum, male vulgo intellectum, bene illustravit OEDERUS in *Observatt. S.* p. 738 sq.) Jes. 40, 12. Jer. 32, 10. Exod. 22, 16. (שֹׁקֵל Jes. 33, 18. subst. *ponderator* h. e. exactor tributorum, qui statera examinavit numos); sq לְ vel עַל יְדֵי pers. *appendit* Esr. 8, 26. Gen. 23, 16. Esth. 3, 9. (paullo aliter Esth. 4, 7. שׁ׳ עַל־גִּנְזֵי הַמֶּלֶךְ *appendit* h. e. solvit *thesauris regiis*); praegn. *appensum accepit* 2 Sam. 18, 12. Transl. Job. 31, 6. יִשְׁקְלֵנִי בְמֹאזְנֵי צֶדֶק *ponderet me* (Deus) *bilancibus justis* (aequis) h. e. examinet, qualis fuerit vita mea. Fut. יִשְׁקֹל, 1. p. sing. semel אֶשְׁקֲלָה, tanq. ab שָׁקֵל, Jer. 32, 9. — Niph. נִשְׁקַל *pendi* Job. 6, 2. trop., it. *appendi* Job. 28, 15., sq. עַל־יַד פ׳ Esr. 8, 33. — Cet. v. sub אַשְׁקְלוֹן.

שֶׁקֶל m. *siclus* i. e. (ante exilium babyl.) certum quoddam argenti Gen. 23, 15. Exod. 21, 32. Levit. 26, 3. 27, 6. 16. Jos. 7, 21. Am. 8, 5. aurive pondus, quod pro moneta fuit. Passim omissum est hoc voc., ubi כֶּסֶף vel זָהָב junctum habet numeralia Gen. 20, 16. 37, 28. 24, 22. Deut. 22, 19. *Quantum* fuerit, non satis liquet, sed plurimi recentiorum, cum Exod. 30, 13. siclum 20 fabas (גֵּרָה) aequasse legatur, statuunt pondus fuisse 96 granulorum parisiens. Veruntamen videtur, regum certe aetate, duplex siclus fuisse, *regius* alter 2 Sam. 14, 26., alter *sacer* Exod. 30, 15., quorum quae mutua ratio fuerit, vix definiri potest. Multi existimant, regium aliquanto leviorem fuisse sacro v. CARPZOV. Appar. p. 691 sqq. MICHAELIS de siclo ante exil. babyl. in Commentatt. Soc. Gott. 1752. II. WINERI Lex. bibl. II, p. 630. Plur. שְׁקָלִים Exod. 21, 32. Levit. 5, 66., in regim. שִׁקְלֵי 1 Chron. 21, 25.

אַשְׁקְלוֹן *Ascalon*, urbs Philistaeor. ad mare mediterran. sita, in

sexto decimo lapide a Gaza septentrionem versus, Jud. 1, 18. 14, 19. 1 Sam. 6, 17. 2 Sam. 1, 20. Zach. 9, 5. (arab. عسقلان). Gentil. אַשְׁקְלוֹנִי Jos. 13, 3. Nomen derivant a שְׁקַל syr. *migravit, profectus est*, sam. *exterminavit*. V. Rosenm. *Alterth*. II, 2, p. 377 sqq.

מִשְׁקָל m. *pondus* (arab. مثقال *id.*) Levit. 19, 35. 2 Reg. 25, 16. Job. 28, 25. Ezech. 4, 16. 2 Sam. 12, 30. 1 Chron. 21, 25. In regim. מִשְׁקַל Jud. 8, 26. 1 Sam. 17, 5., cum affixo מִשְׁקָלוֹ Gen. 24, 22. Jos. 7, 21.

מִשְׁקוֹל m. *id.* Ezech. 4, 10.

מִשְׁקֶלֶת f. *perpendiculum*, quo rerum rectitudo *examinatur* Jes. 28, 17.

מִשְׁקֹלֶת f. *id.* 2 Reg. 21, 13.

שִׁקְמָה (qui sing. passim in Talm. occurrit) f., plur. שִׁקְמוֹת (שִׁקְמוֹת?) Ps. 78, 47. et שִׁקְמִים *sycomori* 1 Reg. 10, 27. 1 Chron. 27, 28. 2 Chron. 1, 15. Jes. 9, 9. Am. 7, 14. (v. Winer. Lex. bibl. II, p. 435.). Oriri putant hoc voc. nonnulli a rad. سقم *male habuit, aegrotavit*; *sycomori* enim, ut alii ejusmodi fructus, concoctu sunt difficiliores eoque facile *morbos creant*, unde Dioscor. I, 182. fructum κακοστόμαχον vocat. Aliis vero dicti videntur sycomori a שׁכם (mutata כ lit. in ק), quod sunt admodum feraces et fructus post fructus quasi *festinantes*. Ceterum de hac arbore duplex exstat commentatio, una Hadelichii in *Actis Academiae Electoralis Moguntinae* T. II. num. 32., altera Warnekrosii in *Repertorio litterat. biblicae et Orient.* T. XII. XIII.

שָׁקַע *sidit, desedit* (chald. Ithpa. *id.*) Jer. 51, 64. *projice lapidem in Euphratem et dic* כָּכָה תִּשְׁקַע בָּבֶל *sic desidet, demergetur Babylon*, Num. 11, 2. *considit ignis* (*sinkt zusammen*); hinc *submersus est* (*unter das Wasser sinken*), *inundatus est* Am. 9, 5. — Niph. *submersus est* Am. 8, 8. sec. Kri, sed Ctbib habet נִשְׁקְה. — Hiph. הִשְׁקִיעַ 1) *desidere, subsidere fecit* aquam Ezech. 32, 14. 2) *demersit, depressit* Job. 40, 25.

מִשְׁקָע m. *locus* ubi aqua *desedit* et limpida facta est Ezech. 34, 18.

שְׁקַעֲרוּרוֹת plur. f. *demersiones profundae, loca depressa* in pariete Levit. 14, 37., compos. ex 2 radicibus cognatis שׁקע et arab. قعر *descendit ad fundum, fundum petiit*, it. *profundus fuit*, unde קְעָרָה *patina profundior*.

שָׁקַף propr., ut videtur, *prominuit, exstitit, protendit* sive *exseruit se* coll. arab. سقف (quod sensum habet *longitudine procurvata prominendi*, v. Schultens. in *Commentar.* ad Prov. 7, 6. Ewald. Gr. p. 217.), in Kal non occurrit, Niph. נִשְׁקַף propr. *se protendere* spectandi caussa (cf. παρακύπτειν), hinc *prospexit, prospectavit* Jud. 5, 28. Prov. 7, 6. 2 Sam. 6, 16. (e fenestris) Jer. 48, 19.; etiam de rebus inanimatis Num. 21, 20 (*prospectat mons versus desertum*) 23, 28. 1 Sam. 13, 18. Jer. 6, 1 (*prospectat a septentrione* i. e. imminet nobis *malum*). Adde

Cant. 6, 10. Trop Ps. 85, 12. *fides e solo propullulat* et *justitia ex alto prospectat* i. e. plena omnia sunt fide et justitia coll. Jes. 45, 8. — Hiph. הִשְׁקִיף propr. *protendere, exserere* oculos, hinc *prospicere, spectare* Ps. 14, 2. 53, 3. (de coelo) Gen. 26, 8 (e fenestris).

שָׁקוּף m., plur. שְׁקֻפִים *projecturae;* חַלּוֹנֵי שְׁקֻפִים *fenestrae prominentes* i. e. quarum limen superius prominet 1 Reg. 6, 4. Sed aliis שָׁקוּף est *contignatio,* ut arab. سقف, v. sub אטם.

שֶׁקֶף m. vel *limen* superum *prominens,* vel *tectum* (januae) 1 Reg. 7, 5.

מַשְׁקוֹף *superliminare prominens* Exod. 12, 7. 22. 23.; sed de hoc etiam voc. dubitatur, v. Rosenm.

שָׁקַץ *abominabilis fuit,* in Kal inusit., Pih. שִׁקֵּץ 1) *abominabilem fecit, contaminavit* Levit. 11, 43. 20, 25. שׁ׳ נַפְשׁוֹ *se contaminavit* (comedendis carnibus animalium immundorum). 2) *abominabilem habuit, abominatus, detestatus est* Ps. 22, 25., max. ea, quae immunda sunt ex lege mos. Levit. 11, 11. Deut. 7, 26.

שֶׁקֶץ m. *res abominabilis* et *detestabilis* Levit. 7, 21. 11, 10. 12. 13. Jes. 66, 17. Ezech. 8, 10. etc.

שִׁקּוּץ m. *abominatio* vel potius *res abominanda* Nah. 3, 6. (ubi v. Rosenm.), max. de idolis Hos. 9, 10. Jer. 4, 1. Ezech. 5, 11. 1 Reg. 11, 5. 7. 2 Reg. 23, 13. (שׁ׳ מְשֹׁמֵם Dan. 9, 27. coll. 11, 31. 12, 11. *βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως* i. e. statua Jovis Ol. ab Antiocho Epiph. in templi hieros. tecto collocata); semel de carnibus victimarum diis immolatarum Zach. 9, 7.

שָׁקַק *discurrit, discursavit* cupidine incensus, ut solent ursi Prov. 28, 15., locustae Jes. 33, 4. Joel. 2, 9., hinc *avidus fuit* Ps. 107, 9. Jes. 29, 8. (נֶפֶשׁ שׁוֹקֵקָה) cf. arab. شاق I. et VIII. *concupivit, desideravit.* — Hithpah. *discursare* Nah. 2, 5.

מַשָּׁק vid. sub rad. משק.

מַשַּׁק (more chald. secundâ radicali deficiente in prima compensatâ) m. *discursitatio, vagatio,* in regim. מַשַּׁק Jes. 33, 4.

שָׁקַק v. sub voc. שַׂק.

שָׁקַר *mentitus est* (chald. et syr. *id.*), *fefellit* sq. dat. pers. Gen. 21, 23. — Pih. שִׁקֵּר *id.* 1 Sam. 15, 29., sq. בְּ pers (*jem. anlügen*) Levit. 19, 11., *perfide egit, fidem fefellit* Jes. 63, 8., plenius שׁ׳ בֶּאֱמוּנָתוֹ Ps. 89, 34., hinc שׁ׳ בִּבְרִית יְהוָה *foedus Jovae frangere* Ps. 44, 18.

שֶׁקֶר m. 1) *mendacium* Job. 36, 4. Jer. 8, 8. 23, 14. 28, 15. Prov. 19, 5., דְּבַר שֶׁקֶר *id.* Exod. 5, 9. 23, 7., עֵד שֶׁקֶר *testis mendacii* h. e. falsus Deut. 19, 18.; semel meton. שֶׁקֶר pro אִישׁ שֶׁקֶר *mendax* Prov. 17, 4. 2) *fraus* quaevis, *vanitas* Hos. 7, 1. Ps. 119, 104. 2 Sam. 18, 13., meton. Prov. 31, 30. *venustas est vanitas (fucus),* vana species, Ps. 34, 17. שֶׁקֶר הַסּוּס לִתְשׁוּעָה i. e. *fallax est equus ad victoriam* (quod attinet). — Cum praefix. לַשֶּׁקֶר vel *falso* Levit. 19, 12. Deut. 5, 11. Jer. 5, 2. Zach. 5, 4., vel *frustra* 1 Sam. 25, 21., בַּשֶּׁקֶר et *falso* Jer.

20, 6. 29, 9. et simpl. שֶׁקֶר *sine caussa, immerito* Ps. 35, 19. 38, 20. 69, 5. — Plur. שְׁקָרִים Prov. 12, 17., c. affixo שִׁקְרֵיהֶם Jer. 23, 31.

שָׂקַר in Kal inusit., Pih. מְשַׂקְּרוֹת עֵינָיִם *oculos circumferentes* (quod est impudentium) Jes. 3, 16. coll. chald. et syr. סְקַר *intueri, oculis vagari.* Ejusmodi mulierem PLAUTUS vocat (Aul. 1, 1, 2.) *circumspectatricem cum oculis emissitiis.* Aliam interpretationem: *fucantes* stibio *oculos,* coll. chald. סקר *fucare, colorare* spec. oculos, bene refutavit ROSENM. ad l. c.

שֹׁר *umbilicus* vid. sub rad. שרר.

שַׂר vid. sub rad. שרר.

שְׁרָא chald. vid. sub rad. hebr. שרה.

שַׁרְאֶצֶר nom. propr. filii Sancheribi Jes. 37, 38. 2 Reg. 19, 37. Videtur esse persic. سرآذر *princeps ignis,* aut quod ROSENMUELLERO placuit, سرآسر *princeps palatii.*

נֵרְגַל שַׂרְאֶצֶר Jer. 39, 3. 13. nom. propr. viri (*Neriglissaris?*) v. ROSENM. ad h. l.

שָׁרַב rad. Hebr. non usitat., chald. *arsit, combustus est,* Ithpe. *exsiccatus est,* syr. ܫܪܒ *aruit.*

שָׁרָב m. *ardor, aestus* solis Jes. 49, 10. (JARCHIUS interpretatur חום), deinde Jes. 35, 7., ut arab. سراب, *species vasti et profundi aequoris,* quam in oriente arenosi campi meridiano tempore eminus spectantibus praebent quaeque repercussis solis radiis efficitur v. CURTIUS L. VII. c. 5. CORAN. Sur. 24, 40. SCHULTENS. *Opp. min.* p. 278. ROSENM. et GESEN. ad h. l. Verba vatis haec sunt: הָיָה הַשָּׁרָב לַאֲגַם *convertetur aquarum species in lacum* (verum).

שַׁרְבִיט v. sub שֵׁבֶט.

שָׂרַג *implicuit, implexit* (cf. שׂרך et chald. סרג), in Kal inusit., Pyh. שֹׂרַג *implicitum, perplexum esse* (de nervis) Job. 40, 17. — Hithpah. *implicuit se* Thren. 1, 14. de peccatis, quae jugo contorto et e lignis quasi complicato assimilantur.

שָׂרִיג (formae dagessandae) m. i. q. arab. سَرْغ *palmes vitis,* sic dictus, quod habet capreolos *valde implicatos,* talm. זַרְגּוּן. Plur. שָׂרִיגִים Gen. 40, 10. 12., cum affixo שָׂרִיגֶיהָ Joël. 1, 7. (Chald. סְרִיג *perplexum, implexum* quodvis).

שָׂרַד I) i. q. شرد *fugit,* ܫܪܕ *trepidavit, trepidanter fugit* Jos. 10, 20. — II) i. q. arab. سرد *suit, consuit, contexuit.*

שָׂרִיד 1) *superstes e clade, elapsus e clade* communi, arab. شَارِد *fugiens, fugax* (plene שָׂרִיד חֶרֶב Jer. 31, 2.) Num. 21, 36. 24, 19. Deut. 2, 34. Jos. 8, 22. 2 Reg. 10, 11. Job. 20, 21., collect. Jud. 5, 13.

Plur. שְׂרִידִים Jos. 10, 20. Joël. 2, 2., cum affixo שְׂרִידָיו Job. 27, 15. Obad. 14. 2) urbs in finibus Zabulon Jos. 19, 10. 12.

שְׂרָד m. *textura,* unde בִּגְדֵי שְׂרָד *texta aulaea, tapetes* Exod. 31, 10. 35, 18. 39, 1. 41., i. q. chald. כְּרָדִין (Onkel. Exod. 27, 9.), ut jam vidit Jarchius.

שֶׂרֶד m. Jes. 44, 13. vulgo *rubrica* (quod defendit Bochartus in *Hieroz.* P. II, p. 696 sq.), rectius fortasse *stylus* coll. arab. سِرَاد *acus sutorum, subula* et talm. שרט, שרטט *lineas ducere,* v. Gesen. ad h. l.

שָׂרָה I) *solvit (maceravit* v. מִשְׂרָה) v. Pih., deinde *devertit, commoratus est* (chald. et syr. *id.*), in Kal non legitur nisi Ezech. 3, 15. ואשׂה sec. Cthib h. e. וָאֵשֶׂה et *habitavi,* sed Kri habet et וָאֵשֵׁב. — Pih. שֵׂרָה Jer. 15, 11. אִם לֹא שֵׂרִיתִךָ לְטוֹב sec. Kri *si non solvero te in bonum* h. e. si non liberavero te (nam *solvere* possit etiam esse deserere); sed Cthib habet שרותך, quod legendum existimamus שֵׁרוּתְךָ *solutio* tua (sc. erit), non, ut Rosenm. nuper voluit, שָׁרוֹתְךָ *solvendo te.* — II) fortasse i. q. شرى *micuit, coruscavit* fulgur, v. שִׁרְיָה, שִׁרְיֹן, שִׁרְיוֹן.

שְׁרָא chald. 1) *solvit* Dan. 5, 16 (nodos), partic. Pehil plur. שְׁרַיִן *soluti* vinculis Dan. 3, 25. 2) *devertit, commoratus est, habitavit* Dan. 2, 22., ut graec. καταλύω, desumta phrasi ab iis, qui in hospitium devertentes, sarcinas suas et jumenta *solvere* solent. — Pah. 1) *solvit* Dan. 5, 12 (nodos). 2) *incepit* (cf. hebr. חלל) Esr. 5, 2. — Ithpa. *solutus est* Dan. 5, 6. *ligamina lumborum ejus solvebantur* h. e. tanta eum cepit consternatio, ut consistere non posset.

שָׁרוֹן tractus campestris a Joppe ad Caesaream usque, in quo latissimi et fertilissimi campi pascendis gregibus aptissimi Jos. 12, 18. Cant. 2, 1. Jes. 33, 9. 35, 2. 65, 10. 1 Chron. 5, 16. cf. Act. 9, 35. v. Rosenm. *Alterth.* II, 1, p. 150. De origine voc. dubitatur. Si est a שָׂרָה, possit *regionem,* in qua pecus *dimittitur* ad pascendum, significare. Sed Bochartus a שׁוּר derivat, ut sit *regio lati prospectus.* Denique Simonisio dictum videtur pro יְשָׁרוֹן *planities,* non inepte.

שֵׁרוּת v. sub ipsa rad.

שִׁרְיָה f. *lorica* (a *splendore*) Job. 41, 18.

שִׁרְיָן m. *id.* 1 Reg. 22, 34. 2 Chron. 18, 33. Jes. 59, 17.

שִׁרְיוֹן m. 1) *id.* (chald. et syr. ܫܪܝܢܐ) 1 Sam. 17, 5. 38., plur. שִׁרְיֹנִים Neh. 4, 10. et שִׁרְיֹנוֹת 2 Chron. 26, 14. Pro שִׁרְיוֹן quoque scribitur סִרְיוֹן, unde cum affixo סִרְיֹנוֹ Jer. 51, 3., plur. סִרְיֹנוֹת Jer. 46, 4. 2) nom. *Hermonis* (ap. Sidonios) Deut. 4, 48., v. dicta sub שִׂיאוֹן et שְׂנִיר.

מִשְׂרָה f., unde מִשְׂרַת עֲנָבִים *maceratio uvarum, succus uvarum* maceratione elicitus Num. 6, 3. Orientalium *Arab sorbet* intelligit Lufft in *Illustrat. Bibl. ex Itinerar.* p. 83.

שָׂרָה I) *principatum tenuit*, arab. سرى propr. *prominuit, promicuit*, deinde *generosus, liberalis fuit* (سرى *generosus, liberalis, principalis, princeps ipse*, adject. سرى *celsus*), conf. radd. cogn. שׂוּר et שָׂרַר, v. מִשְׂרָה. — II) *contendit, certavit* cum aliquo (coll. arab. شرى III. *contendit cum aliquo, rixatus est*) sq. עִם Gen. 32, 28 (29), sq. אֶת Hos. 12, 4., in quem tamen posteriorem locum alii *vincendi* notionem (v. sub n. 1.) inferunt, non satis recte, quanquam utramque verbi significationem ab eodem fonte profluere non dubitamus.

יִשְׂרָאֵל (luctator, *pugnator Dei* v. Gen. 32, 29. coll. Hos. 12, 4.) nom. propr. 1) *Jacobi*, quod ei ab ipso Jova inditum esse perhibetur Gen. 32, 28. add. 37, 3. 13. 43, 8. 46, 1., unde בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Gen. 32, 32. 36, 31. Exod. 1, 1. 3, 9. 7, 2. etc., בֵּית יִשְׂרָאֵל Exod. 16, 31. Jos. 21, 45. 1 Sam. 7, 2. (עֲדַת יִשְׂרָאֵל Exod. 12, 3., קְהַל יִשְׂרָאֵל Deut. 31, 30. etc.) de populo israelitico; אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל 1 Sam. 13, 19. 2 Reg. 6, 23. Ezech. 27, 17., אַדְמַת יִשְׂרָאֵל Ezech. 7, 2. *Palaestina*. 2) a) *populi israelit.* (quo sensu longe frequentissime legitur) Exod. 3, 13. Levit. 20, 2. Num. 10, 5. 21, 1. 24, 1. Deut. 1, 1. 13, 11. etc. vel terrae israel. Jes. 19, 24 (ubi est sexus muliebris). b) post Salom. tempora: *regni israelit.* 1 Reg. 12, 1. 19. 15, 9. 17. 2 Reg. 1, 1. 2, 12. etc.; sed in Chronicor. libris ipsum quoque *judaicum regnum* hoc nomine insignitur 2 Chron. 12, 1. 15, 17. 19, 8. 21, 2. 4. 23, 2. 24, 5., nec prophetae ab hoc vocabuli usu prorsus abstinent, certe ubi nulla oriri potest orationis ambiguitas Jes. 1, 3. 4, 2. 5, 7. 10, 20. Mich. 1, 14. v. Gesen. ad Jes. I, p. 371. — Nom. gentil. יִשְׂרְאֵלִי 2 Sam. 17, 25., foem. יִשְׂרְאֵלִית Levit. 24, 10., alibi adject. אִישׁ יִשְׂרְאֵלִי Levit. 24, 10. Num. 25, 8. 14.

מִשְׂרָה f. *principatus* Jes. 9, 5. 6.

שָׂרוּחֶן urbs Simeonitarum Jos. 19, 6. Conjecturas de hoc nom. proposuit Simonis in Onom. p. 483. Sed forte rescribendum שְׂדֵיהֶן οἱ ἀγροὶ αὐτῶν cum Lxx. v. Relandi *Palaestina* p. 990.

שָׂרַט *cecidit, incidit, incisuram fecit* (arab. شرط) Levit. 21, 5.; ubi שׂ׳ שֶׂרֶט בְּבָשָׂר, hinc *laceravit* Zach. 12, 3. v. statim. — Niph. *lacerari* i. e. (levando praegrandi lapide) corpus laedere Zach. 12, 3.

שֶׂרֶט m. *incisura* Levit. 19, 28.

שָׂרֶטֶת (formae dagessandae) f. *id.* Levit. 21, 5.

שָׂרַךְ *implicuit, implexit* (arab. شرك transl. fere dic. *sociare, consociare*), in Kal non usitat., Pih. Jer. 2, 23. *camelus* מְשָׂרֶכֶת דְּרָכֶיהָ *implicans vias suas* h. e. implexis quasi viis circumvagans. Aliam interpretationem v. ap. Schultens. in *Opp. min.* p. 294.

שְׂרוֹךְ m. *corrigia*, quia *implicari* solet (arab. شِرَاكٌ) Gen. 14, 23. Jes. 5, 27.

שְׂרֵמָה f. Jer. 31, 40. vid. supra in שְׁדֵמָה.

שָׂרַע *extendit, protendit* (quam significationem ex arab. شرع vindicavit

Schultens. in *Opp. min.* p. 273.). Part. Pahul שָׂרוּעַ *qui membrum habet justo longius* Levit. 21, 18. 22, 23., syr. spec. ܡܫܪܥ *auritus.* — Hithpah. הִשְׂתָּרֵעַ *se extendere* Jes. 28, 20.

שַׂרְעַף v. sub שְׂעִף.

שָׂרַף I) 1) *ussit* et *urendo coxit* Gen. 11, 3 (lateres) 2) *combussit, cremavit* Levit. 4, 21. Num. 17, 4. Am. 2, 1., addito verbo בָּאֵשׁ Exod. 12, 10. Jer. 21, 10. 7, 31. 1 Sam. 30, 3. 2 Sam. 23, 7.; עָרֵיכֶם שְׂרֻפוֹת אֵשׁ *oppida vestra igne combusta* Jes. 1, 7. Semel de corporibus mortuorum, quae in rogo comburuntur Jer. 34, 5. — Niph. *comburi* Levit. 4, 12. Gen. 38, 24. Prov. 6, 27., addito בָּאֵשׁ Levit. 6, 23. Jos. 7, 15. 2 Sam. 23, 7. — Pyh. שֹׂרַף *id.* Levit. 10, 17. — II) fortasse i. q. arab. شرف *nobilitate excelluit, excelsus, nobilis fuit* v. שְׂרָפִים.

שָׂרָף m. *draco, serpens venenatus*, cujus morsu efficitur, ut vulnera *exurantur* (v. rad.) Num. 21, 8., plenius נָחָשׁ שָׂרָף Num. 21, 6. Deut. 8, 15. Aliis est *hydrus* (qui aestate fit *chersydrus*) v. Bocharti Hieroz. Tom. III, p. 211., aliis, ut Michaeli, *Cerastes* ab arab. شريف *nobilis* (sed is hebr. vocatur שְׁפִיפֹן), aliis πρηστὴρ καύσων, qui pestilenti halitu necat. Verum cum plures in oriente reperiantur serpentum virulentorum species, ipsum autem hoc voc. non significet nisi *urentes* h. e. veneno necantes, frustra sunt, qui accuratius definire student. שָׂרָף מְעוֹפֵף *draco volans* Jes. 14, 29. 30, 6., de quo v. Gesen. in Jes. I, p. 496 sq.

שְׂרָפִים plur. m. Jes. 6, 2. 6. *Seraphim*, genus angelorum alatorum, solio Jovae adstantium. De origine voc. ambigitur. Plurimi recentiorum repetunt ab arab. شارف, شريف *nobilis, princeps* (cf. שַׂר) v. Haitsma ad carm. *Ibn Doreid* p. 236. Sed possis etiam cum Gesenio (ad Jes. l. c.) a *serpentibus* dictos existimare. Serpens enim in sacris animalibus fuit, max. ap. Aegyptios (Creuzer Symbol. I, p. 504.), nec incredibile est, *Seraphim* formam habuisse ex humana et serpentina mixtam. Mira Michaelis (Suppl. p. 2354.) conjectura Seraphim pro sacerdotibus suffitum facientibus venditantis sponte corruit.

שְׂרֵפָה f. *ustio* Gen. 11, 3., *combustio, incendium* Levit. 10, 6. Deut. 29, 22. Am. 4, 11., הַר שְׂרֵפָה *mons exustus* Jer. 51, 25.; spec. *combustio, concrematio* mortuorum 2 Chron. 16, 14. 21, 19.; הָיָה לִשְׂרֵפָה *incendio* (igni) *tradi, comburi* Jes. 9, 4. 64, 10 (11). — In regim. שְׂרֵפַת Num. 19, 6. 17.

מִשְׂרְפוֹת vel מִשְׂרָפוֹת f. plur. *ustio* h. e. *coctio* calcis Jes. 33, 12., *combustio, concrematio* mortuorum Jer. 34, 5.; מִשְׂרְפוֹת מַיִם nom. loci prope Sidonem Jos. 11, 8. 13, 6., *ustrinas* ibi vertit Masius (q. d. *loca coctionum*), sed v. Rosenm. *Alterth.* II, 1, p. 40.

שָׁרַץ *scatere* h. e. a) copiose provenire, nasci (aethiop. ሠረጸ: *propullulavit*) Gen. 8, 17. 9, 7. Exod. 1, 7. b) *copiosum esse, repere, moveri* in terra vel mari Gen. 7, 21. Levit. 11, 29. 41 sqq. Ezech. 47, 9. (de bestiolis). Dicitur etiam sq. acc. de loco, qui istis bestiolis *scatet* Gen. 1, 20. 21. Exod. 7, 28. Ps. 105, 30.

שֶׁרֶץ m. collect. bestiolae, quibus vel mare Gen. 1, 20. (plene שְׁרֶץ הַמַּיִם Levit. 11, 10.) vel terra *scatet* (*reptilia, vermes*) Gen. 7, 21. Levit. 5, 2. 11. 29; שֶׁרֶץ הָעוֹף *insecta volantia* Deut. 14, 19., שֶׁרֶץ הָעוֹף הַהֹלֵךְ עַל־אַרְבַּע *insecta vol., quae quatuor* (pedibus) *incedunt* i. e. insecta salientia (grylli), quae, licet sex pedibus instructa, tamen quatuor duntaxat inter ambulandum utuntur Levit. 11, 20 sqq. v. Kirby Entomol. I, p. 25., ubi hic locus bene explicatus est.

שָׁרַק *sibilavit,* sq. לְ *sibilando advocavit, arcessivit* Jes. 7, 18. (apes, coll. Aelian. Anim. 5, 13. et Wineri Lexic. bibl. I, p. 114.), deinde gener. nutu suo *arcessivit, allexit* Jes. 5, 26. Zach. 10, 8.— Frequentius *sibilare* dicuntur, qui irrident aliquem Zeph. 2, 15. 1 Reg. 9, 8. Thren. 2, 15 sq., sq. עַל *sibilare aliquem* Ezech. 27, 36. Jer. 19, 8. 49, 17., sq. עַל pers. et מִן loci Job. 27, 23. *exsibilare* aliquem.

שְׁרֵקָה f. *sibilus, irrisio* Jer. 19, 8. 25, 9. 18. 29, 18. 51, 37. Mich. 6, 16. 2 Chron. 29, 8.

שְׁרִיקוֹת f. plur. *sibili* Jud. 5, 16. שׁ׳ עֲדָרִים *sibili gregum* h. e. sibili pastorum, qui greges custodiunt (cf. graec. συρίζειν, σύριγξ) v. Hollmann ad h. l. Trop. *exsibilationes, irrisiones,* sec. Kri Jer. 18, 16., sed Cthib habet שְׁרוּקוֹת vel שְׁרוּקֹת, aliâ formâ.

מַשְׁרֹקִית f. chald. *fistula, syrinx,* emphat. מַשְׁרֹקִיתָא Dan. 3, 5. 7. 10. 15.

שָׂרַק I) ut chald. et syr. סְרַק *evacuavit,* hinc *pexuit, pectine dissipavit;* Jes. 19, 9. בִּשְׁתִּים שְׂרִיקוֹת *lina pexa* (cf. ܡܣܪܩܐ *pecten ad explicandum linum*) v. Braun. de vest. sacerd. 2, 8. 119 sq. — II) v. sub. שׂרק. Inde sunt

שֹׂרֵק m. 1) Jes. 5, 2. Jer. 2, 21. *vitis* generosioris species, quae uvas habet admodum dulces et acinis fere carentes; Arabes Maroccani servato nomine *Serki,* reliqui سريقى, Persae كشمش vocant v. Niebuhr. Itin. p. 169. Descr. Arab. p. 147. Chardin *voy.* T. IV, p. 513. Origo vocis latet, sed possit tamen a שרק *evacuare* repeti, ut pr. sit *vitis vacua* acinis. 2) vallis Ascalonem inter et Gazam interjecta Jud. 16, 4., quae fortasse nomen accepit a vitibus istis generosis.

שֹׂרֵקָה f. i. q. שֹׂרֵק n. 1. Gen. 49, 11.

